BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante
Numero: 50

23-4-4

Dio este Juego de Libros á el Colegio de S. Hermenegildo de Sevilla el año de 1[illegible]

3
7-21



A 4

C11821553

2696

R. P. PAVLI SHERLOGI ANTELOQVIA COGITATIONVM IN SALOMONIS CANTICORVM CANTICVM

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 4º C. 84 N. 1º

R. P. PAVLI

SHERLOGI

ANTELOQVIA

COGITATIONVM

IN

SALOMONIS

CANTICORVM

CANTICVM.

N. 12436

ANTELOQVIA COGITATIONVM IN SALOMONIS CANTICORVM CANTICVM,

Historica simul & Concionatoria.

VOLVMEN PRIMVM:

Auctore R.P. PAVLO SHERLOGO *Societatis* IESV, *Iberno, Vvaterfordiensi, S. Theologiæ Professore, & Diuinorum librorum pro Regio eiusdem Societatis Collegio Salmanticensi in Academia Interprete.*

Secunda Editione insigni Auctuario nobilitata; Nam præter illustratas sæpè maiores Disciplinas, accessêre decem & octo integræ Conceptuum Sectiones, nimirùm tres vltimæ cuiusque Anteloquij Moralis;

Insuper & Indices duo; alter Obseruationum in varias facultates; alter sermonum Aduentus, Quadragesimæ, Festorum nonnullorum, spiritualiúmque Exhortationum.

LVGDVNI,
Sumpt. IACOBI & PETR. Prost.
M. DC. XL.

ILLVSTR. ET REVEREND.

D. D.

FERDINANDO DE VERA,

QVONDAM INSVLÆ S. DOMINICI APVD OCCIDVOS INDOS ARCHIEPISCOPO.

NVNC EADEM IN PLAGA CVSCENSI Hierarchæ; Philippo IV. Hiſpaniarum Catholico Monarchæ à conſilijs;

S A L V T E M.

SERIVS, quàm deſiderabam, pergit ad Vos (FERDINANDE, Antiſtes Clariſſime) Liber iſte. Optabam ſiue cultor, ſiue amicus de more gentium, nouum Hierarchatum tuum ſtrena aliqua ſalutare; & ecce poſt moras, quale tandem donum! Verba ſolùm leuibus mandata foliis: Quid dicam? Dicam tamen; *Laudatur euangelica mulier, quia quod habuit, & fecit; ita & ego facio, quod habeo; litteras habeo, & litteras mitto:* Diſiunxit nos ante annos tres Oceani latitudo; fateor ſolatium in epiſtola, quæ animæ ſubſtituit, & in longinquum mentis arcana defert; Sat tamen epiſtolarum habuit Sponſa noſtri Epithalamij, nec quieuit; ardens præſentiæ deſideriis exclamat, *Oſculetur me oſculo oris ſui;* Conquerar & ego pronuncians; *Vtinam viderem te! Non ſcriberem tibi, & impleret Deus deſiderium meum ſuper terram! deſiderio enim deſideraui videre faciem tuam; Sed longe eſt à me; infinita enim Terrarum ſpatia, & vaſtiſſimi maris interiecta profunditas inuident mihi huius deſideratæ, & deſiderandæ viſionis dulcedinem;* Interim, dum PHILIPPVS Monarcha pietate, gloria, dominatione Summus, vocat in hunc orbem, (vocabit autem quamprimùm, neque enim Americæ commodauit niſi ad breue interuallum,) abſentiæ lenibit mœrorem laudum recordatio; Sic Sponſa Hymenæi capite quinto, amiſſo compare languori vt mederetur, quem ſocij attulit peregrinatio, hymnum cantauit de encomiis dilecti filiabus Sion, *candidum* appellans, *& rubicundum, electum ex millibus*, & nomina tribuens infinita, quæ eloquens Magiſter Amor ſuggeſſit; ita ſaltem *potiore mei parte, ſolo corpore domi reſidens, voluntate nimirum ad te, & ſpiritu, & ſermone veniam.*

Nicolaüs Notarius S. Bernard. epiſt. 4.

Cant. 1. 1. Nicol. qui ſuprà epiſt. 20.

Paulin. epiſt. 1. ad Seuerum.

Exordiar à patria: ſed, quoniam cum multitudine communis eſt hæc gloriatio, abſoluam breuiter mutuata encomij clauſula vna à Theodoſij Auguſti Panegyriſta Latino Pacato; *Solum tibi Hiſpania eſt, terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeò ditandæ impenſiùs, quàm cæteris gentibus, ſupremus ille rerum fabricator indulſit;* Pater tibi FERDINANDVS DE VERA. Proh! qualem Ducem nuncupo! qualem belli Cometam! Quòd ſi æuo noſtro mos ille vigeret, quo Imperatores Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis nationum ſubactarum titulos & cognomenta ſumebant; ipſe *Granatenſis*, ipſe *Lepanticus*, ipſe *Britannicus*, ipſe *Africanus* ipſe *Hollandus* diceretur; *Et quantum tota Reſpublica habet hoſtium, tantùm vna Familia oſtenderet & triumphorum:* Ille ſub Philippo Prudente Maurorum ſuperbam temeritatem, & Granatenſi in agro, & Mauritaniæ in finibus compeſcuit; Ottomanicum faſtum vt euerteret Ioannes Auſtriacus Princeps inclytiſſimus apud Lepantum, manu, conſilio, ſumptibus iuuit; cum Anglo, cum Batauo congreſſus ſæpè, nunquam non caſtrorum terror, non inimicæ legionis formido; quòd ſi aliquando victus, ab elementis tamen, non ab homine ſuperatus;

Pacatus vbi ſuprà.

Auunculus tuus Illustrissimus Dominus D. Ioannes Beltran de Gvevara, Præsulum Idea, Iuris vtriusque Anima, integritate, prudentia, stemmate inter raros paucis comparandus, post multas infulas demum & Compostellanam Archiepiscopus rexit Sedem; Viuit nunc, & ô seros videat annos Domus fulcimentū, tuus ex Fratre Nepos Comes de la Roca, Clarissimus Dominus D. Ioannes Antonivs de Vera, quem Philippi IV. legationes, quem Familiæ vetustas in Reges multos ascendens non ita nobilitarunt, vt & armorum, & Lycei coniunctio; nam quantùm viribus, & celsa animi magnitudine præstet, norunt & in cœlum euehunt Hispanicæ Militiæ Scipiones; quantùm verò Historia, Crisi, varia & intrita lectione, ipsóque in primis dicendi flumine emineat, nemo est eruditorū, qui ignoret; stupescunt ad tam diuersa sufficere vnū; *Adeoq; maiorem mortalibus animum gerere putant, qui tam dissidentibus studiis integer præparatur*; Hæreo delibatione ista contentus; nam si per atriorum Imagines pergere insistam, quem habitura sit vnquam oratio exitum? Recensebit enim vestræ stirpis decora solus ille, qui omnem Hispanæ nobilitatis gloriam complexus fuerit; quis enim insignior, qui non vobis, aut sanguine, aut affinitate coniunctus? Tot apud vos Reges, quot apud alios plebeia capita; Obuelare præstat magis, & à sermone abstinere omni, quàm festina enumeratione tenuare.

Hildebertus, Cenomanensis Episcopus, epist. 2.

Quanquam neque Maiorum facta præclarissima deserere valeam, (Ferdinande Hierarcha Amplissime) dum ad tua propero encomia, solúmque tu dissimilis Auis tuis, quòd in te coniunctæ prædicantur virtutes, quæ in illis etiam diuisæ stuporem generant; Vndenam auspicabor tantarum laudum segetem? Terret copia bonorum; obruissēt penitùs nisi eo de Præsule agerem, de quo etsi pauca dicam, non tam vereor, ne in laudibus suis parcum, quàm ne nimium arbitretur; Ergo, vt primùm infantiæ noctem dispulisti, & rationis affulsit stella matutina, cœpisti egregia indole in spem attollere cognatos, vt iam tum portenderent, qualis prolabentibus annis futurus esses, quàm gigas, cuius in puero tā mascula virtus; *Qui quamuis de splendore natalium conscientiæ iubar hauseris; tamen fulgorem stirpis præcipuè morum radys obumbrasti, vincens decorem sanguinis ingenij claritate, dum coruscantem germinis tui lampadem, actuum serenitate transcendis, & factus es stemmatis victor tui: per quod plerósque mortalium nascendo superasti*; Ephebiam vt attigisti, quanquam exercitamenta non despexeris, quæ in deliciis numerat equestris ordo, (imò siue in circum prodeundum esset, siue in apertam planitiem, vix tibi æmulus quisquam;) tamen maior diligentia in ornamento pectoris; disciplinarum etiam iam tùm, cùm plurima essent quæ frangerent conatus, quasi impatiens te ardor possedit; quamobrem & breui interuallo consequutus es vt vix in scientiis esset tam abstrusum aliquid, cuius te notitia lateret; *Sic sapientiæ, eloquentiæ, & disciplinæ dotibus approbatus*, Bajacensis vrbis, quæ tibi natiua ciuitas *decus*; *populorum exemplum factus es*, cùm exclamarent de iuuene antiqui dierum; *Quis ille, aientes, vigor, quæ solertia spiritus, quæ saltu suæ subtilitatis obstantia quæque perrumpit, & quæ possit de singulis artibus etiam cum singulis artificibus philosophari?* Accessit ad gratiarum cumulum oris venustas in paucis speciosa, torua paululùm, virum nempè, atque bellatorem indicatura; *Formositas illa lucis corporeæ, index animæ fuit*; Denique *quod attrita puluere canities, quod grandæuus de impetratione nunquam certus optauit, hoc tibi adolescenti supernum munus ingessit.*

Enodius in Vita Antonij.

Nicolaus S. Bernardi Notarius epist. 5.

Idem epist. 34.

Enodius Vita Epiphanij.

Idem lib. 1. epist. 6. ad Faustum.

Sic tu in specie, & pulchritudine tua, ad nobilitatis inuidiam, per Babylonis plateas vagaris, cùm placuit Numini segregare in Vas electionis; inspirauit itaque vehemens desiderium melioris vitæ, & Augustinum vt sequereris Ducem subintimauit; Lubet (ô Ferdinande Præsul dignissime) horam illam beatam Paulini Nolani Antistitis eloquentia tibi refricare; *Tu ad Dominum miraculo maiore conuersus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonij leuior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro id est, fori celebritate diuersans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti seruile iugum peccati, & lethalia carnis, & sanguinis vincula rupisti; Beatus, qui refugisti de concilio impiorum, & in via peccatorum persistere noluisti, & sedere in cathedra pestilentiæ dedignatus es, vt humilitate præcelsa pedibus Crucifixi accubares; Tu ergo verus factor Legis, & Euangelij non surdus auditor, qui corpus & mundum configens Cruci, delicias iuuentutis, & vitæ præsentis mala gaudia pro venenis & luctibus auersatus es, respuens patrimoniorum onera, seu stercorum;* At verò Religiosorum contubernio admissus, qualem te portaueris Tyro, & inassuetus militiæ? quanta in fronte serenitas? quæ in oculis? quæ in genis verecundia? quæ vultus hilaritas? quàm grauis incessus? quàm meditata verba? Ibi nouissimus virorum, magnus ille, & præpotens; ibi sub attrita lacerna, qui purpuram & byssum induebat; ibi assiduus in ieiuniis, in oratione, in vigilando: *Ibi Dei cultor tota disciplinis cœlestibus virium tuarum vela laxabas; & cùm omnia essent digna præconijs quæ gerebas; dispendium virtutis credebas fuisse laudatum.*

Epist. 1. ad Severum.

Enodius in Vita Antonij.

Ita sanè consummatus in breui, expleuisti tempora multa: Quamobrem, & seniores Ordinis, & qui ad clauum regiminis sedebant, cùm animaduerterent canos in adolescentia sensus, difficilia quæque munia extemplò commendarunt: Iussus igitur primùm Theologiæ arcana

auditori

auditoribus referare, non macram & aridam sapientiam lucubrationes pepererunt, sed nervis, & succo plenam, omnibus Theosophiæ locis ad probationem vocatis, modò accersitis Bibliorum sententiis, modò Pontificum, Synodorúmque effatis, modò inuestigata antiquitate, modò nuperis expensis; In diuinis autem postquàm egregius anteceſſor euasisti, & multiiugem doctrinam comitaretur aurea eloquentiæ vis, ardórque spiritus, Academiam relinquere coactus es, ad multitudinem deinceps sacra habiturus verba; quo munere aliquandiu functus multo cum plebis Christianæ & commodo, & plausu, Concionatórque generalis Sodalitij Eremitici B. Patris Augustini nunciatus, tandem & ad Pastoralem curam prudentia, grauitas, mansuetudo prouexerunt; Prior itaque factus es, atque Cœnobij caput: *Taceo Vniuersitatis in tua electione consonantiam, & discretarum nationum concordem sententiam non reuoluo; statuat ista loco laudis, cui non suppetit, quod possit prædicare de moribus*; quorum integritate delectatus, cùm aliunde & plenè sciens fuisses, causarum fidei grauissimus Senatus à consiliis habuit, & *Qualificatorem* vt nominant, designauit. *Enodius orat. de S. Laurentio, Episcopo.*

Hæc dum succedunt, committitur interim diligentiæ clarissimi Aunculi tui Domini IOANNIS BELTRAN DE GVEVARA, Bajacensis Ecclesia; Optabat in charæsponsæ ruere amplexus fidissimus Vir; non potuit Italia remoratus, quoniam Monarchæ iussa vrgebant; Petiit substitui, qui absentiæ dolorem mitigaret; sed, quem talis Atlas Vicarium reperisset nisi tu Regis memoriæ occurrisses? Electus igitur Burgiensis Antistes, breui translato Aunculo ad Compostellæ Augustam Basilicam, eò quoque pergere Vos compulsi, qui certè pondus diei, & æstus tulistis per multos annos; *O nouum atque inauditum ad principatum iter! Non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena vtilitas, alienus timor Principem fecit; assumptus es in laborum, curarúmque consortium; nec te læta & prospera stationis istius, sed aspera, & dura ad capessendam eam compulerunt*; Iam fama Gallæciæ Montana superauerat, & delata in vrbem sacro Zebedæi Iacobi insignitam vocabulo, Pontificem significauit aduentare *sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè præpositum*; Hoc exciti rumore ciues, vt appropinquare senserunt, effusi extra domos, & extra murorum ambitus, in vias prosilière studio videndi Rectorem suum; *Non ætas quenquam, non valetudo retardauit, quominùs oculos insolito spectaculo implerent; Te paruuli noscere, ostentare iuuenes, mirari senes, ægri quoque, neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem, sanitatémque properent*; Satisfeciſti votis, desideria cumulasti; tu viduarum spes, tu depressorum solamen, tu Legum vindex, tu Sacerdotum regula, tu disciplinæ restaurator; Talis foris ciuilem Magistratum gerens, talis intus apud Commystas; nam Canonicorum in gremium cooptatus es, atque eorum, quibus Cardinalium ob tantæ Ecclesiæ honorem concessum nomen, Princeps renunciatus. Quanta præclarissimorum facinorum in illo theatro series tuorum, quàm opulenta laus? Cohibet me verecundia tua, plusquàm longitudinis timor; cuncta tamen præteriisse indigio; dicam vnum, quod in multa sufficiat; Africani Piratæ nunquam congredi ausi cum fortibus, maritima Gallæciæ oppida inuaserunt; nunciatum vobis duci captiuos puerorum, feminarúmque greges, profanari Ecclesias, vastari agros; egressus es continuò in salutem populi tui cum Christo tuo; Fuisset immortali præconio dignum si domi residens, iuberes conscribi militem, Ducem eligi, numerari pecuniam bellorum sumptibus; sed leuia fuére ista tibi, nisi & ipse in aciem prodires, animam si fors tulisset bonus Pastor pro ouibus positurus; Fuit illud egregium Deo, & hominibus spectaculum, cùm infulatus, Sacerdos, Monachus, quæ pro Numine deseruisti ætatis flore, pro eiusdem laudibus iterum arma repeteres; primus in vigiliis, primus in conflictu, primus in omni labore esses; hinc cohortium patientia, hinc admiratio; Quidni vero? *Cùm tecum inediam, tecum ferrent sitim; cùm in illa meditatione campestri militaribus turmis Imperatorium puluerem, sudorémque misceres, nihil à cæteris nisi robore, & præstantia differens*; Non potuit imbellis Africa tantam virtutem sustinuisse; expandit vela inimicus, & terga inglorius vertit; nec deinceps in longum, certè quoad tu Hierarcha, ausus gentem vexare. *Plin. in Panegyric. Traiani.* *Timoth. 1. c. 3. vers. 2.* *Plin. in laudatione Traiani.* *Plinius in Panegyr. Traiani.*

Tandem & amplissimus Archipræsul, Dominus IOANNES BELTRANDVS DE GVEVARA Compostellæ redditus est.; Est hæc conditio astrorum, vt ex oriente magno & luminoso sydere, quæ parua & exilis est, delitescat stella; quid igitur? obscurauitne te Aunculi præsentia? quin & clarior euasisti, nec à tanto lumine fax tua dispendiũ aliquod passa est; Itaque nomen illi & honor Episcoporum, curæ tibi; Medius-fidius quæ de Gerardo amantissimo fratre quondam Bernardus; & de te tuus pronunciare IOANNES possit: *Gratias tibi ago* (FERDINANDE charissime) *de omni fructu meorum si quis est in Domino studiorum: tibi debeo, si profeci, si profui; tu intricabaris, & ego tuo beneficio feriatus sedebam mihi, aut certè diuinis obsequijs sanctiùs occupabar, aut doctrinæ filiorum vtiliùs intendebam; cur enim securus intus non essem, cùm te scirem agentem foris manum dexteram meam, lumen oculorum meorum, pectus meum, & linguam meam? Sed, quid dixi, foris agentem illum, quasi interna* FERDINANDVS *nesciret, ac spiritualium expers esset donorum?* Non licuit *Bernard. serm. 26. in Cantic.*

licuit diu chariſſimis amicitiis frui, ſublatus eſt in Domum Æternitatis Aunnculus; qualis tibi tum affectuum interior pugna? Dolebas extinctum Eccleſiæ Catholicæ pulcherrimum fulcrum, Hiſpaniæ ornamentum, familiæ decus, tua ſolatia; gaudebas te tibi reſtitui, & iterum Rachelis, hoc eſt dulciſſimæ Theoriæ amplexibus ſatiandum; Certè deinceps per annos aliquot priuatus egiſti, ſed non otioſus; tranquillitatis fidi comites ſcriptio continua, libri, cum eruditis amicis colloquia; *Quidni ego tuum otium aliorum negotijs anteuertam? Non enim te amœna littora, nec diſpoſiti ad temporum vices habuêre ſeceſſus; ſed ſiue tu in agris, ſiue in oppidis tempus dabas, rem, & famam pariter augebas.*

Latinus Pacatus in Panegyrico Theodoſij Auguſti.

Viuebas ſuauiter; nam apud te viuebas (FERDINANDE, Antiſtes optime) cùm Philippus IV. vigilantiſſimus Princeps longè poſitas nationes conſolaturus, interrupit quietem; nec potuit oſtendiſſe quantùm amaret occiduas Indorum partes, niſi tali Viro Hiſpaniam ſuam carere ſineret; Fecit, quo ardet ſtudio diſtendendæ Catholicæ fidei, & priuatam voluptatem ſacrificauit commodis ſubditorum; Obtulit initio paſcendos Inſulanos S. Dominici; at veritus poſteà ne immite clima valetudinem afflictaret, & eriperet immaturo fato, Archiepiſcopatum quanquam Cuſcenſi Eccleſia commutare operæ duxit pretium; O Philippo Monarchæ gratias agite immortales Cuſcenſes Hiſpani! O vos magis agite, Indorum inculta natio! *Sanè ſana Regis diſpoſitio, quæ Cuſcenſi Eccleſiæ nihil melius potuit prouidere, quàm te, cuius & ſcientia ſubiecti proficiunt, & patrocinio virtus exultat; Sub te cultore ſterilis ficus efflorebit, & in gratiam cum ſuo redibit Domino, cuius minas, & ſecurim formidabat; Erit itaque ſtudij tui circa commiſſam tibi arborem fodere, circa eam ſtercora immittere; Talis planta facilè reſyluescit, & ſi colere deſinas, eius virentia breui tempore putreſcunt; Quotidie flat Aquilo, non floribus tantùm, ſed & fructui ſuſpectus, & folijs; Rogandus eſt Auſter, vt veniat, & perflet hortum ſuum, & efficiatur odor eius, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus;* Sed quò ſe diſtrahit calamus? vbinam vagatur mens noſtra? quî tanto Præſuli ſtimulos addere non vereamur? Didicimus ex amicorum ſermonibus nihil tuo præſulatu fulgentius; præter ſecretas eleemoſinas inſignes, publicum alis quotidie ducentorum pauperum gregem, habitus modeſtiſſimus & qualis olim in monaſterio; ſtudia, preces, lectio bonorum Auctorum & imprimis omnium Reipublicæ membrorum correctio; ob hanc paſſus es à malis grauiſſimas calumnias, quibus te Numen bonorum vindex inſolita prouidentia liberauit: Gaude iterum & ſæpius tanta infulatus gloria, & diutiſſimè fruere! Lætetur ab alto proſpiciens diem hunc Hierarchatus tui Iſaïas, vidénſque Indicæ Eccleſiæ nitelam tripudiet ob adimpletas vaticinationes ſuas; *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum; dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myrthum, & lignum oliuæ; ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul; vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant, quia manus Domini fecit hoc.*

Hildebertus Cenomanenſis Epiſcop. epiſt. 3. Idem ep. 6.

Cap. 41. verſ. 18.

Tu verò, FERDINANDE Paſtor Inclyte, dum hæc intueris, & ſpiritu præ iucunditatis inundantia penè excedis, dum tibi gratulantur, & applaudunt amici, & ſua quiſque donaria mittit; patere hunc primigenium Mineruæ noſtræ, rudem illum & incomptum fœtum, angulo aliquo ſubſiſtere atriorum tuorum; non exeret caput, non ibitin publicum, non aulam conſcendet infantiæ ſibi conſcius; tantùm vtcunque apud te viuat; Potuit Hiſpaniæ intra circulos reperiſſe qui foueret, qui protegeret; maluit tranare Oceanum, terrarum vaſtiſſima peragrare ſpatia, ferri in oppoſitum orbem; Fateor, multùm errando laboraſſet, niſi tu viarum ſcopus extitiſſes; *Quòd ſi nec pondere, nec ingenio placet artificis munus: non aliter tamen illud amplectere, quàm Superi vel thura, vel pinguium libamina victimarum; illi ſiquidem non hoſtiam, ſed effectum conſiderant; eorúmque gratiam deuotio, non impenſa, promeretur; purus, & integer animus eos, quocunque vult, inclinat; nec minùs quadrante, quàm talento cœleſtem mitigat indignationem;* Erit, vt hac clementia recreatus animus, ſublimiora affectet; atque ſupra ſe exurgens, Principe dignum quidpiam meditetur: Vale, & viue diu Eccleſiæ, Hiſpaniæ, bonis; Ita voueo, exoptóque. Salmanticæ pridie Idus Ianuarij, anno Chriſtianæ reparationis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoſecundo.

Hildebert. Epiſcop. epiſt. 16.

Illuſtriſſimæ Dominationi tuæ addictiſſimus,

PAVLVS SHERLOGVS,
ex Societate IESV.

FACVLTAS

Facultas Patris Prouincialis Caſtellæ.

EGo Franciſcus de Prado Societatis Iesv in Prouincia Caſtellæ Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à R. admodum P. N. Mutio Vitteleſco Præpoſito Generali; facultatem facio, vt liber inſcriptus; *Anteloquia ad Canticum Canticorum Salomonis*, Auctore Patre Pavlo Sherlogo Iberno, noſtræ Societatis Theologo, & Rectore Seminarij Ibernorum Salmantini; & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur; in quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & Sigillo noſtro munitas dedimus. Valleſoleti in noſtro Diui Ignatij Parentis Collegio, die 9. Ianuarij anno 1632.

Franciſcus de Prado.

Cenſura ex Ordinarij mandato R. P. Ioannis de Ios Clericorum Regularium Minorum Collegij Salmanticenſis Sancti Caroli Borromæi Præpoſiti; in eodem Collegio Sacræ Theologiæ olim primarij Profeſſoris; atque in ſupremo Sanctæ Inquiſitionis Senatu Qualificatoris.

VIdi eximium Opus, cuius inſcriptio, *Anteloquia in Salomonis Canticorum Canticum Auctore R. P. Paulo Sherlogo Societatis Ieſu, Theologo*: in quo miror Auctoris igneum ingenium, quo Cantica Canticorum, *Spiritalem, & profundiſsimum ex omnibus Sacramentis, abditiſsimúmque ſenſum continentia*, vt loquitur Philo Carpathius, luce noua luſtrat, & illuſtrat; eruditionem veneror tum in Scripturæ difficillibus enodandis, tum in Patrum teſtimoniis concinnè, & aptè texendis. O quam eximium ſacrorum Voluminum interpretem, ac Theologum præclarum agit! quam pulchram Ibernicæ eloquentiæ ex floribus huic operi intexuit coronam! Ego verò, cui Sapientiſſimus Dominus Licẽciatus Saldaña in hac Vrbe & Diœceſi Salmantina generalis Prouiſor, cenſionem dicere iniunxit, in hoc opere nihil inueni contrà fidem, plura pro fide, aduerſus Religionem & mores nulla, pro religione & moribus multa ſatis, & egregia, quæ ædificent, quæ proſint, quæ inſtruant, quæ delectent, & vt vna voce dicam, nihil non aureum: Hoc meum votum. Datum Salmanticæ in hoc noſtro Collegio Sancti Caroli, tertio Kalendas Iunij, anno 1631.

Ioannes de Ios Clericorum Regularium Minorum Præp.

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D.D. Franciſci Sancij de Villanueua, Archiepiſcopi Epiſcopi Mazarienſis, nunc Canarienſis electi, Catholici Regis Conſiliarij, & Concionatoris Sanctiſ. D.N. Vrbani PP. Octaui Aſſiſtentis.

Approbatio ex Regij Senatus iuſſu.

SAcri Canticorum Hymenæi pretioſis ornata monilibus, erudita Præludia Maximi præſcripto Senatus dum attentus recognoſco, perſpexi planè inextricabilis oraculi in abſtruſiſſimos Mæandros fulgentiſſimam facem immiſſam, qua myſtici labyrinti
Iſaiæ 9. difficillimis locis, *Jacentibus in tenebris lux orta eſt*; Noua enim
Geneſ.49. via inuenta Reuerendus Pater Paulus Sherlogus (*dans eloquia pulchritudinis*) abdita pandit,

——— Ambagéſque reſoluit,
Cæca regens filo veſtigia.

Hier.c.2. Eo duce, qui *pectus ſuum Chriſti fecit Bibliothecam*, omnia quæſtionum monſtra ſuperanda, diuiníque Epithalamij referenda pene-
Cant. c.7. tralia, illius Paradiſiaci Pomarij, *aſcenſum in Palmam, ſuauiſſimorúmque fructuum apprehenſionem*, futuram eſſe non ambigo; certè, inter alia huius libri Commentaria eminent hæc ita, vt ap-
Iudic. c.8. pareat, quantò *melior ſit racemus Efraim vindemiis Abiezer.* Sic cenſeo. Madrit. 23. Idus Iulij ann. 1634.

Franc. Archiepiſc. Epiſcop. Mazarienſ.

DE

DE AVCTORIS INGENIO, ET IN SCRIBENDO CVRA, LAVDATISSIMORVM QVORVNDAM VIRORVM IVDICIA, ET HORTAMENTA AD EVNDEM.

P. IOANNES VELEZ ZAVALA, *Clericorum Regularium Minorum*, PHILIPPO IV. *Hiſpaniarum Regi Potentiſſimo à ſacris Concionibus, & apud Supremi Senatûs Fidei Quæſitores Cenſor.*

R. P. PAVLO SHERLOGO, Societatis IESV ſapientiſſimo Theologo, ſacrarum Literarum doctiſſimo Interpreti, & Hybernorum Collegio apud Salmanticenſes Moderatori optimo.

ANTELOQVIA *tua in Salomonis Cantica (VIR ERVDITISSIME) vt tenui, circunſpexi; qua potui diligentia, introſpexi; atque vt Senecæ vtar verbis, Lucij ſui librum laudantis*; tanquam lecturus ex commodo adaperui, ac tandem deguſtare volui, deinde blanditus eſt ipſe, vt procederem longiùs; tanta dulcedine me tenuit, & traxit, vt illum ſine vlla dilatione perlegerem; *Theſaurum reperi doctrinæ ſanæ; animaduerti enim in tuis ſcriptis expreſſas quaſdam excellentis eruditionis, & ingenij notas; adeſſe video, imò ſupereſſe multa ex omnigena lectione ornamenta; inſtrumenta quidem, ad reconditos Scripturæ ſenſus facili iam negotio rimandos, ſolido tractu, & explicatione acquirendos; è Sanctorum Patrum penu altè deductas cogitationes, ſententias cum acri, tùm iudicio, tùm animi reuerentia depromptas, Quæ omnia, & pleraque alia, quæ ſilentium modeſtè premit, Opus reddunt, vt laude, & luce, ita & prælo dignum; Faxit Deus, vt Auctor in omnibus ſanè ſuus, qui prauia ad Cantica aſperſo vbique verborum & ſententiarum lumine, præclaráque omnia perfecit, Cantica ipſa, Vir talium mercium abundans, ſalute arridenti communi felicitati perficiat; Tandem, ſi de meo iudicio ſedulus diſquiſitor interroget, dicam pro Operis, & Auctoris excellentia, quod Seneca vnico, ſed pro multis, verbo*; Maior ille eſt, qui iudicium abſtulit, quàm qui meruit. *Matriti in noſtra Domo Spiritus ſancti, 6. Idus Iulij, anno Domini* 1632.

D. ANTONIVS CALDERON, Doctor Theologus, olim è Collegio Conchenſi apud Salmanticenſes maiori, & in eiuſdem vrbis Cathedrali Eccleſia à ſacris Bibliis interpretandis Canonicus, & in alma Academia Durandi Cathedram tenens, nunc autem Eccleſiæ Toletanæ Canonicus.

AMANDAT longè ab horto ſuo diuinus ſponſus Aquilonem, ventum floribus plantíſque maximè odoriferis, inimicum; vtpote qui de ſe apud Naſonem,

Induróque niues, & terras grandine pulſo.

Flare iubet Auſtrum ſuauem & tepidum, qui calore ſuo arbores laxet, & ſuccos odoriferos faciat ſtillare rigido Aquilone gelatos, duratóſque; *Surge* (inquit) *Aquilo, & veni, Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Ecce tibi (Lector) mutata rerum natura eſt; Aquilone flante diuini horti ſpirant aromata, & longè latéque odorem ſui ſpargunt; Gregorio, & Auguſtino venti ſunt diuini verbi Prædicatores & Explanatores, ſuper quorum pennas volare Deum dicat Pſalmographus; Hinc meritò SHERLOGVM noſtrum ventum dixerim, quem video diuini verbi Expoſitorem; At quis nobis ventus fiet niſi Aquilo Vir ad Septentriones in Hybernia natus? Hoc ergo Aquilone flante diuini verbi fluunt aromata, id eſt Scripturæ ſanctæ intima ſenſa literæ corticibus clauſa, velut aromata erumpunt, & ſuaueolentiâ cuncta replent; Non credis Lector? Lege SHERLOGI præuium hoc Opus; diſperearn niſi fragrantia tactus aueas in Canticorum hortum, hoc eſt, explanationem quam iam præ manibus habet, quamprimùm introduci; Id ego ex parte iam merui; Et bone Deus! quàm nouos, quámque ſuaues & varios odores hauſi, quos apud alios eiuſdem horti cultores ſentire non eſt! Sed ceſſo; nam ſi nares habes Lector probabis. Valè & his fruere. Salmanticæ ſexto Idus Iulij, 1632.

VIRO

VIRO CLARISSIMO ET RELIGIOSISSIMO

R. P. PAVLO SHERLOGO

SOC. IESV EXCVLTISSIMO THEOLOGO

SALMANTICENSIS HYBERNORVM

COLLEGII MODERATORI

D. Franciſcus Ramos del Manzano, I. C. & in Salmanticenſi Academia, legum veſpertinus Anteceſſor

AMICISSIMAM SALVTEM.

ANTELOQVIVM tuum in Canticorum Cantica, SHERLOGE Clariſſime, auidè, anxiè expectamus, & deſiderium eius verè dicam, iam diu eſt cùm ferimus perquàm moleſtè; Nec mea tantùm hæc expectatio, auiditáſque, cui ſuauiſſima Præludia tua, ſeu Præcentiones, quarum adhuc modulatio dulcis auribus hæret, eiſdem veluti guſtaſſe contigit: verùm communis omnium, quotquot aut Muſas amant, aut ab his amantur; Omnium ſanè res agitur, publicéque iam intereſt, vel Religionis, vel doctrinæ, vel Academiæ noſtræ causâ, ſcripta in lucem prodire, non diaria, qualia hodie pleraque, quæ *Ἀδονικοῖς κήποις εἰκάζειν Πλάτων*, ſed quæ ſæculi famam ſuſtineant, ætatem ferant, *ſolidúmque crepent*, vt ait ille; Talia hæc tua, doctiſſime SHERLOGE, proh quantis lita ingenij, iudicij luminibus! quàm inſignibus notis eruditionis! Agnoſcent ſcio poſteri, vix crediturі tam effœto, non iam virtutum, ſed & diſciplinarum ævo vnum aliquem extitiſſe, qui *Encyclion* illud vt cum Virtubrio dicam *corpus ex omnibus ſcientiarum membris compoſitum*, felix abſolueret, & ſacrato Theologiæ peplo tot aliarum artium gemmas intexeret argutâ & dextrâ ſemper acu. Habet enim in ſcriptis tuis Philologus, quicquid aut in Hebraicis Romaníſque ritibus literoſior eruditio recluſit, aut ex omnigenæ lectionis Auctoribus penitior obſeruatio ſelegit; Habet Theologiæ Doctor nouam, germanámque ſacri Bibliorum textus explanationem, eámque adeò vel firmandis veritatis Catholicæ placitis, vel formandis ad Chriſtianam pietatem moribus accommodatam, tanquam ſi hæc per ſe ſingula, non cum illis tot alia pulchra, *magnáque minarent*; Habent deniq; omnium artium cultores electiſſimą è ſingulis *ἀποφατικάς*, qualia vt Petronius alibi, *neque concipere neque edere mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarum inundetur*; Iam ſtylus ipſe, vbi Scholiaſtem tantùm agis ſine fuco, aut cincinnis, leni orationis tractu, & æquabili perpolitus; vbi autem ad conciones ventum, excitatus & ardens, ac naturali pulchritudine exurgens, laudatorem alium quærit: Mihi nunc illud potius de Hybernià tuâ ſuccurrit, quam Plutarchus Ogygiam ab Homero vocari putat illo carmine:

Ωγυγίη τις νήσος ὑπερτέρη εἰν ἁλὶ κεῖται.

In eâ ille Vlyſſem à Calypſo Nympha cantu & alloquiis dulcibus adeò pellectum fabulatur, vt nihil aliud ageret, vel curaret; Id ego de Anteloquio tuo in Cantica certiore vaticinio ſpondeo fore, vt quibus vel ſemel eius moduli circunſonuerint, eiſdem deliniti, aliorúmque ſtudiorum immemores & curarum, veluti aureis catenulis ab aure reuincti, te Hybernicum Alcidem ſequantur; Iam ex aſſe, vt ſic dicam, meliorem illum patriæ genium poſſides; Tu modò, quâ cœpiſti, perge, & Salomonij Cantici numeros imple; Negotiaris hac ſcriptione *Coronam, & gloriam, & qualem poteſt præſtare ſæculum de famâ æternitatem, de memoria reſurrectionem*, vt cum Tertulliano iam deſinam: Vale, R. P. Salmanticæ ex Muſæo noſtro, Nonis Septembris, anno Chriſtiano 1632.

Plato apud Stobæum in Ethic. Eclog.

Virtubr. lib. 1. Architect. cap. 1.

Horatius libro 1. epiſt. 8.

Petronius in Satyr. cap. 78.

Plutarch. in Libello Περὶ τοῦ φαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης.

Homer. Odyſſ. α.

Lucian. in Herc. Gallic.

Tertull. in Scorpiaco aduerſus Gnoſtic. cap. 6.

Ad Reuerendum admodum

P. PAVLVM SHERLOGVM,

DE ILLVSTRATIS CANTICORVM CANTICIS.

תשמע כלה תשמח כלה
כי בחכמה כי בתבונות
תורי זהב צם נקדות
כסף כי טוב צשית לה

Βείθει Σοφείας, ἢ βείθει
Εγκυκλοπαιδείας λόγῳ·
Νύμφη τάδ' ἐσιν ἀργύρε
Χρυσοῦ τε δῶρα κρείττονα.

Muranulatas largiter
Et vermicellatas opes
Sponſæ dediſti Eccleſiæ:

Dum Canticorum Cantica
Sic expediſti, vt cœlicis
Humana ſubſint dogmata.

Quid? Sponſa gratulabitur:
At Sponſus ipſe debitam
Chriſtus rependet gloriam.

Fr. Antonius Deſcaules de Ponthieu, Monachus Montis-Serr. Benedictinus, Primarius Linguarum Salm. Profeſſor.

METRVM

METRVM AVCTORIS AD VIRGINEM BEATAM, VT QVOD NVPTIARVM FACES NON POSSVNT, IPSA CANTICORVM TENEBRAS DISPELLAT.

NOnne vides lichni vt pendent laquearibus aureis?
Multiplici vt fulget lampade tota domus?
Reſponſant tantis cognata Palatia flammis,
Quæque etiam diſtant exeruêre faces;
Vrbis ad exemplum villarum culmina ſplendent,
Et circunfuſis ignibus ardet ager:
Exardent valléſque cauæ, colléſque ſupini,
Gurgite & in magno lumina Thetis habet:
Ipſa etiam ſolito fulgentior æthere Luna
Incedit, ſtellæ promicuêre magis:
Deſine mirari, cur tanta incendia? lætus
Perſtrepuit Libano nam Sulamitis Hymen.
Illa ſui Sponſi pariter Coniux, Genitrixque:
Illa ſui Sponſi Filia, & illa Soror,
Illa, in qua maculæ, aut rugæ veſtigia nulla:
Illa puellaris gloria prima chori,
Quæ celebres inter Nymphas, inter Dryadáſque,
Quale inter ſpinas lilia, tale nitet:
Heu mihi! tam grandi circundata Cantica luce:
Cantica facundi quæ Salomonis opus,
Cimmeriæ patiuntur adhuc caliginis vmbram;
Non Phariæ noctis denſior vmbra fuit,
Vel titulum Muſæ demas, noménque Hymenæi,
Ieſſæi Proles ingenioſa ſenis;
Vel tetrum diſpelle chaos; Styge condier atra
Lurida cum tenebris nubila quæque iube;
Non benè conueniunt, & Hymen, & opaca: Hymenæus
Vmbras auertit, lumen opaca fugant.
O tu, quæ Auroræ ſimilis, claraque Dianæ
Progrederis, cui Sol veſtis, & Aſtra comæ,
Cœlituum Regina potens, miſerere Clientis,
Et votum exaudi ſupplicis aure pia;
Lampade non potis eſt tenebras viciſſe Hymenæus;
Fortior eſt noctis vis inimica face,

Aſſer

Affer opem; ſubitò noctem, tenebráſque profundas,
Imbelli quanquam lampade vincet Hymen.
Hoc age, Dîa Parens! ſi lux affulſerit iſta,
Tunc celeris Libani per iuga longa ferar,
Et tibi de Hermônis, de Sanir vertice flores,
De concluſo horto ſerta odorata legam,
Conſcendam montem thuris, myrrhæque cacumen,
Suauia queis iungam cinnama, queis aloë,
Engaddi colles botris opobalſama fundent;
Aurea mala dabo, punica mala dabo,
Lilia, mandragoram, nardum, cyprúmque, roſámque,
Quæque habeat Galaad munera, quæque Bether
Sic tua dum cernat ſpirare altaria ſemper
Vere nouo, Heſperidum qualiter arua fragrant,
Sæpè tuum limen multus venerabitur hoſpes;
Sæpè canet laudes ore, lyráque tuas,
Sæpè aurum, gemmáſque feret, ſeu diſcolor Indus
Mittat, Erythræi ſeu vehat vnda maris;
Et dicet; MARIÆ *verè eſt domus iſta;* MARIA
Digna domus talis; digna MARIA *domo.*

Clientum & Seruorum minimus
PAVLVS SHERLOGVS
Societatis IESV.

SYLLABVS

SYLLABVS ANTELOQVIORVM, ET SECTIONVM OMNIVM, QVAS TOTVM COMPLECTITVR VOLVMEN.

Prior numerus paginam, Posterior columnam designat.

ANTELOQVIVM I.

Pro nuptijs filiæ Pharaonis. pag. 1.

Sectio 1. PHARAONIS filiæ thalamos Salomonem non decantare, quibus opinio? quæ illis causæ? pag. 1. col. 1

Sect. 2. Pharaonis filia licitè, pudicè, adamata; quid, si impudicè? Regum locus ex lib. 3. cap. 11. nouiter declaratus: Plato quibus de amoribus differat? 3. 1

Sect. 3. Monstruosa & impossibilia non sequi, si filia Pharaonis materia sit Canticorum. Illustrata pars c. 8. Isaiæ; Allegoriæ qualis vsus Poetis, & Oratoribus? qualis sacris Scriptoribus? 6. 1

Sect. 4. Non eripi Catholicis contrà Iudæos arma, si filia Pharaonis sit sponsa Canticorum. An de Christo solo omnis historicus sensus in Canticis, Psalmis, & Prophetarum libris? Iudæi quemadmodum conuincendi à Catholicis? literalis sensus quædam notæ: num in Parabolis duplex Historica intelligentia. 8. 2

Sect. 5. Canticum Salomonis de Pharaonis filia explicasse num sit ab Ecclesiæ, & Patrum iudicio recessisse? Scripturæ literalem, an Mysticum sensum Patres exactiori studio prosequuti fuerint, noua Scripturæ interpretatio quæ ferenda, in quæstionibus ad fidem non attinentibus vt liceat à Patribus recedere? Isaiæ capite octauo, qualis narratio? quid de recuperatis Scripturis per Esdram? Dramatis & fabulæ vocabula explicata. p. 11. col. 2

Sect. 6. Canticum Canticorum etsi de Salomonis nuptiis agat, non nisi ex Dei reuelatione conscriptum? an Prophetæ vaticinationes suas omnes penetrarent? num opus, vt Spiritus sanctus reuelet immediatè Scriptori Canonico omnia? fides & scientia numquid simul de eodem obiecto. 17. 2

Sect. 7. Canticorum volumen ob nuptias Salomonis historiam & dici, & haberi, nullum inconueniens est quibus regulis verarum narrationes materiarum in Scriptura dignoscendæ? quando literaliter, quando Mysticè aliquid interpretandum? Parabolæ an rerum verè gestarum? obiter de Sponsi, Sponsæque nominibus, patriâ, & religione, fortunâ, aliquid. p. 19. col. 2

Sect. 8. Canticum Canticorum qua vitæ periodo Salomon conscripserit, quibus de causis? De initi regni tempore. De Academia erecta aliquid. Quis scopus librorum quorum Auctor Salomon? Prouerbiorum sententia ex cap 24. enucleata. Ecclesiastes num pœnitentia Salomonis. 22. 1

Sect. 9. Salomonis cum filia Pharaonis nuptias, qui dixerint, Canticorum esse argumentum? quæ illos stimulauerint causæ? Allegoria, vt firma sit, litera stabilir;

biliri ſolet : Canticorum & Pſalmi 44. num idem argumentum : An de ſolo Chriſto interpretandum Canticum Canticorum? Leonis Caſtrenſis de explanandis Scripturis conceptus reiectatus p.27. col.1

Sect. 10. Quid de opinione aſſeuerante materiam Cantici Canticorum nuptias eſſe Salomonis cum filia Pharaonis, Auctor æſtimet, & ab ea quamobrem diſcedit? quidnam interpreti Canticorum potiſſimè ſpectandum? vtra melior ſententia, quæ in Canticis, & Prophetis, hiatus & voragines admittat; an quæ concatenari omnia decernit. 30.2

ANTELOQVIVM II.

Nuptiæ filiæ Pharaonis quid Myſticum adumbrent? quæ ab illis Ethica hauriẽda. *pag.* 32

Sect. 1. DEi in MARIAM ſingulariſſimus Amor variè demonſtratus ob titulum maternitatis; ob carnis identitatem; ob commendatam in cruce. pag.32. col.1.

Sect. 2. Virtutis tramitem aggreſſi propter humanos reſpectus, rarò perſeuerant. pag.35.col.2

Sect. 3. Præſentia faſtidimus, abſentia in honore habemus. 38.2

Sect. 4. Chriſti ardentior amor in ſponſam Eccleſiam, quàm in Patrem æternum quodammodo. 40.2

Sect. 5. Quæ pro Deo relinquimus, eadem cum fœnore ad nos reuertuntur. pag.43. col.2

Sect. 6. In mores quos ſub vitæ exordio hauſimus, facilè, data occaſione prouoluimur. pag.46.col.1

Sect. 7 Nulla in hac vita tam conſummata virtus, quæ ſi à mortificatione tantillum deſiſtat, non periclitetur. pag. 49. col.2

Sect. 8. Otium viris ſpiritalibus, & in Dei famulatu permanere cupientibus, maximè fugiendum. 52.2

Sect. 9. Humana felicitas manca ſemper; cœlo tantùm integrè gaudere datum. pag.55. col.2.

Sect. 10. Euchariſtia, Sacramentum pacis & reconciliationis: Deus poſt eius inſtitutionem quaſi mitior factus. pag. 58. col.2

Sect. 11. Affectus voluntatis ſi nimij, & vehementes fuerint, iudicij, & rationis aciem obcæcant. 62.2

Sect. 12. Nemo reſupinè procedat in via Domini ob confidentiam ſanctitatis loci, in quo verſatur. 64.2

Sect. 13. Qui ſacra violant & prophanant deriſu, ſchiſmate, ſuperſtitionibus, eorum fama & memoria aboletur. 67.1.

ANTELOQVIVM III.

Qui nubentes apud Salomonem iuxta hiſtoriam? qui ſecundum ſpiritum? Totius Cantici acoluthia repræſentata. *pag.* 69

Sect. 1. QVis nubens iuxta literam, quæ eius nupta? qui per geniales dies memorabiles euentus? pag. 69. col.1

Subſect. 1. Coniugum origo, patria, mores, acta vſque in ſponſalia. 69.2

Subſect. 2. Prologus ſacri dramatis; quid ſponſa in dilecti abſentia locuta, aperit. pag.71. col.2

Subſect. 3. Prima Actio, apparatum connubialem, primúmque epulum complectens. pag.72.col 1

Subſect. 4. Secunda Actio Sponſum nubit; ex epulis ſecundum, luſitationes amantium, ſponſi primam amiſſionem, & ex amiſſione lætos fines exhibet. pag. 72. col.2

Subſect. 5. Actio tertia conuiuium offert: ſponſus amittitur iterùm ob ſponſæ culpam: inuenitur cum labore: laudibus mutuis certant amantes. 73.2

Subſect. 6. Actio quarta dat ex cõuiuiis quartum: ſponſam terret bellorum rumore; præbet triumphi ſpeciem: ſponſa prolem optat; deliquio exanimatur. pag.74. col.2

Subſect. 7. Epilogus Canticorum, populorum de ſponſæ gloria ſtuporem repræſentat; ſponſæ data monita aduersùs formæ inſidiatores: vineam dotalem commendat, nuptialem conuentum diſpergit. pag 75.col.2

Sect. 2. Salomonici Cantici ſpiritale, & myſticum propoſitum, quale? quàm varium? pag.77.col.1

Subſect 1. Quis Eccleſiæ ſponſus? & qualis ipſa antequàm deſponderetur Chriſto? ibid.

Subſect. 2. Procœmium, Eccleſiæ varios affectus in triduo mortis Chriſti, oſtendens. pag.77.col.2

Subsect. 3. Actus primus sacræ Comœdiæ, primum epulum apparatúmque nuptialem complectens; & potissima Christi gesta ab anastasi vsque in diem, qua assumptus est. pag. 78. col. 2.

Subsect. 4. Actus secundus prodit nuptias Ecclesiæ; eiusdem propagationem; secundum conuiuium: Imperatorum iras, & persecutionem. pacem sub Constantino: sub eodémque felicissima incrementa. pag. 89. col. 2

Subsect. 5. Actus tertius hæreses describit, & confutat: sponsum secundò amittit: tertium ex epulis apparat; sponsam contra hæreses armat. 82. 1

Subsect. 6. Actus quartus tangit schismata ab Antipapis; bella à Sarracenis, malísque Imperatoribus; Academiarum, ordinúmque principia, Indorum Conuersionem, Hebræorúmque: nouissima tempora describit; quartum conuiuium exhibet. pag. 84. col. 1

Subsect. 7. Epilogo contenta Antichristi sæuitia; Iudicij magni & vniuersalis descriptio; Epithalamij, rerúmque finis. pag 86. col. 2

Subsect. 8. Conferuntur inuicem duæ explanationes, Mystica, atque historica: quanta in his vniuersim germanitas quærenda. pag. 87. col. 2

Sect. 3. Qui surgunt scrupuli aduersùs tradita prima sectione de historiæ filo, & consequutione. 89. 2

Subsect. 1. Num vera quæ secundùm historiam pronunciamus; & quali patrocinio suffulti docemus? sponsus domo Hierosolymitanus; potentia Rex; sponsæ genitor Dynasta: vxor ob virtutem magis quàm ob prosapiam & opes ducenda: sponsa Canticorum ignobilis: num huius libri gesta tacta aliis Scripturarum voluminibus? pag. 89. colum. 2

Subsect. 2. Num legitimè & secundùm veteres nubentium ritus, tria solùm conuiuia assignamus? de tempore genialis lætitiæ, & numero conuiuiorum longior tractatio: obiter de funerum diebus: Biblicis sententiis splendor, specialiter Esteri, Hieremiæ, Ioanni. pag. 93. col. 1

Subsect. 3. Num benè diuidimus in varios Actus Canticorum Drama? an capitum & numerorum distinctio in Scriptura ab initio? num eadem in Bibliis Canonicæ auctoritatis. 96. 1

Subsect. 4. An ex Epithalamij norma quòd sponsam sæpe mœstam, turbatámque describamus? in nuptiali festiuitate nihil lugubre permissum; Illustratio Hieremiæ, Apocalypsis, Ioannis, Deuteronomij: Prouerbiorum locus cum singularitate. pag. 98. col. 1

Sect. 4. Quæ in Mystica nostra Canticorum expositione sectione 2. declarata, reprehendi valeant, excussa, & diluta. pag. 100. col. 1

Subsect. 1. Christi & Ecclesiæ connubium an malè à nobis compactum? variæ opiniones de tempore: prælatæ quæ in mortem Seruatoris transfert: repudiata tùm Synagoga Mosaïcis cum ritibus; sponsus munera dans inuitatis ad genialem pompam: Isaiæ versus excussus: fœcunda Ecclesia in spiritali sobole, sterilior Synagoga. pag. 100. col. 1.

Subsect. 2. Propono difficultates aduersùs superiori membro tradita, & expedio: quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce? & quomodo per lateris apertionem Christus meruerit? humanarum, spiritalium cum Christo nuptiarum differentia, vxoris & mulieris nomina quid significent apud Hebræos? pag. 105. col. 1

Subsect. 3. Explanatio de memorandis Ecclesiæ euentibus, an noua & præter vsum? Prophetiæ per euentus cognoscuntur: de Mahomete, Indorum conuersione, Luthero & similibus: à viris sapientissimis Bibliorum multa declarata loca. 108. 1

Subsect. 4. Roboratur Mystica nostra expositio ab eneruatis quibusdam obiectionibus: cur de Angelorum Creatione silentium apud Moysem? quare tam pauca Euangelistæ de B. Virgine? Hæreses quando prævalere in Ecclesia cœperint? futura post nostram ætatem quo pacto in Cantico Canticorum claudantur? Canticorum textus an de B. Virgine ad literam? nouæ quæ expositiones admittendæ? pag. 112. col. 1

Sect. 5. Non pauca omissa fuisse à veteribus, quæ iuniores eruerint? ab iisdem inuentis recentiores sæpe splendorem addidisse: proinde nouas opiniones, eo solùm titulo quòd nouæ sint, haud esse repudiandas, ex Patribus latè constabilitum. pag. 115. col. 1

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ANTELOQVIVM IV.

Argumentum Canticorum mysticum, & historiale accommodat ad mores. 125

*Sect.*1. MARIA peccatrice vulua concepta, de originaria culpa non contraxit. 125.1

*Sect.*2. Non decuisse originario vitio MARIAM infici, quando in Dei Genitricem eligenda fuerat. 128.2

*Sect.*3. A virtute sola diuitiæ,& splendor, & vera nobilitas. 132.1

*Sect.*4. Glorioſa aggreſſuris nulli imminent ſæuiores inimici domeſticis, & parentibus. 134.2

*Sect.*5. Formidabile & acerbum vituperandi genus ex laudibus, pariter & iniuriis compoſitum. 138.1

Sect. 6. Deum humaniorem ſe præſtare quodammodo, indulgentiorémque erga peccatores conuerſos, quàm erga Sanctos. 141.1

Sect. 7. Sponſus erga egregias animas, & robuſtæ pietatis,quaſi immitis, & durior; nox, & deſolamen ſanctarum mentium, deſcripta. 144.2

Sect. 8. Iuſtorum vitam ex alterna gaudij, & mœroris viciſſitudine componi. 147.2

Sect. 9. Euchariſtiæ frequentem manducationem, aduersùs carnis petulantiam, efficax in primis eſſe antidotum. 150.2

Excurſus digreſſiuus Scholaſticus. 155

Sect. 10. Num expediat mortiferæ corruptelæ non conſcium, ob hoc ſolùm, ad ſacrum Euchariſtiæ pabulum quotidie accedere? inſinuati obiter veteres circa Dominicum Corpus & Sanguinem ritus non pauci: Ducatus Magiſtri ſpiritalis quam neceſſarius, ex Patribus demonſtratum. 155.1

Sect. 11. Quibus nitantur fulcris qui manducandum quotidie Chriſti Corpus laïcis graui noxa non implicitis perſuadent? An olim Præceptum de Communione quotidiana? Patrum iudicium ſemper, vt Chriſtum manducaturi, excepta mortalis noxæ abſentia, afferrent animæ quoque ornatum decentem: Chriſtianorum primitiuorum in Miſſarum ſacrificio Deuotio: Ioannis verba diſcuſſa, Lucæ item; Regula pro frequentatione Synaxeos in genere. 160.1

Sect. 12. Non omnia ſcientiarum arcana ab Antiquis expedita; eſſe,in quibus recentiores deſudare valeant: per occaſionem declaratus verſus ex Pſal. 44. ad literam. 166.1

*Sect.*13. Ad beneficïa præſtanda feſtinandum ad vindictam, malúmve quoduis inferendum, lentis ambulandum paſſibus. 171.1

*Sect.*14. Iuſtitiæ & virtutum ſtudioſis,neque victui, neque honori, oportuna ſubſidia deeſſe Numen patitur. 173.2

*Sect.*15. Patriam & cognatos reliquiſſe, ſummi laboris & renitentiæ opus. 176,1

ANTELOQVIVM V.

Locum, tempus honeſtatem connubiorum; ſodales nuptiarum; Sponſi quanta fuerit poteſtas? Sponſæ Deos, & genus explorat. *pag.*178

*Sect.*1. SPonſo ex Hebræorum genere, & ſecta, an licuerit Chananæam feminam ducere? Maacha Dauidis vxor an Chananæa? duplex Geſſur: ſuperatis Chananæis num vitam concedere Hebræi poſſint? quid de fœdere cum eis? & num Magiſtratu fungi poſſint inter Iudæos? quæ conditiones nuptiarum cum alienigena? locus ex Regum textu declaratus; vera Prophetia, vt à falſa diſcriminetur. 178.1.

Sect. 2. Statutis quæ obſiſtere valeant, refero, & diſſoluo. Diſcuſſa ad longum verba ex numerorum libro de Hebræorum coniugiis; obiter lux ſententiæ Pauli epiſtolæ ad Hebræos: examinata Canonum Synodi Trullanæ auctoritas. 183.2

Sect. 3. Quos interlocutores Canticorum ſcriptor in ſcenam mittat? quos iuxta hiſtorialem ſenſum? quos iuxta Myſticum? viri an ſeorſim, an pariter cum mulieribus canerent? quid de Orthodoxæ Hymnodiæ vſu? ex Zachariæ, Regum 2. Iudicum libro,& Pſal.67. pag.188. col.1

Subſect. 1. Quæ feminarum diuerſitas in hoc Epithalamio? virgines & funeſta & læta cantibus celebrabant apud Hebræos; ſpeciatim connubialia gaudia: Amos explicatus ex Regum 2. locus; Hieremias ſæpe: virgines Iudæorum abſconditæ, quando prodirent? Iudithæ lux; Pediſſequarum quotus num rus

Reginis

Reginis? virgines, quæ lampades gestarent in nuptiis, an decem? Matthæi Parabola diligenter enucleata; venatrices puellæ genialem pompam instruunt: Matrima sponsæ quænam? pag. 189. colum. 1.

Subsect. 2. Qui nuptiarum amici dicerentur, & quales sponso sodales fuerint? de amicorum vocabulo, numero, ordine; singulariter de conuiuialibus plenior disquisitio; passim ex Bibliis multa interpretata: noue & cum industria enodatus Ecclesiasticus, Matthæus, Lucas, Ioannes. 194. 1

Subsect. 3. Quot essent adolescentum, aut puerorum ordines, qui canerent, & tædis anteirent? Pueri symphoniaci in veterum deliciis; ad nuptialem pompam quæsiti; faces multæ in geniali lætitia, portabantur ab adolescentibus simul cum virginum turmis: Lampadarum vsus in Christianorum sacris: Matthæi Parabola decem virginum elucidata: Lucæ detenebrata verba? pag. 197. colum. 2.

Sect. 4. Ver temporum & celeberrima & suauissima portio, Canticorum famulatur castis amplexibus: Sub veris articulo coniugalia fœdera apud Hebræos; Titulus Psalmi 44. singulari explanatione illustratus: vere egregia pleraque apud Iudæos peracta. 200. 2.

Subsect. 1. Præfatis obsistentia loca ex Canticorum capite 2. & 5. enucleata: nonnihil de tempore putationis vitis, ficuum, myrrhæ; messem triticeam intra veris ambitum in Palæstina colligi ex professo declaratum; Exodi, & Numerorum versibus quibusdam facula: anni duplicis Hebræorum examinatio aliqua: Periodus ex versione Pagnini castigata. pag. 203. col. 2

Subsect. 2. Hieronymi emaculatus textus: duplex in Palæstina imber, temporaneus & serotinus quando? Amos interpretatus, Lucas, & Marcus, quo anni tempore fatigatus ex itinere IESVS, sedit supra fontem ex cap. 4. Ioannis; Matthæi de ficu arefacta narratio excussa: Micheæ sensus decorticatus. p. 207. colum. 2.

Subsect. 3. Iordanis cur per messem intumescat? ex Hieremiæ & Paræmiastæ sententia difficultas sublata: de Nilo fusior disceptatio; restagnationis magnorum amnium physicæ vestigatæ causæ. pag. 211. col. 2

Sect. 5. Quis Iudæam regebat cum hæc contenta Epithalamio gesta sunt? Salomon quam magnificus, & elegans in ædificationibus, satellitio, lecticis? Turris de qua Cantic. capite quarto, an Dauidis, an Salomonis opus? eiusdem Cantici versus ex capite sexto & septimo cum labore perpensi, Piscinarum quæ celebriora stagna in Palæstina? Thersa qualis vrbs, & ad quam tribum spectans? Pharaonis filia vbi habitauerit donec ei constructa regia à Salomone. pag. 218. col. 1.

Subsect. 1. Libani descriptio: num genialis pompæ locus? ex capite tertio & sexto, Canticorum versuum duorum interpretatio: sub Salomonis imperio quantus optimatum fastus? in Libanum quoties, & quas ob causas profectus? verba ex Paralip. 2. dilucidata: Sponsæ patria Tyrus; duplex ei nomen: Genitor de classe nobilium. pag. 221. col. 2

Subsect. 2. Sponsam cum cæteris patriæ incolis nimirùm Tyris, ethnicam fuisse: Chananæi strictè dicti quinam? & eos quamobrem delere omiserint Dauid & Salomon? Biblicis aliquibus nodis auxilium. pag. 226. col. 1

Subsect. 3. Solis & Lunæ nominibus contenti Dij Deæque veterum: qui superstitionum auctores? explicata quæ falsa Numina essent Baal, Astharte, Beelphegor, Beelzebub, Dagon, Moloc, ritus adorandi tacti nonnulli: locis Bibliorum non paucis accessio enodationis: Amos verba longiore donata explanatione. pag. 228. 2

Subsect. 4. Sponsa Phœbi adoratrix, sub qua forma? Canticorum ex capite primo duorum versuum interpretatio rarior: celebris nodus ex Psalm. 67. vers. 14. si dormiatis inter medios cleros, &c. triplici via dissolutus: diuinatio ex somniis: gehennæ vnde nuncupatus ignis? Paulus declaratus: Vestalium focus perennis: Priapi in sacris an Magistra extiterit sponsa. pagina 235. col. 1.

Subsect. 5. Quo nubentium vitæ articulo celebratæ nuptiæ? pubertatis anni connubiis signati, & quinam in viro, fœmináque? Sponsus nouæ nuptæ quasi pater effectus quamobrem? Ruth, Prouerbiorum, Ecclesiastici, Ezechielis, Ioëlis sensus patefactus; puberis ætatis quænam argumenta? Pauli declarata sententia, quo tempore filij robustiores generentur? Canticorum vers. ex c 8. intellectio. 241. 2

Sect. 6. Canticorum ſponſus regia num excelluerit poteſtate? quod illi nomen? quos habuerit maiores? qua editus vrbe? Regiam Maieſtatem an mechanica omnis dedecet exercitatio? Agriculturæ ſtudium in honore olim: Salomon num alios ex Hebræis, ſub ſe Reges habuerit? quam florens eius regnatus? alluſio ad Salomonem Eccleſiaſtici cap. 24. an inter ſobolem filiæ quoque? Canticorum ſponſi auus de quo Reg. 3. cap. 4. cuius ſplendoris? Sponſus Hieroſolyma editus: num binæ appellationis? Canticorum verba ex cap. 6. 245.1

Sect. 7. Quæ poſſederit loca ſponſus? quos rexerit populos? qua tribu prognatus fuerit? dimenſio agrorum an æqualiter fuerit omnibus Iſraëlitis? quotuplex terræ Chanaan partitio? quæ ſtabilia bona in perpetuum coemere Hebræi poterant? num vna tribus in alterius ſorte poſſeſſiones habere valuerit? decem tribus ex captiuitate rediiſſe quomodo intelligendum? Hieruſalem cum templo, an ad tribum Benjamin an Iudæ ſpectaret. 250.1

ANTELOQVIVM VI.

Præcedenti Iſagoga tractata, ethicis condecorantur excurſibus. *pag.* 254

Sect. 1. MARIA ob hoſpitium, & quo ſe Dei Filium IESVS probaret, anima, & corpore in cœlum tranſlata. pag. 254. col. 1

Sect. 2. Apoſtolici viri libentiùs abiectorum culturæ incumbunt: Laudati, qui Indorum ſalutem prouehunt. 258.2

Sect. 3. Deus ſceleratiſſimis condonans peccatoribus, præſtare, vt de clementia optime ſperent imperfecti, indicat. pag. 262. col. 1

Sect. 4 Nemo ſe ſtare poſſe confidat, ſi à peccandi occaſione non procul abeat. pagina 266. col. 1

Sect. 5. Glorioſior, fortiórque in robuſta ætate virtus, cuius in pueritia iacta fuêre ſemina. pag. 270. col. 1

Sect. 6. Societatem IESV ob Filij Dei participatum nomen Deus ad maximam gloriam euexit. 274.1

Sect. 7. Humanæ felicitatis inconſtantia, breuitas mendacium. 278.2

Sect. 8. Amicitia ſinceriſſima ea, quæ abſente ſodali fidem ſeruat, quæ excreſcit. 282.1

Sect. 9. Diuinæ acerbitatis indignatio, tum maximè comprehendit peccatores, cùm aut iucundiùs agunt, aut nouiſſimorum magis obliuiſcuntur. 285.2

Sect. 10. Sub proſpera fortuna, difficile, temperatum eſſe, & bonos mores obſeruare. pag. 289.2

Sect. 11. Mortis recordationem, ſaluberrimum eſſe incitamentum ad ſperandam ſæculi pompam, ad vitam emaculandam. pag. 293 col. 2

Sect. 12. Peccando, hominem quaſi in brutum degenerare, antiqua lineamenta velut amittere. 297.2

Sect. 13. Non eſſe in longum differendam vitæ correctionem; difficilem eſſe veniam ſpatioſæ, & contumacis malitiæ. pag. 301. col. 1.

Sect. 14. Æqualem eſſe debere & Superioris, & ſubiectorum fortunam, paria onera, ſimilem voluptatem. 305.1

Sect. 15. Humilitatem non dedecêre optimates; qui notam eſſe principatus, & dominationis 308.2

Sect. 16. Non ignominiæ, ſed gloriæ ſeminarium Crux, atque Paſſio. 312.2

Sect. 17. Reipublicæ, familiarúmque moderatores munia quæque noſſe, quandóque & exercere præſtat. 316.2

Sect. 18. Euchariſtiæ epulum conuiuas ex prima nobilitate deſiderare, qui & Principes ſint. 320.2

Sect. 19. Toleramus ſine faſtidio, & cum voluptate aggredimur, quæ noſtræ propenſioni, & ſtudiis cognata ſunt. 324.2

Sect. 20. Peccatores Deum laudant, & magnificant quando beneficia præſtat: iuſti autem etiam quando calamitates immittit. 327.1

Sect. 21. Animi ſingularis puritas deſiderata ad Sacrorum Bibliorum intelligentiam, ſpeciatim ad Canticum Canticorum Salomonis. 392.2

ANTELOQVIVM VII.

Canticorum Auctor diſquiſitus: an canone ſacrorum Voluminum reponendus liber? *pag.* 332

Sect. 1. AN noſſe interſit canonicæ Scripturæ artificem immediatum? Deus canonico Scriptori an ſenſum rerum tantùm, an verba quoque ſuggerat? Conciliorum definitiones quam ſimilitudinem cum ſacris habeant Scripturis? Ioannis vnus, & alter locus detenebratus: naturæ

naturæ gratia quemadmodum se accommodat in Prophetis? modus citandi Scripturas Apostolorum,& Septuaginta: vaticinationes quo pacto liberæ & meritoriæ Prophetantibus. 332.1

Sect. 2. Breuiarium vitæ, & factorum Salomonis potissima quæque cum ordine proponens. 338.1

*Sect.*3. Quis Canticorum Auctor? num Abbreuiator aut collector Sacrorum oraculorum Auctoris titulo dignus? & specialiter de Baruc:an metrorum Cantici Canticorum Regum 3. libro memoria? à quibus sacrorum librorum tituli conscripti? 343.1

*Sect.*4. Canticorum, Volumen esse Canonicum,id,qui Hæretici,quàm friuolè,quàm malitiosè negent? de Theodori Mopsuasteni sceleratissimis moribus: de ridiculis Bibliorum castigationibus per sectarios: Caluini & Bezæ fœdissimi amores.p.346. col.2.

*Sect.*5.Canticorum idoneus quisnam Lector? librum cur sectarij oderint? Hæreseon initia ex libidinibus,& superbia. 349.2

*Sect.*6. Theodori Mopsuasteni tria argumenta aduersùs Canticum Salomonis: ætas legendi Cantica: notata in Iudæis spurcities: in Hæreticis maleuolentia in explananda Scriptura & Patribus: an Dei nomen in hoc Epithalamio. 352.2

*Sect.*7. An non canonicus liber hic, quoniam eius aliqua pars amissa sit?num vniuersim Scripturæ quidquam deperdi valeat? Henoch an librum canonicum scripserit? Matthæi verba discussa. 355.2

*Sect.*8. Salomon num in peccatis, cum cecinit Epithalamium? an à malis vera possint edi oracula? Actus Prophetiæ à quo habitu eliciatur? & num extrinsecè vitiari queat ab actu malo imperante. pag.358. col.2

*Sect.*9. Salomon an peccata fleuerit, & æternam consequutus fuerit salutem? ea super quæstione de sanctorum Patrum suffragiis indagatio. 362.1

*Sect.*10.Inualida ea esse,quæ Salomonis compunctionem suadere videantur, Ecclesiastis liber nũ planctus Salomonis,& quando conscriptus? an peccando scientiam amiserit? num postea recuperarit? ex 2. Regum locus declaratus. 369.1

*Sect.*11. Salomonis impœnitentiam quæ insinuant, esse grauioris ponderis, & vrgere magis: Salomon ob indestructa idola repudiatus à Deo: Reges Hebræorum quomodo sine culpa omiserint fana vanorum diruere Numinum? Manassis pœnitentiæ quæ certitudo? mons Offensionis quare dictus, 373.1

Sect. 12. An huius Codicis stylus castas offendens aures,& ideò Spiritus sancti indignus penicillo. 376.2

*Subsect.*1. Sub veteri fœdere à paucis adamata virginitas, opes contemptæ:vtrumque ex Patrum & Scholasticorum dictis fusè comprobatum? Matrimonij num tunc præceptum. 377.1

*Subsect.*2. Canticorum phrasim,omnem impudicam venerem respuere; quid secundùm eam vbera, venter, crura, vmbilicus,& similia? quænam considerandæ in veteris instrumenti dictione? quæ in coniugatis amplioris licentiæ causa. 381.1

Subsect. 3. Obiectio à Monachatu antiqui Fœderis: qualis hic fuerit? num feminæ aliquæ virginitatem colentes? Isaiæ,Macchabæorum,Matthæi illustratio. 384.1.

ANTELOQVIVM VIII.

Sacri Epithalamij enodatus Auctor quam tropologiam subministrat. 387

*Sect.*1. MARIA sugendo vbera,præbẽdo vbera,plus meruit, quam Martyres riuos sanguinis fundendo. 387.1

*Sect.*2. Magistratus,præmia,speciosiora quæque,melioribus deferenda. 391.1

*Sect.*3. Inclytum, proprias iniurias remisisse; in Dei causa vlciscenda, in alieno vindicando conuitio seuerum extitisse. 394.2

*Sect.*4. Ad sapientiam adipiscendam, breuis & præclara via,sanctæ orationis studium. 398.2

Sect. 5. Quale vnicuique nomen, tales debeant esse & mores,turpe ementiri factis decoros titulos. 403.1

*Sect.*6. Homines erga Deum negligentes plerumque,& illiberales: erga prophana diligentes atque profusi. 406.2

*Sect.*7. Indecorum,paritérque miserandum, seruatæ ab adolescentia iustitiæ, in senectute iacturam fecisse. 411.1

Sect. 8. Qui fuere quondam optimi,si à rectitudine deflectant, omnium iniquissimi euadunt. 415.1

*Sect.*9.Luxuriæ timendam,formidabilémque esse vim etiam strenuissimis bellatoribus. pag.419.col.1

Sect. 10. Non esse fulminandam in reos sententiam, nisi postquàm Iudici satis compertum, pro illorum, innocentia non superesse alleganda. pag. 423. col.1.

*Sect.*11. Antelapsa sectione oratoriè versata, seriò probantur ex Pontificum, Conciliorum, Patrum effatis. 427.1

*Sect.*12. Peccatum hebetare ingenia, etiam peritissimos ad maximam ruditatem trahere. 431.1

*Sect.*13. Ab exprompta Bacchanaliorum diebus Eucharistia, suis armis confossus, & iugulatus Diabolus. 435.1

*Sect.*14. De Scriptore excellens opinio singulariter ob morum integritatem, doctrinæ mirificam conciliat auctoritatem. pag.439.col.1

*Sect.*15. Veritas lucem, & cognitionem hominum numquàm erubescit; malitia est quæ absconditur. 441.2

*Sect.*16. Absurdi res plena est, scrupulosum esse in exiguis; negligentem in magnis. 443.2

ANTELOQVIVM IX.

Epithalamij titulus, & inscriptio enucleati. pag.446

*Sect.*1. QVodnam Cantici etymon, quæ vis, & natura? num in Scripturis carmina? an de illis Salomonis hoc metrum? musicæ commoda & voluptas. 446.1

Sect. 2. Epithalamium an ob antiquitatem Canticum Canticorum vocatum? Scientiæ à quibus deriuatæ, ad gentes? Poëtæ ethnici plurima quemadmodum & Philosophi ex sacris Auctoribus suffurati; an Moyses literatorum dux? quas scholas Hierosolymis condiderit Salomon, & num ipse publicè docuerit? Virgilij de Musæo versus Æneid. 6. an de Moyse interpreta di. 450.2

*Sect.*3. An Canticum Canticorum ob vaticinij excellentiam? eius scriptionis præstantia quantos ob titulos? & num aliis Bibliorum Voluminibus præferenda? num inter veteris Instrumenti Prophetas maximus Salomon? Habitus fidei num in actum Prophetiæ influat. 455.2

*Sect.*4. Canticorum quanta difficultas? num etiam idoneè Canticum Canticorum propter inaccessam mysteriorum profunditatem. 460.2

*Sect.*5. Quæ melior inscriptio libri, Cantica Canticorum? an potius Canticum Canticorum? Ezechielis, Lucæ, Pauli verba cum oppositis fœderata. 465.2

*Sect.*6. Num Salomonici Epithalamij titulus canonica pollere auctoritate censendus sit? Biblicarum inscriptionum quinam Auctores censendi? & quæ illarum vtilitas? Estheris septem vltima capita num authentica? Chronologicorum numerorum partitio in sacro Instrumento an de fide? ex Regum 3. celebris versatus locus. 469.1

Sect. 7. Cur in hac Epithalamij inscriptione Salomon nudè positus? cur alibi & filius Dauid, & Rex nuncupetur? Verbis initialibus Prouerbiorum & Ecclesiastis lux data; tributa num ante lapsum exegerit Salomon? an inter tribum Iudæ & alias tribus ciuilia quædam fuere odia? 474.1

*Sect.*8. An liber Canticorum respondeat nominibus Ididæ, atque Pacifici, quibus Salomon vocatus est? num Auctor libri Sapientiæ? 478.1

Sect. 9. Hebræa & Græca translatio tituli Canticorum explanata, & eius cum vulgato Interprete conciliatio: stylus Canticorum an Dramaticus? de quo Salomone tamquam sponso agatur. 481.1

ANTELOQVIVM X.

Tituli & inscriptionis Canticorum moralis sensus declaratus. 484

*Sect.*1. VIrgineis legionibus, quæ prima fuerit ductrix. 484.1

§.1. MARIA castitatis perpetuæ vexillum extulit. ibid.

§. 2. MARIA quia prima Virginum, Virgo antonomasticè dicta. 486.1

§. 3. MARIA eò quòd sit prima Virgo, æternam Verbi quasi generationem æmulata, dum concipit, ac parit. 487.2

Sect. 2. Ne in mortalia labamur, à venialibus cauendum: quò præcepta tutò adimpleamus, consilia etiam seruanda. 489.1

*Sect.*3. Contemplationis deliciis frui cupientem oportet omnibus sæculi curis valedicere. 492.2

*Sect.*4. Scientiæ, spiritus feruorem esse maritandum, quo sapientia vtilis euadat. 496.2

*Sect.*5. Amanti animæ, si dilectus absit, omnia sordent; eius illi præsentia rebus omnibus charior. 500.2

*Sect.*6. Grati animi esse, beneficij se splendoribus abdicare, eósque in doni auctorem refundere. 504.2

Sect. 7. Verus obediens, neque præcipientis conditionem, neque mandatorum qualitatem (tantùm honesta sint) discernere debeat; Deus solus attendendus. 508.1

*Sect.*8.

*Sect.*8. Post Christi Incarnationem, & Natiuitatem Deum quasi mitem factum; qui sub lege vlciscens, atque seuerus habebatur. 512.1

*Sect.*9. Eucharistiam reliquis eminere Sacramentis, esse in quo & diuina largitas, & potentia magis resplendeant. 515.2

*Sect.*10. Earumdem rerum bonus vsus, salutem operatur æternam, malus condemnationem perpetuam. 519.1

*Sect.*11. Quæ sola ætate absque rerum gestarum gloria comite fundatur auctoritas, inanis reputanda. 521.1

*Sect.*12. Quò quisque proximior Deo, aut Christo; eò felicior & dignior. 522.2

ANTELOQVIVM XI.

De meliori, sacras Scripturas interpretandi genere. *pag.*525

*Sect.*1. NVm illaudati frequentes excursus in variarum disciplinarum materias? & quæ vituperanda longitudo Commentariorum? 525.1

*Sect.*2. Quantum vitium in Scriptore, quasi sua facere velle, quæ ab aliis adinuenta, elaborata sunt. 529.2

*Sect.*3. Explanatio Bibliorum mixta ex historica & ethologica, omnium & præstantissima, & vtilissima; Historicus Scripturarum sensus quanti faciendus? mystici sensus quàm magna Ecclesiæ Patribus æstimatio? conceptuum studium optimis ingeniis dignum; loci communes morales non spernendi. 531.2

*Sect.*4. Exaggerationes Concionatorum; distortæ, & impropriæ expositiones; nonnihil de accommodatitio sensu Scripturarum; num à Spiritu sancto. 536.2

*Sect.*5. Quo temperamento vti debeat Catholicus vel Scriptor, vel Ecclesiastes in allegandis Gentilium effatis? Exodi locus tractatus; item Deuteronomij; difficilis quæstio & noua de quatriduano Lazaro. 539.1

*Sect.*6. Quid sensus historicus, quid Mysticus? & vter dignior? & an sub eadem litera plures historici reperiantur sensus? Ioannes bis elucidatus; Moyses in Genesi semel: Parabolæ an duplicem literalem sensum habeant? 543.1

ANTELOQVIVM XII.

Elapsum pro meliori Scripturas interpretandi genere Prolegomenon, quam suggerit moribus doctrinam? 549

*Sect.*1. NItela condecoratos, reuerentia communitos, Christi mensa hospites excipit. 549.1

*Sect.*2. Non vnam esse semitam, qua ad Olympum itur. 552.1

*Sect.*3. Boni proximorum pulchra detegunt, vitiosa occultant; mali è diuerso. 555.1

*Sect.*4. Neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum, sed media incedendum via. 558.2

*Sect.*5. Non esse acquirendam perfectionem quasi per saltum; sed paulatim, & diuturno labore. 561.2

*Sect.*6. MARIA tota luminosa, & sciens, literariæ nauigationis felix Cynosura. 565.1

*Sect.*7. Numquàm longum, aut fastidiosum eum reputemus laborem, quem pro Deo sustinemus. 568.2

*Sect.*8. Non esse in vnum congerendos omnes fauores, non omnia munera. 570.2

*Sect.*9. Iniquum æque est ac probrosum cupere, ex suffurata aliorum gloria splendescere. 572.1

Peroratio ad Virginem Deiparentem. pagina 575

INDEX

Canticorum Aduentus, Quadrageſimæ, nonnullorum feſtorum, ſpeciatim Euchariſtiæ, & B. Virginis, cùm quibuſdam ſpiritalibus exhortationibus,

In quo Moralitates omnes quæ indicantur, integram conceptuum ſibi vendicant Sectionem.

ADVENTVS.

Dominica prima.

EVNT *ſigna in Sole, & Luna, & Stellis*, &c. Luc. cap. 21. verſ. 25. Compunguntur inanimata vt Homo erubeſcat inſenſibiliorem ſe mutis elementis factum per peccatum. Anteloq. 6. Sect. 12. Tunc quidem (docet Matthæus cap. 24. verſ. 38.) erunt Homines comedentes & bibentes, & nuptui tradentes ſicut in diebus Noë, &c. cùm igitur minimè cogitabatur proxima mors atque ruina, tùm ſuperueniet inopinatò mediis in gaudiis. Ant. 6. Sect. 9.

Arefcentibus hominibus præ timore, &c. Ita quidem timere faciet mala conſcientia, & quòd in longum diſtulerint pœnitentiam. Ant. 6. Sect. 13.

Videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna & maieſtate, &c. Magna pars huius gloriæ in Crucis vexillo conſiſtet, & intelligent Homines non ignominiæ, ſed maieſtatis notam eſſe Crucem Seruatoris. Ant. 6. Sect. 16.

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, &c. Nihil verbo fugacius, ſed nec verbum apud Deum tranſit: vbi tranſitoria ſunt; hic mundus eſt, cuius pompa inſtabilis. Anteloq. 6. Sect. 7.

Dominica ſecunda.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, &c. Quomodo ſi Ioannes tam dilectus *in vinculis*, &c. Quoniam Deus chariores amicos duriùs probat & exercet in hoc mundo. Anteloq. 4. Sect. 7.

Renunciate Ioanni quæ audiſtis, doctrinam intelligens, *& quæ vidiſtis*, opera ſignificans, quoniam opera bona mirabilem auctoritatem doctrinæ conciliant. Ant. 8. Sect. 14.

Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, &c. Non Solis cæcis beneficium præſtat Chriſtus, quia non reſtringit ad vnum beneficentiam, quod eſſet odioſum, ſed effundit in multos. Anteloquio 12. Sectione 8.

Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Non hoc demirantur, ſed Baptiſtæ humilitatem, quæ multò glorioſior eſt aulicorum faſtu. Ant. 6. Sect. 15.

Dominica tertia.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, &c. Ioan. cap. 1. verſ. 19. Chriſtum, quem propè habebant, deſpiciebant, & ad Ioannem procul morantem legatos deſtinabant, nam præſentia faſtidimus, abſentia concupiſcimus. Anteloq. 2. Sect. 3.

Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Veritas enim fidelis & conſtans eſt, nihilque metuit, aut erubeſcit. Anteloq. 8. Sect. 15.

Ego vox clamantis, &c. Nihil ſibi attribuit, ſed alterius ſe loqui nomine affirmat, in Deum omnem referens gloriam fideliſſimus ſeruus. Anteloq. 10. Sect. 6.

Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis: Cur hoc ſpecialiter aduertit? Quoniam hi inuidebant Chriſto, & volebant Ioannem præferri, non quòd meliorem iudicarent; ſed quia malus affectus iudicium perturbauit. Ant. 2. Sect. 11.

Dominica quarta.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Luc. cap. 3. verſ. 1. Numerat tot malos Principes, quoniam cùm peſſimis Deus benefaciat, imperfectos benè de clementia eius ſperare poſſe, indicat. Ant. Sect. 3.

Venit in omnem regionem Iordanis, &c. Non ad magnas ciuitates pergit, nam Apoſtolici viri libentiùs abiectorum curæ incumbunt. Ant. 6. Sect. 2.

Vox clamantis in deſerto, &c. Eremum habitat, eò quòd Nemo ſe ſtare poſſe confidat, ſi à peccandi occaſione procul non abeat. Anteloq. 6. Sect. 4.

Omnis

Omnis Vallis implebitur & omnis collis humiliabitur, &c. Cunctis patet via ad cælum, nam diuerſæ ſunt ſemitæ. Anteloq. 12. Sect. 2.

QVADRAGESIMA.

Feria quarta Cinerum.

CVm ieiunatis nolite fieri ſicut Hypocritæ, &c. Matth. cap. 6. verſ. 17. Turpe ex mendacio gloriam quærere. Anteloq. 12. Sect. 9. & Anteloq. 8. Sect. 5.

Exterminant enim facies ſuas, &c. Si Deus iuberet vt non componerent vultum non obedirent: faciunt autem libenter pro Vana gloria. Anteloq. 8. Sect. 6.

Theſaurizate vobis Theſauros in cælo, &c. Nam quærentibus hos, & humani adiicientur theſauri. Ant. 4. Sect. 13.

Memento Homo quia puluis es, &c. Humana fælicitas manca ſemper: cælo integrè gaudere datum. Anteloq. 2. Sect. 9. Humana fælicitas inconſtans & breuis. Anteloq. 6. Sect. 7. Mortis recordationem ſaluberrimam eſſe ad vitæ emendationem. Anteloq. 6. Sect. 11. Periculum differentium pœnitentiam in vitæ extrema. Ant. 6. Sect. 13.

Feria quinta poſt Cineres.

Audiſtis, quia dictum eſt: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, &c. Matthæi cap. 5. verſ. 44. Inclytum proprias iniurias remiſiſſe, in vlciſcenda cauſa ſeuerum eſſe. Anteloq. 8. Sect. 3. Ad beneficia præſtanda feſtinandum, ad pœnas irrogandas ſpatioſum eſſe oporteat. Ant. 4. Sect. 13.

Vt ſitis fily Patris veſtri, qui in cælis eſt: Præclara & inſignis dignitas Deo ſimilem & coniunctum fieri Anteloq. 10. Sect. 12.

Qui in cælis eſt, Nempe abſens, eximia quippè fidelitas eſt, quæ in Amici abſentia relucet, Ant. 6. Sect. 8.

Dominica prima Quadrageſimæ.

Ductus eſt Jeſus in deſertum à ſpiritu, &c. Matth. cap. 4. verſ. 1. Quare Ieſus non legitur tentatus fuiſſe inter domeſticos & conciues, ſed in deſerto? Quia ſufficiens tentatio vero iuſto ſunt ipſi domeſtici. Ant. 4. Sect. 4.

Quadraginta Diebus, & quadraginta noctibus, &c. Etiam Moyſes & Helias famuli: vult igitur Chriſtus qui ſuperior eſt æqualis in mortificatione eſſe ſubditis. Anteloq. 6. Sect. 14. Ante prædicationem longæ vacat orationi. Anteloq. 8. Sect. 4. Quamobrem non acceſſit dæmon in Principio ieiunij, aut in medio, ſed ad finem? quia delectatur plurimùm vt qui in iuuentute ſancti extiterunt in exitu & ſenectute iacturam faciant. Ant. 8. Sect. 7.

Dic vt lapides iſti, &c. Quam rudis aſtutia lapidibus eſurientem tentare: ſed malitia hebetat intellectum. Ant. 8. Sect. 12.

Hæc omnia tibi dabo, &c. Diabolicam quaſi ſapit munificentiam velle in vnum vniuerſa congerere cum aliorum deſpectu. Ant. 12. Sect. 8.

Feria quarta poſt Dominicam primam.

Magiſter volumus à te ſignum videre, &c. Matth. cap. 12. verſ. 38. Cur reſpondet cum indignatione Generatio praua, &c. Quia in doctrinæ auctoritatem non ſunt petenda à Concionatoribus miracula, quæ eorum poteſtatem vincunt, ſed morum integritas. Ant. 8. Sect. 14.

Viri Niniuitæ ſurgent & condemnabunt, &c. Ecce locus & præceptores non ſufficiunt ad ſalutem ſi negligentes fuerimus: Nam Iudæi in terra ſancta exiſtentes & Prophetas Magiſtros habentes condemnabuntur à Niniuitis.

Regina Auſtri & quia venit à finibus terræ, &c. Multùm omninò fecit patriam & domeſticos relinquens ob amorem ſapientiæ. Ant. 4. Sect. 15.

Et fiunt nouiſſima peiora prioribus, &c. Qui optimi quondam fuerunt, ſi à iuſtitia deflectant peſſimi euadunt. Ant. 8. Sect. 8.

Feria ſexta poſt Dominicam primam.

Erat Dies Feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, &c. Ioann. cap. 5. verſ. 1. Dicitur piſcina quinque porticus habens, quia ad ſalutem conſequendam non vna eſt ianua, nec ſemita, ſed variæ, alius ſaluatur in opibus, alius ex paupertate &c. Ant. 12. Sect. 2.

Multitudo magna languentium, &c. Benè fit cum mortalibus quòd ſic affliguntur à Deo, quoniam ſub proſpera fortuna beneficiorum diuinorum facilè obliuiſcuntur. Ant. 6. Sect. 10.

Angelus autem Domini deſcendebat, &c. Licèt tantus Princeps Angelus, humile miniſterium dedecus non reputat. Ant. 6. Sect. 15.

Vis ſanus fieri, &c. Et ad vnum verbum reſpondentis, beneficio afficit: ſi pœnam inflicturus eſſet moras traheret & ideò Hieroſolymam vaſtari à Romanis non niſi quadraginta poſt mortem annis paſſus eſt. Ant. 4. Sect. 13.

Dicebant Judæi, Sabbatum eſt, non licet grabatum tollere: Ipſi tamen tunc tollebant aſinum è puteo ſi cadebat, ſed quia malè affecti erga Chriſtum ratione non ducuntur. Anteloq. 2. Sect. 11.

Dominica ſecunda Quadrageſimæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, Ioannem, &c. Matth. cap. 17. verſ. 1 &c. & adiungit *in montem excelſum ſeorſum*, Quoniam contemplationis deliciis frui volentem oportet ſæculi curis valedicere. Ant. 10. Sect. 3.

Et ecce apparuerunt Moyſes & Helias, &c. Vnus lenis, alter ſeuerus, vt doceantur Apoſtoli lenitatem cum ſeueritate coniungere in regimine ſubditorum. Ant. 12. Sect. 4 Lucas docet cap. 9 Lquuntos eos *de exceſſu*, hoc eſt Paſſione, quòd deliciæ Chriſti eſſent pati vt Eccleſiam nouam ſibi ſponſam fundaret. Ant. 2. Sect. 4.

Domine, bonum eſt nos hic eſſe, &c. Lucas addit, *neſciuiſſe eum quid diceret*, &c. Et recte 1. quia nomen Apoſtoli habens, nolebat nomini conformare vitam, nam Apoſtolorum eſt docendo per mundum diſcurrere, non in deſerto verſari Anteloq. 8. Sect. 5. Secundò, quia cum Religioſus eſſet, debebat patriam & domeſticos relinquere, quod non faceret ſi in Iudæa maneret in monte Thabor. Ant. 4. Sect. 15.

Feria quarta poſt Domicam ſecundam.

Ecce aſcendimus Hieroſolymam, &c. Matth. cap. 20. verſ. 18. &c.

Mater filiorum Zebedæi, &c. Glorioſa aggreſſuris

nulli imminent ſęuiores inimici domeſticis ferè quaſi ab Apoſtolatus ſtatu eos genitrix deturbauit. Ant. 4. Sect. 4.

Neſcitis quid petatis, &c. Quia velle Deo ſeruire ob humanos reſpectus regni temporalis, vel aliorum tranſeuntium bonorum, periculoſum eſt. Ant. 2. Sect. 2.

Poteſtis bibere calicem? Nam ſignum filiorum Dei eſt ob Crucem & vexamenta diligere eum: mali quoque laudant, cùm beneficiis onerat. Ant. 6. Sect. 20. Non dicit quàm magnum vel paruum calicem, quantóve tempore: Nam labores pro Deo tolerandi metam habere non debent niſi quam Deus ipſe poſuerit. Ant. 12. Sect. 7.

Non eſt meum dare, &c. Neque enim ob conſanguinitatem officij à Principe danda, ſed ob merita. Ant. 8. Sect. 2.

Feria ſexta poſt Dominicam ſecundam.

Homo erat Pater familias, qui plantauit vineam, &c. Matth. cap. 21. verſ. 303. *& ſepem circumdedit, & ædificauit turrim*, &c. Nónne ſufficiebat turris ad munitionem? docebamur vt Dei præcepta non tranſgrediamur, opus eſſe & peccata venialia fugere, nam Turris munimen ſepes erat, ſicut præceptorum euitatio venialium. Ant. 10. Sect. 2.

Et peregrè profectus eſt, &c. Vt ſeruorum fidelitatem in abſentia probaret. Ant. 6. Sect. 8.

Cùm appropinquaſſet tempus fructuum, &c. Petebat fructus, non vt depauperarentur illi, verùm vt cum fœnore reſtitueret bonis famulis. Anteloq. 2. Sect. 5.

Nouiſſimè miſit filium, &c. Proh quantis agit cùm reo antequàm ſententiam terribilis condemnationis contra eum ferat. Ant. 8. Sect. 10.

Aufferetur à vobis regnum, &c. Nam quoniam Iudæi contra Dei gnatum inſurrexerunt, deleta eſt memoria regni & omnis gloriæ eorum: ſic puniuntur contra ſacra & diuina audentes. Anteloq. 2. Sect. 13.

Dominica tertia quadrageſimæ.

Erat Ieſus eiiciens dæmonium & illud erat mutum, &c. Luc. cap. 11. verſ. 14. Verbum eiiciens denotat actionem perſeuerantis: nam debemus ſemper verſari in eiectione dæmonum & vitiorum, nunquam à talibus feriari. Ant. 2. Sect. 7. Quare non Apoſtolis præcepit vt eiicerent? ita quidem nonnunquam faciebat, ſed inſinuabat oportere vt & Domini eadem quandóque præſtent, quæ aliis imperant, vt ſciant diſcipuli non ob neceſſitatem poſtulare Magiſtrum vt faciant. Anteloquio 6. Sect. 17.

In Beelzebub principe demoniorum eiicit demonia, &c. Vide quomodo malè interptetantur nam non quidem in Beelzebub, ſed in digito Dei; verùm mali ſemper proni ſunt ad peſſimè iudicandum etiam de rectè factis. Ant. 12. Sect. 3.

Feria quarta poſt Dominicam tertiam.

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur Traditiones ſeniorum, &c. Matth. cap. 15. verſ. 2. Et culpa quam opponunt eſt, quòd non lauent manus ſed conſiderare debebant adhuc imperfectos eſſe diſcipulos, quamuis enim vitæ ſeueram rationem quiſquam profiteatur, non tamen exigendum vt continuò, & vna die tanquàm per ſaltum perfectus euadat. Ant. 12. Sect. 5.

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei, &c. Scrupuloſi erant in paruis, & negligentes in maximis. Ant. 8. Sect. 16.

Labiis me honorat, cor autem longè eſt. Scientiæ iungendus feruor vitæ, alioquin nihil prodeſt. Ant. 10. Sect. 4.

Feria ſexta poſt Dominicam tertiam.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar &c. Ioann. cap. 4. verſ. 5. Tam longa collocutio, cùm Samaritana, & Magdalenæ poſt reſurrectionem quaſi celat ſe, quia quò fortiores in ſpiritu animæ, eò plus mortificantur à Numine. Ant. 4. Sect. 6. & 7. Nunquam legitur Chriſtus in conuerſione alterius tantùm laboraſſe, quoniam luxuriæ vitium difficillimè ſuperatur. Ant. 8. Sect. 9. Vt potum aquæ frigidæ Chriſto concedat, plurimum altercatur, quæ cum amatoribus falſis ſatis liberalis extitit. Ant. 8. Sect. 6. Sub aquæ metaphora concionatur ei, quoniam dulciter credimus rebus, quibus aſſueuimus, & ſimilitudo facilia reddit onera. Anteloq. 6. Sect. 19.

Meus cibus eſt vt faciam voluntatem, &c. Licèt corpore feſſus, ſed non animo, quia patiebatur pro Deo. Ant. 12. Sect. 7.

Dominica quarta Quadrageſimæ.

Abiit Ieſus trans mare Galileæ, &c. Ioann. cap. 6. verſ. 1. Videbatur multitudini defuturus paſtus procul ab vrbibus, ſed quærentibus iuſtitiam, nihil deeſt. Ant. 4. Sect. 14.

Cùm ergò ſubleuaſſet oculos & vidiſſet, ad benefaciendum ſit maxima celeritas, nam talis laudabilis omninò. Ant. 4. Sect. 13.

Qui habet quinque panes hordaceos, &c. Chriſto & diſcipulis poterant ſufficere, verùm puderet Chriſtum ipſum ſaturari patientibus famem auditoribus. Ant. 6. Sect. 14.

Vt facerent eum Regem, &c. At quarè poſteà dicebant, Crucifige? quia nunc ob humanum reſpectum alimoniæ venerantur ſolùm. Ant. 2. Sect. 2. Et quia malorum eſt Deo applaudere ſolùm cùm benefacit. Ant. 6. Sect. 20.

Feria quarta poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ.

Præteriens Ieſus vidit Hominem cæcum à natiuitate, &c. Ioann. cap. 9. verſ. 1. *Quis peccauit, vt cæcus naſceretur?* Quòd ſi ex peccato cæcitas exterior, multò magis interior ſpiritus. Ant. 8. Sect. 12.

Sed vt manifeſtentur opera Dei: Ad gloriam ſuam demonſtrandam Deus ſanctos præſertim vexat. Ant. 4. Sect. 7.

Ille Homo, qui dicitur Ieſus, lutum fecit, &c. Omnem gloriam transfert in Ieſum. Anteloq. 10. Sect. 6.

Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc neſcimus: Moyſem, quem nunquam viderant, cognoſcere ſe affirmant, & Ieſum quem videbant, ignorant: Vide cæcitatem mali affectus. Anteloq. 2. Sect. 11.

A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati, &c. Nam difficillimum eſt vitium infantiæ exuêre. Ant. 2. Sect. 6.

Feria ſexta poſt Dominicam Quartam.

Erat quidam languens Lazarus, &c. Ioann. cap

11. verſ. 1. *Ecce quem amas infirmatur*, vt audiendo nomen amoris properè accedat, quia amans abſque amati præſentia torquetur. Ant. 10. Sect. 5.

Rabbi nunc volebant te Iudæi lapidare & iterùm vadis? Etiam, quia inclytum reputat iniuriarum obliuiſci.

Lazarus mortuus eſt, &c. Scilicet diues, nobilis, robuſtus: Ecce quanta rerum humanarum inconſtantia. Ant. 6. Sect. 7.

Iam fœtet, quatriduanus eſt: Spiritaliter, qui amici Dei ſpeciales fuerunt, ſi ad vitia tranſeant, cunctorum peſſimi euadunt. Ant. 8. Sect. 8.

Voce magna clamauit: Quoniam difficillima eſt conuerſio grandium Peccatorum. Ant. 6. Sect. 13.

Ligatus pedes & facies ſudario: Nam verus obediens ſecundum ſuam voluntatem non debet moueri, ſed iuxta ſuperioris placitum. Anteloq. 10. Sect. 7.

Dominica quinta Quadrageſimæ.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioann. cap. 8. verſ. 46. Quoniam innocens & verax erat, nihil extimeſcit, nam veritatis magnâ eſt conſtantia. Ant. 8. Sect. 15.

Nunquid tu maior Patre noſtro Abraham? Quid ſi non maior eò dummodo melior? antiquitas annorum ſine meritis parum prodeſt. Ant. 10. Sect. 11.

Patre noſtro Abraham. Gloriantur Stemmate, cùm ex virtute ſola vera nobilitas. Ant. 4. Sect. 3.

Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: abiudicabat à ſe gloriam, vt in patrem transferret. Ant. 10. Sect. 6.

Feria quarta poſt Dominicam quintam.

Facta autem ſunt encœnia' Hieroſolymis, & hyems erat, &c. Ioann. cap. 10. verſ. 22. *Quouſque animam noſtram tollis dic nobis ſi Tu es Chriſtus?* at nónne mille modis indicarat? Sed non poterant flecti ad credendum, quia non erat ſimilis Meſſiæ, quem ſibi formabant, qui daret eis bona temporalia. Ant. 6. Sect. 19. & quia affectus inuidiæ contra Saluatorem lumen rationis obcæcabat, ne etiam manifeſta cognoſcerent quodammodò. Ant. 2. Sect. 11.

Opera quæ ego facio in nomine Patris. Præclarum doctrinæ & veritatis teſtimonium à tam eximiis operibus. Ant. 8. Sect. 14.

Suſtulerunt ergo lapides vt lapidarent eum. Modò cum triumpho recipiunt Hieroſolymam intrantem, modò quaſi Prophetam venerantur: modò lapidant & blaſphemant: ita ex alterna gaudij & mœroris viciſſitudine vita iuſtorum componitur. Anteloq. 4. Sect. 8.

De bono opere non lapidamus te. Nulla acerbior contumelia, quam quæ ſub boni ſpecie infertur. Ant. 4. Sect. 5.

Feria ſexta poſt Dominicam quintam.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, &c. Ioann. cap. 11. verſ. 47. *Quid facimus, quia hic Homo multa ſigna facit?* quid facturi erant niſi vt ſequerentur & colerent? ſed praui affectus tanta eſt malitia, vt ſibi damnum malit, antequàm honorem ei, quem odio habet. Ant. 2. Sect. 11. & vide vt miracula ipſa quibuſdam ſunt in ſalutem, aliis in perniciem, pro bono aut malo vſu. Anteloq. 10. Sect. 10.

Venient Romani, & tollent locum noſtrum: Sed quid ſi pro Chriſto amittant, an non reſtaurare ipſemet potens cum multiplici fœnore? Anteloq. 2. Sect. 5. Imò propterea iuſtà delera eſt memoria gloriæ ipſorum, quia contra Chriſtum Domini auſi ſunt. Ant. 2. Sect. 13.

Dominica ſexta Quadrageſimæ, ſiue in Palmis.

Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, &c. Matth. cap. 21. verſ. 1. *miſit duos diſcipulos*, non vt ſoluerent equum phaleris inſignem, ſed aſinam, quia Apoſtolici viri libentiùs abiectorum culturæ incumbunt, quam Magnatum. Ant. 6. Sect. 2. Pullus ligatus Peccatorē denotat, qui mauult captiuus eſſe ſub dęmone, quam liber ſub Chriſto. Ant. 8. Sect. 6. Vilitatem aſinæ non reputat Triumpho inidoneam; quoniam humilitas non ignominia, ſed pompa eſt. Anteloq. 6. Sect. 15. Cui modò plaudunt Hoſanna dicentes, Crucifixuri ſunt breui, talis mundi huius gloria. Ant. 2. Sect. 9. & Ant. 6. Sect. 7.

Feria quinta in cœna Domini.

Ante Diem feſtum Paſchæ, Ioann. cap. 13. verſ. 1. Quàm ardenter Eccleſiam Chriſtus dilexerit. Ant. 2. Sect. 4. in finem dilexit: & ideò reſeruauit inter dona potiſſimum, quod ex hoc mundo diſceſſurus traderet, Euchariſtiam videlicet. Ant. 10. Sect. 9.

Non lauabis mihi pedes: Petrus non debebat etiam in piis rebus voluntati ſuperioris obſiſterè. Ant. 10. Sect. 7.

Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, hoc eſt, veniales abſtergat noxas; id quam ſalutare. Ant. 10. Sect. 2.

Si ergo laui pedes veſtros Dominus & Magiſter, &c. Cùm ſuperior ſe ad humilia deprimit, iniquiſſimum eſt vt ſubditus recuſet. Ant. 6. Sect. 14.

PRO FESTORVM NONNVLLIS

Pro feſto Corporis Chriſti.

Euchariſtiæ Sacramentum eſſe Pacis & reconciliationis: eius poſt inſtitutionem Deum quaſi mitiorem factum. Ant. 2. Sect. 10.

Euchariſtiæ frequentem manducationem aduerſus carnis petulantiam efficax eſſe remedium. Ant. Sect. 9. Dominicæ menſæ hoſpites virtutibus Principes eſſe debêre. Ant. 6. Sect. 18.

Euchariſtiam reliquis eminere Sacramentis eſſe in quo Dei largitas & potentia magis effulgeat Ant. 10. Sect. 9. Quanta puritate & reuerentia accedendum ad Euchariſtiam? Ant. 12. Sect. 1.

Pro ſupplicatione Quadraginta horarum exprompta Euchariſtia Bacchanalium diebus.

Quàm gloriosè de Sathana Chriſtus triumphet quem ſuis velut iugulet armis. Ant. 8. Sect. 13.

Pro Natiuitate, vel Incarnatione Dominica.

Poſt Chriſti Incarnationem & Natiuitatem Deum quaſi mitem factum, qui ſub lege vlciſcens, atque ſeuerus habebatur. Ant. 10. Sect. 8.

Pro Circonciſione Domini.

Ieſu nomen participatum quantam ad gloriam euehat? Ant. 6. Sect. 6:

Pro Conceptione Beatæ Virginis.

Maria peccatrice vuluâ concepta, de originaria culpa non traxit. Ant. 4. Sect. 1. Non decuiſſe originario vitio Mariam infici, quando in Dei Genitricem eligenda fuerit. Ibidem Sect. 2.

Pro Natiuitate Beatæ Mariæ.

Quàm amabilis Domino Infans quæ in lucem prodierit? Ant. 2. Sect. 1. Quomodo ipſomet mammas ſugendi blandiſſimo actu Martyrum agones vicerit? Ant. 8. Sect. 1.

Pro Præſentatione in Templo.

Fuiſſe primam, quæ voto caſtitatem obſtrinxerit & præiuerit exemplo ſanctimonialibus, quantáque inde illi gloria? Ant. 10. Sect. 1.

Pro Aſſumptione Deiparæ.

Quas ob cauſas anima & corpore in cœlum tranſlata? Ant. 6. Sect. 1.

Pro Sodalitate Beatæ Mariæ ſcholaſticorum.

Quomodo ipſa ſit litterariæ Nauigationis fœlix cynoſura? Ant. 12. Sect. 6.

PRO SPIRITALIBVS EXHORT.

Renunciationis Religioſæ, deſerentium patriam & diuitias, difficultas & commoda.

Quæ pro Deo relinquimus, cum fœnore reſtituit Numen. Ant. 2. Sect. 5. Domeſticis valedixiſſe quàm arduum? Ant. 4. Sect. 15.

Cognatorum Amor moderatus ſit in Religioſis.

Glorioſa aggreſſuris fortiores inimici conſueuêre eſſe domeſtici. Ant. 4. Sect. 4.

Mortificationis ſtudium.

Etiam veteranis Religioſis ſummæ debeat eſſe curæ. Ant. 2. Sect. 7.

Otij fuga.

Otium viris ſpiritalibus ſummopere vitandum. Ant. 2. Sect. 8.

Ariditas ſpiritus & deſolamen.

Sponſus erga egregias & fortes animas quaſi durior vt probet illas. Ant. 4. Sect. 7.

Miſsiones Apoſtolicæ.

Laudati qui Indorum curæ incumbunt, & abiectiorem plebis docent partem. Ant. 6. Sect. 2.

Occaſiones peccati.

Viris quantumcumque ſpiritalibus omninò fugiendæ ni labi velint. Ant. 6. Sect. 4.

Tyrocinium ſpiritale.

Ab eius feruore reliquæ vitæ conſtantia dependet. Ant. 6. Sect. 5.

Abiectionis Amor.

Viris nobilibus Religionem ingreſſis vilia miniſteria non ſunt dedecori, ſed honori. Ant. 6. Sect. 15.

Sapientiæ & doctrinarum acquiſitio.

Puritate vitæ. Ant. 6. Sect. 23. Orationis ſtudio. Ant. 8. Sect. 4. mentis & operum feruore. Ant. 10. Sect. 4.

Regredi in via ſpiritus.

Quam periculoſum: nam peſſimi euadere conſueuerunt qui optimi fuêre. Ant. 8. Sect. 8.

Caſtitas.

Nunquam in eius obdormiendum cuſtodia, nec hominibus conſummatis. Ant. 8. Sect. 9.

Venialium cura.

Leues noxæ perfectionem deſideranti quorſum vitandæ? Ant. 10. Sect. 2.

Contemplationis donum.

Hoc cupiens, omnibus ſæculi curis valedicere debet. Ant. 10. Sect. 3.

Præſentia Dei.

Sine hac hominibus verè Spiritalibus nullum ſolatium Ant. 10. Sect. 5.

Obedientia.

In ſuperioris perſona non cogitandum an nobilis, vel plebeius, ſapiens aut indoctus, ſed quòd Chriſti vice fungatur in terris. Ant. 10. Sect. 7.

Antiquitas in Religione.

Sola annorum laus abſque meritis & virtute leuiſſimi ponderis. Ant. 10. Sect. 11.

Perfectionis Aſſequutio.

Non adquiritur per ſaltum, & velut vna Die Perfectio, ſed paulatim. Ant. 12. Sect. 5.

INDEX OBSERVATIONVM, QVIBVS PASSIM in hoc opere variæ illustrantur Disciplinæ & facultates.

Obseruationes Theologicæ.

IVDÆI quemadmodum ex Scripturis conuincendi? Anteloq. 1. num. 23

In Quæstionibus ad fidem non spectantibus, vt liceat à Patribus recedere? ibid. num. 37

An Prophetæ Vaticinationes suas omnes penetrarent. Ant. 1. n. 45

An opus vt Spiritus sanctus reuelet immediatè omnia Scriptori Canonico. ibid. n. 47

Fides & scientia numquid simul de eodem obiecto. Ant. 1. n. 49

Num repudiata Synagoga & eius ritus in morte Christi. Ant. 3. num. 112. & quando desierint obligare cæremoniæ legis. ibid. n. 118

Quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce. Ant. 3. n. 123

Quomodo per lateris apertionem Christus meruerit. ibid. num. 124

Prophetiæ per euentus cognoscuntur. Ant. 3. n. 133

Cur de Angelorum creatione silentium apud Moysem. ibid. n. 142

Quare de Beata Virgine tam pauca Euangelistæ. eodem numero.

Qua consideratione de nouis opinionibus iudicandum. Ant, 3. tota Sect. 5. n. 148

De quotidiana Eucharistiæ frequentia quid sentiendũ? late tractatum. Ant. 4. Sect. 10 & seqq. à n. 68

Ducatus Magistri spiritalis quàm necessarius ex Patribus demonstratum. ibid. n. 74

Matrimonium Hebræi cum infideli an licitum, validúmque latè disputatum. Ant. 5. Sect. 1. & 2. à n. 1

Scientia media comprobatur ex Regum loco. 3. c. 11. vers. 2. certissimè enim auertent, &c. ibid. n. 7

Prophetiæ veræ aut falsæ indicia. Ant. 5. n. 8

Fœdera & amicitiæ vt licuerint Hebræis cum Gentilibus. ibid. n. 4

Deus canonico Scriptori an sensum rerum, an verba pariter suggerat. Ant. 7. n. 2

Vaticinationis actus quomodo liber & meritorius in Prophetis. ibid. n. 12

Prophetia num in hominibus malis reperiatur. Ant. 7. n. 70. Eius actus à quo habitu eliciatur, & num extrinsecè vitiari queat ab actu malo. ibid. n. 73

Virginitas à paucis adamata vt & paupertas in veteri lege? an Matrimonium tunc sub præcepto. Ant. 7. à n. 114. per seqq.

Oscula & amplexus quomodo licita. ibid. n. 125

Monachismus veteris legis qualis fuerit? & num tria essentialia vota complecteretur. Ant. 7. n. 129

Excursus Theologicus de audiendo Reo. Ant. 8. Sect. 11. à n. 108

Habitus fidei an influat in actum Prophetiæ. Ant. 9. n. 33

Obseruationes Biblicæ.

Locus ex 3. Reg. c. 11. vers. 1. Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas, &c. Ant. 1. n. 11

Res mala typus rei bonæ, & è diuerso. ibid. n. 14

Isaïæ ad Prophetissam accessio c. 8. an vera Historia. Ant. 1. n. 18. & 40

Allegoriæ qualis vsus sacris Scriptoribus. ibid. n. 20

An in Parabolis duplex literalis sensus. Ant. 1. n. 25

Ad litteræ indagandum verum sensum Regulæ aliquæ. ibid. n. 26. & seqq. & n. 5

Quem Scripturæ sensum Patres exactiori studi illustrauerint? mysticum an historicum. ibid. n. 35

Noua Scripturæ interpretatio quæ ferenda. Ant. 1. n. 36. & Ant. 3. n. 147.

Num Esdras deperditas Scripturas memoriæ beneficio restaurauerit iterum. ibid. num. 40

An de Christo omnis Historicus sensus in Canticis, & Psalmis & Prophetis. Ant. 1. n. 23. & n. 74

Quibus indiciis verarum narrationes mareriarum in Scripturis dignoscantur. ibid. n. 51

Parabolæ an rerum verè gestarum. Ant. 1. n. 54

Canticum Canticorum quando nam conscripserit Salomon. ibid. n. 60

Scopus trium librorum Salomonis. ibid. n. 68

Locus ex c. 24. Prouerbiorum. vers. 30. Per agrum hominis pigri, &c. Ant. 1. n. 65

Mysticus sensus vt firmus sit Historico inniti debet. Ant. 1. n. 71

Psalmi. 44. an idem argumentum, quod Cantici Canticorum. ibid. n. 73

An in Canticis & Prophetis atque Psalmis hiatus & saltus. Ant. 1. n. 78

An capitum & numerorum distinctio in Scripturis ab initio. Ant. 3. n. 97

Vxoris & mulieris nomina quid significent apud Hebræos. Ant. 3. n. 127

Gessur Duplex in Palestina. Ant. 5. n. 2

Verba ex Num. c. 36. de coniugiis Hebræorum intra eandem tribum fusè discussa. ibid. à n. 10

Viris an admixtæ fœminæ chorum apud Hebræos componerent. Ant. 5. n. 19

Virgines & funesta & læta cantibus celebrabant apud Hebræos. ibid. n. 21

Parabola Matthæi de decem Virginibus in nuptiis diligenter enucleata. Ant. 5. n. 25. & n. 41

Virgines absconditæ apud Hebræos. ibid. n. 22

Matthæi Parabola ex c. 22. de inuitante ad nuptias nouo more declarata. Ant. 5. n. 33

Ver solemnissimum anni tempus Hebræis ob varias causas: dicatum specialiter nuptiis ibid. à n. 44

Psalmi 44. inscriptionis expositio non trita. ibid. à n. 46

Messis triticeæ quodnam apud Iudæos tempus. Ant. 5. à n. 52

Duplicis anni distinctio apud eosdem. n. 52

Duplex in Palestina imber Serotinus & temporaneus. Ant. 5. n. 55

Christus quando fatigatus sedit ad fontem Ioann. cap. 4. ibid. n. 58

De arbore fici arefacta Matth. cap. 21. ibid. n. 59.

Salomon quàm magnificus & elegans in ædificiis. Ant. 5. n. 72

Thersa vrbs ad quam tribum spectaret. ibid. n. 78

Libani montis descriptio. ibid. n. 79

Chananæi strictè dicti quinam. Ant. 5. n. 88

Cur non deleti à Dauide & Salomone. ibid. n. 89

Dij Gentilium, de quibus memoria in Scripturis explicati fusè. Ant. 5. à n. 92

Celebris versus ex Psal. 67. Si dormiatis inter medios celeros; declaratus ad longum. ibid. à n. 105

Gehennæ vnde nuncupatus ignis. Ant. 5. n. 110

Salomon num supremus Imperator alios sub se Reges habens. ibid. n. 128

Quotuplex Chanaan partitio, & quomodo dimensa inter Hebræos. Ant. 5. n. 133

Quæ stabilia bona Hebræi coëmere in perpetuum poterant? & num vna tribus in alterius sorte possessiones

siones habêre possit. ibid.n.135.& 136
Decem tribus quo pacto ex captiuitate rediisse intelligantur? n.136
Ierusalem cum templo an ad tribum Benjamin, an Iudæ spectaret. Ant.5.n.138
Modus citandi Scripturas Apostolorum & LXX. Ant.7 n.9
Salomon omnium rerum gestarum compendium. ibid.Sect.2.tota à n.15
Tituli sacrorum librorum à quibus conscripti. Ant. 7.n. 33. & Ant. 9. à n. 60
Abbreuiator aut collector Sacrorum oraculorum quod Canonicus Scriptor censendus. ibid.n.28
Num Canonicæ Scripturæ aliquid deperdi valeat. Ant.7. n. 62
Henoch an librũ scripserit Canonicum. ibid.n.64
Salomon nũ peccata fleuerit & æternam consequutus salutem. Ant.7.Sect.9.& duabus seqq. à n.77
Ecclesiastes num planctus Salomonis & quando conscriptus. ibid. n. 97
Manasses an egerit pœnitentiam. ibid.n.106
Reges Hebræorum quomodo sine culpa omiserint vanorum Deorum fana diuere. Ant.7.n.108
Mons offensionis vbi? cur sic dictus. ibid.n.110
Isaiæ locus cum nouitate ex cap.56.v.4.& non dicat Eunuchus,&c.item Sap.c.3.v.13.Quoniam fœlix est sterilis, &c. Ant.7.n.132
Cantici sacri definitio?& num in Scripturis carmina. Ant.9.à n. 2
An Moyses litteratorum dux. ibid. n.16
Quam Academiam Hierosolymis erexerit Salomon,& num ipse prælegeret ibi. ibid.n.21
Prophetarum quis maximus. ibid.n.29
Estheris septem vltima capita num authentica. Ant.9.n.66
Chronologicorũ numerorum partitio in sacro instrumento num ad fidem spectans. ibid. n. 67. per occasionem locus ex Reg. 3. celebris versatus.
Verbis initialibus Prouerbiorum & Ecclesiastæ lux data. Ant. 9. à n. 69
Salomon quot nomina habuerit? & num Auctor libri sapientiæ. ibid.à n.82
Mysticum & Historicum Bibliorum sensum antiqui Sancti Patres quanti fecerint? & vtriúsque commoda. Ant. 2.à n.18
Sensus moralis & Tropologici quæ debeat esse æstimatio. ibid.n.27
Accommodatitius Scripturarum sensus num à Spiritu sancto? quis vsus illius. Ant. 12.n.34
Eruditionis humanæ necessitas ad litteralem sensum Bibliorum: & quale expediat esse in illius exercitatione temperamentum. Ant.12.n.37
Difficilis quæstio & noua de Lazaro quatriduano. ibid.n.43
Sensus litteralis & mystici natura diligenter inquisita:& an sub eadem littera plures Historici reperiantur sensus. Ant.12.tota Sect.6.à n.46

Obseruationes rituum Ecclesiasticorum.

Pueris datę reliquiæ corporis Christi antiquitus sed ieiunis. Ant.4.n.70
Christiani domum ferebant Eucharistiam.ibid.n.71
Christianorum primitiuorum in Missarum Sacrificio deuotio. Ant.4.n.80
Canones Trullani cuius sint auctoritatis prolixè quæsitum. Ant.5.à.n.17
Feminæ num viris admixtæ sub, exordio Ecclesiasticæ Hymnodiæ canerent. Ant.5.n.19
Christianorum mos accendendi lampadas in Christi & sanctorum festiuitatibus. ibid. n.38
Theodorus Mopsuastenus quis & quam nefarius. Ant.7.n.36
Hæresum exordia quam spurca. ibid.n.45
Primi Christiani aromatibus defunctorum corpora condire soliti. Ant.12.n.43

Obseruationes Physicæ, aut naturalis Historiæ.

Putationis ficuum, Myrrhæ, vitis quæ tempora. Ant.5. n. 49. & seqq.
Mali aurei encomia. ibid.n.50
Ficus quando maturæ. ibid.n.61
Restagnationis magnorum amnium per æstatem Physicæ vestigatæ causæ. Ant.5.à n. 62
De Nilo fusior disceptatio. ibid.n.65
Diuinatio per somnia. Ant.n.5.106
Magarum amictus funestus. ibid.n.107
Puberes anni connubiis destinati, & quænam ætas illa? quibus cognoscatur indiciis. Ant.5.n.116. & seqq.
Quo tempore filij robustiores generentur.ibidem. numero 122

Obseruationes profanæ eruditionis, quibus sacrarum litterarum nonnullæ iuuantur expositiones.

Eruditionis Humanæ vtilitas ad sacra intelligenda volumina. Ant.12. n.37
Plato quibus de amoribus desserat. Ant.1.n.16
Allegoriæ qualis vsus oratoribus & Poëtis. ibid. num 20
Drammatis & fabulæ vocabula quid significent. Ant.1.n.41.& 42
Vxor ob virtutem magis quam ob prosapiam & opes ducenda. Ant.3. n.81
Quot Diebus perstaret genialis pompa? & quoties epulæ dabantur in ea. Ant.3. n. 86. & seq.
Luctus quantum veteribus tempus. ibid.n.91
In nuptiali festiuitate nihil lugubre permissum. Ant.3.n.101.& seqq.
Munera data à sponso conuiuis nuptiarum. ibid. numero 120
Pedissequarum quotus olim numerus Reginis. Ant.5.n.20
Virgines quæ tædas ferrent in nuptiis an decem. Ant. 5. n.24
De Amicorum vocabulo,numero,ordine singulariter de conuiualibus plenior disquisitio. ibid. n.30
Matrima sponsæ an vna & qualis. ibid.n.28
Pueri symphoniaci in veterũ deliciis. Ant.5.n.36
Faces multæ in geniali lætitia. ibid.à n. 37
Dij Antiqui Gentium, Deæque quomodo reducantur omnes ad solem & Lunam. Ant. 5. à n. 92
Vestalium focus perennis. ibid.n.110
Regiam maiestatem an mæchanica omnis dedecet exercitatio. Ant.5.n.124
Agriculturæ studium in honore olim. ibid.n.125
Musicæ commoda & voluptas. Ant.9.n.11
Qui fuerint primi scientiarum inuentores.ibidem. num. 14
Gentium Poëtæ & Philosophi ex sacris codicibus plurima suffurati ad fabulas transtulerũt.Ant.9.n.17
Virgilij versus ex. 6. Ænæ. de Musæo, num ad Moysem alludant. ibid.n.18
In Scribendi genere num illaudati frequentes excursus in variarum disciplinarum materias. Antel. 12. n. 2.& seqq.
Quæ longitudo Commentariorum vituperanda ibidem

REGVLÆ

REGVLÆ SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC ANTELOQVIORVM OPERE VARIIS IN locis indicantur.

A, designat Anteloquium. N, numerum marginalem. Sequentium vero numerorum prior paginam, posterior columnam demonstrat.

PERSONÆ eminentis sit specialis mentio. a.1.n.11.pag.4.col.1

2. Res mala potest esse typus rei bonæ, & è contra. a. 1. n.14. 5.1

3. Nota similitudinis omissa in Scripturis sæpe. a.1.n.25. 10.2

4. Scripturæ verba in sensu proprio accipienda. a.1.n.26. 10.2

5. Historici sensus indicium, præcedentium,& subsequentium connexio. a. 1.n.27. 11.1

6. Cùm nomina Personarum in Scripturæ narratione reperiuntur, historia est. a.1.n.50. 19.2

7. Cùm res excedunt statum personarum, de illis mysticè, & non historicè est Sermo. a. 1.n. 53. 20.2

8. Quod indecentiam, & absurdum affert secum, non est iuxta litteram interpretandum. a. 1.n. 53. 21. 1

9. Libri Scripturæ non eo dispositi sunt ordine, quo scripti fuêre. a.1.n.67. 26.1

10. Saltus, & transitus in Prophetis repentini ad obiecta nullomodo connexa. a. 1.n. 78. 31.1

11. Allegoria non nimium vrgenda. a. 3. n. 76. 89.1

12. In Parabolis multa solius ornatus gratiâ ponuntur.a.3.n.76. 89. 1

13. Scripturæ narrationibus multa omissa, quæ contigerunt.a.3.n.85. 92. 2

14. Scriptura, omissa vno loco, altero refert. a. 3. num.85. 92.2

15. Scripturarum mos est, aliquando præcipua gestorum capita tangere solùm. ant. 3. num. 92. 95.2

16. Sponsæ & vxoris nomina confunduntur ab Hebræis.a.3.n.127. 106.2

17. Mulier, nomen commune virgini & maritatæ. a.3.n.127. ibid.

18. Prophetiæ per euentus cognoscuntur. a.3.n.133. 108.1

19. Eademmet res contrariorum typus. a. 3. n.145. 113.2

20. Septies indefinitè significat pro eo, quod est, frequenter. a.4.n.62. 152.1

21. Hodie pro huius vitæ spatio sumitur. a. 4. n. 85. 164.1

22. Conditio subintellecta in enunciationibus, quæ videntur absolutæ.a. 5.n.7. 182.1

23. Apud Hebræos soboles paternam lineam sequitur. a.5.n.11. 184.1

24 Feminarum Genealogias non contexunt Hebræi. a. 5. n.11.& a.10.n. 89. 184.1.& 518.1

25. Eiusdem sententiæ geminatio, & quare. a.5.n. 13. & a. 9. n. 23. 184.2

26. In historiis aut Parabolis, veris fabulosa admixta. a.5.n. 25. 192.1

27. Filius non semper significat genitum ex alio. a. 5. n.30. 194.2

28. Specificum nomen pro generico positum. a. 5. n. 45. & a.9.n.95.202.1.& 483.2

29. In tempore computando, quod paululùm excreuit, aut deficit, non computatum. a. 5. n.58. 209. 2

30. Templum Hierosolymitanum Libanus nuncupatur.a.5.n.64. 213.2

31. Et, pro ideſt, ponitur. ant. 5. num. 95. 231.1

32. Dij sub feminina nuncupatione, deæ sub masculina leguntur.a.5.n.100. 233.2

33. Æthiopes pro peccatoribus, & specialiter pro Ethnicis in Scriptura. a.5.n.103. 235.2

34. Medium pro eo quod est profundissimum & summum.a.5.n.106. 237. 1

35. Sacerdos pro Principe ponitur. a. 5. num. 109. 238.1

36. Custodire idem, quod dominari. a. 5. n. 111. 239. 2

37. Scriptura ante periodi absolutionem, & propriè, & metaphoricè vtitur eodem vocabulo. a. 5.n.111. ibid.

38. Pater idem quod Præceptor. a. 5. num. 127. 247. 1

39. Nomina composita, apud Hebræos, etiam diuisa idem significant. a.5.n.130. 249.2

40. Duplex pro forti in Scriptura. a.6.n. 97. 291.1

41. Cito facienda pro facto reputatur. a. 6.n.115. 298.1

42. Prophetæ non omnia, de quibus vaticinantur, intelligunt.a.7.n.6. 335.1

43. Apostoli solent mutare voces obscuras in clariores.a.7.n.11. 336.2

44. Canonici Scriptores de se loquuntur in tertia persona.a.7.n.31. 345.2

45. Sancti veteris Testamenti non in omnibus gestis Christum referunt. a. 7.n.84. 365.1

46. A qualitate temporis finis exprimitur actionis. a.7.n.87. 365.2
47. Scriptura, antiqua vocabula retinet post transactum vsum eorum.a.7.n.89. 366.1
48. Generales locutiones Scripturę restringi debent ad ea, quæ sunt capacia earum.a.7.n.115. 377.2
49. Contentum pro continente positum in Scriptura. a.7.n.127. 283.1
50. Imagines rerum,solent rerum,quarum imagines sunt, nominibus vocari. a.7.n.127. 283.2
51. Deorum vocabulo Iudices significati in Scriptura.a.8.n.105. 425.2
52. Futurum pro præterito. a.9.n.21. 454.2
53. Auctor non tam dicitur, qui cœpit, quàm qui amplificauit. a.9.n.22. ibid.
54. Caro & corpus pro humanitate tota.ant.9.n.25. 456.1
55. Plurale pro singulari honoris gratia positum. a.9.n.51. 466.2
56. A maiori parte datum nomen in annorum computatione. a.9.n.67. 472.2
57. Cardinales numeri poni solent pro ordinalibus. a.9.n.67. ibid.
58. Numerus Cardinalis exprimitur,etiam si aliquid desit, aut supersit.a.9.n.67. 473.1
59. Mos Scripturæ, Hebraïcum verbum cum interpretatione ponere.a.9.n.68. 473.2
60. Nomen proprium absque interpretatione, & è diuerso positum aliquando. a.9.n.68. ibid.
61. Filius pro discipulo. a.9.n.70. 474.2
62. Palæstinorum vsus ad omnem sermonem Parabolas addere.a.9.n.71. 475.1
63. Articulus masculinus pro femino. a.9.n.89. 481.1
64. Tertia persona pro secunda, aut prima. ibid.
65. Datiuus pro genitiuo, honoris causa. a.9.n.89. ibid.
66. Datiuus pro ablatiuo cum præpositione. a.9.num.90. 481.2
67. Loco cognomenti, Patrum nomina ponuntur. a.9.n.94. 483.1
68. Tropologia euagandi facultatem habet, secùs Historia.a.11.n.10. 529.1
69. Apostoli in citando veteri instrumento media intersecant, & ex locis diuersis vnum faciunt. a.11.n.16. 351.1
70. Tropologia aliquando contraria est Historiæ.a.11.n.33. 537.2
71. Scriptura Hyperbole vtitur. ant.11.num.33. 538.1
72. Eadem res & typus, & figuratum valeat esse. a.11.n.55. 546.2
73. Magni titulus in Scripturis non consueuit nisi Sanctis tribui. a.4.n.25. 134.2
74. Geminatio vocabuli singulare aliquid denotans. a.9.n.23. 455.2

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

QVÆ IN HOC VOLVMINE EXPLANANTVR:

EX QVIBVS ASTERISCO AFFECTA, aut ex professo tractantur, aut nouiter declarantur.

Littera A, *Anteloquium*; *littera* N, *numerum marginalem denotat: sequentium verò numerorum prior paginam, posterior columnam designat.*

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

Cap. 1. vers. 2. SPIRITVS Domini ferebatur super aquas. Anteloq. 4. num. 12. & a. 10. num. 45. *pag.* 129. *col.* 2

4. Et facta est lux; & vidit Deus, &c. a. 8. n. 145. 440 2

4. Vidit Deus lucem quòd esset bona. a. 10. n. 99. 521. 1

11. Germinet terra herbam virentem & facientem semen. a. 4. n. 45. 143. 1

14. Fiant luminaria in firmamento. a. 6. num. 136. 324. 2

26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. a. 2. n. 56. & a. 6. n. 146. & a. 8. n. 14. 55. 1. & 308. 1. & 391. 2

31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. a. 10. n. 107. 523. 2

Cap. 2. Compleuitque Deus die sexto opus suum. a. 4. n. 55. 148. 1

2. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. a. 12. n. 65. 566. 2

3. Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. a. 10. n. 108. 524. 1

7. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. a. 3. n. 92. 95. 2

15. Et posuit eum in Paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illum. a. 2. num. 52. & a. 10. num. 23. 53. 2

18. Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. a. 6. num. 192. 325. 1

24. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem. a. 2. n. 20. 41. 1

Cap. 3. 6. Et tulit de fructu illius & comedit, dedítque viro suo. a. 8. n. 93. 421. 2

7. Et aperti sunt oculi eorum. a. 12. n. 21. 555. 2

10. Vocem tuam audiui in Paradiso & timui. a. 8. n. 119. 431. 2

17. Maledicta terra in opere tuo. a. 4. num. 40. 140. 2

19. Et vocauit nomen vxoris suæ Heua. a. 8. n. 120. 431. 2

24. Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. a. 6. num. 210. 331. 1

Cap. 4. 4. Respexit verò Dominus ad Abel & ad munera eius. a. 10. n. 30. 495. 1

6. Cur concidit facies tua? a. 6. n. 118. 299. 1

10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. a. 8. n. 25. 395. 2

12. Vagus & profugus eris super terram. a. 6. n. 118. 299. 1

14. Eiicis me hodie à facie terræ & à facie tua. a. 4. num. 66. 153. 2

21. Ipse fuit pater canentium citharâ. a. 9. numero 13. 455. 1

Cap. 6. 12. Omnis quippe caro corruperat viam suam. a. 8. n. 54. 406. 1

14. Et bitumine linies intrinsecùs & extrinsecùs. a. 5. n. 69. 216. 1

Cap. 7. 12. Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. a. 4. n. 99. 172. 1

Cap. 8. 10. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ. a. 4. n. 5. & a. 12. n. 56. 126. 2

Cap. 9. 25. Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit. a. 6. n. 124. 300. 2
Cap. 12. 1. Egredere de terra tua & de cognatione tua. a. 4. n. 33. 137. 2
2. Faciámque te in gentem magnam. a. 6. n. 49. 274. 2
3. Et animas quas fecerant in Haran. a. 6. n. 123. 300
16. Abraham bene vsi sunt. a. 8. n. 20. 393. 2
Cap. 14. 18. Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum. a. 6. n. 188. 323. 2
Cap. 15. 2. Domine Deus quid dabis mihi? ecce vadam absque liberis. a. 2. n. 57. 55. 2
Cap. 15. 15. Tu autem ibis ad Patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. a. 10. n. 103. 522. 2
9. Aues autem non diuisit. a. 10. n. 52 502. 2
Cap. 17. 1. Postquàm nonaginta nouem annorum esse cœpit, apparuit illi Dominus. a. 2. n. 48. 51. 2
Cap. 18. 7. Accelera, tria sata similæ commisce. a. 8. n. 73. 413. 2
Cap. 18. 16. Et Abraham simul gradiebatur deducens eos. a. 8. n. 121. 432. 1
20. Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est. a. 4. n. 98. 171. 2
* 20. Descendam, & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me opere compleuerint. a. 8. n. 113. 429. 1
Cap. 19. 17. Noli respicere post tergum. a. 8. n. 94. 422. 1
Cap. 20. 4. Abimelech verò non tetigerat eam. a. 6. n. 3. 255. 2
Cap. 20. 18. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum. a. 4. n. 100. 172. 2
Cap. 21. 6. Risum fecit mihi Dominus. a. 10. n. 76. 512. 2
Cap. 21. 7. Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium suum? a. 8. n. 96. 422. 2
Cap. 21. 8. Fecit grande conuiuium in die ablactationis. a. 8. n. 131. 435. 1
Cap. 21. 33. Abraham vero plantauit nemus in Bersabee. a. 9. n. 20. 454. 1
Cap. 22. 3. Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinam. a. 2. n. 8. & a. 12. n. 46. 36. 1
Cap. 22. 11. Ne extendas manum tuam super puerum. a. 6. n. 39. 269. 2
Cap. 22. n. 12. Nunc cognoui quod times Deum, & non pepercisti vnigenito tuo. a. 6. n. 201. 328. 1. a. 12. n. 47. 564. 1
Cap. 26. 13. Locupletatus est Isaac & ibat proficiens. a. 8. n. 122. 432. 1
Cap. 27. 16. Nunquid non reseruasti & mihi benedictionem. a. 12. n. 69. 570. 2
Cap. 27. 28. Det tibi Deus de rore cœli. a. 6. n. 91. 289. 2
29. Esto Dominus fratrum tuorum. a. 12. n. 40. 561. 2
Cap. 27. 38. Num vnam tantum benedictionem habes Pater. a. 4. n. 106. 174. 1
47. Et consurgens fuge ad Laban fratrem meum. a. 6. n. 37. 268. 2
Cap. 28. 12. Vidit in somnis scalam stantem, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam. a. 10. n. 96. 520. 1
13. Ego sum Deus Abraham Patris tui, & Deus Isaac. a. 6. n. 27. 263. 2
Cap. 29. 22. Vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium. a. 5. 30. 194. 2
25. Nonne pro Rachel seruiui tibi. a. 10. n. 43. 499. 2
27. Imple hebdomadam dierum huius copulæ & hanc quoque dabo tibi. a. 3. n. 88. 94. 1
Cap. 30. 16. Ad me inquit intrabis quia mercede conduxi te. a. 1. n. 13. 4. 2
Cap. 30. 25. dimitte me reuertar in patriam & ad terram meam. a. 4. n. 112. 176. 1
Cap. 31. 27. Cur ignorante me fugere voluisti. a. 6. n. 134. 304. 1
40. Die noctúque æstu vrebar & gelu. a. 5. n. 59. 210. 2
Cap. 32. 2. Castra Dei sunt hæc. a. 10. n. 57. 505. 1
10. In baculo meo transiui Iordanem. a. 6. n. 92. 290. 1
23. Et vir luctabatur cum eo. a. 6. n. 63. 280. 1
26. Dimitte me iam enim ascendit Aurora. a. 10. n. 46. 500. 2
Cap. 32. 26. Tetigit neruum femoris eius & statim emarcuit. a. 10. n. 95. 520. 1
28. Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël. a. 2. n. 44. 50. 1
Cap. 34. 8. Inueniam gratiam coram vobis, & quæcúnque statueritis, dabo. a. 10. n. 49. 502. 1
Cap. 37. 3. Diligebat eum super omnes filios suos. a. 4. n. 50. 145. 2
7. Putabam nos ligare manipulos in agro. a. 4. n. 32. 137. 1
8. Nunquid Rex noster eris. a. 10. n. 63. 507. 1
Cap. 41. 20. Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius. a. 4. n. 44. 142. 1
Cap. 42. 7. Quasi ad alienos duriùs loquebatur. a. 2. n. 67. 59. 2
Cap. 43. 33. Primogenitum iuxta primogenita sua, & minimum iuxta ætatem suam. a. 4. n. 46. 143. 2
Cap. 47. n. 30. Aufferras me de terra hac, condásque in sepulchro maiorum meorum. a. 10. n. 106. 523. 2
Cap. 48. 22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos. a. 4. n. 50. 145. 2
Cap. 49. 3. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea. a. 4. n. 36. 138. 2
Cap. 49. 9. Catulus leonis Iuda ad prædam, fili mi, ascendisti. a. 11. n. 47. 543. 2
Cap. 49. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda. a. 8. n. 17. 392. 2
Cap. 49. 11. Lauabit in vino stolam suam. a. 8. n. 133. 436. 1
Cap. 49. 14. Isachar asinus fortis accubans inter terminos. a. 5. n. 107. 232. 1
Cap. 49. 20. Aser pinguis panis eius & præbebit delicias Regibus. a. 4. n. 108. 174. 2
Cap. 49. 25. Omnipotens benedicat tibi benedictionibus cœli desuper. a. 5. n. 78. 221. 1
Cap. 49. 27. Benjamin lupus rapax. a. 10. n. 77. 513. 1
Cap. 50. 3. Flebat Ægyptus septuaginta diebus. a. 3. n. 91. 95. 1
Cap. 50. 7. Deus visitabit vos asportate ossa mea vobiscum. a. 4. n. 15. 131. 1

Exodus.

Cap. 3. 2. Videbat quòd rubus arderet & non comburebatur. a. 4. n. 7. 127. 2
Cap. 3. 14. Ego sum qui sum: sic dices filiis Israël. a. 10. n. 6. 486. 1
Cap. 3. 19. Ego scio quod non dimittet vos Rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. a. 4. n. 100. 172. 1
Cap. 4. 24. Occurrit ei Dominus & volebat occidere eum. a. 4. n. 101. 172. 2

Cap.7.10. Dic ad Aaron tolle virgam. a.10.n.62. 506.2
Cap. 11.5. Morietur omne primoge nitum in terra Ægyptiorum.a.6.n.84. 286.2
Cap.12.11. Et calceamenta habebitis in pedibus. a.10.n.29. 491.2
Cap.13.19. Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum.a.6.n.78. 285.1
21. Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.a.4.n.58. 149.1
Cap.16.16. Colligat vnuſquiſque quantum ſufficit ad veſcendum.a.6.n.61. 200.1
Cap.17.11. Cúmque leuaret Moyſes manus vincecebat.a.6.n.178. 319.2
14. Delebo memoriam Amalec ſub cœlo. a.5.n.9. 182.2
Cap.19.12. Cauete ne aſcendatis in montem, neque tangatis fines illius.a.10.n.14. 489.1
16. Nam cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura a.10 n 80. 514.2
Cap.23.1. Non ſuſcipies vocem mendacij.a.8.n.116. 430 2
16. In exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas.a.5.n.52. 206.1
26. Non erit infœcunda nec ſterilis in terra tua.a.7. n.115. 377.1
Cap.25.22. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium.a.2.n.62. 57.2
Cap.32.17. Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. a.6. n.67. 281.2
20. Et dedit ex eo potum filiis Iſraël. a.6. num. 113. 297.1
Cap.33.7. Tulit tabernaculum quod tetendit extra caſtra procul.a.10.n.32. 495.2
18. Oſtende mihi gloriam tuam. anteloq. 6. n.168. 315.2
Cap.34.16. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis.a.1.n 8. 3.2
18. Septem diebus veſceris azimis. a.5. num. 53. 206.1
22. Solennitatem hebdomadarum facies in primitiis frugum.a.5.n.52. 206.1
Cap.39.23. Et tintinnabula de auro puriſſimo inter malogranata.a.10.n.35. 496.2

Ex Leuitico.

Cap.10.1. Afferentes coram Domino ignem alienum.a.6 n.85. 287.1
Cap.23.40. Sumetíſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ.a.5.n.50. 205.1
Cap.26.5. Apprehendet meſſium tritura vindemiam.a.5.n.64. 213.1
9. Reſpiciam vos & creſcere faciam. a.5. num.53. 206.2

Ex Numeris.

Cap.10.2. Fac tibi duas tubas argenteas. a.12.n.6. 551.1
Cap. 11.5. Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto.a.2.n.15. 39.2
6. Anima noſtra arida eſt.a.4.n.66. 153.2
14. Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum.a.8.n.103. 425.1
23. Quid æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus Prophetet,& det eis Dominus Spiritum ſuum.a.12.n.73. 571.2
Cap.13.21. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ veſci poſſunt.a.5.n.53. 206.1
24. Pergentes vſque ad torrentem botri. a.4.n.30. 136.1
28. Quæ reuera fluit lacte & melle. a.4. num. 38. 139.2
30. Chananæus verò moratus iuxta mare. a.5.n.88. 227.1
Cap.19.16. Cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura,& timuit populus qui erat in caſtris. a.6. n.199. 327.2
Cap.23.7. Veni & maledic Iacob.antel.8. num.84. 418.1
Cap.24.17. Orietur Stella ex Iacob, & conſurget virga de Iſraël.a.6.n.197. 327.1
Cap.25.7. Et arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem. a.8.n.30. 397.2
8. Phinees perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem.a.8.n.161. 445.1
Cap.26.54. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem.a.5.n.133. 251.1
* Cap.36.7. Omnes viri ducent vxorem de tribu,& cognatione ſua.a.5.n.10. 183.2

Ex Deuteronomio.

Cap.2.28. Alimenta pretio vende nobis vt veſcamur. a.4.n.91. 167.2
Cap.7.2. Percuties vſque ad internecionem. a.5.n.4. 180.1
3. Filiam tuam non dabis filio eius. a.1. num. 8. 3.2
14. Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus. ant.7. n.115. 377.2
Cap.16.5. Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium.a.10.n.41. 518.2
9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris. antel.5. num.53. 206.2
Cap.17.3. Vt vadant & ſeruiant Diis alienis. a.5. n.95. 231.1
Cap.21.17. Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum.a 9.n.76. 476.2
Cap.22.10. Non arabis in boue ſimul & aſino. a.1. n.159. 444.2
Cap.23.1. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Dei. a.7.n.132. 385.2
3. Ammonites & Moabites, etiam poſt decimam generationem, non intrabunt in Eccleſiam. ant.5. n.5. 181.1
Cap.24.5. Cùm acceperit homo nuper vxorem,non procedet ad bellum.a.3.n.105. 99.1
Cap.32.11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos.a.12.n.42. 562.1
Cap.33.12. Benjamin amantiſſimus Domini, habitabit confidenter in eo.a.10.n.31. 495.1
17. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius. a.6. n.47. 273.2

Ex Ioſuë.

Cap.2.1. Ite conſiderate terram,vrbémque Iericho. a.1.n.11. 4.1
17. Signum fuerit funiculus iſte coccineus. ant.8. n.137. 438.1
Cap.3.15. Iordanis autem ripas aluei ſui, tempore meſſis impleuerat.a.5.n.53. 206.2
Cap.6.17. Sola Rahab meretrix viuat. a.6. num.10. 257.2
25. Et domum patris eius,& omnia quæ habuit, fecit Ioſuë viuere.a.5.n.4. 180.1

Cap.10. 12. Sol contra Gabaon ne mouearis. ant.6. n.173.& n.179. 317.2.& 320.1
Cap.13.13. Noluerunt enim disperdere filij Israël Gessuri & Machati.a.5.n.2. 179.2
Cap.18.16.Descenditque in Gehennon, id est,vallem Ennon.a.5.n.110. 238.1
Cap. 24.14. Auferte Deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia,& Ægypto. a.5.num.105. 236.1

Ex Iudicibus.

Cap. 2. 12. Concitauerunt Dominum, seruientes Baal,& Astaroth.a 5.n.95. 231.1
Cap.5.1.Cecinerúntque Debbora & Barac.a.5.n.19. 188.2
24. Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber. a.8. n.10. 390.1
Cap.6.6.Cúmque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta.a.6.n.185. 322.1
Cap.7.16.Lagenâsque vacuas,ac lampades in medio lagenarum.a.12.n.18. 554.2
Cap. 9.4.Numquid possunt deserere pinguedinem meam qua & Dij vtuntur & homines & venire vt inter ligna promouear.a.4.n.115. 177.1
Cap.9. 18. Constituistis Regem Abimelech, filium ancillæ eius.a.3.n.82. 91.2
Cap.11.3.Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunqe primus fuerit egressus, &c. a.2. num.9. 36.1
Cap.13.7.Caue ne vinum bibas nec siceram. ant.6. n.144. 307.1
* Cap.14.11. Ciues loci illius dederunt ei sodales triginta.a.5.n.35. 197.1
17. Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum. a.3.n.89. 94.2

Ex Ruth.

Cap.1.13.Si expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant.a.5.n.117. 242.1
Cap.4.11.Faciat Deus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam,sicut Rachel, & Liam. ant.3. n.92. 95.2

Ex Regum primo.

Cap.1.24.Et adduxit eum postquàm ablactauerat in vitulis tribus.a.2.n.31. 44.2
Cap. 6.19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quòd vidisset Arcam.a.2.n.67. 59.2
Cap.11.2. In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrùm oculos dextros. ant. 12. n.22. 556.1
Cap.13.1.Filius vnius anni erat Saül.a.6. num.159. 312.1
5.Philisthiim Congregati sunt ad præliandum, triginta millia curruum.a.5.n.72. 218.1
Cap.15.3.Vade ergo & percute Amalec. a.8. n.97. 422.2
Cap.16.7.Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ.a.8.n.160. 312.1
Cap.17.33. Non vales resistere Philisthæo isti. a.6. n.46.& n.125. 273.1.& 301.1
Cap.18.1. Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid.a.6.n.70. 282.1
6. Egressæ fuerunt mulieres de vniuersis vrbibus cantantes,chorôsque ducentes.a.5.n.19. 188.2
Cap.21.4. Non habeo laïcos panes ad manum. a.6. n.183. 321.2
Cap.24.21. Et nunc quia scio, quòd certissimè regnaturus sis.a.12.n.24. 556.2
Cap.28.6.Consuluit Dominum,& non respondit ei, neque per somnia.a.5.n.105. 236.2
Cap.29.6.Viuit Dominus,quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo.a.8.n.19. 293.2

Ex II. Regum.

Cap.1.18.Præcepit,vt docerent filios Iuda. a.5.n.21. 190.1
Cap.19. 37. Obsecro vt reuertatur seruus tuus & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxtà sepulchrum patris mei, & matris meæ. ant. 4. n.115. 176.2
*Cap.1.24. Filiæ Israël, super Saül flete,qui vestiebat vos coccino.a.5.n.23. 191.2
Cap.6.5. Dauid autem, & omnis Israël ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis. a.5.n.110. 238.2
14.Quàm glorioſus fuit hodie Rex Israël,discooperiens se ante ancillas seruorum suorum.a.8.n.49. 404.2
16.Dauid saltauit totis viribus ante Dominum. a.5. n.46. 199.2
Cap.7.14. Ego ero ei in Patrem,& ipse erit mihi in filium.a.1.n.18.& a.7.n.102. 11.2.& 372.1
*Cap. 16. 4. Et ait Rex Sibæ: tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth.a.8.n.109. 427.2
Cap.19. 35. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue,aut amarum.a.5.n.19. 188.2
Cap. 23.8. Dauid sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres.a.9.n.19. 453.2

Ex III.Regum.

Cap.2.5.Tu quoque nosti,quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ.a.6.n.174. 318.1
9. Vir autem sapiens es,vt scias,quæ facias ei. ant.1. n.59.23.1
26.Sed & hodie te non interficiam,quia portasti arcam Domini.a.6.n.12. 258.1
Cap. 3. 1. Adduxit eam in ciuitatem Dauid donec compleret ædificans domum suam. ant.5. n.75. 219.2
3. Dilexit autem Dominum Salomon ambulans in præceptis Dauid patris sui. a.1.n.7. & a.2. n.43. 3.1
26. Obsecro,Domine,date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.a.2.n.2. 33.1
Cap.4. 30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium,& Ægyptiorum. a.1.n.62. 24.1
32. Loquutus quoque est Salomon tria millia Parabolas, & fuerunt carmina eius quinque & mille. a.1.n.61. 23.2
Cap. 5.14. Fuerúntque Salomoni octoginta millia latomorum in monte.a.5.n.64. 213.2
Cap. 6. 1. Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël. a.5. n.47. 203.1
Cap. 7.7. Porticum quoque Solis,in qua est tribunal,fecit.a.5.n.72. 218.1
Cap.9. 22. De filiis enim Israël non constituit Salomon seruire quenquam. anteloq.5. num.72. 218.2
Cap.10.6.Maior est sapientia tua,quàm rumor quem audiui.a.1.n.62. 24.1
8. Beati serui tui,qui stant coram te semper. ant. 10. n.47. 501.1

Cap. 11. 1. Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis. a. 1. n. 10. & a. 5. n. 1. 3. 2
2. Certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum. a. 5. n. 7. 181. 2
4. Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos. a. 1. n. 7. 3. 1
32. Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid. a. 5. n. 139. 254. 1
Cap. 14. 21. Quadraginta vnius anni erat, cùm regnare cœpisset. a. 1. n. 57. 22. 1
Cap. 18. 18. Tu ne es qui conturbas Israël? antel. 12. n. 79. 573. 2
43. Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis. a. 4. n. 2. 125. 2
Cap. 19. 7. Surge & comede: grandis enim tibi restat via. a. 6. n. 32. 266. 2
8. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. a. 6. n. 108. 295. 2
9. Quid hîc agis, Elia? a. 12. n. 39. 561. 1
14. Prophetas tuos occiderunt gladio: derelictus sum ego solus. a. 8. n. 123. 432. 2
18. Et omne os, quod non adorauerit eum osculans manus. a. 5. n. 96. 234. 2

Ex IV. Regum.

Cap. 2. 9. Fiat in me Spiritus tuus duplex. a. 6. n. 97. & n. 130. 291. 1. & 303 1
Cap. 3. 11. Est hîc Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. a. 2. n. 42. 49. 2
16. Non videbitis ventum, neque pluuiam, & alueus iste replebitur. a. 8. n. 42. 401. 2
Cap. 4. 21. Ascendit, & collocauit eum super lectulum hominis Dei. a. 6. n. 6. 256. 2
34. Ingressúsque clausit ostium super se, & super puerum. a. 10. n. 33. 496. 1
Cap. 5. 10. Vade & lauare septies in Iordane. ant. 6. n. 18. 260. 2
11. Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui. anteloq. 10. n. 15. 489. 2
Cap. 9. 30. Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël. a. 12. n. 78. 573. 1
Cap. 17. 16. Et adorauerunt vniuersam militiam cœli. a. 5. n. 95. 231. 1
Cap. 23. 13. Excelsa quoque quæ erant in Hierusalem, ad dextram partem montis Offensionis. a. 7. n. 104. 373. 1

Ex I. Paralipomenon.

Cap. 28. 11. Dedit autem Dauid Salomoni filio descriptionem porticus, & templi. anteloq. 4. n. 96. 170. 2
Cap. 29. 1. Neque homini præparatur habitatio, sed Deo. a. 10. n. 83. 515. 2

Ex II. Paralipomenon.

Cap. 2. 3. Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum Hiram, patrem meum. antel. 5. n. 127. 247. 1
Cap. 8. 1. Expletis autem viginti annis, postquàm ædificauit Salomon domum Domini & domum suam. a. 1. n. 61. 23. 2
3. Abiit quoque in Emath Suba. anteloq. 5. n. 82. 223. 2
11. Filiam quoque Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid. a. 5. n. 76. 219. 2
Cap. 9. 16. Trecenta quoque scuta aurea posuit in armamentario, quod erat consitum in nemore. a. 5. n. 74. 219. 1
Cap. 11. 16. Sed & de cunctis tububus Israël quæcunque dederant cor suum, vt quærerent Dominum Deum Israël. a. 5. n. 136. 253. 1
Cap. 26. 16. Non est tui officij, Ozia, vt adoleas incensum Domino. a. 8. n. 53. 406. 1
Cap. 35. 25. Ieremias quoque, cuius omnes cantores, atque cantatrices vsque ad præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant. ant. 5. n. 21. 189. 2

Ex Tobia.

Cap. 2. 11. Contigit vt ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fierétque cæcus. a. 12. n. 67. 570. 1
Cap. 13. 20. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. ant. 7. n. 116. 378. 2

Ex Iudith.

Cap. 3. 9. Excipientes eum cum coronis, & lampadibus. a. 5. n. 39. 199. 1
Cap. 15. 15. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus. ant. 5. n. 22. 191. 1

De Esthere.

Cap. 1. 3. fecit grande conuiuium, centum, videlicet, & octoginta diebus. a. 5. n. 34. 196. 2
Cap. 2. 18. Iussit conuiuium præparari permagnificum pro coniunctione, & nuptiis Esther. ant. 5. n. 33. 196. 1
Cap. 6. 12. Regina quoque nullum alium vocauit ad conuiuium. a. 5. n. 34. 196. 2

Ex Iob.

Cap. 1. 16. Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues, puerôsque consumpsit. a. 6. n. 200. 328. 1
18. Repentè ventus vehemens irruit à regione deserti. a. 6. n. 83. 286. 2
Cap. 7. 13. Si dixero: Consolabitur me lectulus meus. a. 5. n. 106. 236. 2
Cap. 9. 25. Pertransierunt quasi naues poma portantes. a. 8. n. 90. 289. 1
Cap. 29. 7. Quando procedebam ad portam ciuitatis. a. 12. n. 36. 560. 1
18. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. a. 12. n. 44. 563. 1
Cap. 31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. anteloq. 8. n. 89. 420. 1
26. Si vidi Solem cùm fulgeret, aut Lunam incedentem clarè. a. 5. n. 96. 231. 2
Cap. 33. 15. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor. anteloq. 5. num. 105. 236. 2
Cap. 36. 24. Memento quòd ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. a. 9. n. 13. 451. 1
Cap. 38. 7. Cùm me laudarent astra matutina. a. 10. n. 26. 493. 2

Cap.39.19.Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila.a.8.n.39. 400.2
Cap. 42. 15. Non sunt inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob.a.12.n.17. 554.2

Ex Psalmis.

Psalm.2.7.Filius meus es tu,ego hodie genui te. a.2. n.28. 11.1
Psalmi 3.titulus. Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absalon filij sui.a.6.n.33. 267.1
Psalm.15. 8. Quoniam à dextris est mihi ne commouear.a.6.n.96. 291.1
Psalm.18.3.Dies diei eructat.verbum.a.10.num.60. 506.1
5.In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum.a.6.n.207. 330.1
6. Io Sole potuit tabernaculum suum. ant.5.n.101. 234.2
Psal.21. 22. Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.a.6.n.161. 312.2
Psalm. 22. 5. Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos,qui tribulant me. anteloq.4. num. 61. 151.1
Psalm.23.7.Attollite portas principes vestras. ant.6. n.26. 263.1
Psalm.26. 7. Vnam petij à Domino hanc requiram. a.4.n.106. 174.1
Psalm. 26.9. Ne auertas faciem tuam,ne declines in ira à seruo tuo.a.10.n.50. 502.1
Psalm. 28. 7. Vox Domini intercidentis flammam ignis.a.8.n.129. 434.2
Psal.33. 16. Oculi Domini super iustos & aures eius in preces eorum.a.4.n.98. 171.2
Psalmi 44. titulus, in finem pro iis, qui commutabuntur.a.5.n.44. 201.2
2. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis Præfat.num.2.
6. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.a.8.n.146. 440.2
Psal.44. 10. Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato.a.4.n.90. 166.2
11. Audi filia, & obliuiscere populum tuum. ant. 2. n.27.&a.4.n.3. 126.1
13. Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur.a.10.n.28. 494.1
Psalm.47.7.Ibi dolores vt parturientis. a.6.num.87. 288.1
Psalm.52.6. Deum non inuocauerunt ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor. anteloq.6.n.203. 328.2
Psalm.54.14. Tu verò homo vnanimis,dux meus & notus meus.a.4.n.39.& a.5.n.117.
Psalm.63.1. A timore inimici eripe animam meam. a.10.n.17. 490.1
Psalm.67.13 Rex virtutum Dilecti,Dilecti, & speciei domus diuidere spolia,&c.ad longum,& multiplici expositione.*a.5.n.105. 236.1
14.Si dormiatis inter medios cleros. ant. 4. num.4. 126.1
36.Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum.a.5.n.19. 188.2
Psalm. 76.21. Deduxisti,sicut oues, populum tuum in manu Moysi,& Aaron.a.10.n.36. 497.1
Psalm.77.31. Adhuc escæ erant in ore ipsorum. a.6. n.66. 282.1
Psalm.81.1.Deus steterit in Synagoga Deorum,in medio autem Deos diiudicat.a.8.n.105. 425.2
Psalm. 86. 3. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. a.8.n.140. 439.1
Psalm.89. 4. Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna quæ præteriit.a.10.n.98. 521.1
15.Lætati sumus pro diebus,quibus nos humiliasti; annis quibus vidimus mala. anteloq. 6. n. 198. 327.2
Psalm.90.6. A sagitta volante in die, ab incursu & Dæmonio meridiano.a.12.n.49. 564.2
Psalm.101. 20. Dominus de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum.a.6.n.202. 228.2
Psalm.104.22.Vt erudiret Principes eius,sicut semetipsum.a.10.n.73. 511.2
Psalm.105.9. Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est.a.10.n.75. 512.1
14. Et concupierunt concupiscentiam in deserto. a.8.n.52. 405.2
Psalm.110.4. Memoriam fecit mirabilium suorum. a.10.n.87. 517.1
Psalm.117.23.Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. anteloq. 10. num. 108. 524.1
Psalm.118.91.Ordinatione tua perseuerat dies.a.10. n.72. 510.2
161.Principes persecuti sunt me gratis.ant.8. n.106. 426.1
Psalm.131.8. Surge Domine in requiem tuam,tu & Arca sanctificationis tuæ.a.2.n.20. 41.1
Psalm.133.2. In noctibus extollite manus vestras in Sancta & benedicite Dominum.a.6.num.203. 329.1
Psalm.136.2. In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra.a.4.n.116. 177.1
Psalm.141.4.Considerabam ad dexteram, & videbam.a.8.n.126. 433.2
Psalm.146.9.Qui dat iumentis escam ipsorum. a.12. n.7. 551.1

Ex Prouerbijs.

Cap.4.3. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea. ant. 4. num.44. 142.2
*Cap.5.18. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. anteloq. 3. num. 105. 99.2
Cap.7. 2. Fili serua mandata mea,& viues,& legem meam quasi pupillam oculi tui. ant.10. num.18. 490.2
Cap.8.15.Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.a.5.n.128. 248.1
28. Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum.a.5.n.67. 215.1
30.Ludens coram eo omnitempore,Ludens in orbe terrarum.a.10.n.55. 504.2
Cap.9.5.Sapientia ædificauit sibi domum. a.1.n.61. & a.9.n.20. 23.2
Cap.20.20. Qui maledicit patri,& matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris. a.5.num.106. 237.1
Cap.24.30.Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ. a.1.n.65. 25.1
*Cap.25.13. Sicut frigus niuis in die messis. ant. 5. n.63. 212.2
*Cap.30.2. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est in me. anteloq. 7. num.96. 369.1
Cap.31.29.Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.a.12.n.54. 566.2

Ex Ecclesiaste.

Cap. 1.4. Generatio præterit, & generatio aduenit. terra autem in æternum stat. a.4.n.92. 168.1
Cap. 7.30. Solummodo hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. a.8.n.153. 442.2
Cap. 12.12. Faciendi plures libros nullus est finis. Præfat. n.5.12

Ex Cantico Canticorum.

*Cap. 1.4. Nigra sum sed formosa sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. ant. 5. num. 72. 218.1
* 5. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. a. 5. n.111. 239.1
* 6. Vbi pascas, vbi cubes in meridie. a.1.num.72. 29.1
*Cap. 2.11. Iam hyems transiit, imber abiit. a.5.n.43. & 55. 201.1. & 208.1
*Cap. 3.7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. a.5.n.81. 222.2
*10. Media charitate constrauit. ant. 5. numero 28. 193.2
*11. Egredimini, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis. a.5.n.37. 198.2
*Cap. 4.4. Sicut turris Dauid collum tuum. a.5.n.74. 219.1
* 8. Veni de Libano Sponsa mea. ant. 5. num. 84. 224.2
*Cap. 5.1. Messui myrrham cum aromatibus meis. a.5.n.49. 203.2
5.1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini, charissimi. a.4.n.81. 162.1
*Cap. 6.3. Pulchra es, amica mea, & suauis, & decora, sicut Hierusalem. a.5.n.73. & num.78. 218.2. & 221.1
* 11. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. a.5.n.83. 224.1
*Cap. 7.4. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon. a.5. n.77. 220.1
* 13. Mandragoræ dederunt odorem. ant. 5. num. 51. 205.1

Ex Sapientia.

Cap. 4.8. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. a.3. numero 161. 123.2
13. Consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. a.10. n.98. 521.1
Cap. 6.26. Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. Præfat. n.5.
Cap. 8.18. Circumiens & quærens, vt sibi illam Sponsam assumeret. a.1.n.59. 23.1
Cap. 12.10. Quoniam nequam est natio, & naturalis malitia ipsorum. a.5.n.1. 179.1

Ex Ecclesiastico.

Cap. 7.16. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. anteloq. 5. num. 127. 247.2
24. Trade filiam & grande opus feceris. a. 5.n.117. 242.1
Cap. 22.13. Luctus mortui septem dies: fatui omnes dies. a.3.n.91. 95.1
Cap. 24.11. Quasi oliua speciosa in campis. a.12.n.60. 568.1
15. Et sic in Sion firmata sum. ant. 5. numero 128. 248.1
25. Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum. anteloq. 5. num. 65. 214.1
Cap. 32.1. Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis, &c. a.5. n.31. & a.6. n.180. 195.1
Cap. 39.5. In terram alienigenarum gentium pertransiet. a.11.n.8. 528.1
Cap. 42.9. Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius. a.5.n.117. 242.1
Cap. 47.15. Quemadmodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es, quasi flumen, sapientia. a.1.n.59. 23.1

Ex Isaia.

Cap. 1.2. Audite cœli; atque auribus percipe terra. a.6.n.120. 299.1
Cap. 2.3. De Sion exibit lex, & Verbum Domini de Hierusalem. a.9.n.21. 454.2
Cap. 5.7. Vinea enim Domini exercituum domus Israel est. a.1.n.20. 8.1
Cap. 6.2. Sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant, &c. a.2.n.17. 40.1
6. Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. a.6.n.42. 271.1
8. Quem mittam, & quis ibit nobis? a.10.num.68. 509.2
Cap. 7.18. Vt faciant placentas Reginæ cæli. ant. 5. num. 95. 231.1
Cap. 8.3. Et accessi ad Prophetissam & peperit filium. a.1.n.18. & 40. 7.1. & 15.2
Cap. 9.6. Paruulus natus est nobis. ant. 6. num. 153. 310.2
Cap. 11.1. Egredietur virga de radice Iesse. a.8.1.5. 388.2
6. Et habitabit lupus cum agno. ant. 10. num. 77. 513.1
8. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis. a.10.n.25. 493.1
Cap. 14.14. Sedebant in monte Testamenti in lateribus Aquilonis. a.6.n.164. 314.1
Cap. 21.5. Pone mensam, contemplare in specula. a.6.n.184. 321.2
Cap. 23.4. Erubesce Sidon: ait enim mare. a.6. n.60. 279.1
Cap. 42.3. Calamum quassatum non conteret. a.12. n.27. 557.2
Cap. 45.8. Aperiatur terra & germinet Saluatorem. a.4.n.13. 130.1
Cap. 52.7. Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum prædicantis salutem. anteloq. 8. num. 148. 441.1
Cap. 53.4. Verè languores nostros ipse tulit. a.1.n.28. 11.1
8. Generationem eius quis enarrabit? a.10.num.12. 488.2
Cap. 55.1. Omnes sitientes venite ad aquas. a.8.n.11. & 63. 390.2
10. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo. a.5.n.62. 212.1
Cap. 66.7. Antequàm parturiret, peperit. a.3.n.121. 104.2
15. Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita. a.3. n.115. 102.2

Ex Hieremia.

Cap.1.9. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum. a. 4. n 9. 128.2
Cap.3.4. Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. a.5.n 117. 242.1
Cap.5.22. Qui posuit arenam terminum mari. a.5. n. 67. 215.1
Cap 9.17. Contemplamini & vocate lamentatrices. a.5.n.21. 190.1
Cap.15.1. Si steterit Moyses & Samuël coram me, non est anima mea ad populum.a.8. n. 31. 397.2
Cap.17.34. Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hierusalem vocem gaudij. a.3.n.90. & a.5.n.21. 95.1.& 190.1
Cap.19.2. Egredere ad vallem filij Ennon. a.5.n. 110. 238.1
Thren. 1.6.Sordes eius in pedibus eius. a. 10. n. 21. 492.1
Cap.4.27. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.a.10.n.102. 522.1

Ex Ezechiele.

Cap.1.4. Ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.a.12.n.38. 560.2
Cap. 1.27. Et à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis.a.10.n.40. 498.2
Cap.8.12. Certè vides, filij hominis, quæ seniores Israël faciunt in tenebris. a.5.n.114. 241.1
Cap. 8.16. Viginti quinque viri dorsa habentes contra templum, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum Solis.a.5.n 96. 231.2
Cap.16.7. Et ecce tempus tuum, tempus amantium. a.5.n.117. 242.1
Cap.16.10. Et vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino.a.8.n.79. 416.1
Cap.29.30. Ecce ego ad te, Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum.a 9.n.53. 467.1
Cap 31.3. Et inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.a.5.n.62. 212.1
Cap.37.1. Et in medio campi, qui erat plenus ossibus.a.6.n.128. 302.1
Cap.46.16. Si dederit Princeps donum alicui de filiis suis.a.5.n.135. 252.2
Cap. 47. 13. Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israël.a.5.n.133.251.1

Ex Daniele.

Cap.5.17.Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.a.4.n.103. 173.1
Cap.7.9. Et capilli capitis eius quasi lana munda. a. 6. n.139.1. 305.2
Cap. 9.24. Septuaginta Hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, &c. ant. 4. num. 97. 171.2
Cap.10.3. Trium Hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. ant. 6. num. 204. 329.1
Cap.11.4. Tu autem Daniel, claude sermones, & signa librum.a.3.n.146. 114.1
Cap. 4.1. Conuiua Regis,& honoratus super omnes amicos eius.a.5.n.30. 194.2
Cap.14.6. Ne erres, Rex: iste enim intrinsecùs luteus est.a.5.n.97. 232. 2

Ex Osea.

Cap.1. 4. Et visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu & quiescere faciam regnum domus Israël.a.12.n.78. 573.1
Cap.2.11. Ex Ægypto vocaui filium meum. ant. 1. n. 27. 10.2
Cap. 10. 7. Transire fecit Samaria Regem suum quasi spuma.a.6.n.59. 274.1
Cap.10.11. Ephraim vitula docta diligere tuturam. a.2.n.40. 48.1
Cap.12.3. In vtero supplantauit fratrem suum. a. 2. n. 39. 48.1

Ex Ioële.

Cap.1.8. Plange super virum pubertatis tuæ. a. 5. num. 117. 242.1
Cap. 3.4. Verùm quid mihi, & vobis Tyrus & Sidon.a.5.n.90. 228.2

Ex Amos.

Cap.1.9. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum. ant. 5. num. 87. 227.1
* Cap.4.7. Ego prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses supereressent.a.5.n.56. 208.1
Cap.5.16. Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere. a. 5. num.21. 190.1
Cap.5.26. Et portastis tabernaculum Moloc vestro, & imagini idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ feciſtis vobis.a.5.n.101. 234.1
Cap.8.1. Et ecce vincinus pomorum. a.6. num.89. 288.2

Ex Iona.

Cap.3.3. Et nunc, Domine, tolle, quæso, animam meam à me. a.8.n.58. 407.2
Cap.3.4. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.a.5.n.7. 182.1
Cap.4. 6. Et lætatus est Ionas super hædera lætitia magna.a.8.n.160. 444.2

Ex Michæa.

Cap.7.1. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos.a.5.n.61. 211.1

Ex Nahum.

Cap.3.12. Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cum grossis suis.a.5.n.61. 211.2

Ex Habacuc.

Cap.1.18.Et velociores lupis vespertinis. a.10.n.77. 513.1

Ex Sophonia.

Cap.1.5.Disperdam de loco hoc reliquias Baal. a. 5. n. 95. 231.1

Ex Aggæo.

Cap.2.9. Meum est argentum, & meum est aurum a.4.n.111. 175.2

Ex Zacharia.

Cap. 10. 1. Petite à Domino pluuiam in tempore serotino. a. 5. n. 55. 208. 1

Ex Libro 1. Machabæorum.

Cap. 1. 7. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute, & diuisit illis regnum suum. a. 5. n. 131. 250. 1
Cap. 9. 39. Et ecce tumultus, & apparatus multus, & sponsus processit, & amici. a. 5. n. 20. 189. 2
Cap. 10. 65. Magnificauit eum Rex, & scripsit inter primos amicos. a. 5. n. 33. 195. 2
Cap. 11. 13. Et imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti, & Asiæ. a. 4. n. 89. 166. 1

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Cap. 1. 1. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. a. 8. n. 147. 441. 1
Cap. 1. 3. Iesse autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, Salomon autem genuit Roboam. a. 12. n. 77. 572. 2
Cap. 2. 2 Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus stellam eius. a. 2. n. 14. 39. 1
Cap. 3. 5. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa. a. 2. n. 13. 38. 2
Cap. 3. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. a 8. n. 143. 439. 2
Cap. 4. 3. Dic vt lapides isti panes fiant. a. 5. n. 172. 317. 1
Cap. 4. 9 Hæc omnia dabo tibi si cadens adoraueris me. a. 8 n. 22. 394. 1
Cap. 4. 21. Procedens inde vidit alios duos fratres. a. 10. n. 61. 4. 506. 2
Cap. 5. 11. Et dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. a. 12. n. 28. 557. 2
Cap. 5. 18. Donec transeat cælum, & terra, iota, aut apex vnus non præteribit à lege. ant. 7. num. 67. 358. 1
Cap. 6. 3. Te autem faciente eleemosinam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. ant. 4. num. 29. 136. 1
Cap. 7. 22. Domine nónne in nomine tuo prophetauimus. a. 7. n. 71. 360. 1
8. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. a. 2. n. 70. 60. 2
Cap. 8. 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. a. 6. n. 142. 306. 2
Cap. 8. 11. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. a. 8. n. 125. 433. 2
Cap. 8. 29. Venisti ante tempus torquere nos. a. 6. n. 132. 303. 2
Cap. 9. 15. Nunquid possunt filij Sponsi lugere. a. 3. n. 104. 99. 1
Cap. 10. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum neque pecuniam in zonis vestris, &c. a. 8. n. 148. 441. 1
Cap. 11. 7. Cœpit *Iesus* dicere ad turbas de Ioanne. a. 6. n. 77. 284. 2
Cap. 11. 11. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. a. 2. n. 5. 34. 1
Cap. 11. 29. Discite à me quia mitis sum. a. 6. n. 100. 292. 1
Cap. 13. 25. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, & superseminauit Zizania. a. 4. n. 51. 146. 1
Cap. 15. 22. Filia mea malè vexatur. a. 2. n. 65. & a. 6. n. 25. 59. 1. & 262. 2
Cap. 16. 24. Si quis vult venire post me abneget semetipsum. a. 6. n. 111. 246. 2
Cap. 17. 1. Post sex dies assumpsit *Iesus* Petrum, Iacobum, & Ioannem. a. 10. n. 27. 493. 2
Cap. 17. 2. Resplenduit facies eius sicut Sol. a. 2. n. 60. & a. 6. n. 101. 57. 1. & 292. 2
Cap. 20. 6. Exiit primo mane conducere operarios in vineam. a. 2. n. 54. 54. 1
Cap. 20. 12. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos, *&c.* a. 6. n. 93. & a. 12. n. 30. 290. 1. & 558. 1
Cap. 20. 22. Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare. a. 8. n. 21. 394. 1
Cap. 21. 2. Ite in castellum quod contra vos est. a. 8. num. 65. 410. 1
17. Abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam. a. 2. num. 13. 38. 2
*Cap. 21. 19. Et videns fici arborem vnam secus viam. a. 5. n. 59. 209. 2
Cap. 21. 28. Malos malè perdet, & vineam suam aliis locabit Agricolis, &c. a. 6. n. 209. 330. 2
Cap. 22. 2. Simile est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. ant. 5. num. 33. 196. 1
4. Ecce prandium meum paraui: tauri, & altilia occisa sunt. a 8. n. 62. 409. 1
Cap. 22. 12. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. a. 2. n. 71. 61. 1
Cap. 23. 30. Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: si fuissemus in diebus Patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. a. 8. n. 158. 444. 2
Cap. 24. 25. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est nolite exire, ecce in penetralibus nolite credere: sicut enim fulgur exit ab oriente & paret vsque in occidentem ita erit & aduentus filij hominis. a. 8. n. 149. 441. 2
Cap. 24. 28. Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. a. 6. n. 189. 324. 1
24. 38. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes. a. 6. n. 82. 286. 1
Cap. 25. 1. Tunc simile erit regnum cœlorum decem Virginibus. ant. 5. num. 24. & num. 41. 191. 2. 201. 1
14. Homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos. a. 2. n. 22. 41. 2
Cap. 25. 42. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare. a. 6. n. 22. 261. 2
Cap. 26. 28. Hic est enim Sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. anteloq. 10. numero 92. 519. 1
Cap. 26. 33. Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. a. 2. n. 11. 37. 1
Cap. 26. 40. Sic non potuistis vna hora vigilare mecum. a. 6. n. 143. 306. 2
Cap. 26. 58. Petrus autem sequebatur eum à longè. ibid.
Cap. 27. 33. Venerunt in locum qui dicitur Golgotha. a. 6. n. 182. 321. 1
Cap. 27. 42. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. a. 4. n. 31. 136. 2

Cap.27.42. Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce & credemus ei. a.12.n.61. 568.2
46. Deus, Deus meus vt quid dereliquisti me? a.6.n. 229. 302.2
59. Et accepto corpore Ioseph posuit illud in monumento suo. a.6.n.4. 255.2
Cap.28.1. Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati. a.2.n.33. 46.1
19. Data est mihi omnis potestas. a. 6. num. 115. 297.2

Ex Marco.

Cap.1.25. Quid nobis, & tibi Iesv Nazarene. a.10. n.78. 513.2
30. Decumbebat autem Socrus Simonis febricitãs. a.2.n.55. 54.2
Cap.2.15. Multi Publicani & peccatores discumbebant simul cum Iesv. a.4.n.22. 133.2
Cap.3.33. Quæ est mater mea & fratres mei. a.4.n. 23. 134.1
Cap.8.23. Apprehensa manu eius eduxit eum extrà vicum. a.4,n.118. 177.2
Cap.14.54. Et sedebat cum ministris ad ignem & calefaciebat se. a.5.n.59. 210.1
Cap.16.7. Dicite discipulis eius & Petro. a.1.n.11.41

Ex Luca.

Cap.1.1. Sicut tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt. a.1.n.44. 17.2
27. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam. a.4.n.14. 130.2
35. Spiritus S. superueniet in te. a.6.n.148. 309.1
38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. a,6.n.155. 311.1
41. Vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero. a.12.n.50. 565.1
56. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. a.6.n.38. 269.1
*Cap.2.8. Pastores erant in regione eadem vigilantes. a.5.n.59. 210.2
Cap.4.40. Et continuò surgens ministrabat illis. a.8. n.71. 412.2
Cap.5.5. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. a.4.n.108. 174.2
Cap.9.3. Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. a.5.n.104. 173.2
54, Domine, vis, dicimus, vt ignis descendat de cœlo. a.10.n.79. 514.1
59. Domine permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum. a.4.n.105. 174.1
Cap.11.3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. a.4.n.85. 163.2
Cap.12.18. Destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea. a.6.n.194. 325.2
33, Facite vobis sacculos, qui non veterascunt thesaurum non deficientem in cœlis. a.6.n.194. 326.1
35. Sint lumbi vestri præcincti. a.5.n.37. 198.1
38. Et si in secunda vigilia venerit. a.6. n.88. & n. 131. 288.2. & 303.1
Cap.13.6. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea a.8.n.24. 395.1
7. Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac. a.5.n.60. 211.1
8, Domine dimitte illam & hoc anno vsquedum fodiam circa illã & mittã stercora. a.12.n.66. 570.1
*Cap.14.8. Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. a.5.n.34. 197.1
Cap.15.9. Congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdideram. a.15.n.105. 523.1
7. Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. a,10. n.104. 522.2
12. Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. a,12.n.70. 571.1
7. Adhæsit vni ciuium regionis illius. a.8. num.83. 418.1
17. In se reuersus dixit. a.6.n.122. 300.1
17. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus. a.10.n.93. 519.1
18. Peccaui in cœlum & coram te. a.19.n.72. 511.1
20. Fac me sicut vnum de mercenariis. a.6.num.112. 296.2
20. Cùm adhuc à lõgè esset, vidit illum Pater ipsius. a.2.n.19. 40.2
22. Cito proferte stolam primam. a.4.n.44. & a.12. num.3. 142.1
29. Nunquam mihi dedisti hœdum. a.2.n.11. & a.6. n.140. 37.1
30. Occidisti illi vitulum saginatum. a.10.num.85. 516.1
Cap.16.22. Mortuus est pauper, &c. in sinum Abrahæ. a.4.n.213. 176.1
22. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in Inferno. a.6.n.80. 285.2
28. Rogo te Pater vt mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, &c. a.4.n. 114. 176.2
Cap.17.21. Ecce enim regnum Dei intra vos est. a. 10.n.97. 520.2
34. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur, & duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. a.10.n.94. 519.2
Cap.18.11. Non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, &c. a.12.n.71. 571.1
Cap.19.4. Zachæe festinans descende. a.8.num.46. 403.1
44. Et non relinquent lapidem super lapidem. a.8. n.82. 417.2
Cap.23.42. Domine memento mei cùm veneris in regnum tuum. a.6.n.196. 326.2
Cap.24.15. Et ipse Iesvs appropinquans ibat cum illis. a.10.n.38. 497.2

Ex Ioanne.

Cap.1.14. Quod factum est in ipso vita erat. a.8. n.35. 399.1
12. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. a.6.n.145. & a.10.n.81. 307.2. & 514.2
Cap.2.1. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. a.3.n.94. 96.1
3. Vinum non habent. a.10 n.86. 516.2
4. Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. a.6.n.43. 271.2
11. Hoc fecit initium signorum Iesvs. a.6. n.127. 301.2
22. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli. a.3.n.133. 108.2
Cap.3.29. Amicus autem Sponsi, qui stat, & audit, cum gaudio gaudet. a.5.n.30. 194.2
Cap.4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. a.10.n.59. 505.2
*35. Nonne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit. a.5.n.58. 209.1

Cap.5.14.Ecce sanus factus es,iam noli peccare.a.6. n.104. 294.1
Cap.6.13. Colligite quæ superauerunt fragmenta. a.4.n.104. 173.1
Cap.8.56. Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meum,vidit & gauisus est. a.6.n.201.328.2
Cap.8.58. Abraham exultauit vt videret diẽ meum. a.6. n.65. 281.1
Cap.9. 6. Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. a.8 n.139. 438.2
29. Nos scimus,quia Moysi loquutus est Deus:hunc nescimus vnde sit.a.2.n.15. 39.1
Cap.11.35.Vbi posuistis eum.a.6.n.75. 284.1
*39.Domine iam fœtet:quatriduanus est enim.a.11. n.43.
*49 Quia expedit vobis,vt vnus moriatur homo pro populo .a.11.n.53. 545.2
Cap.12.28.Pater clarifica nomen tuum.ant.6.n.52. 276.2
32. Ego si exaltatus fuero à terra , omnia traham ad meipsum.a.2.n.9. 36.2
Cap. 13.3. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.a.8.n.72. 413.1
4.Surgit à cœna,& ponit vestimẽta.a.6.n.154.310.2
8.Non lauabis mihi pedes in æternum. a.10. n.71. 510.2
Cap.13.9. Domine non tantùm pedes meos , sed & manus & caput.a.8 n.162. 445.2
10.Qui lotus est,non indiget,nisi vt pedes lauet.a.4. n.81. 161.2
13.Vos me vocatis,Magister,& Domine,& benedicitis.a.10.n.48. 501.2
*Cap.14.26. Paraclitus autem Spiritus sanctus ille vos docebit omnia.a.7.n.5. 334.2
30.Venit enim Princeps huius mundi. a.6.num.94. 290.2
Cap.16.15. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.a.2.n.1. 3.2
Cap.17.1.Pater,clarifica filium tuũ.a.6.n.150.309.1
Cap.18.38.Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?ant.8. n.104. 425.2
Cap.19.19.Erat autem scriptum: Iesvs Nazarenus, Rex Iudæorum.a.12.n.25. 557.1
*36.Os non comminuetis ex eo.a.11.n.55. 546.2
Cap.20.17. Noli me tangere:nondum enim ascendi ad Patrem.a.6.n.34. 267.2
Cap.21.18.Cùm esses iunior cingebas te. a.6.n.40. 270.2

Ex Actis Apostolorum.

Cap.2. 42. Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis. a. 4. n.78. 160.1
Cap.5.10.Quæ neque Patres nostri,neque nos portare potuimus.a.3.n.130. 107.2

Ex Paulo.

Ad Rom.Cap.8. 38.Quia neque mors, neque vita, &c.ant.3.n.125. 106.1
26.Cùm plenitudo gentium intrauerit, & sic omnis Israël saluus fiet.a.4.n.16. 131.2
1.Cor.7.2.Propter fornicationẽ autem vnusquisque suam vxorem habeat.a.5.n.120. 243.2
36. Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua,quòd sit superadulta.a.5.n.119.243.1
*Cap.9. 25. Omnis autem qui in agone contendit. a.2.n.51. 53.2
25.Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. a.10.n.19. 491.1
Cap.11.20. Iam non est dominicam Cœnam manducare.1.8.n.135.& a.12.n.74. 437.1.& 572.1
Cor.2.3.14.Vsque in hodiernũ diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet. ant.1. n.74. 29.2
*Cap.4.7. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.a.5.n.110. 239.1
Gal. 6.14. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce. antel.6. n.156. 311.1
18.Ego enim stigmata Domini Iesv in corpore meo porto.a.5.n.96. 231.2
Eph. 3.8. Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.a.4.n.94. 169.1
Phil.2.7. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.a.12.num.80. 573.2
Cap.3.8.Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesv Christi Domini mei; propter quem omnia detrimentum feci & arbitror vt stercora , vt Christum lucrifaciam.a.10.n.109. 524.2
Hebr.1.14. Omnes sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.a.6.n.193. 325.2
Cap.1.1.Olim Deus loquens Patribus in Prophetis. a.1.n.48. 18.2
Cap.7.14. Manifestum est , quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster.a.5.n.14. 185.1
Cap.11.21.Et adorauit fastigium virgæ eius. ant.11. n.58. 548.1
31. Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis. a.2.n.41. 48.2

Ex Petri epistola prima.

Cap.1. 12. In quem desiderant Angeli prospicere. a.2.n.17. 40.1

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. 13. Et facies eius sicut Sol lucet in virtute sua.a.2.n.80. 56.2
15. Præcinctum ad mamillas zona aurea. a.8. n.90. 4101
16. Habebat in dextra sua stellas septem. a.10. n.44. 499.2
Cap.4.4. In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis. a.10. num.102. 522.1
Cap.4.5.De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.a.12.n.57. 567.2
Cap.5.9.Dignus es Domine accipere librum,& aperire signacula eius.a.10.n.41. 499.1
Cap.6.9. Et cùm aperuisset sigillum quintum , vidi subtus altare animas a.2.n.68. 60.1
Cap.7.14.Et lauerunt stolas suas,& dealbauerunt eas in sanguine Agni.a.8.n.7. 389.2
Cap.12.1.Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.a.2.n.32. 45.2
Signum magnum apparuit in cœlo , mulier amicta Sole.a.12.n.55. 566.2
Cap.19.7.Gaudeamus,& exultemus,quia venerunt nuptiæ Agni.a.3.n.110. 101.1
Cap.21.9. Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem Agni.a.3.n.127. 106.2

1. *Quid in explanatione Canticorum adhuc desideretur?*

SCRIPSERE in Salomonis Canticum ex veteribus plurimi, de nuperis multi satis; hactenus tamen desideratus Interpres, qui & Historiam, & integumentis obuolutam spiritalem maritaret explanationem, dicam quo pacto. Sanè antiquissimum est docuisse, *interloquutionem* esse, *drama*, *fabulam*, siue *comœdiam sacram*, Epithalamium istud; alij *parabolam* voluêre: alij *rurale Carmen*, & de *Idyllijs*. Omnes conuenêre, à castis ductam Metaphoram connubiis: Verùm, quis ille Sponsus? quæ Nubens componat, seu veram, seu cogitatam narrationem? quibus orti genitoribus? qua tribu prognati? vbi dati in lucem? quanta siue in egestate, siue in pompa enutriti? quæ amauerint exercitamenta? quibus excelluerint fortunæ, corporis, animi donis quando amare inceperint? & imprimis, num ea, quæ toto resonant Hymenæo vinculum, & bitumen habeant, sic vt mystica infinitam rerum seriem complectentia, quicquid scilicet in Ecclesia Catholica memorabile vnquàm visum est, historicis æquè respondeant, & vtraque nullas patiantur aut voragines, aut hiatus? puto, nemo hucvsque tentauit ostendere; quanquam vt fieri valeat, impossibile esse qui asseuerarent, non defuerunt, neque mediocriter docti illi quidem: Quid igitur? pares nos tantæ magnitudini? Absit arbitremur; Sed tamen, quando animus extiterit lucis aliquid afferre difficillimis Bibliorum nodis, gauisi sumus oblatum campum, nouam qui postularet agricolationem; arauimus quidem; num tamen consequuta sit industria, vt eradicatis vepribus, in posterum hos per agros inoffenso vestigio spatiari liberum sit, eruditorum crisis esto; Certè hæc Commentariorum princeps occasio, qua de re fusiùs lucubrationum decursu.

2. *Verbũ bonum singulariter illud, quod libris commendatur. Augusſt.*

Scripsimus subinde vt quam vitæ nostræ actiones, quod alieno regerentur imperio, vtilitatem dicendo afferre non potuerint, attulissent stylo; tum quoniam ita cum Dei gratia sperabamus *eructare verbum singulariter bonum*; verbũ nempe duraturum à progenie in progenies; Certè ille qui gloriabatur *bonum se eructasse verbum* apud Psalmodum Oda 44. Continuò subiunxit, verbi opificem, linguam scilicet, calamum scribæ fuisse velociter scribentis; Vt quid istud? Percipe ab Augustino; *Quæro enim* (ait) *quare linguam calamum dixit esse scribæ velociter scribentis? Mihi videtur quantùm audet humana intelligentia, & hoc posse accipi ex persona Patris dictum; lingua mea calamus scribæ, quia quod lingua dicitur sonat, & transit; quod scribitur manet; Cùm ergo dicat Deus verbum, & verbum, quod dicat, non sonet, & transeat, sed & dicatur, & maneat, scriptis hoc Deus maluit comparare, quàm sonis:* Pulchrum quidem verbum est, quod Scholarum è suggesto Academicus, è pulpito qui euangelizant pacem, quorum speciosi sunt pedes, in discipulorum, in multitudinis corda traiiciunt; sed non his *verbum bonum* qui apud Dauidem loquebatur, voluit comparare; quoniam igitur *verbum bonum* singulariter illud est quod scribitur; scribere potior voluptas fuit: Præclarè Christianus Druthmarus præfat. Commentariorum in Matthæum; *Omnia verba sonando transeunt, & transeundo deficiunt; necesse est alligari igitur literis verba, quæ aliquid vtilitatis habere videantur*; Neque minùs splendidè Ambrosius Ansbertus epist. ad Stephanum Papam; *An fortè loquendi tantùm libertas isto in tempore tribuenda est? non autem scribendi quæ loqui bona quisque potest, sicut Maiores nostros fecisse notum est? Quis hoc dixerit? vel vbi hoc scriptum inuenerit? At contrà Spiritus sanctus per Salomonem admonet dicens; Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare; ecce etenim potest manus stylo proferre, quod potest lingua verba formare; & quis erit à culpa innocens nisi fecerit hoc, quod vt facere posſit, desuper accepit? Damnandus itaque censetur quisquis hanc libertatem Spiritus abolêre conatur*: iungendus & Paschasius Abbas Corbeiensis Proœmio in Matthæum; *Vnde quæso, nemo mihi succenseat si tandem Dei confisus gratia, elegi solertiam, quam in me cælestis Prouidentia eruditionis sale condiuit, Domino dedicare; quàm inanis vitæ otio prætermisso studio torpêre; & fugaces doctrinarum sensus longo labore quæsitos, literis alligare.*

Druthmarus.

Amb. Ansbert.

Paschas. Abb.

3. *Qui scribendis voluminibus idonei.*

Neque hæc in eum scopum pronunciamus, vt quisque impolitus scripturiendi gloriola lasciuiens, inornatas schedas luci cõtinuò obtrudere audeat; nam & petulantia, & indocta ingenia grauiter coërcenda sunt; Verùm, vt in his properantia, & temeritas in cudendo detestanda est; sic in aliis, quorum & scientia rerum non contemnenda est, & vita imitatrix prisci candoris, nimia quædam abstinentia conficiendorum librorum, nescio quàm possit esse laudabilis; atque vt modestiam appellent, fortasse & desidiæ partus est; sed præstat ab eis, quotum in docendo auctoritas est, percepisse; occurrit autem pulcherrima exhortatio Petri Monachi Pictauiensis ad alterum Petrum, qui Venerabilis nominatus, ducta suadela à veterum exemplis, qui omnis catholicæ doctrinæ norma fuerunt: *Prouidendum est* (inquit) *Vir discretissime, ne dum laudari ab hominibus nimiùm fugitis; ea, quibus à bono patrefamilias fidelis ille seruus euangelicus plurimùm laudari merebatur, omittatis; Considerate obsecro, quia si sancti Patres nostri huiuscemodi*

Petr. Monach.

Libros exarare quàm & gloriosum, & vtile?

occasiones

occasiones inueniendo, nihil olim scripsissent, sed quamlibet bonam vitam inerti silentio transegissent, nec apud nos modò tam celebrem, dulcémque memoriam habuissent; scribendo autem, & Deo placere meruerunt per duplicem fructum sanctæ Prædicationis, & cunctis post se venientibus exemplum præbuerunt piæ imitationis; inde est, quòd tantum sui amorem fidelium cordibus impresserunt, dum in eis Deus loquens attenditur, & doctrina Spiritus sancti honoratur.

4. Petr. Venerab.

Verùm de multiplici scriptionis fructu nemo sublimiori tuba, quàm ipse Petr. Venerabilis lib. 2. epist. 20. ad Gislebertum; *Seratur* (ait) *in chartula verbi Dei seminarium, quod maturis segetibus, hoc est, libris perfectis, multiplicatis frugibus esurientes Lectores repleat, & sic panis cœlestis lethalem animæ famem repellat; sic plane, sic verbi diuini poteris fieri taciturnus Prædicator, & lingua silente in multorum populorum auribus manus tua clamosis vocibus personabit; clausus teneberis in spelæo tuo, & in codicibus tuis terras, ac maria peragrabis, in publicis Ecclesiæ conuentibus Lectoris ore verbum Dei de sublimi loco speculator inclamabis, in remotis claustrorum; & domorum angulis illud idem seruis Dei silentibus insusurrabis; Professio te Eremitam, deuotio faciet Euangelistam, vt quod per teipsum non poteris, tuis laboribus promereaberis; animet te ad hoc agendum non paruum laboris præmium, quod pro omnibus consequêris, quibus hoc laudabili studio subuenire potueris; nam quotquot tuorum voluminum lectione superbiam prostrauerint, luxuriam subegerint, auaritiam contempserint, iram domuerint, à quibuslibet malis vel cauerint, vel pœnituerint, vt manipuli sudoribus tuis collecti æternarum frugum tuarum horrea cumulabunt; & dum cum vita hominis opera eius finiri soleant, & cum deficiente deficere; tu nec morieris, nec à vita deficiens à bono opere cessabis, quando operibus tuis ad vitam mortuos reuocabis; tantôque tempore etiam post mortem tuam apud Deum extendetur lucrum operum tuorum, quantò vt ita dicam, durare poterit vita librorum tuorum.*

Scribendo Eremitæ Prædicatores fiunt.

5. *Num tantùm librorum modo, vt scribere deinceps superuacaneum sit?* Eccles. 12.

At mundus libris abundat? Credo, & abundauit ante annos bis mille; Quid dixi? anterior fuit, qui docebat; *Faciendi plures libros nullus est finis*, Ecclesiastæ cap. 12. vers. 12. Sed liuor præsentia infectatur, vt notat Paulinus epist. 1. ad Seuerum, *Qui maximè* (inquit) *conspectu, aut vicinia æmulæ conuersationis accenditur*; Propertius lib. 3. Elegia 1.

Ast mihi quod viuo detraxerit inuida turba
Post obitum duplici fœnore reddet honos
Omnia post obitum fingit maiora vetustas
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

Et in eandem sententiam Annæus Seneca libro cui præfixit, iniuriam in sapientem cadere non posse cap. 15. *Deinde semper vlterior aliquid ad venerationem conferet ætas: quoniam quidem in vicino versatur inuidia; simpliciùs longè posita miramur*; Nunquam multi libri, si boni; nunquam pauci; si mali; *Multitudo sapientum, sanitas orbis terrarum.* Sapientiæ cap. 6. vers. 26. Modò illi sapientes sint, nunquam de copia iusta esse debeat expostulatio: Sed, vt nulla sit ætas, quæ Scriptores abnuat, egregiè commonstrat Ambrosius Ansbertus Prologo in Apocalypsim; *Inquiunt multi* (dicit,) *Non est tempus differendi Scripturas; Quòd si ita est, ob veniam illorum dicam; Ergo nec benè loquendi, nec benè operandi; Quid obsecro deliquit tempus? Num quidnam Christus in eo nunc non operatur, qui dixit; Pater meus vsque modò operatur, & ego operor? Sed vsquequò Domine? Ecce ego* (ait) *vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi; Audiant tales patienter quod ab eis spiritu mansuetudinis inquiritur; respondeant benignè, vbi in diuinis voluminibus legerint, quædam tempora ad exponendum indulta? quædam verò prohibita? Quòd si non inueniunt, cedant bona scribenti, ac nequaquam dono gratiæ Dei insultando derogent, dum hominem reprehendere quærunt*; Atque idem epistola ad Stephanum Papam; *Si itaque præsens tempus hoc admit, vt scribi non debeat quod quisque benè intelligit; ergo quod nefas est dicere, Spiritus sanctus omnipotentiam amisit, qui vanitati temporum subiacere cœpit; Quasi ei istis diebus nunc agere non liceat, quod eum per sanctos Prædicatores in præcedentibus fecisse nullus fidelium dubitat?* Hoc Auctor grauissimus, qui ante septingentos annos floruit; vt non nouitiam esse cantilenam intelligamus, quæ in immensum excrescere multitudinem Scriptorum ingemiscit.

Sap. 6.

Paulin. Ambros. Ansbert.

6. *Historici sensus cura Princeps habenda.* Druthmarus.

Modus in tractando: Historiæ præcipua diligentia est; atque adeò pronunciamus libenter cum Christiano Druthmaro Prolusione in Matthæi Euangelium; *Studui autem plùs historicum sensum sequi, quàm spiritalem; quia irrationabile mihi videtur spiritalem intelligentiam in libro aliquo quærere, & historicam ignorare, cùm Historia fundamentum omnis intelligentiæ sit; & ipsa primitùs quærenda est, & sine ipsa perfectè ad aliam transiri non possit*; Adiunxit literæ interpretamento longiorem Tropologiam; Vísne Conciones appellem? Neque pudet nominis, nec piget fecisse, cùm & opinio sit, qui Ethologias omittat, præsertim, quarum ex visceribus Historiæ prorumpat natiuitas, & quæ in Tractatus non diffundantur, vix posse idoneum Bibliorum Explanatorem censeri; Sed mutuemur aliquid orationis ab Epistola Ambrosij Ansberti initio Commentariorum in Apocalypsim, vt quanta sit vtilitas exhortatorij Sermonis appareat: *Vt enim doctissimi Ecclesiæ Tractatores dixerunt* (loquitur Ansbertus,) *plùs est sanctis exhortationibus nunquam essentialiter morituram animam à peccati morte viuificare, quàm corpus denuò moriturum coactis*

Moralem ex professo tractare locum optimis Scripturarum professoribus dignissimum. Ambros. Ansbert.

interuentio

interuentionibus ſuſcitare; Vnde Dominus, cùm in typum eiuſdem Eccleſiæ ad Prophetam diceret; Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna; cauſam præmiſit cur id faceret dicens; Ecce dedi in ore tuo verba mea; Et quidem carere nunc Eccleſiam reliquis miraculis, reprehenſio nulla eſt; tacere verò Eccleſiam ab exhortatione, laus nulla; imò etiam ſine reprehenſione vllo tempore poſtponi non valeat, quod omnipotens Deus ſine intermiſſione fieri mandauit; ait nanque vnitati Prædicatorum in vno; Verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedant ab ore tuo, & de ore ſeminis tui, amodò, & vſque in ſempiternum; Hinc rurſum præcepit, dicens; Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam; Quis interdicat modò non eſſe clamandum, cùm in hac ſententia audiat non eſſe à clamore ceſſandum?

Prædicatio potior miraculorum operationibus.

7. *Stylus ſcribentium qualis eſſe debeat?* Ennod.

Stylum deſideraiimus, qui & mulceret, & lucem afferret; accepimus monitum ab Ennodio lib. 1. epiſt 9 ad Firminum; *At vbi ſcaber ſermo anguſtiam pauperis ſignat ingenij, nec conceptum ſuum in ordinem digerendo, noctem ſtudio elocutionis interſerit, & nebuloſæ enarrationis ambiguo quandam generat de ipſa explanatione cæcitatem; quis non perſonæ talis ſine eloquentiæ arte conſtitutæ ſpernat affectum?* Proinde, & à verbis exoticis, ſignificationiſque peregrinæ abſtinuimus; *Quoniam ſtultiloquium eſt,* (inquit Druthmarus allegato in Matthæum Prologo) *in expoſitione alicuius libri ita loqui, vt neceſſarium ſit Expoſitorem ipſius expoſitionis quærere.*

Obſcuritas, atque verborum ſcabrities, fugiendæ. Druthmarus.

8. *Digreſſionum quæ poſſit eſſe iuſta ratio?* Ambroſ.

Digredimur etiam aliquando, ſiue ad ſcholarum quæſtiones; ſiue ad hiſtoricam, ſeu ad eruditionem humanam; nanque ſuggerit Ambroſius libri quarti in Lucam Præfamine, dum & ſe excuſat, quòd immoratus ſit prolixiori Opere genealogiam Seruatoris tractans; *Certè* (ait) *infructuoſum non fuit dominicis diutiùs inhærère Mitioribus: nam ſi ij, qui magnum mare littorali parant nauigatione tranſmittere, altioris compendium curſus fiduciæ infirmitate vitantes agros, & vrbes littore deductas capti locorum decore, frequenter inuiſunt, quanto magis nos in tanto non elementorum, ſed geſtorum cœleſtium ſiti profundo, viciniores legere portus, & frequentes amare debemus excurſus? ne quis longæ nauigationis tædio fatigatus, faſtidij vomitum tenere non poſſit;* Frequentes igitur excurſus, etiam crebra diuerticula permittit Ambroſius; Sed longi propterea ſimus, & in molem nimiam intumeſcat Volumen? Reſpondeat Cluniacenſis Abbas Petrus epiſt. 34. libri primi; *Poſſunt quidem quandoque multa breuiter dici; ſed vbi breuitas ſententiarum pondera non extenuat, non vbi intellectus multa neceſſariò intelligenda defraudat: inualuit & ſegnitia Modernorum, quæ mox ſuperfluum vocat, quicquid cum eius deſidia non concordat; non ſic apud antiquos, quorum ſi ſapientia veſtra recordari voluerit, etiam longiſſima noſtra nouiſſima reputabit;* An verò liceat Scripturarum enodatoribus per tam varia ferri? ſed pleniùs noſſe cupido eſt, vide penultimo Anteloquiorum noſtrorum vbi de optimo genere interpretandi ex profeſſo diſceptamus.

Commentariorum non omnis longitudo vituperanda. Pet. Clun.

9. *Inuidiam difficillimè ſubterfugere.* Ennod. Druthmarus.

At ſanè conati ſumus perplacere; inuidiæque, quibus potuimus modis, odia ſubterfugere nitimur: fortaſſe vt nemo æmuletur? Spes puſilla eſt; timeo, ne & ſæculo noſtro loquatur Ennodius lib. 1. epiſt. 9. ad Fauſtum: *Nullus, quod ſanctum eſt, vt video, quidve infindum ſit, reſpicit; ad impugnationis fidem ſolùm aduocatur pro teſte propoſitum; Deus omnipotens mutatas ordinum vices vertat in melius, & rerum ſtatum, qui labe temporis, ac meritorum noſtrorum nebulis obſoleuit, aurei ſæculi candore perfundat, quando hominum obſcœniſſima crimina innocentis officij texit vmbraculum;* Faſtidientibus laborem noſtrum dicam ex atramento Chriſtiani Druthmari loco nuper memorato: *Ego verò nulli nolenti iuſſero, aut legere, aut habere hunc librum, ſed qui voluerit; & ſi aliquis hunc deteſtetur, ordinet meliorem, & ego voluntarie ipſum ſuſcipio; nam iſte nihil vlli nocet; Amicis in hoc facto parui; inimici mea voluntate non tangent, ne fortè de bono æmulationes fiant;* Sanæ mentis Auditorem ſalutabo vltimum Aëlredi Abbatis Rieuallenſis precatu, Prologo libri primi de ſpiritali Amicitia: *In huius igitur Voluminis lectione ſi quis profecerit, Deo gratias agat, & pro peccatis meis apud Chriſti miſericordiam intercedat: Si quis autem ſuperfluum, aut inutile putat eſſe, quod ſcripſimus: parcat infidelitati meæ, quæ fluxum cogitationum mearum huius Meditationis meæ compulit occupatione reſtringere.*

Lucubrationum noſtrarum ad lectionem neminem inuitum cogimus. Druthmarus.

Auctoris precatio. Aëlredus.

IN

IN SALOMONIS CANTICORVM CANTICVM, ANTELOQVIVM I.

Pro nuptijs filiæ Pharaonis.

DIFFICILIS, & impedita prouincia, Pharaonis filiæ thalamos defendisse, & dignam Salomonis plectro materiam probasse; eóque grauior, quò Auctoribus non tam fuisse curæ arbitreris quæstionis pro rerum qualitate tractationem, quàm conuiciis excepisse quemcunq; ausum cogitare, sacro Epithalamio idoneum argumentũ. Sed age: experiri aggrediamur, si iusta omninò tãtæ indignationis occasio.

SECTIO I.

Pharaonis filiæ thalamos Salomonem non decantare, quibus opinio? quæ illis causæ?

1. *Theodoretus primus, qui opinionem de nuptiis filiæ Pharaonis vituperauit.*

PRIMVS de Catholicorum castris Theodoretus, Cyrensis Antistes, in eos vehementiùs insurrexit, quibus visum est, Salomonem Epithalamio, quod composuit, suos Pharaonis filiæ non castos amores celebrasse. Verùm id Theodoreto bilem mouit, (testatur præfatio ipsius ad Canticorum volumen,) quòd eiusmodi pronunciati Auctores, præter amantium humanos affectus, spiritale nihil, propheticum, excelsum resonare Vatem nostrum, persuasum haberent. Hausêre anonymi quidam, de quibus Philastrius, Brixiensis Episcopus, libro de hæresibus, hæresi 83. venenatum dogma è Iudæorum magis lasciua, quàm docta schola: publicauit sub finem quarti Seculi Theodorus, Nestorij præceptor, Mopsuastenus Præsul, ausus docere, prophetiâ vacuum esse *Codicem, vtpote nuptialis tantum æmulationis mensale Canticum, sicut & de amore posteà conuiuium Plato conscripsit.* Qua de tota re qui ad satietatem edoceri cupiat, legat tomo 2. Conciliorum, ex Binnij editione, acta quintæ Synodi, & nos infrà vberiùs prosequemur Anteloq. 7. sectione 4. Adhæsit aliquandiu Mopsuasteno Antistiti Theodoretus, déque pestilentis viri familiaritate, quibúsque eum encomiis extulit libro 5. suæ Historiæ, cap. 27. & 40. non modicam labem contraxit, quemadmodum Cæsar Cardinalis Baronius animaduertit Annalium tomo 5. anno Dominico 4. 9. n. 29. Sed resipuit tandem Theodoretus Hæreticorúmq; consortio penitùs reiecto, strenuus deinceps pro Matre Ecclesia decertauit miles ad beatum vsque obitum, atque Theodori auersatus in primis errores, puto non alium insectari totâ eâ præfatione in Cantica, quamuis suppresso nomine.

Philastr.

Theodor. *Hæretici, qui Canticorum volumen reiiciunt.*

Seuer. Bin. *Theodoretus Hæreticorũ aliquando fautor.*

Baron.

Theodoreti præfat. in Cantica, cõtra quem inuehitur?

Siue autem Mopsuastenum Theodorum, siue alium quempiam prauorum dogmatum architectum prologus ille Theodoreti exagitat, dignus ille prorsus grauiori anathemate, cùm asserat, cœleste nihil, atque spiritale libro contineri; sed omnia ex voluptatis officina deprompta, carnem tantummodò redolere: nam eiusmodi effatum Patrum vnanimi, constantíque sententiæ aduersari probè admonuit Azorius tomo 1. moralium Institutionum, lib. 8. cap. 2. quod & de Patribus ad sua vsque tempora docuerat Theodoretus eo, quem iam citauimus, prologo. Conciliorum quoque sensui repugnat, & Catholicorum omnium mentibus perpetuò infixæ opinioni. Prophetiam quoque cùm è volumine hoc tollat, (humanum enim Canticum penitùs dicit) de Canone Scripturarum librum ipsum quoque demat, necesse est; Canonicum enim esse nequeat, quod nihil diuinum, nihil animæ salutare comprehendit. Quare huiusmodi opinioni refellendæ non est quòd immoremur, quam exceptis Hæreticis, aut infido Iudæorum vulgo nemo præterea sustinuit. Itaque secundùm hunc sensum absurdi plenissimum, nequaquam in disceptationem vocamus, an Pharaonis filiæ nuptiæ cum Rege Salomone sint materia Canticorum: sic dixerit solùm quispiam de Ecclesiæ Mastygibus, Anabaptista putà, Sebastianus Castalio, aut de

2. *Canonicæ Scripturæ indicium.*

olida Synagoga aliquis: tale carmen impurissimus Bezæ spiritus cecinerit Audaberto & Candidæ. Vide Genebrardi admonitionem ad Ministros Geneuenses, quæ præfixa est explanationi in Canticum hoc, qua prurientem Bezæ musam fodicat.

Sectarij quid de Canticorum libro sentiant? Genebr.

3.

Indagamus igitur, an Salomon sic Canticorum libro describatur, vt Christi typum referat, filia Pharaonis Ecclesiam præfiguret? itáque & humanum sit aliquid, quod litterâ significetur honesti videlicet connubij, & pellicatus suspicionem detestantis; rursúmque id ipsum humanum, propheticum quidpiam, séque multò sublimiùs adumbret. Negat certè absolutè de filia Pharaonis sermonem esse Nicolaus Lyrensis initio Commentariorum huius libri: negat Titelmannus præfatione in Cantica: Petrus Nannius Alcmarianus epistola ad Philippum & Mariam Reges Angliæ: Genebrardus ad cap. 1. Canticorum: Iacobus de Valentia epistola ad Alphonsum de Aragonia, ad Commentariorum in Cantica initium: Placidus Nigidius ad illud Canticorum cap. 1. *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. Cardinalis Bellarminus tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 5. Ribera ad illa verba cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c. Sixtus Senensis lib. 8. Bibliothecæ hæresi 8. Gaspar Sanchez prolegom. 1. num. 4. Rutilius Benzonius, Lauretanus Episcopus, lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 4. Benedictus Iustinianus tom. 2. in Paulum ad illud cap. 1. ad Hebræos, *Ero illi in Patrem*, &c. Atque hi Auctores, vt præfatus sum, indistinctè, generalitérque locuti sunt. Proximiùs rem attigêre alij: conceptâ enim formulâ asseuerant, etsi dicatur Pharaonis filiæ cum Salomone coniugium sic Canticorum volumine describi, vt referat perpetuò magnum Sacramentum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ; sustineri non posse assertionem. Sic Luysius Legionensis tertia sua explanatione in cap. 1. Canticorum: Delrio Isagogæ ad Cantica cap. 3. Ludouicus Tena Isagogæ ad totam Scripturam libro 2. difficultate 8. sect. 5. & hi modestioribus verbis. Præluxit facem censuris Dionysius Richelius ad cap. 1. Canticorum: erroris nomine opinionem traduxit primus, & post longum sæculorum silentium secuti sunt postremæ ætatis Scriptores: Almonacirius ad calcem procemij, *temerariam & erroneam sententiam* vocat, *vtpote communi Ecclesiæ iudicio, & Sanctorum omnium intelligẽtiæ aduersam*: idipsúmque rursus ad illud Cantic. cap. 6. *Vna est columba mea*, &c. Gislerius præfationis c. 3. assertionem dixit, *quam meritò omnes sanæ mentis & cerebri improbant*. Nicolaus de Ramos Minorita in sua assertione veteris vulgatæ, fol. 94. miserè desipere ait opinionis Patronos. Prosper Rossetus Seruita præfatione in Cantica: *Nugæ sunt istæ* (ait) *& ineptiæ, ne dicam, impietates, & blasphemiæ*. Sic ille lectione 3. suæ præfationis. Cyprianus noster Suarez manuscripto Commentatio, is, qui Rhetoricæ exactam declarationem vulgauit, prolegom. cap. 1. & 2. non esse de Pharaonis filia: *Quia alias sequerentur absurda, & dicerentur contraria iudicio Patrum*. Eius hoc Opus, vnà cum breuiori lucubratione in Psalmos Dauidicos, seruat Bibliotheca Domus Professorũ Toletanæ. Arnoldus Cathius Præfationis in Cantica, cap. 2. Sed & de Salomonis, & Ægypti Regis filiæ thalamis nullum esse verbũ Canticorum libro, existimasse illos putandum est, qui vniuersim Salomonis appellationem libro hoc translatè solùm, & metaphoricè accipiunt, quemadmodum & leo, & lapis Christum significãt: quæ fuit Blasij Viegas existimatio Comment. 3. in cap. 12. Apocalyps. sect. 13. & eandem mentem fuisse antiquissimorum Hebræorum affirmat. Docuit id ipsum Alphonsus de Mendoça relectione de vniuersali Christi regno, n. 1. & præter sapientiores Hebræorum Magistros citat quoque testes Galatinum, Adrianum Finum, Porchetum, quibus annumerare fas fuerit Leonẽ Castrensem: nam eius quamuis in Canticа Canticorum ad meas non peruenerit manus elucubratio, huius tamen cogitationis fuisse putandus est homo, qui disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 48. & cap. 55. deliros nuncupat, qui Prophetarum dicta, Psalmos præsertim, & eiusmodi, ad literam de Salomone, aut Dauide interpretantur: quibus consona docet Apologetici lib. 1. cap. 29.

Nicol. de Lyra. Titelm. Petr. Nann. Genebr. Iacob. de Valent. Placid. Bellarm. Ribera. Sixtus Sen. Gasp. Sãch. Rutil. Benzon. Benedict. Iustinian. Luys. Legion. Delrius. Ludou. de Tena. Carthus. Almonac. Gisler. Nicol. de Ramos. Prosper Rosset. Cypr. Suar. Blas. Vieg.

Alph. de Mendoça. Galatin. Adrian. Finus. Porchet Leo Castr.

Iam, quorsum expositio de Salomone, & Ægyptia regia puella tot, tantísque Auctoribus inuisa fuerit, expendamus. Primùm asserunt, aut impudicos, aut illicitos amores fuisse. Atque vt concedatur, matrimoniũ Salomonis cum Pharaonis gnata legitimũ esse; tamen vel coniugalibus amplexibus inhonestum aliquid, & dedecens admisceri, certè quid minùs purum: quare indecorum haberi, si diuinus ille, puriórque Spiritus eiusmodi carmen dictasse feratur, quòd lasciuiam plùs nutriat, quàm spiritum. Sic Lyranus, Dionysius Carthusianus, Titelmãnus, Almonacirius, Luysius de Leon, Ramos, Genebrardus. Secundò dicunt, eiusmodi explanationem esse contra Ecclesiæ iudicium, Patrúmque consentientem attestationem: sic vterque Nicolaus, Lyra, atque Ramos, Richelius, Gislerius. Tertiò docent, prophetiã & arma aduersùs Iudæos eripi: neque enim allegoriam ad conuincendum efficacem esse: ita Delrius, & Tena. Quartò affirmant, nequaquam de filia Pharaonis construi posse tam variam fortunam, vt quæ nunc in vineis collocetur, iam ad caulas vocetur, in agrum deducatur Solem passura, & æstum, noctu exeat, vulneretur; mox præ teneritudine floribus fulciri anhelet, sub laquearibus cypressinis habitet, filia Principis salutetur: quid, quòd in neminem feminarum illa aptè conueniant, nasum velut turrim esse, caput instar Carmeli, & similia passim? Hoc argumentum Valentiæ, Sixti Senensis, Bellarmini, Almonacirij, Tenæ, Rutilij Benzonij, Prosperi Rossetti, & Sanctij quoad priora. Quintò putant, Salomonem Ægyptiorum Regi generum factum quarto supra decimum ætatis anno, vocántq; testẽ Iosephum Flauium: quin ante hanc ætatem ex Hebræorum traditione duxisse vxorem: sed nondum sub hoc vitæ tempus Canticorum scripserat librũ: non igitur eius de nuptiis, filiæque Pharaonis liber ille. Carthusianus, & Ramos huius dicti inuentores. Sextò, si de coniugalibus deliciis Salomonis agit Epithalamium, nouerat has Rex ille, & dies, & sapiens, experientiâ, non ex Spiritus sancti reuelatione: quòd si Spiritus non reuelauit, neque propheticus, neque Canonicus liber nuncupandus. Sic Lyranus. Septimò, si veras nuptias, & quæ citra figmentum celebratæ sunt, refert Canticum Canticorum: *Erit* (inquit Carthusianus, & ex illo Ramos) *narratio rei gestæ, non vaticinium futurorum, neque descriptio spiritualium nuptiarum. cuius oppositum sancti, & illuminati Doctores, in quibus Spiritus sanctus habitare, & loqui, & per eos Ecclesiam informare elegit, testantur.*

4. *Argumenta aduersùs nuptias filiæ Pharaonis.*

Hæc sunt, quæ momentum & pondus continent: hæc, quæ coëgerunt, vt opinionem erroris insimularent viri alioquin sobrij; Quæ verborum acerbitates, an satis validâ basi fulciantur, tùm demum

5.

demum iudicabit prudens, æquitatísque solius amans Lector, cùm singula discusserimus.

SECTIO II.

Pharaonis filia licitè, pudicè, adamata; quid, si impudicè? Regum locus ex lib. 3. cap. 11. nouiter declaratus: Plato quibus de amoribus differat?

ILLICITOS Salomonis, & filiæ Pharaonis toros existimare quispiam posset, quòd viro de Hebræorum stirpe alienigenam ducere interdictum fuisset: credidit Theodoretus: at nemo alius præter ipsum, vt visum nostro Pinedæ lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 4. n. 1. quanquam à nobis posteà & repertus sit quingentorum annorum Auctor, Philippus Abbas, qui id ipsum constanter asserat ad initium Tractatus de Salomonis damnatione. Sed, qui quæstionem ex professo agitant, Salomonísque indemnitati fauent, nuptiásque legitimas prædicant, sunt Tostatus ad 3. Reg. cap. 3. quæst. 14. ad ipsúmque illud cap. Lyra, Dionysius articulo quinto. Bellarminus tomo 2. lib. 1. de matrimonio, cap. 23. §. *In testamento*. Soto in 4. distinct. 39. quæst. vnica, art. 1. §. *Et ideò*, &c. Basilius Poncius ad longum, volumine de Matrimonij Sacramento, appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 2. docuerat expressè antèa tractatu de impedimentis Matrimonij, causa 28. cap. 20. §. 1. Lorinus ad versic. 1. cap. 16. Actorum: Becanus in Analogia, cap. 20. quæst. 3. Gaspar Sanchez ad cap. 5. lib. 3. Regum, num. 4. & 5. Mendoça tom. 2. annotat. 20. ad cap. 6. versiculum 16. lib. 1. Reg. sect. 2. num. 11. Sotomaior in præfatis ad Cantica, §. *Quo tempore*, &c. Gislerius suæ quoque præfationis in Cantica, cap. 3. Serarius Opusculo de Salomonis pœnitentia: Salianus tom. 3. anno mundi 3022. num. 108. Menochius ad cap. 3. lib. 3. Regum: Luysius Legionensis in manuscripto Apologetico codice pro explicatione Canticorum.

Phil. Abbas. Tostat. Lyran. Carthus. Bellarm. Dom. Soto. Basil. Lorin. Becan. Gasp. Sanct. Franc. de Mendoça. Sotomaior. Gisler. Serar. Salian. Menoch. Luys. Leg.

7. Suadet communissimam sententiam Salomonis sub illo floridioris ætatis initio pietas erga Deum: nam vix enunciato cum Pharaonis gnata connubio, subiungit continuò sacer Historicus lib. 3. Reg. cap. 3. *Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui*, &c. *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte.* Pluráque similia religionem vbique testantia. Neque Salomonem puritati, conscientiæque, valedicentem cognouimus ex Scripturis, nisi ad vitæ vesperam, Reg. 3. cap. 11. vers. 4. *Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Tantâ igitur reuerentiâ erga diuina imbutum Salomonem ab adolescentia, verisimile non est voluisse filiam Pharaonis ducere, nisi eâ ad Iudaismum priùs conuersâ: quo pacto & præfati Auctores, & Iosephus lib. 20. Antiq. cap. 5. solitos obseruatiores Hebræos, & qui legi attenderent, attestantur facere, quoties ex gentilitate sumerent sponsas. Sanè eiusmodi rerum euentus atque circunstantiæ potuissent incidere, quibus propellentibus, Salomon in thalami, regnorúmque consortem eam accipere potuisset, quæ minimè paganismum exuisset, quemadmodum nupsit Assuero Esther vanorum Numinum cultori, & ante, & post subsecutas nuptias: quin & Iuditham, cùm se composuit, atque ornauit, cum Holopherne connubia meditatam fuisse, classici tradidêre Scriptores: quam tamen credibile est, ab homine feroci, & victore, religionis mutationem non esse exacturam, mulierem Principis gratiam ambientem: quemadmodum sapienter aduertit Basilius Poncius appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 3. num. 11. Sed nescimus fuisse eiusmodi euenta, quæ Salomonem ad hoc adigerent.

3. Reg. 3. *Salomonis cum Pharaonis filia connubium an licitum?* 3. Reg. 11. 4. Ioseph. *Hebræus an ethnicam sponsam ducere posset?* Basil. de Leon.

8. Quòd si Salomon legum contemptor contra Exodi præceptum cap. 34. & Deut. cap. 7. ex gentibus vxorem duxisset, veterem quæ priùs superstitionem non deposuisset; fuisset eiusmodi peccatum publicum in regnis scandalum, vtpote personæ supremam potestatem habentis, & in quam omnium ora respicerent: at, si Rex publicè offendisset, atque adeò in tam graui materia, probabile, Deum Optimum Maximum magnis cladibus affecturum principem, proptérque ipsum regna quoque: quemadmodum accidit, cùm Dauid adulterio, innocentis Vriæ mortem adiunxit: & sicut aduersùs Salomonem insurrexêre hostes, statim ac probitati terga vertit, mulierum amore seductus. Nihil igitur supplicij cùm Salomonis cum Pharaonis gnata connubium subsequutum sit, sed magis prospera omnia, & ominosa; verosimilius est, in contrahendis cum Ægyptia puella nuptiis, nullum à Salomone scelus commissum fuisse. Exod. 34. Deuter. 7.

9. Mihi quoque non omninò spernenda coniectura est, Salomonem sub regni primordio (quo tempore Pharaonis gener factus est) nequaquam effræni aliquo amoris, malóque libidinis æstro abreptum, quòd tum augustissimum, operosúmque magnifici templi laborem aggressus sit sedulitate, curáque incredibili: quin & corde cùm destinatum haberet sibi, Reginæque, visendæ artis Basilicam extruere, præposuit religiosus Monarcha profanæ habitationi Deo dicatum opus; priúsque templi fabricam ad fastigium adduxit, quàm Regiæ ædificandæ initium dedisset, vt plerisque placet. Nam mox vt pestilens hæc contagio animũ, sensúsque possidêre incipit, nihil laboriosum, nihil inclytum, & memorabile cogitare finit: quin, si quod opus difficile, atque excelsũ à non amante inceptum, quàm citò amans fit, tam citò magnarũ cogitationum immemor. Quare Carthaginis Reginam cùm Poëta Æneæ desiderio tabescentẽ pingeret, continuò intulit interpolatas arcium, murorúmque operas, desides ciues, relicta & bellorum & mercaturæ studia. Sic ille 4 Æneidos:

Amans libidinosè nihil excelsum meditatur.

Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet; portúsve, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes, æquatáque machina cælis. Virgil.

Salomon igitur ingentia aggressus (quæ & perfecit) sub id tempus, quo Pharaonis filiæ matrimonio copulatus est, fortiter, pudicè amauit, matrimoniúmque illud non lasciuiæ, sed coniugalis continentiæ seminarium fuit.

10. Obstare dixeris verba Reg. 3. cap. 11. vers. 1. cùm de Salomonis lapsu fit mentio: *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas*, &c. Videas igitur vitio verti Salomoni, quòd Ægypti Regis filiam adamasset: at si cum ea inita coniugalia fœdera licita fuissent, atque secundùm legum normam, quare amor erga vxorem legitimam culpæ verteretur Salomoni? Respondeo, filiam Pharaonis, progrediente tempore, ad pristinas Ægyptiarum superstitionum sordes reuersam; 3. Reg. 11. 1.

Pharaonis filia ad ethnicismũ reuersa.

uersam; siue illa ab initio simulauit Hebræorum religionem, quò tanti Monarchæ consors fieret; siue animo & corde amplexa est. Nam, si Salomon à pueritia veri Numinis cognitione imbutus, diuinisque visionibus non semel recreatus, summâque sapientiâ donatus, muta simulacra veneratus est; quid mirum, vasculum fragile feminei sexus, quo semel est imbutum, odorem, aut ignauè deposuisse, aut depositum ad tempus solùm, rursum repetisse? Pro hoc placito stant omnes ferè Interpretes, quos num. 6. citauimus. Reuersâ igitur ad idololatriam Pharaonis filiâ, quid Salomon præstare debuerit? Sanè ablegare, à se repellere. At, potuit sano animo? Potuit quidem: nam Hebræis ob multò leuiores causas licitum erat vxorem repudiare, quemadmodum docet Bellarminus tom. 2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 17. §. *Respondeo, quæstio est*, &c. Basilius Legionensis Opere de Matrimonio, lib. 7. cap. 50. Becanus in Analogia, cap. 23. quæst. 1. & 2. Libellus ergo repudij feminæ post inania Numina abeunti porrigendus erat: tenebatur ad hoc Salomon propter salutis animæ summum discrimen. Vitio itaque vertitur Salomoni, non quòd Pharaonis gener fieri elegerit, non quòd eius gnatam sub principatus initio amauerit: sed, quòd eam eo adamauerit tempore, quo odisse debuit cane peiùs, & angue, nempe, cùm eâ ad pristinos ritus falsæ adorationis remeante, non vanum imminebat periculum saluti spirituali ipsius Salomonis.

Libellus repudij licitus Hebræis.

Bellarm. Basil. Leg. Becan.

11. *Locus ex 3. Reg. c. 11. declaratus nouiter.* Regula Scripturæ: *Persona eminentis fit specialis memoria.* Franc. de Mendoça. Psalm. 17. Marc. 16. 7.

Sed emphasim (inquis) habent verba illa: *Filiam quoque Pharaonis*; peculiaréque denotant quidpiam; alioquin quid interfit hanc nomine, & vocabulo suo ostendi? Respondeo, Scripturarum vsum esse, cùm de aliquibus sermo texitur sub generali locutione, si inter eos quispiam sit cæteris honoratior, præsertim si ipsorum Dux, & caput, eius specialem memoriam facere: exempla habes apud Mendoçam tom. 2. in 1. Reg. annot. 15. in vers. 1. cap. 5. sect. 1. num. 15. ex Psal. 17. in titulo: *Die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saül.* Marc. 16. vers. 7. *Dicite discipulis eius, & Petro.* apud Sanctium ad cap. 24. lib. 2 Reg. Quo pacto & memini hæc ipsa verba, de quibus agimus, declarata ab Andrea Masio in cap. 2. Iosuë, vers. 1. *Ite, & considerate terram, vrbémque Iericho.* nempe, cùm sub terræ complectente omnia vocabulo, Iericho etiam claudatur: expressit tamen seorsim, quia ab huius excidio ciuitatis, quæ cæteris eminebat, victoriæ spes ingens capienda fuerat: quanti igitur esset momenti illam expugnasse, specialis nominatio denotabat. Quare sensus sit: cùm sub vniuersali nationum vocabulo cæteras nominaret feminas, à quibus Salomon seductus sit, Ammonitidas recensens, Moabitidas, &c. honoris causâ filiam Pharaonis speciali appellatione indicasse, quòd cæteræ, aut pedissequæ fuissent, aut secundariæ vxores; atque si aliqua de primariis fuerat, hanc Pharaonis filia dignitate antecesserit, vt pote quæ sit illa, ex quorumdam sententia, quæ Cantic. 6. cap. enumeratis plurimis concubinarum, Reginarúmque, cæteris anteponitur, cùm dicitur: *Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ*, &c. Aliud meditatus sum. Puto eo Regum loco sugillare sacræ Historiæ Auctorem nimiam Salomonis intemperantiam, iis præsertim verbis: *Cùm iam esset senex, depravatum est cor*, &c. quasi significet, Salomonem eo tempore amantem esse cœpisse, quo cæteri mortales ab amando desistunt; nempe, veniente

Gasp. Sách. Iosuë 2. 1. Andr. Mas.

senectâ: quid enim sene pruriente & lasciuo stultius? At inquis: Eò vsque libidinis deuentum à Salomone, vt non tantùm Idumæas, Sidonias, Hethæas feminas deperierit; sed & Pharaonis filiam impensè adamauerit. Sed, quid exaggerationis in his postremis verbis? Equidem, vt magnus sit ille ardor coniugum, primis matrimonij mensibus, sint & anni aliqui; ita progrediente vitâ, & consuetudo, & curæ flammam minuunt ad extinctionem ferè caloris: itaque tam iucundù coniugibus quispiam arbitratus est diem mortis, ac sponsaliorum, quòd ille priuaret compare quam hic dederat: (quod fortasse verum in coniugibus virtutis regulam negligentibus.) Pharaonis igitur filiam cùm Salomon adolescentulus etiamnum duxisset, senem tædere debebat antiquos amores, præsertim ex legis præscripto non viuentem: ergo textus innuit hominis cani, & albicantis tam effrænem fuisse ardorem, vt non eas solùm deperiret feminas, quibuscum ei non longi temporis familiaritas; sed & impensè eam amaret, quacum diutissimè conuixerat, quam propterea fastidire debuit. Quid vultis ampliùs de Salomonis intemperato ardore? *Pharaonis quoque filiam adamauit*: Feminam, quam ætas longa pulchritudine spoliauit; quæ, etsi pulchra fuisset, sed diutinus conuictus & familiaritas, pulchritudinis nauseam generat.

12. Hoc probasse placuit, quò ostenderemus, Salomonis cum filia Pharaonis nuptias non tantùm licitas, verùm cum omni honestate coniunctas. Quid est ergo, quòd eiusmodi nuptias descriptas fuisse à Spiritu sancto dedecet, quarum sponsus sapiens, verecundus, in Deum religiosus? sponsa non ita pridem ad Veri Numinis cognitionem translata, deuota & timida est, quales solent esse recèns conuersæ? Vniuersa Patrum, Interpretúmque cohors, quemadmodum eruditè expendit Legionensis initio tertiæ suæ explanationis in Cantica, & facile est cuiuis Scriptores euoluenti experiri, asserunt, carmine hoc sub Sponsi, Sponsæque vmbris, & similitudinibus, delineari spirituale Christi, & Ecclesiæ connubium. Quod illi affirmant de nubentibus in communi sumptis, nos de his in individuo coniugibus asserimus: quid in hac re piaculi? Nónne Paulus vexillum erigit, viámque præmonstrat, dum Protoplastorum matrimonium specificat, magnúmque vociferatur Sacramentum in Christo, & Ecclesia? Nonne Ecclesiæ Proceres passim Christum, eiúsque sine ruga, aut macula Sponsam, velatam asserunt typis, figurísque Patriarcharum cum suis contoralibus? Nos, quod illi de Iacob, Samsone, Dauid, Assuero, aliísque, id ipsum de Salomone, eiúsque vxore astruimus.

Lud. de Leon *Canticorum materia, nuptiæ.*

13. Sed inquis: Vapulant castæ aures à tanta vnguentorum memoria, tot amplexibus, tanto languore amantium: audire patienter nequeunt oscula, vbera, vmbilicum, aliáque sexcenta, cuncta delicioſa. Verùm, quibus tam delicatæ aures, cur non illas occludunt, cùm audiunt Iacob tanto æstuantem amore, viderentur vt ei quatuordecim vix ferendi laboris anni; pauci præ magnitudine affectus? Cur frontem non contrahunt, cùm Genes. cap. 30. feminarum contentionem legunt; quænam ingrederetur, thalamúmque Iacob conscenderet? Certè fastidiuit, damnauítque factum impius Manichæus, vt probè notauit noster Azorius tom. 1. Institutionum moralium, libr. 6. cap. 13. Sed confutauit Hæreticum, Augustini diuinum ingenium. Cur non tragœdias excitant, cùm vndique conquisitam speciosissimam puellam lectitant, quæ frigidum Dauid calefaceret;

Genes. 30.

Azor.

& sanè

& sanè maximus ille Scripturarum Clauiger, Hieronymus, fabulam putauit epist. 2. quæ est ad Nepotianum, cap. 2. quòd obscœni & indigni quid habere videretur, vt docet Episcopus Reatinus Notis ad eam epistolam. Hieronymum multis impugnat Abulensis quæst. 7. in c. 1. lib. 3. Regum: destituunt reliqui Interpretes. Quid? nónne Iudith ad pulchritudinem se componit? non & ipsi, & Esther satis vnguentorum? Certè Theodoretum non latuit, futuros, quibus inuisa esset tam crebra mentio vberum, osculorum, amplexuum: sed in blasphemiam prolapsos huiusmodi homines non veritus est dicere. Percipiat lector ipsius verba præfatione in Canticum Salomonis: *Legentes, vt arbitror, hoc volumen, animaduertentésque in eo vnguenta, & oscula, & femora, & ventrem, & vmbilicum, & genas, & oculos, & lilia, & mala, & nardum, & staeten, & myrrham, & his similia; cùm propriam diuinæ Scripturæ consuetudinem ignorarent, noluerunt ingredi, & litteræ velum transilire, atque intus Spiritum intuerì: sed quæ dicta sunt carnaliter intelligentes, in hanc blasphemiam prolapsi sunt.* Fatemur quidem in Cantico Canticorum oscula, atque amplexus; sed quæ à Matrimonij Sacramento non abhorrent: amor vbique resonat, sed maritalis, sed continens. Et certè in Canticorum nuptiis non aliquid reperiri, quod absurdum grandius oleat, quàm ea redolent, quæ in aliis Scripturarum locis reperiuntur, docuêre Origenes, siue alius quis, eruditus quidem ille, prologo in quatuor Homilias: Nyssenus præfatione in Cantica. Dictionem verò vbique castam esse, coniugésque introduci, qui omni honestate niteant, attestantur Bernardus serm. 7. in Cantica: Philippus Abbas procœmio in librum Canticorum, & Commentario in titulum eiusdem libri: Cyprianus Cisterciensis ad illa cap. 1. *Osculetur me*, &c. Delrio Isagogæ cap. 4. At verò similitudines huius libri ab amore honesto, puróque desumi ex eo nominatim probant inclyti Scriptores: quia (inquiunt) desumptæ à coniugum amore: hic enim, aiunt, præ cæteris pudicus est verecundúsque. Sic Legionensis 3. sua explanatione in Cantica: Gisslerius præfatione in Cantica, cap. 4. num. 8. Gaspar Sanchez Prolegom. 2. num. 6. Sotomaior in argumento Operis: Basilius Legionensis quæst. 2. expositiua, cap. 2. Rutilius Benzonius Episcopus Lauretanus, libr. 1. in Canticum, *Magnificat*, c. 4. coniugalem etgo amorem cùm nos exhibeamus in Salomone, castum exhibemus amorem.

Abisag Sunamitis Historia an fabulosa? Hieron. Abulens. Mar. Vict. Theod. *Canticorum stylus castus.* Origen. Nyssen. Bernard. Philip. Abb. Cyprian. Cisterc. Delrius. Luys. de Leon. Gissler. Gaspar Sanch Sotomaior. Basil Leg. Rutil. Benz.

14. Sed demus profectò, impudicum esse amorem, adulterio maculatum, alienigenæ, quæ superstitiosos Deos non dereliquerit, coniunctione turpatum, vnius libidinis explendæ desiderio conceptum: quid obstat docuisse, vel tales amores, ex Spiritus sancti intentione, Christi, & Ecclesiæ connubia designare? Docuit hac ipsà, de qua agimus, materiâ Ludouicus de Sotomaior ex multorum Patrum doctrina, suis ad Cantica præfatis, iuxta medium: docuit iterum id ipsum in Notis posterioribus ad librum Canticorum exordio Operis: vtrobique satis supérque munit Scripturarum dogma, quo instruimur, rem malam, etiam eâ, quâ est mala, ratione & formalitate, posse ex diuini Spiritus ordinatione, bonæ rei typum sustinere. Scio esse, quibus hæc omninò non placeant, Canum lib. 2. de locis, cap. 4. Azorium lib. 8. Institutionum moralium, cap. 2. quæst. 10. Gretserum tom. 1. defensionis Bellarminianæ, in defensione cap. 3. lib. 3. Scio & Hieronymum in hac re non semper vnius sententiæ: sed, quæ constantior fuit sancti Doctoris mens, pro nobis fuit variis locis, quos citant & sequuntur Sotomaior, vbi suprà: Martinez lib. 7. hypotyposeon: Pineda præfatione in Ecclesiasten, cap. 4. num. 5. Gaspar Sanchez prologo 12. in Cantica, & prologo 4. in Iob, & ad cap. 11. lib. 2. Regum, num. 29. atque alibi sæpè, qui & Augustinum, & Ambrosium, Gregorium Papam, Richardum Victorinum citant, quos ideò nos omittimus: addimus Gregorium Nyssenum tract. 2. in Psalmos, cap. 11. S. Thomam 2. 2. quæst. 88. art. 2. ad 2. Luysium de Leon in Abdiam, in principio Commentariorum: Pereiram disp. 15. in cap. 3. Ioan. Cyprianum Cisterciensem ad illud Canticorum 6. *Sexaginta sunt Reginæ*, &c. loquentem de Salomone eiúsque vxoribus: Basilium Ponce de Leon in appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 2. agentem de coniugio filiæ Pharaonis: Salmeronem de argumento hoc vniuersim doctè atque latè prolog. 19. canone 9. Mendoça tom. 3. ad cap. 11. lib. 1. Reg. Annot. 1. sectione 1.

Sotomaior. Martinez. Pineda. Sanchez. Augustin. Ambros. Greg. Pap. Greg. Nyss. Richard. Victor. S. Thom. Luys. de Leon. Pereira. Cyprian. Cisterc. Basil. de Leon. Salmeron. Franc. de Mendoça.

Tractat de controuersia Augustinus altissimo acumine tom. 6. lib. 22. contra Faustum, cap. in primis 83. monétque sapienter, aliud esse proponere factum aliquod imitandum; aliud velle hoc, vel illo facto loqui, & significare quidpiam. Primum quò assequatur Scripturarum conditor diuinus ille Spiritus, facta nobis proponere consueuit, quibus virtus & honestas vndequaque resplendeat. Secundum æquè à prauis, atque à bonis facinoribus prouenire valet: nam & Sanctorum immortalia gesta, si nigro scripseris atramẽto, si deformi charactere, non minues de bonitate Heroum: nec si aureis litteris prauorum acta ornaueris, bonitatem aliquam gestis ipsis addideris. Materialiter igitur se habet, vt ex scholis terminos depromamus, characteres huius, aut illius esse coloris & pulchritudinis, sint modò illi characteres, & pulchri deformia repræsentabunt, & deformes pulchra: eodem pacto in Scripturis, & boni malorum figuram nonnunquam sustentant, & à malis boni sæpenumerò adumbrantur. Nam sit coniunctio siue bona, siue vituperanda, dũmodò coniunctionis formalitate, & prædicato non careat, coniunctionem Christi & Ecclesiæ loquitur. Qui rem hanc tanquam viua tabula suis coloribus depictam, contemplari anhelat, & quo pacto ab impuro amore grandium arcanorum similitudines ducat Scriptura, idque frequenter, legat elegantem nostri Pinedæ antithesim sect. 8. in cap. 2. Iob, versum 2. vbi collatis Bibliorum, Poëtarúmque sententiis, demonstrat, nihil tam elegans apud profanos Scriptores de amoris natura, affectibúsque reperiri, quod multò dulcius, sublimius, elegantius non tradant sacræ paginæ: idque non rarò. Nam, si quæ sunt vocabula nimium aliquem affectum indicantia libro Canticorum, *sororis, dilecti, fratris, columbæ*, & eiusmodi alia; paria quoque aliis Scripturarum locis sparsa inueniri probè admonuit Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 4. Quare & Bellarminus Cardinalis tom. 1. lib. 2. de verbo Dei, cap. 15. cùm non committendos vulgari idiomati sacros Codices probaret, inconueniens quidem desumpsit à Canticorum lectione, auditionéque, quæ rudi vulgo, ignorantibúsque litteræ corticem transcendere, offendiculo esse posset: sed idem prorsus offendiculum ab innumeris aliis Scripturæ locis non minùs ortum iri, quæ ibi citat, ostendit.

15. Augustin. Pineda. Rutil. Benz. Bellarm.

Et hoc de impudico amore aliquid, gratis nos concedebamus, quò ex abundanti faceremus satis

16.

Regula: *Res mala potest esse typus rei bonæ, & è contra.* Sotomaior Canus. Azor. Gretser. Hieronym. Bellarm.

tis aduersariis: veritas tamen est, ne vnum verbum immodestum Canticorum libro contineri; quod toto nostro Commentario, vbicunque se obtulerit occasio dictionis, quæ videri possit inuerecundior, Deo conatibus fauente, probare nitemur. Non me subterfugit, Platonem speciosos de amore titulos venditare illo suo Dialogo, & potuit multorum calculis *Diuinus* nominari: sed quàm parum diuinos amores cogitauerit, malo ex Philone de vita contemplatiua, potiùs quàm à me intelligas: *Platonicum verò penè totum* (ait) *disputationi de amore impenditur, non illo, quo viri in mulieres insaniunt, aut hæ in viros; sed quo viri in masculos ætate tantùm iuniores. Nam, si quid ibi de amore, Veneréque cœlesti dictum videtur elegantiùs, pro condimento modò est additum. Cæterùm maiorem partem vulgaris & promiscuus amor occupat.* Affinia iisdem Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, Theodoretus lib. 9. & 11. contra Græcos. Non talis noster Salomon, nihil in eo titillans, nihil è Dodonæo penu: casta, indefæcata sunt vniuersa. Imò præter alias insigniores causas, puto ob id etiam ab Spiritu sancto excitatum esse Regem sapientem, hæc vt scriberet, quò profanas cantilenas de medio tolleret, alliciente magis aures purissimo Hymenæo, cùm in eo tropi, similitudines, locutiones, omnia denique venustiora. Sanè eiusmodi aliquid de Dauide meditatus est Procopius, (quem Glossa ordinaria auctior citat ad cap. 16. lib. 1. Regum:) *Diuino enim ardore* (inquit) *inflammatus, ea, quæ homines ad libidinem, & lasciuiam accendunt, ad pietatem transtulit: cantum articulatæ vocis hymnis diuinis temperans, vt melos sensum; intellectus verò vna, eadémque opera, diuinum ardorem exsuscitaret.* Quibus æqualia proferunt Basilius, & Athanasius, eodem loco allegati à Glossa. Equidem Syros, Phœnicésque vltra modum libidinosis cantibus addictos, prodidit Dipnosophistarum lib 15. Athenæus: fortassè id ipsum Salomonis temporibus cùm omnes diuitiis, pace, voluptate affluerent. Quò igitur malam, iuuentuti præsertim, pestem de Republica abigeret, scripsit ex diuini Spiritus incitamento sacrum carmen Salomon, quo amorum cantilenas per amoris quoque carmen truderet; & vbi lasciua & procacia perstrepebant, sacra atque prophetica resonarent, quemadmodum de suo Bethlehemitico rure exultabundus gloriatur Hieronymus, epistola, qua Marcellam ad rus inuitat: *In Christi ergo villa* (ait) *vt suprà diximus, tota rusticitas est: extra Psalmos silentium est. Quocunque te verteris, arator stiuam tenens, Alleluia decantat: sudans messor Psalmis se auocat; & curuâ attondens vites falce vinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt in Prouincia carmina: hæ, vt vulgò dicitur, amatoriæ cantiones.* Salomon igitur impurum aboliturus amorem, incitante diuino Flamine, sacram casti amoris poësim ad Epithalamij normam composuit.

Platonis Dialogi impuri. Philo Heb.

Canticorum volumen ad lasciua abolendæ carmina compositum. Procop.

Basil. Athan. *Phœnices & Syri libidinosis hymnis delectantur.* Athen.

Hieronym.

SECTIO III.

Monstruosa & impossibilia nō sequi, si filia Pharaonis materia sit Cāticorū. Illustrata pars c. 8. Isaiæ: Allegoriæ qualis vsus Poëtis, & Oratoribus? qualis Sacris Scriptoribus?

17. Azor.

ARRIDET mihi prudens nostri Azorij monitio lib. 6. Institutionum moralium, tom. 1. cap. 3. non esse statim negandum, siue historicum, siue spiritalem, sacrarum Litterarum sensum, quoties nobis ardua occurrunt in tractatione diuinorum voluminum, & quibus vix, aut ne vix quidem soluendo simus. Fateor, difficilia esse illa, feminam sacro Dramate introduci, quæ nunc inter Heroinas versetur, nunc superbo ferculo triumphet auro, ostro, argento, gemmis admirando; nunc filia Principis, & Reginarum Regina nuncupetur: mox apud vineas reperiatur, post gregum vestigia abeat, maneat iuxta tabernacula pastorum. Peregrinæ quoque fuerint illæ similitudines deriuatæ à turri Damascena, à Carmelo, ab aquis piscinarum: opus fuerit his concordandis & labore, & ingenio non vulgari: verùm non, quia exotica & inusitata, ideò Historiæ illis veritas neganda. Hoc magno mercentur Hæretici, qui librum Iob propterea veram non esse Historiam animo induxêre, quòd euentus contineat fidē propè superantes: quis enim sibi persuadeat, admissum Dæmonem Angelorum cœtui, & concilio? quis Iobum sic destitutum à ciuibus suis, nemo vt esset, qui ad hospitium admitteret, sed sub dio manendum fuerit septem diebus, septémque noctibus? atque vt alij crudeles & inhospitales fuerint erga Iobum, quid tam longo interuallo tres Reges, qui consolatum venerant? cur non imperant acciri Medicos, fomenta: Iobi tamen acta veram esse Historiam, quis inficias iuerit? Lege de nostris duos: Pinedam præfationis in Iob cap. 1. Gasparem Sanchez Prolegom. 1. & 10. in eundem Iobum. Augustinus initio lib. 3. de Genesi ad litteram, reprehendit quosdam, quòd assererent, prima Geneseos capita nequaquam historicè, sed figuratè solùm intelligenda; propterea quòd ea continerent, quæ vsitatum rerum cursum excederent, quæque discursu vix comprehendi possint.

I bi liber an Historia?

Pineda. Gasp. Sách. August.

Statuo igitur primò: Quamuis ea, quæ Canticorum Volumine scribuntur, eius essent generis, quorum conciliatio magnoperè perplexa & difficilis esset; non tamen propterea sufficienti argumento demonstrari Historiam non esse. Huius asserti confirmatio desumenda est à variis sacrorum Librorum narrationibus, peregrinis admodum, & inusitatis; quas tamen rerum esse, quæ verè contigerūt, & ratio, & clarissimorum testium multitudo suadent. De hoc catalogo sunt, quòd Isaias nudus & discalceatus incesserit tribus annis (Isaiæ cap. 20.) sint illi vel tres dies, vti quibusdam sententia est, certè portenti instar fuit. Ex eadem serie, quæ Ieremiæ imperata sunt cap. 13. lumbare vt absconderet apud Euphratis vndas, in foramine petræ: & cap. 27. eidem præceptum colla vinculis onerare. Eiusdem ordinis, quòd Ezechiel vno latere totos trecentos & nonaginta dies dormierit. Habent hæc Patronos non paucos, neque de medio cœtu, qui non visione tantùm obiecta huiusmodi; sed verè peracta fuisse demonstrent. Venio ad duo illustriora gesta. Alterum est Oseæ cap. 1. cùm Propheta fornicariam ducere iubetur, ex qua & prolem suscepit: rem adeò alienam, & à Deo imperatis, & à Prophetæ honore iudicauit olim Origenes, vt non nisi per visa solùm Vati repræsentata crederet. Sequutæ sunt Origenem prouinciæ integræ, teste nostro Castro in duodecim Prophetas, ad nominatum primum Oseæ cap. §. *Quæstio igitur.* Sequutus est & Hieronymus. At veram fuisse historiam, ex Patribus, Theologis, nouis Scriptoribus grandior pars affirmat. Lege in eum locum nostros Riberam, Sanchez, Castrum, Cornelium. Alterum, idque exemplum longè dignissimum

18.

Isaiæ 20.

Isaias an discalceatus incesserit re-ipsa?

Ierem. c. 13. an vera narratio de libari absconditoi & vinculis eiusdē c. 27.

Ezechiel an sine fictione dormierit vno latere 390. diebus?

Oseæ cap. 1. an certa historia de vxore fornicaria?

Orig.

Hieron.

Ribera. Castro. Sanchez. Cornel.

Isaiæ ad Prophetissã accessio, cap. 8. an historia?

simum Isaiæ cap. 8. occurrit: *Sume* (inquit) *tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, citò prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, & accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me: Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: festina prædari: quia, antequàm sciat puer vocare patrem suum,* &c. Quid in his non spinosum? quot ex omni ferè vocabulo emergunt salebræ? quæ hæc Prophetissa, & quamobrem eo nomine dicta? Cur ad eam coram testibus accessurus Propheta, cùm de prole agitur? quæ illa nominum impositio genito infanti: *Accelera spolia detrahere: festina prædari*? quid portendunt inusitatæ appellationes? & quàm monstruosa illa, puerum, antequàm matrem inuocare nouerit, ablaturũ fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum? Coëgerunt tot, támque immanes scopuli (nam scrupulos quis dixerit?) Patres vniuersos, qui hac de materia, aut ex professo, vel ex occasione loquuti sunt, duobus, tribúsve demptis, quorum mens dubia, & obscura, omnem historiæ suspicionem ab hac narratione remouere: & tamen recentiores de nobilium Interpretum ordine, aggressi aliam ab antiquorum tramite viam, propterea historicè accipienda esse docuêre, quòd aliter vaticinium, non nisi contortè, & violenter explicare fuerit possibile. Tantæ igitur narrationes sacrorum Codicum, cùm iis scateant Mæandris, labyrinthísque, qui historiam, & rei gestæ veritatem tot, támque præstantes Viros coëgerint de medio tollere: aliorum autem ingenia compulerint ad acrem inuestigationẽ, tandem vt repererint modos, quibus historiæ fidem sartam tectam saluarent: id ipsum iudicium de Canticorum textu ferre quid prohibet? vt extiterint Viri omni litteratura conspicui, qui in eo historicum nihil contemplari potuerint, propter infinitam difficultatum syluam: fuisse in Ecclesia Dei alios, futuróque, qui historiam, quamuis abundè abditam, eruant, in lucémque manifestam proferant: aut, quia in hoc inuestigando themate plùs laboris, & operæ posuerunt: aut, quia magnus ille gratiarum distributor Spiritus non singulos docere voluit vniuersa.

19. *Canticorum similitudines aptissimæ.*

Statuo secundò: Similitudines Canticorum libro positas, quibus, siue virilis, siue muliebris forma commendatur, egregiè aptas esse, & rei, in cuius gratiam excogitatæ sunt, ad miraculum conuenientes. Huius dicti erit perpetua probatio, totus noster Commentarius, Deo propitiante, quo sæpè ostendimus, vt putamus, quæ remotiores videntur similitudines, eas esse maximè affines. Interim, dum nostra morantur, suppetunt huius argumenti lucubrationes disertissimæ Virorum excellentium, vtriusque Ludouici, Sotomaior, & Legionensis, Delrij, Gisslerij, Sanchez, Basilij Poncæ de Leon tomo variarum, quæst. 2. expositiua: tractat, & cùm se occasio offert, nonnulla Gueuara in Habacuc: Ceruantes tom. 1. in Sapientiam Salomonis: Salaçarius in Prouerbiis: Roa in singularibus: Pineda in Iobum, in Ecclesiasten, frequentiùs in præuio Salomone: & quidem ille, atque Salazarius ad longum nonnunquam, eleganter semper atque neruosè. Interim illud monuisse non abs re fuerit: quamuis similitudines huius libri, posteriorum sæculorum Interpretes non ita enodarent, vt doctiorum votis omni ex parte facerent satis, non esse propterea similitudines ipsas tanquam minùs aptas iudicandas. Nam, vt benè Aloïsius Legionensis 3. sua explanatione in cap. 1. Canticorum:

Sotomaior. Lud. Legio. Delrius. Gisler. Sanchez. Basil. Ponc. Gueuara. Ceruantes. Salaçar. Roa. Pineda.

Aloïs. Leg.

Ioannes à Iesu Maria, Carmelita excalceatus, Canone 6. pro huius voluminis intelligentia notarunt: suæ cuique genti phrases, parœmiæ, similitudines peculiares; adeò vt sæpè quæ apud vnius regionis homines honori, existimationíque sunt, apud alias nationes indigna habeantur. Semoti sunt veteres Palæstinorum ritus à iuniorum cognitione: quare, quòd minùs congruæ appareant similitudines, non rebus ipsis vitio verti debet; sed nostræ imbecillitati, qui, quales fuerint res illæ, ignoramus. Audi meis fauentem dictis Augustinum lib. de doctrina Christiana, cap. 16. *Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas locutiones: cùm ignoramus, vel animantium, vel lapidum, vel herbarum naturas, aliarúmve rerum, quæ plerunque in Scripturis similitudinis alicuius gratiâ ponuntur: nam & de serpente, quod notum est, totum corpus pro capite obiicere ferientibus; quantùm illustrat sensum illum, quo Dominus iubet astutos esse sicut serpentes?* &c. Igitur cupienti Canticorum similitudines, quoad eius fieri possit, quàm proximè attingere, remeandum illi per sæculorum antiqua; gentium, populorum loca, ritus, cæremoniæ cognoscendæ. Hoc tam diuiti penu cùm satis instructus extiterit, intelliget tum demum, quas olim absurdas opinabatur similitudines, suprà quàm existimare quis possit, genuinas esse, elegantes, aptissimas. Taceo apud principes Poëtas, Homerum, Hesiodum, Theocritum, & alios eiusmodi, similitudines reperiri, quales apud Salomonem, neque minùs monstruosas, vti aduertit Legionensis loco nuper citato: Osorius Nepos Notationibus in Paraphrasim Canticorum, ad illa cap. 7. *Statura tua assimilata est palmæ*, &c. Gaspar Sanchez Iati Prolegomen. in Cantica, præludio quinto.

Ioan. à Iesu Maria.

Phrases & idiotismi cuique genti speciales.

Augustin. *Scripturæ obscuritas ex non intellectis rerum nãturis, de quibus agit.*

Lud. de Leon. Osor. Nep.

Gasp Sanch.

20. Statuo tertiò, quæ de Pharaonis filiæ varia fortuna leguntur; quòd nunc vineas custodiat, nunc hœdos ducat, nunc in hortis laboret, atque Regina euadat, supremísque honoribus potiatur; quamuis sint eiusmodi, quæ, vt credantur, non modicam difficultatem ingerunt; sustineri tamen posse cum similitudine veri. Primò, quia non minùs peregrini euentus aliis Scripturarum locis traduntur, quos verè, & citrà imaginationem contigisse demonstrauimus fusè, num. 18. Secundò, atque id præcipuè, nequaquam filiam Pharaonis tot fortunæ ludificationibus, atque euripis agitatam; semper Reginam fuisse, semper honoratam: quod qua de causa affirmare quispiam audeat, nunc propero ostendere. Mos est Poëtis speciatim, tropis, atque translatis locutionibus, quæ efferunt, à populariorum oculis reuocare: atque huius vsus est, vt nonnunquam allegoriâ vtantur perpetuâ, quemadmodum Horatius figuratam locutionem continuauit lib. 1. Carminum, Ode illa ad Brutam, quæ incipit, *O nauis, referent in mare te noui fluctus*, &c. vbi sub iactatæ nauis metaphora, Reipublicæ à ciuili discordia clades describit. Sæpiùs tamen metaphoram interrumpunt, & de quo sermonem instituêre, productâ velut ex interuallo personâ ipsâ, insinuant; cuius naturæ est Ecloga extrema Latini Homeri, quæ Cornelij Galli amores pastorum vocabulo sic integit, vt non semel prodat, se plusquàm de pastore loqui. Vtuntur & hoc postremo genere metaphoræ frequenter Oratores, Rhetoréque: nec enim solis Poëtis proprium velit Seneca epistola 59. *Inuenio tamen translationes verborum, vt non temerarias, ita non indecoras, vt quæ periculum sui fecerint: inuenio imagines, quibus si quis nos vti vetat, & Poëtis illas solis iudicat esse concessas; neminem mihi videntur*

Allegoriæ qualis vsus apud Oratores, & Poëtas.

Seneca.

Troporũ, figurarúmq; in Scriptura vſus. Auguſtin.

ex antiquis legiſſe. Atque his quidem ornamentis, & carmina, & declamationes ſuas condecorare exteri conſueuerunt Scriptores: id ipſum ſacros, canonicóſque Auctores facere, dudum docuit Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. cap. 21. explicans illud Geneſeos cap. 13. *Et faciam ſemen tuum tanquam arenam terræ. Quod ea locutione* (ait) *dictum eſt, quam Græci dicunt hyperbolen, quæ vtique tropica eſt, non propria: quo tamen modo, vt cæteris tropis vti ſolere Scripturam, nullus, qui eam didicit, ambigit.* Nam venuſtiores multò ſunt litterales ſenſus, qui in allegoria fundantur, vt docet Cantapretenſis hypotypoſeon lib. 7. cap. 1. Sed videamus ex eodem Auguſtino, qualiter ſe gerat Scriptura in vſu troporum: *Locutiones enim* (ait ille lib. 20. de Ciuit. cap. 21.) *tropicæ propriis prophetico more miſcentur, vt ad intellectum ſpiritualem intentio ſobria, cum quodam vtili, ac ſalubri labore perueniat.* Hieronymus ad principium cap. 19. Iſaiæ: *Moris* (ait) *eſt Scripturarum obſcuris manifeſta ſubnectere, & quòd prius ſub ænigmatibus dixerint, aperta voce proferre.* Exempla ſuppetunt crebra. Sic Geneſis cap. 49. Iudas, aliíque de duodecim tribuum fundatoribus, nunc inuolutis locutionibus, nunc claris vocabulis exprimuntur. Sic Iſaïas cap. 5. longum de vinea tropum continuat: demum ſiparío metaphoræ remoto: *Vinea enim Domini exercituum* (inquit) *domus Iſraël eſt.* Sic Ezechielis cap. 28. Luciferum ſub Principis Tyri figura deſcribi ita opinatur Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, vt ea tamen nonnunquam admiſceantur, quæ Angelum ſuperbum ſatis demonſtrent. Sic denique Pſalmo 71. Chriſtum ſub Salomonis typo eo adumbrari modo, vt ſæpè dicantur, quæ Chriſtum oſtendant, quòd Salomone maiora ea ſint, ſenſêre de Patribus Auguſtinus lib. 17. de Ciuitate, cap. 8. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. Sequuti eos Legionenſis in Abdiam, initio Prophetiæ: Tena præludio 4. in Epiſtolam ad Hebræos, num. 91. Alphonſus de Mendoça, relectione de vniuerſali Chriſti regno, num. 4. Pater Iuſtinianus in illud cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c.

Litteræ venuſtior ſenſus, qui fundatur allegoria. Martinez.

Scriptura ab allegoria ad claram locutionem inopinatò tranſit; & è contrà. Hieron. Geneſ. 49. Iſaiæ 5. Ezech. 28. Pſalm 71. Auguſtin. Tertull. Luyſ Leg. Lud. Tena. Alph. de Mendoça. Iuſtin.

21. Hac itaque præfatâ, tótque modis ſtabilitâ doctrinâ, dixerit, qui Canticorum materiam nuptias eſſe Phariæ puellæ cum Salomone, ſenſerit; huius Epithalamij ſacrum Poëtam, Reginam, eiúſque Sponſum ſub paſtorum velamentis, aut certè eorum, quibus horti & vineæ curæ ſunt, perſonis ſignificare: quare, quoties de vineis, aut pecoribus ſermo eſt, eiuſmodi ſententiæ metaphoricè accipiendæ, aliter longè ac ſonant. Atque hoc cùm ille ſedulò obſeruet, maioríque ex parte iſtiuſmodi inuolucris Canticum abſumat; aliquando tamen facem proferre reliquo ænigmati, dum perſonæ ſuis ſe vultibus oſtendunt, depoſitâ laruâ. Itaque, quoties aliquid regiâ potentiâ, & maieſtate dignum legitur, Salomon, & vxor eius palàm ſe conſpiciendos offerunt: cùm infra hæc quippiam occurrit, ad tropos confugiendum eſt. Atque hoc pacto non graui labore conciliaueris, quod à multis huius voluminis Explanatoribus traditum eſt, nempe, Eclogam referre, & genus carminis eſſe Bucolicum, ſiue etiam Georgicum, quemadmodum loquitur Chriſtopolitanus epiſtola ad Alphonſum Aragoniæ: Proſper Roſſetus præfatione in Cantica, lectione 5. Pater Vaſquez tomo 1. in 1. partem, diſputatione 15. cap. 4. Oſorius Nepos procœmio in Paraphraſim Canticorum: Sotomaior in præfatis, §. *De artificio*, &c. Giſlerius præfationis cap. 4. Delrius Iſagogæ cap. 1. & cap. 4. Gaſpar Sanchez prologo 2. num. 7. Cyprianus de la Huelga, aliàs Ciſtercienſis, prologo in Cantica: Plæcidus Nigidius prologo quoque: Petrus Nannius epiſtola ad Reges Angliæ: Franciſcus Moncæus carmine ſuo Hexametro: Aloïſius de Leon explanatione 3. in cap. 1. Canticorum: atque alij, Auguſtinum fortè ſequuti tom. 9. lib. de paſtoribus, cap. 15. *Damus & nos vocem paſtoris, audiamus. In Canticis, inquiunt, Canticorum loquitur Sponſa ad Sponſum, Eccleſia ad Chriſtum. Nouimus Cantica Canticorum ſancta, Cantica amatoria, Cantica ſancti amoris. Planè volo inde audire vocem paſtoris, vocem dulciſſimi Sponſi.* Sed, quo pacto (dices) maritabimus paſtoritia, & ruralia cum diademate, quo coronauit Sponſum genitrix in die lætitiæ cordis eius? cum ferculo materiæ diuitis, operis politioris? cum digitis hyacinthorum plenis? Reſpondet Legionenſis, quemadmodum & nos ſuperiùs, dicta explanatione 3. & in explanatione 1. ad illa cap. 1. *Equitatui meo*, &c. ex profeſſo: Petrus Nannius ad illud Cantic. 3. *En lectulum Salomonis*, &c. quæ à paſcuis, & rure deſumuntur integumenta eſſe, quibus regiæ perſonæ ſub paſtorum larua poëticè introducuntur; Verùm allegoriam non ita eſſe perennem, & non interruptam, vt aliquando non ſe prodant perſonæ ipſæ, ſuóque ſe ore & vultu proferant. Itaque, vti docebamus num. 20. ex Hieronymo pro Scripturarum more, *obſcuris manifeſta ſubnectunt, & quod prius ſub ænigmatibus dictum, aperta voce profertur.* Sic ergo conciliare eſt variam filiæ Pharaonis fortunam, diuerſóſque viuendi ſtatus, quibus aliquando paſtrix, aliquando villica, aliquando Regina eſſe videatur his, qui litteræ ſuperficiè non tranſcendũt.

Canticorum metrum, an Bucolicum, aut Georgicum? Iacob de Valent. Proſp. Roſ. P. Vaſquez. Oſor. Nep. Sotomaior. Giſler. Delrius. Gaſp. Sanch. Cypr. de la Huelga. Placid Nig. Petr. Nann. Franc. Mõc. Aloïſ. de Leon. Auguſt.

SECTIO IV.

Non eripi Catholicis contra Iudæos arma, ſi filia Pharaonis ſit Sponſa Cãticorum. An de Chriſto ſolo omni Hiſtoricus ſenſus in Canticis, Pſalmis, & Prophetarum libris? Iudæi quẽadmodum conuincendi à Catholicis? Litteralis ſenſus quædam notæ: Num in parabolis duplex Hiſtorica intelligentia?

VERE in Theologica ſchola nonnulli, qui pleniore erga Chriſtum ſtudio afflati, eorum calculis, qui minus laboris & diligentiæ poſuêre in Scripturarum veritate indaganda, aſſererent, Chriſtum vbique quærendũ, in Prophetis præſertim, Pſalmis, Canticis; neque audiendos eos, neque Theologorum cœtu admittendos, ſed Iudæorum cum præceptoribus annumerandos, qui ad litteram ſacra vaticinia de Dauid, de Salomone, de Sennacherib, de Babylone, híſque ſimilibus conſtruerent: de qua re qui ſcire cupiat ad longum, legat per otium Leonem de Caſtro in Apologetico, diſputatione de trãſlationibus: toto Commentario in Iſaïam, aliíſque Operibus. Ego huiuſmodi hominum pietatem, & zelũ pretio habenda non reſpuerim: obſequiũ enim Deo ſe præſtare autumant, *Si tamen placere Deo poſſit* (ait Riber. præludio 1. in duodecim Prophetas, n. 3.) *quidquam, quod à veritate abhorreat, cùm Deus veritas ſit.* At exclamant, minuendam iri Chriſti gloriã; Hebraïcæ perfidiæ indulgeri, ſi Canticorum librum hiſtoricè, & ſecundùm litteram interpretemur de Salomone, eiúſque coniuge. Percipiant, quibus hæc metui ſunt, Hieronymum ad Fabiolam de veſti-

22.

An de Chriſto omnis hiſtoricus ſenſus in Pſalmis, Prophetis, Canticis. Leo Caſt. Ribera. Hieron.

tu

tu sacerdotali, epistola 128. *Sed, ne quis me vim facere Scripturæ putet* (inquit) *& sic amare Christum, vt historiæ auferam veritatem; interpretabor in membris, quod referatur ad caput: intelligam de seruis, quod impleatur in Domino: quanquam gloria Domini, gloria famulorum sit: & vbicunque opportunitas loci obtulerit, sic de vero lumine disputabo, vt deriuetur ad eos, quibus Christus donauit, vt lumen sint*, &c. Ergo, si ex Hieronymiana regula (quæ post Ecclesiæ auctoritatem præcipua est, vno quouis comparato, cùm de Bibliorum recta enodatione agitur) ea sit Scripturarum interpretandarū optima methodus, vt in membris interpretemur, quod referatur ad caput; de seruis intelligamus, quod impleatur in Domino: quæ arma eripuimus Catholicis contra Hebræos, quando hoc religiosè obseruamus, explanando de membris, Salomone, scilicet, & eius Sponsa, quæ perpetuò referamus ad caput & corpus, Christum nempe, atque Ecclesiam: nisi arma eis eripere asseramus omnes, qui probè, & ex norma Scripturas explicant?

Hieronymi præcipua auctoritas in Bibliorum regulis.

23. Dicant; vniuersos Ecclesiæ Optimates, quos Scripturarum Magistros Christus Sponsæ suæ tribuit, in eam conspirare sententiam, quæ asserat, Canticum Salomonis non posse ad literam de alio, quàm de Messia, & Seruatore accipi. Hoc autem quid fortius propugnaculo aduersùs Synagogam? Totus liber Christum, non aliud vbique resonat: quid meditentur Hebræi tot testimoniis conuicti? Si aliter quàm de Seruatore librum historicè intellexisse fas fuerit, iam illi Christianorum argumenta non metuerint: restat enim tunc Catholicis spiritalis tantùm sensus, qui ad conuincendum debilis & inefficax æstimatur. Primò, argumentatio hæc inexploratum aliquid supponit, nempe, Patrum vniuersalem chorum pro ea stare sententia, quæ de solo Christo litteralem, & historicum huius voluminis sensum intelligit, neque ad alium referri posse contendit: qua de controuersia egero citò sectione venturâ. Deinde concedamus, pro effato istiusmodi stare totum Ecclesiæ exercitum: quid ad hoc Iudæus? non sibilauerit, qui procax Catholicæ Matris indicium nihili facit, quemadmodum prudenter animaduertit Gueuara præfatione in Habacuc? quid illi Doctores, qui non de sua Synagoga? quæ igitur aduersùs Iudæum arma? Textu ipso premendus erat: demonstrandum implicantia sequi, si in alium, quàm in Messiam, historia quouis modo dirigatur: maiora esse, quàm quæ in Salomonem conueniant: antecedentia consequentibus non adhærere, si de humano coniugio intelligantur. Hoc qui faciat, qui probauerit, de Synagoga glorioſus triumphabit, sequemur alacres eius sensum omnes Catholici: sin hæc à quoquam præstari nequeant, sinant aliis modis Iudæos opprimamus: neque ad eas angustias Christianorum vires redigant, vt quoties de solo Christo Domino Scripturæ iuxta litteram, & historiam explanari nequeant, nulla deinceps suppetant bellica instrumenta turri illi, cuius è mœnianis mille pendent clypei, omnis armatura fortium.

Gueuara.

Iudæi quemadmodum conuincendi à Catholicis.

24. Concederem ergo Iudæo sensum litteralem alium, præterquàm de Messia, vt necesse est infinitis Scripturæ locis concessisse: adderem alium secundum historicum sensum de Christo Seruatore: itaque duplicem esse litteralem intellectum Cantici Canticorum: alium, qui respiciat Salomonem, & eius comparem: alterum, qui in Christum tendat, & in Ecclesiam. Hæc iam communia sunt Catholico æquè atque Hebræo; vterque Canonicam Scripturam profert: hac semel admissâ, euitare non est quæsitum, an Deus vno eodémque vocabulo plura æquè immediatè, & proximè significauerit? Fortasse erit inter Hebræos, quemadmodum extitêre pauci aliqui apud Catholicos, qui duplicem eiusdem loci litteralem denegent significationem: sed ab hoc probando, vt pendeant vaticinia de Christo, satis armorum habebimus: mihi liberum non est, ob hanc solam causam, diffusam de duplici litterario sensu tractationem instituere digressorio sermone: opportuniori occasione suggeremus quidpiam Anteloq. 11. sectione 6. modò ex innumeris patronis non leuem exhibebimus cohortem, vt inspiciat, cui mens & voluptas, per secessum; id eum præcipuè in scopum, vt cùm Theologorum præstantissimos, antiquos & nouos, sententiam amplexatos fuisse nouerit, opinetur, non leuia esse fundamēta, quæ tot ingeniorum lumina post se traxerint, proindéque non futilia hinc subministrari arma. Sunt itaque gemini litterarij sensus tutelares Augustinus lib. 19. Confess. cap. 20. 24. 26. & potissimū 31. & lib. 3. de doctrina Christiana, c. 27. S. Thomas 1. parte, quæst. 1. art. 10. & quodl. 7. art. 16. & de potētia, quęst. 4. art. 1. Abulensis super illud Matth. 3. *Ex Ægypto vocaui Filium*, &c. & ad cap. 13. Matth. quæst. 28. & quæst. 25. in c. 22. lib. 1. Paralip. Lyranus in c. 8. Danielis: Canus de locis, lib. 2. cap. 11. §. *Ad 2. rationem*. Driedo de Ecclesiasticis dogmatibus: Vasquez tom. 1. in 1. partem disp. 17. c. 2. apud quem Paulus Burgensis, Catharinus, Castro, Turrianus, Molina ad art. 10. quæst. 1. S. Thomæ, 1. partis disp. 3. Bañes ibidem, dub. 7. Zumel, Pessantius, Azzubal, ad eundem articulum. P. Gillius tom. 1. in 1. p. lib. 1. tract. 7. cap. 4. P. Fassolus ad dictum quæstionis 5. S. Thomæ, art. 10. dub. 7. Antonius Perez in Pentateucho fidei, volum. 3. dub. 12. cap. 4. Pater Cornelius à Lapide in Isaiam, Canone 5. Lorinus ad vers. 13. cap. 3. Actorum, citans de nostris plures. P. Azorius tom. 1. lib. 8. c. 2. quæsito 10. P. Acosta lib. 3. de Christo reuelato, c. 10. 19. & 20. Alphonsus Mendoça relectione de vniuersali Christi regno, num. 1. P. Quiros disput. de sensibus sacræ Scripturæ: P. Alcazar notat. 20. procœmiali: Serarius Prolegomenis Biblicis, cap. 21. quæstiuncula 12. Bonfrerius præloquiis in Pentateuch. ad vniuersam Scripturam, cap. 20. sect. 5. Gabriel Aluarez in cap. 1. Isaiæ, num. 265. Carolus Regius in Oratore Christiano, lib. 3. cap. 4. Salmeron, tom. 1. Prolegom. 8. Gisserius præfat. in Cantica, cap. 5. Tena præludio 4. in Epistolam ad Hebræos, num. 91. Petrus Garçia Galarza Episcopus Caurien sis, Euangelicarum Institutionum lib. 2. cap. 25. Toletus in cap. 1. Epistolæ ad Romanos, Laurentius de Aponte in cap. 1. Sapientiæ Salomonis, num. 4. digressione 2. §. 3. numero marginali 20. Ferdinandus de Escalante in Clypeo Concionatorum Verbi Dei, lib. 1. capite vltimo, dicens, contrarium asserere nimiæ esse temeritatis: Petrus Antonius Beuter, annotatione 7. in sacram Scripturam: atque alij, quorum me iam lassat memoria præ multitudine.

Duplex litteralis sensus in Cantico Canticorum

Sub vna littera multiplex historicus sensus.

Augusti. S. Thomas. Abulensis. Lyra. Canus. Driedo. Vasquez. Burgensis. Catharin. Alphonsus de Castr. Fr. Turrian. Molina. Bañez. Zumel. Pessant. Azzubal. Christoph. Gill. Fassol. Ant. Perez. A Lapide. Lorinus. Azor. Acosta. Alphonsus de Mendoça. Alcazar. Quiros. Serarius. Bonfrer. Gab. Aluar. Carol. Reg. Salmeron. Gisler. Tena. Galarza. Tolet. Laurent. de Aponte. Escalante.

25. Esto, inquis, Iudæus concedat multiplicem eiusdem loci sensum litteralem: sed nihil hoc contulerit ad prophetiam Canticorum: volumen enim istud non historiale est, sed parabolicum, quemadmodum plerique Patrum, atque Interpretum significare videntur, dum aut concepto sermone parabolam nominant, aut picturam & imaginem rerum appellant, aut nihil humanum & carnale tractare asserunt. Lege Augustinum lib. 8. de hæresi

Augusti.

Nyſſen. Bernard. Apon. S. Thom. Greg. Rom. Rich. Vict.

ad litteram, c. 1. Nyſſenum hom. 1. in Cantica: Bernard. ſerm. 1. in eadem Cantica: Aponium in præfatione: S. Thomæ Prologum, ſi modò eius ſit Cómentarius ille, quẽ alteri potiùs adſcriberem: Gregorium Papam, & Richardum Victorinum proœmio in Canticorum librum, cuius præludij maiorem partem apud Nyſſenum inueneris: S. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum, explicantẽ illud Canticorum, cap. 4. *Vulneraſti cor meum*, &c. Auctor quatuor homiliarum, prologo ſuo Fabulam, Drama, Comœdiam nominat; quemadmodum & Philippus Abbas exordio Commẽtariorum: omitto referre Lyram, alióſque nouiores. Iam verò quis ignoret, in parabolis nequaquam duplicem inueniri ſenſum hiſtoricum; ſed vnum eſſe, qui confundatur cum myſtico, ita vt myſticus parabolæ ſenſus idem ſit cum litterali? Vide diffuſam huius pronunciati defenſionem apud Salmeronem initio tom. 7. in Euangelia, tract. 1. Abulenſem quæſt. 28. in cap. 13. Matth. Delrium & Giſlerium; vtrũque, cap. 4. ſuæ, ſiue Iſagogæ, ſeu præfationis. Ergo Canticorum, cùm parabola ſit, liber, quantumuis admittat Hebræus in aliis, quæ hiſtorialia ſunt, duplicem litteralem ſenſum, hîc id concedere non cogetur; Quare vnicum de filiæ Pharaonis nuptiis cùm litteræ ſenſum tributurus ſit, non erit, vnde adigatur, Chriſtum agnoſcere in Cantico Canticorum. Reſpondeo, vt modò diſputationi concedamus, Canticorum Epithalamium inter parabolas referendum eſſe, adhuc luculentos non defuturos Patronos, qui etiam doceant, in parabolis duplicem ſplendere litteralem ſenſum: alterum rei, de qua eſt ipſa parabola: alterum eius, in quem parabolæ finis collimat: docuit Damaſcenus ſermone, *de his, qui in fide hinc migrarunt*: Alphonſus de Caſtro, lib. 1. contra hæreſes, cap. 3. Antonius de Gueuara in cap. 2. Habacuc, num. 124. P. Cornelius in Iſaïam, canone 5. P. Alcazar notat. 15. proœmiali in Apocalypſim: P. Iacobus Bonfrerius præloquiis in Scripturam, cap. 19. ſectione 2. P. Gabriel Vaſquez tom. 1. in 1. part. diſput. 15. cap. 4. Vbi in exemplum trahit hunc ipſum librum Canticorum, explicans ſingulari ingenio eius illa verba, cap. 1. *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie*? Rodericus Doſma Delgatus, Canonicus Pachenſis, lib. 2. de auctoritate ſacræ Scripturæ, cap. 9. Canticorum librum & inter parabolas collocat, & duplicem, quemadmodum cæteræ parabolæ, litteralem ſenſum claudere exiſtimat. Id ipſum ſtatuit Pater Gaſpard Sanchez prolog. 4. num. 20. Fauent, ſed cum diſtinctione aliqua, Pater Molina 1. part. quæſt. 1. art. 10. diſp. 2. Pater Chriſtophorus Gillius tom. 1. in 1. part. lib. 1. tract. 7. cap. 2. num. 6. citans pro ſuo dicto Alenſem 1. part. membro 4. art. 4. ad 2. & art. 5. P. Hieronymus Faſſolus tomo 1. in 1. part. dubit. 4. ad 10 articulum quæſtionis 1. Sancti Thomæ, Galarza lib. 2. Euangelicarum Inſtitutionum, cap. 18. Affirmant quippe, quoties in parabolis interuenit comparatio, aut ſimilitudo, tum geminum ſenſum litteralem admittendum; quales illæ parabolæ: *Simile eſt regnum cælorum*. & eius generis. Sin autem abſit comparatio, vnicum tantùm hiſtoricum ſenſum eſſe concedendum: quam diuiſionem minimè approbare valemus: nam præter quòd Ioannes Alphonſus Curiel lib. 1. controuerſiarum, in expoſitione litterali, cap. 1. Prouerb. agens de argumento Operis, num. 8. ex Græcis & Latinis Auctoribus parabolæ vocem id ipſum ſignificare, quod comparationis & ſimilitudinis nomina, probat; notum eſt iis, qui Bibliorum codices

An duplex litteralis sẽſus eluceat in parabolis?

Hieronym. Origen. Phil. Abb. Lyrenſis. Salmeron. Abulenſ. Delriùs. Giſler. Damaſc. Alph. de Caſtr. Gueuara. Cornel. Alcazar. Bonfrer. Vaſquez. Rod. Doſm. Gaſp. Sãch. Molina. Chriſtoph. Gillius Alenſis. Faſſolus. Galarza. Curiel.

euoluunt, Hebræos ex ſuæ linguæ vſu ſæpè comparationis & ſimilitudinis particulas, *ſicut, vélut, quemadmodum*, taliáque omittere. Adi Cantapretenſem, lib. 8. hypotypoſ. cap. 8. Cornelium à Lapide, Can. 24. in Iſaïam: Gueuara in cap. 2. Habacuc, num. 132. Riberam ad cap. 1. Epiſtolæ ad Hebræos, num. 72. Quare, ſiue parabola careat particulâ ſimilitudinis indice, ſiue eam præferat, non interfuerit: non enim ideò duplicem hiſtoricum ſenſum tribuimus: ſed, quia Auctor parabolæ, Scripturarum conditor Deus, (ponamus exemplum, quæ de vineæ operariis eſt, parabolæ) primò verbis propriè acceptis ſignificare voluit, quid ſæpè inter homines accidat, ſeu, quia ita contigit; ſiue, quia delineat rem ſecundùm ſe, præſcindens ab eo quod aut euenerit, aut non euenerit: deinde eiſdem verbis tranſlatè, & per tropum acceptis, ſignificat etiam immediatè ſublime aliquid, diuinũ, & cœleſte. Sic affirmarem Prouerb. capite extremo deſcribi ad litteram ex proprietate verborum officia matrum familiarum, iiſdémque verbis, metaphoricè acceptis, delineari ad litteram quoque, aut Eccleſiam, aut B. Virginem, aut animam de iuſtarum collectione. Sic variis vtriuſque Inſtrumenti locis, quibus animalium naturæ, proprietatéſque tanguntur, geminus eſt ſenſus hiſtoricus; alter de animali ſecundùm ſe, quem verba ſine tranſlatione indicant; alter de Chriſto, aut ex iuſtis aliquo, quem eadem verba cum metaphora denotant.

Regula: *Nota ſimilitudinis omiſſæ in Scripturis ſæpè.* Cantapret. Cornel. Gueuara. Ribera.

Capitis vltimi Prouerbiorum duplex hiſtoricus ſenſus.

26.

Videó reclamaturos plures fortaſſe, ex hac loquutione ſequi, vt confundantur myſticus, atque litteralis ſenſus: nam, verbi cauſa, in præfata de vineæ operariis parabola, paterfamilias iuxta litterarum, & verborum proprietatem ſignificetur; Chriſtus verò paterfamilias myſticè adumbretur; certè verba parabolæ, quatenus Chriſtum vineæ domino ſignificatum repræſentant, myſticum ſenſum generant; at eadem & nobis Chriſtum hiſtoricè declarant: hiſtoricus itaque, & myſticus ſenſus confunduntur. Deinde ſequitur, vt liberum ſit cuiuis, in quacunque Scripturæ, aut hiſtoriâ, aut parabolâ, pro arbitratu plures litterales ſenſus confingere, & proprij cerebri cogitationes hiſtoricum Scripturarum ſenſum appellare. Poſtremò, quod ex Baſilio orat. 9. in Hexameron. Tertull. lib. de carne Chriſti, Epiphanio contra hæreſim 65. Auguſtino lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 10. Hieronymo in cap. 30. Iſaïæ, & in Matth. cap. 21. elicitur, quos ſequuntur Ribera in Haggæi cap. 1. n. 28. Cornelius in Iſaiam, canone 5. Cantapretenſis, lib. 7. hypotyp. Pereira diſput. 23. in cap. 6. Ioann. quærentibus litteralem ſenſum id ante cætera obſeruandum, ne à verborũ proprietate recedant, niſi cũ manifeſta, vel falſitas, aut abſurda, quæ ex verbi propria acceptione ſequantur, coëgerint. Id in preſentiarũ nõ vrget: nihil quippe eſt, quod cogat parabolarum verba trãſlatè acceptiſſe, quò in iiſdem parabolis duplicẽ litteralẽ ſenſum conſtituamus: neque enim, ſi aliter fiat, aut falſum quidpiam, aut abſurdum deriuetur.

Regula: *Scripturæ verba in ſenſu proprio accipiẽda.* Baſil. Tertull. Auguſt. Hieronym. Epiphan. Ribera. Cornel. Cantapret. Pereira.

27.

Ad hæc, quæ grauia eſſe non denego, reſpõdere eſt, differentiam ſenſus myſtici, atque litteralis eſſe: Litteralem quidem reſpicere obiectũ, quod ad aliud neceſſariò ordinem non dicat, neque cum eo connectatur: Myſticum verò ferri in obiecta, quæ aliud ex neceſſitate præſupponunt. Adhibeamus exempla: *Ex Ægypto vocaui filium meum*. Matth. cap. 2. Oſeæ 11. Si velimus verba iſthæc Chriſtum myſticè denotare, neceſſe eſt præſupponamus, populum Iſraëliticũ Chriſtum adumbrantem; quam

Litteralis & myſtici ſenſus differentia.

Oſeæ 2. 11.

quam figuram si demamus, Christus nequaquã ex mysterio, & typicè designabitur. At demus, verba non mysticè, sed litteraliter Christum repræsentasse, ad hanc significationem nihil interest, si typus non præcesserit: nam modò Christus ex Ægypto vocatus fuerit, sententia erit verissima, quantumuis Israëlitæ inde nunquam fuissent vocati. Eodem pacto in parabolis, etsi nunquam filius aliquis dissipator extitisset; sed neque possibilis esset, (possunt enim parabolæ circa implicantia versari, atque omnino fabulosa: docent nostri Vasq. Fassolus, Gillius, & apud eum Alensis. locis alleg. num. 24. & 25.) constaret tamen historicus de Christo sensus, si adolescente prodigo repręsentaretur: sed Christus mysticè non adumbraretur, si repugnaret typus omnimodè saltem commentus, eum qui referre posset. Iam ad alterum ex inconuenientibus. Pro litterali sensu id sedulò ante oculos habendum, antecedentia vt possint mediis, atque finibus respondere; probat fusè Martinez lib. 10. hypotyposeon, reg. 1. obseruat Ribera præludio 1. in duodecim Propheras, num. 19. & in cap. 11. Oseæ, num. 5. notat Turrianus procemio ad tractatum 1. de Euch. Itaque non quoties sententia, aut periodus vna eleganter exponitur, è vestigio historica explanatio nominanda est, nisi priora sequuturis alligari queant. Dicimus igitur, si reperiatur aliquis tam sapiens architectus, hoc qui vbique locorum in sacris codicibus, debita cum moderatione, & prudentia præstare possit, nullum oriri inconueniens, si plures ille nobis litterales sensus proponat; sed gratias quàm maximas habendas Viri optimi vigiliis, & laboribus.

Vasq. Fassolus. Gillius. Alensis.

Regula: *Historici sensûs indicia, præcedentium, & subsequẽtium connexio.* Martinez. Ribera. Franc. Tur.

28. Tertium, quod proponebatur, inconueniens, maioris æstimationis est, & momenti: sed, nisi errore implicor, vniuersam ferè scholam æquè premit: hæc enim, paucis quibusdam separatis, multiplicem eiusdem loci, historicum, & litteralem sensum adstruit. Ex vulgatis exemplis sunt illa: ex Psalmo 2. & cap. 1. ad Hebræos, atque Actor. 13. *Filius meus es tu, ego hodie genuite.* ex Isaiæ cap. 53. & Matth. 8. *Verè languores nostros ipse tulit*, &c. adducunt Molina ad quæstionem 1. S. Thom. 1. partis, art. 10. disp. 3. Valentia tom. 1. disp. 1. quæst. 1. puncto 5. §. 3. Salmeron tom. 1. prolog. 8. Vasquez tom. 1. in 1. parte, disp. 16. cap. 2. & disp. 18. cap. 5. Galarza lib. 2. Euangelicarum Institutionum, cap. 25. obiter & per occasionem Suarez tom. 2. in 3. partem, disp. 45. sect. 1. Lorinus ad vers. 33. cap. 13. Actorum: & tamen in his exemplis, quæ trita sunt, scholarum, reperias vnam significationem litteræ ex verborum proprietate; alteram ex eorundem translatione, & metaphora: nam, quòd verbum gignendi ad æternam Filij Dei generationem referatur, simplex & plana vocum acceptio est: quòd idem verbum ad Christi anastasim atque resurrectionẽ transferatur, iam hoc est tropicè sermocinari. Similiter languoris & morbi vocabula corporeas infirmitates ex proprietate repræsentãt; animæ mala per translationem tantùm. Sed necessitate adigimur (asseris) secundum, tertiúmve historicũ sensum meditari, qui ex verbis impropriè sumptis deriuetur: non enim aliter Paulum capimus Actor. 13. Christi susciationem è mortuis probantem. Imò verò Paulum non vrgêre opinantur Ribera & Iustinianus ad illa cap. 1. Hebræorum: *Ego hodie genui te*, &c. Tena ad eadem verba difficultate 10. sect. 2. & 3. Dicimus ergo, quemadmodũ tota iam ferè Theologorũ schola plures eiusdem loci sensus litterales admittit, quòd eiusmodi sensuum vbertas, & Dei Scripturarum conditoris maiestatem, & ipsius Scripturæ excellentiam summoperè commendat: ita etiam decere, vt huiusmodi multiplices historici sensus, non in sola obiecta creata, non magni pretij, videlicet, bellorũ, peregrinationum, matrimoniorum, captiuitatum euentus ferantur; sed prætereà in Christum Seruatorem, eiúsque Ecclesiam, cùm hic sit præcipuus Bibliorũ scopus. Quare gloria Christi ingẽs est, non solùm mysticè adumbrari per Scripturarum corpus; sed ad litteram decantari: hoc autem stare nequeat, si quàm sæpè ad translatas verborum significationes non confugiamus. Ne igitur Christum, ipsósque beatos fidei codices tantâ gloriâ spoliare videamur, duplicem & in parabolis, & aliis vtriusque Instrumenti sententiis, Canticorum in primis suauissimo volumine, litteralem sensum statuimus. Quidni? Adscribã nostri Valentiæ tutam regulam loco paulò antè nominato: *Si enim sensus litteralis, quem quis affert,* (inquit) *congruit alioquin cum sana doctrina, & cum aliis locis clarioribus Scripturæ, & possit referri ad finem, in quem referri oportet ea omnia, quæ traduntur in sacris Litteris, nempe, ad charitatem; tunc omnis eiusmodi sensus est admittendus, vt præclarè docet Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 3. & 27. Nec facultas sic interpretandi sacras Litteras, est appellanda nimia licentia; imò potius putandus est Spiritus sanctus eam facultatem fecisse hominibus eruditis, ad vtilitatem Ecclesiæ, vt asserit Augustinus in illo cap. 27.* Porrò, neque eam laudẽ nobis vendicare valemus, vt fuerimus primi inuentores duplicis litteralis sensus eorundem verborum, comparatione Christi, & Salomonis: nam eodem pacto verba illa Reg. 2. cap. 7. & cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, & sequentia, interpretati sunt ad litteram de Christo simul, & Salomone, ad præfatum cap. 7. Lyra in Commentario: Abulẽsis quæst. 9. Burgensis in additionibus: Canus lib. 2. de locis, cap. 11. & qui de Canticorum argumento expresè agunt, suprà num. 25. à nobis citati, P. Vasquez, P. Gaspar Sanchez, Rodericus Dosma Delgatus: certè & ad Hebræos scribentem Paulum, eo Regum loco vsum esse existimat Lyrensis, quòd ad litteram Scriptura pariter de Christo, & Salomone loqueretur, vt non vanum habeatur id genus armorum, quod aduersùs Iudæos instruimus, cùm librum Canticorum historicè de Christo coniunctim cum Salomone intelligendum defensamus.

Vtile, admitti in Scripturis plures eiusdem loci historicos sẽsus.

Valent.

Literalis sẽsus quænam indicia.

Augusti.

2. Reg. 7. Hebr. 1.

Lyra. Abul. Canus.

Vasquez. Gasp. Sãch. Roder. Dos.

SECTIO V.

Canticum Salomonis de Pharaonis filia explicasse, num sit ab Ecclesiæ, & Patrum iudicio recessisse? Scripturæ Litteralem, an Mysticum sensum Patres exactiori studio prosequuti fuerint? noua Scripturæ interpretatio quæ ferenda? in quæstionibus ad fidem non attinentibus vt liceat à Patribus recedere? Isaiæ. c. 8. qualis narratio? quid de recuperatis scripturis per Esdram? Dramatis & fabulæ vocabula explicata.

29. MIRVM mihi accidit euoluenti Scriptores, qui opinionem pro filiæ Pharaonis nuptiis odiosis *temerariæ, ineptæ, erroneæ* nominibus diuexauerunt,

uexauerunt, propterea quòd ab Ecclesiæ, & Magistrorum eius probatis sententiis aliena crederent; nihil vt de Conciliorum effatis produxerint; vix vnum ex Patribus locum deprompserint: nam oscitantiæ in legendo tales viros insimulasse neque libet, sed nec licitum est; quanquam qui classicum insonuit, primúsque asseuerauit contra illuminatos Doctores esse, Dionysius Richelius notatus sit à Ribera nostro, procœmio in Malachiam: *Auctor, qui festinatione multa scribendi, nec in historiam, neque in allegoriam quidquam accuratius, aut politius attulit: sed ex eis, quæ in Hieronymo ex Lyrano videbat, vel quæ properanti sine labore occurrebant, inelaboratos dictauit Commentarios.* Putarem magis, homines pietate, atque ingenio conspicuos arbitratos fuisse, superuacaneam diligentiam, in re aperta & manifesta, ipsis vti videbatur, Doctores allegasse; quòd prolixitati potiùs, quàm commodo, lectoribus id futurum esset: quanquam verò nobis erubescentiæ fuerit coram tanta claritate lippitudinem fateri; ingenuè tamen attestamur, post euoluta Concilia atque Patres, semel & iterum, à nobis tam euidentia testimonia plurimùm desiderata fuisse. Dabimus, quæ nobis occurrerunt expectaturi maiora ab his, qui eruditione, & acumine pollent.

Ribera.

Carthusianus Dionysius qualis Auctor.

30. *Origenes quantus in declarando Cantico Cãticorum Interpres?* Senens.

Primùm Origenes, qui, cùm in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico Canticorum seipsum quoque superauerit, vt loquitur Hieronymus scribens Damaso: quem à Didymo vocatum secundũ Ecclesiæ Magistrum post Apostolos, Auctor est Senensis lib. 4. Bibliothecæ: quanquam & Didymus non locuples omninò testis, vt qui nimiùm amauerit Origenem, etiam vsque ad errorum imitationem: cui parem Sixtus ipse non tulisse Græciam existimat; Hic igitur tantus Canticorum Interpres prologo quatuor homiliarum in Cantica, in modum dramatis conscriptum volumen asserit: *Drama porrò dici multarum personarum cantilenam, vt in scenis agi fabula solet.* Et non longè ab initio: *Quomodo dramatis in modum, & tanquam fabula, quæ in scenis personarum immutatione agi solet, videatur compositius.* Iisdem vocibus vtitur principio homiliæ 1. ex quatuor. Et ne quis in suspicionem hoc opus quatuor homiliarum vocet, tanquam Origenis officinâ minimè elaboratum, propterea quòd apud Magistrum lib. 3. dist. 29. S. Thomam 2. 2. quæst. 26. citetur sub titulo Ambrosij, vt vidit Posseuinus Apparatu sacro, præterquàm quòd stylus, & eruditio Origenem non decent, atque inter germanos eius fœtus Bellarm. enumeret, S. quoque Thomas à Magistri codice decipi potuerit: nam ex hoc nonnunquam, non inspectis ipsis fontibus, Patrum dicta colligere solitum Angelicum Doctorem, scribit Antonius Senensis præfat. ea ad Opera, quæ Parisiis prodierunt anno 1615. sumptibus Petri Cheualier. Quibus hæc omnia Origenis esse partum minimè suadent, sciant eundem in morem loquutum Adamantium hom. 1. ex duabus à Hieronymo conuersis: *Quippe in hoc libro* (ait) *fabula pariter, & Epithalamio sunt personæ.* At fabulam nominasse non præstat magis quàm Drama, quæ scenæ actio est. Porrò Comœdiæ, siue Dramatis, aut Fabulæ nomẽ, quod ab Origine inditum est, à Cassiodoro quoque datum est prologo in Cantica; si tamen ille, ac non Haymo, cuius nomine circunfertur etiam, vel alius iunior Scriptor eorum Commentariorum. Eodem loquendi stylo vsi Basilius Magnus initio expositionis in cap. 5. Isaiæ: Gregorius Nazianzenus oratione in dictum Euangelicum: Philo Carpathius in Peroratione Canticorum Commẽtarij: Anselmus præfat. in Cantica; quanquam sunt, qui non Cantuarienses, sed Laudunenses Anselmi, qui & interlinearem texuit Glossam, esse scriptum perhibeant: vterque satis grauis Doctor: Ildephonsus Toletanus serm. 1. de Assumpt. Virginis: *Dramaton* (ait) *charissimæ, genus est carminis, quo genere Cantica Canticorum edita leguntur.* Philippus Abbas procœmio in librum Canticorum: *Quo titulo* (sacræ, nempe Comœdiæ, sanctę Fabulæ, Actionis, aut Dramatis, *plerique iuniorum, sequuti veterum exempla, Salomonis carmen affecerunt.*) Quibus appellationibus affine est Dialogismi vocabulum, quo vtitur Eusebius Pamphilus (alij tribuerint Athanasio in Synopsi) apud Vincentium Richardum expositione in Cantica, quam Notis ad Matthæum Cantacuzenum adiunxit, & Petrus de Alliaco in Prologo.

Anselm.

Ildephons.

Phil. Abbas.

Euseb.

Vinc. Rich.

Secundo ordini clarissimus dux est Augustinus, qui tom. 3. lib. 8. de Genesi ad litteram, cap. 1. loquens de Geneseos primis capitibus: *Narratio quippe* (inquit) *in his libris, non genus locutionis figuratarum rerum est, sicut in Cantico Canticorum: sed omninò gestarum est, sicut in Regnorum libris, & huiusmodi cæteris.* Nisi mauis huius opinionis, quâ Canticorum liber, velut fictarum nescio quarum rerum narratio esse existimetur, vetustiorem assertorem Areopag. Dionysium epist. 6. quæ est ad Titum: *Quid memorem* (ait) *Canticorum carnales, atque amatorios plurimos affectus, & quæque alia sacra, & visibilia signa occultis obducta, & in multitudine excrescentia, quæ diuina fictio sacris audaciùs inseruit, atque effixit? quorum profectò si quis intueri possit intimum, secretúmque decorem; mystica esse omnia, atque diuina mirabiliter, atque ingenti Theologiæ lumine plena deprehendet.* D. Nyssenus hom. 1. in Cantica, imaginem, atque picturam nominat: S. Bernardus serm. 1. in Cantica, figuratum esse dicendi modum asserit: Guarricus Abbas serm. 2. de Assumptione, non tam loqui, quæ reuerà facta, vel dicta sunt, quàm eiusmodi fuisse negotium, ostendere, vt ea, quæ dicuntur, *etsi facta, vel dicta non fuerint; fieri tamen, vel dici potuisse; aut etiam in affectu dicentis, vel facientis fuisse, non absurdè credi possit.*

31. Augustin.

Dionysius Areopag.

Nyssen.

Bernard.

Guarr Abb.

Tertiam cohortem instituunt illi, qui nihil esse Canticorum volumine affirmant, quod humanum aliquid sapiat, nihil ad carnem & sanguinem attinens; verùm spiritalia vniuersa, atque à terrestribus semota. Aponius initio lib. 1. in Cantica: *In quo quidem Cantico nihil de carnali amore, quem Gentiles Cupidinem appellant, qui insania potiùs intelligi potest, quàm amor: sed totum spirituale, totum dignum Deo, totúmque animæ salutare.* Philo Carpathiorum Episcopus, procœmiolo: *Tu verò quicunque hoc audis, aut legis, spiritualia hæc omnia esse cogita: sunt enim Spiritus sancti oscula purissima, castissima, sanctissima, planéque diuina: nihil carnale prorsus, nihil turpe, nihil obscœnum; sed honestissima omnia esse ducito.* Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, iuxta medium: *Transeo ad Canticum Canticorum, & quod aduersarius totum putat esse pro nuptiis, virginitatis continere Sacramenta monstrabo.* Et paulò inferiùs, explicans illud cap. 4. *Vulnerasti cor meum, soror mea. Ac ne putaremus* (ait) *amorem carnis, & nuptias significare corporeas, illicò excludit hunc sensum, & ait: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa. Vbi sororis nomen est, suspicio omnis fœdi amoris excluditur.* Eusebius Pamphilus, siue Athanasiana Synopsis: *Liber autem hic, vnum coniugium Verbi canit, & corporis,*

32.

Apon.

Philo.

Hieronym.

Euseb.

Adamant.

Orig. Cassiod.

Basil. Nazianz.

Mag. Sent. S. Thom. Posseuin. Ant. Senens.

Origenes, an Auctor quatuor homiliarum in Cantica?

S. Thomas à Magistri sẽtentiarum citationibus an deceptus aliquando?

Nyssen. *corporis*. Nyssenus homil. 1. in Cantica: *Nemo ergo pertubationibus animi obnoxius, & carnalis, veteris hominis mortuum adhuc olens fœtorem, ad belluinas trahat operationes diuinitùs inspiratarum sententiarum, ac verborum significationes: sed vnusquisq; ipse à se ipso excedès, cùm fuerit extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodammodo redierit in Paradisum, & per puritatem Deo similis euaserit; ita procedat ad aduũ mysteriorum, quæ in hoc apparẽt libro.* His Nysseni verbis cognata sunt, quæ prologus Gregorij Romani, & Richardi Victorini continet. Theodoretus præfatione ad Ioannem Episcopũ, Canticum Cãticorum, *mysticam sponsi, & sponsæ necessitudinem, & coniunctionẽ continere* ait. Bernardus sermone 1. in Cantica, *musicam esse non oris, sed cordis; non auribus, sed animo percipiendam:* quem in modum explanatio sub D. Aquinatis nomine, loquitur exordio Operis. Philipus Abbas proœmio in Cantica, spiritualem, subtilem, & honestã vocat fabulam. Glossa ordinaria prologo suo, *In Canticis Canticorum supergressum Salomonem visibilia*, testatur.

Greg. Pap. Theod.

Benard.

Aquinas. Philip. Abb. Glos. Ord.

33. Hæc Patrum effata: nam, si quæ ex Conciliis erui poterant, me fugerunt. Non ignoro damnarum 5. Synodo Theodorum Mopsuastensem: sed eius de Canticorum volumine impia cogitatio ad præsentem disceptationem non facit. Consule sectionem 1. huius Prælocutionis. De Patrum igitur attestationibus sic argumentor. Patres ferè vniuersi, qui vel ex instituto, & ad longum, vel transcursim de Cantico Salomonis sermonem habuêre; illud, aut comœdiam, fabulam, drama, actionem dicunt, (has autem dictiones pro eisdem intelligunt,) aut fictionem, rerum non veratum, sed apparentium narrationem: vel denique putant carnale nihil, humanum, terrestre respicere sed ad immaterialia atque inuisibilia ferri. At hęc maritari nequeunt cum nuptiis Pharaonis gnatæ cum Salomone Rege: sic enim res, de quibus Cantica agunt, materia diuinissimi Carminis; non fabula essent, non confictio; sed veræ historiæ ordinata series; non denique spiritale quidpiam, & à corruptibilitate distans; verùm magis corporeum aliquid, de terra, caducum. Igitur eiusmodi nuptiarum patrocinium subire volenti, necessarium est, Patrum penè omnium iudicio obuersari: atque eiusmodi Scripturarum audaces explanationes, quæ Patrum vniuerso venerando cœtui opponuntur, Tridentina Synodus vetuit sessione 4. Ferenda igitur nullo pacto est Canticorum interpretatio de geniali thalamo filiæ Pharaonis.

Trident. *Expositio Scripturæ Patribus omnibus aduersans prohibita.*

34. Dedimus, quæ ex Patribus contra Salomonis, eiúsque coniugis nuptias maximè facere viderentur, nec dissimulauimus; experiamur, an patrocinio locus antiquis, an fortasse plures manserint viæ. Atque initio aggredior, de penu illorum, quibus hæ nuptiæ inuisæ, depromere. Statuunt illi, veteres Ecclesiæ Magistros, quoties in Canticorum sententias inciderent, dulcore mysticorum sensuum delectatos, litteralem voluminis sensum inexplicatum prætermisisse. His ducatum præstet Iacobus Perez de Valentia, Episcopus Christopolitanus, epistola, quæ antecedit expositionem Canticorum: *Et secundum istum finem moralem, & anagogicum omnes sacri Doctores antiqui exposuerunt istum librum: vnde, sicut toti erant feruentes, & sancti charitate, non curabant de sensu prophetico huius libri: nam præsupposita fide, postquàm iam eramus redempti, non laborabant, nisi deducere animas ad amorem sui Sponsi: & sic Origenes, & B. Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & B. Bernardus, & Venerabilis Beda magis attenderunt in hoc libro ad sensum moralem, & anagogicum, quàm ad propheticum: in tantum quòd vix apud modernos intelligitur, & habetur sensus propheticus huius libri, propter causas iam dictas.* Et infrà: *Veruntamen valdè mihi difficile videtur, opus tam arduum aggredi velle; tum propter formam tractandi huius libri; tum propter defectum humani auxilij: nam omnes sacri Doctores antiqui, relicto sensu prophetico, & litterali, pro maiori parte exposuerunt istum librum quoad sensum moralem, & anagogicum.* In Christopolitani sententiam iuit penitus Prosper Rossetus proœmio in Cantica, lect. 1. dum ait: *Eo demum omnes vetustiores Patres, qui super hunc librum Commentaria scripsêre, propheticosensu relicto, & litterali, mysticè tantùm, hoc est, aut tropologicè, aut allegoricè, aut etiam anagogicè, illum interpretati fuerunt.* Adiungamus Prospero Petrum Nannium Alcmarianum epist. quæ vice prologi est ad Cantica: *Scripsêre in hoc Opus* (ait) *ex eorum numero, qui inter Græcos supersunt, Origenes Adamantius, & Gregorius Nyssæus: inter Latinos D. Gregorius Romanus Pontifex, Cassiodorus, Ammonius: Bernardus, aliique complures; sed non æquè clari, quos omnes ferè euolui: sed, quod pace tantorum virorum dixerim, cum exiguo emolumento: non, quòd eorum Opera non eruditissima, & plena bonæ frugis essent; sed, quòd ad meum institutum parum congruerẽt. Mihi in animo erat litteram fideliter interpretari, & verbis litteræ allegoriam attemperare, difficiliora vocabula exponere, allusiones historiarũ, rerúmque moralium annotare, antiquitatis obseruationes adscribere: quibus rebus plerique eorum vel nullam, vel perquàm tenuem operam intenderunt: toti sunt in allegoriis.* Veniamus ad proximiores Interpretes eos, qui ex deliberatione, Canticorum nodis extricandis incubuerunt. Michaël Gisserius præfationis cap. 6. *Nonnulli, in quorum numero cuncti ferè Patres, & qui Christiani Auctores ante nostrum sæculum exiterunt, spiritui tantùm mancipati, ita allegoriam exprimunt, vt allegoriæ corticem quem soni litteræ sensum appellamus, vel penitùs prætermiserint, vel sicco, quod dicitur, pede pertransierint.* Noster Gaspar Sanctius, quem melior dies nuper ad Superos transmisit, nemini à multis sæculis in huius Cantici declaratione, peritia secundus, præfat. ad Lectorem: *Scripsêre quidem multi* (inquit) *tam ex antiquis, quàm ex recentioribus, in hæc Cantica luculenter, ac grauiter præclara Commentaria: sed hi plerunque in spiritualem sensum intenti, de littera, id est, Grammaticali sensu, aut nihil, aut modicè laborarunt: gustare enim voluerunt suauem spiritus medullam: corticem verò durum, aut minùs gratum, aut non curarunt omninò, aut aliis arrodendum reliquerunt.* Antonius de Gueuara, quamuis non de vniuerso Canticorum codice; sed, cùm occasio daretur, ad cap. 2. Habacuc, interpretandi eius loci Cantic. 4. *Veni de Libano, sponsa*, &c. *Siquidem* (ait) *in hunc locum Canticorum incidimus, asperum sanè, & difficillimum; atque, vt liberè dicam, quod sentio, nulli adhuc nostrorum Interpretum, iuxta sensum, quem litteralem appellant, satis exploratum, & cognitum, explanare diligentius adnitar*, &c.

Prosp. Ross.

Pet. Nann.

Gisler.

Gaspar Sanctius laudatus.

Gueuara.

Canticorum litteralem sensum an Patres veteres attigerint? Iacob. de Valent.

35. Mihi supra modum violentum est, credidisse prætermissam à Patribus Canticorum litteralem significationem, præsertim quæ ad prophetiam spectat; quamuis non sim nescius, in æquali argumento scriptum à B. Gregorio prologo in lib. 1.

Scriptura litteralem sensum, an magis quàm mysticum, Patres amauerint?

Greg. Pap. Regum: *Sed hæc, nimirum, plana, ſicut placet ſimplicioribus, Doctores ſancti, vt digna ſublimitate perciperent; eorum intellectum non in ſimplicitate quæſierũt litteræ, ſed in volatu allegoriæ,* Qualia effata reperias apud Richardũ Sancti Victoris, prologo in viſionem Ezechielis. Nam, cùm plurimos delectatos priſcos fidei Præceptores ſpiritali & myſtico ſenſu docuiſſet: *Hinc contigiſſe arbitror* (ait) *vt litteræ expoſitionem in obſcurioribus quibuſdam locis antiqui Patres tacitè prætermiſerint, vel paulò negligentiùs tractarint: qui ſi plenius inſiſterent, multò perfectiùs proculdubio, quàm aliquis modernus, id potuiſſent.* Noui & Philonem de vita contemplatiua, & ex eo Cæſarienſem Euſebium lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 16. prodidiſſe, apud primos illos monaſticę vitæ beatiſſimos Anteſignanos, qui ſub Marco Euangeliſta apud Alexandriam floruerunt, non alias fuiſſe ſacrarum Litterarum enarrationes, quàm quæ conſtarent ex allegoriis; idque ipſum traditum à Ioanne Hieroſolymitano libro de inſtitutione Monachorum, cap. 31. Nicolaus quoque Lyrenſis prologo 2. in poſtillam Bibliorum, conqueritur inquiens: *Sciendum etiam, quòd ſenſus litteralis eſt multùm obumbratus, propter modum exponendi communiter traditum ab aliis, qui, licèt multa bona dixerint; tamen parum tetigerunt litteralem ſenſum: ſenſus myſticos in tantum multiplicauerunt, quod ſenſus literalis inter tot expoſitiones myſticas interceptus partim ſuffocetur.* Sed hæc, vt vera fuerint, illiſque temporibus conuenientia: atque vt docuerit Franciſcus de Ribera diſp. præuia ad Apocalypſim, cap. 5. pleroſque illius magnę reuelationis Explanatores, de veterum numero, magna ex parte hiſtorico ſenſu relicto, myſticis incubuiſſe conſiderationibus: ego, cùm de litterali ſenſu agitur, eum, qui ad vaticinationes de Chriſto, & Eccleſia ſpectat, à Patribus intactum fuiſſe, minimè vnquam conceſſerim: illum, qui de Salomone, Dauide, Palæſtina, circumiacentibúſque regionibus eſt, atque his ſimilibus, minùs proſecutos fuiſſe iuſtas ob cauſas, non grauabor tantis teſtibus conceſſiſſe.

Allegoria perfamiliaris primis Cœnobitis. Philo. Euſeb. Ioan. Hier. Nicol. de Lyra. Ribera.

36. Iam verò, ſi Patres Eccleſiæ de ſecundo hoc genere hiſtorici ſenſus, qui non Chriſtum, ſed Salomonem oſtendit, nihil egerunt, dum Cantica Canticorũm exponerent; quid eſt, quòd huius ſenſus Auctores Patribus aduerſari dicantur, cuius cogitatio nunquam Patrum animos ſubiit? Nouum quidem aliquid in lucem protuliſſe, & ſeniores quod latuerit, ſi quis dixerit, ferendus ſit: Patrum ſententiis inimica publico donaſſe, cùm tali de materia apud Patres nullæ ſententiæ, aut indoctus, aut cauillator tantùm aſſeruerint: aliud namque eſt, in exponendis Scripturis quidpiam ſtatuiſſe, quod iiſcum pugnauerit, quæ Patrum vnanimis fert conſenſus; hoc Tridenti ſacra prohibuit Synodus: aliud, nouam aliquam expoſitionem elaboraſſe, quam etſi Patrum nemo priùs inſinuauerit; eiuſmodi tamen ſit ipſa, quæ cum Patrum doctrina ſtare poſſit, nullique ſit offenſioni religioſis & eruditis Lectoribus. Huiuſmodi explanationis inuentorum eſſe gloriæ fuerit, & honori: quemadmodum Azorius noſter animaduerſor eſt lib. 8. moralium Inſtitutionum, cap. 2. quæſito 3. citans Dominicum Bañez 1. part. quæſt. 1. art. 10. dub. 6. docuit & Canus lib. 8. de locis, cap. 4. aſſerens, *in ſacris Bibliis loca multa eſſe, atque adeò libros integros, in quibus Interpretum diligentiam Eccleſia deſiderat; in quibus proinde iuniores poſſunt, & eruditionis, & ingenij poſteris ipſi quoque ſuis monumenta relinquere.* Docuit Baſilius Ponce de Leon 1. parte variarum, quæſt. 4. expoſitiua, cap. 4. docuit Alphonſus de Mendoça, quæſt. 2. expoſitiua, num. 2. Sed omnibus vt vetuſtate, ſic auctoritate prior Richardus Victorinus prologo in viſionem Ezechielis rotarum & animalium: *Sed nec illud tacitè prætereo: quòd quidam, quaſi ob reuerentiam Patrum, nolunt ab illis omiſſa attentare, ne videantur aliquid vltra maiores aſſumere. Sed inertiæ ſuæ eiuſmodi velamentum habentes, otio torpent; & alienam induſtriam in veritatis inueſtigatione, & inuentione deridentes, ſubſannant, exſufflant: ſed qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus ſubſannabit eos. Nos autem à Patribus pertractata cũ omni auiditate ſuſcipiamus, & ab ipſis omiſſa cum omni alacritate perquiramus, & ſagaciter inuenta cum omni liberalitate in commune proferamus, vt impleatur, quod ſcriptum eſt: Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.* Hęc Victorini documenta ſupra aurum fulgida ſequuntur, qui omiſſam à Patribus de filiæ Pharaonis nuptiis explanationem, in communem vſum producunt: erit vt tragœdias excitent homines ignauiâ enutriti, exſufflent, irrideant; haberi antiqua deſpectui, noua prævaleſcere inclament: fatale eſt huiuſmodi hominibus, quidquid ſua ex officina non prodiit, in ſuſpicionem vocare. Verùm, dum otio torpent, & aliorum tamen gloria lacerantur, eiuſmodi velamentum inertiæ ſuæ quærunt: at *qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus ſubſannabit eos.*

Basil. de Leon. Alph. de Mendoça. Rich. Vict.

Sed demus, ornandæ diſputationis cauſa, oppoſito priſcis Eccleſiæ luminibus tramite gradi eos, qui filiam Pharaonis in Canticum Salomonicum introducunt. Quid? Statímne exſibilandi? nullum ſuffugium manſerit? Dabo Melchioris Cani ad plurimas Theologicas quæſtiones vtile in primis dogma, is lib. 7. de locis: *Omnium* (inquit) *etiam Sanctorum auctoritas in eo genere quæſtionum, quas ad fidem diximus minimè pertinere, fidem quidem probabilem facit, certam non facit.* Sequuti Canum Martinez lib. 1. hypotypoſeon, cap. 14. Pererius tom. 1. in Geneſim, lib. 3. quæſt. 5. diſputationis de Paradiſo: *Licèt plurimi Doctores in vnam aliquam conueniant ſententiam,* (inquit,) *ſi ea non pertineat ad fidem Catholicam; ſed verſetur in eo genere rerum quæ ſalua fide Catholica in vtrãque partem tractari poſſunt: non ideò tamen eam opinionem argumentum facere in Theologia firmum, certúmque: nec vnius, aut paucorum contrariam ſententiam, hoc ipſo, quòd multitudini Scriptorum aduerſetur, abiudicandam & damnandam eſſe.* Hauſit ab Auguſtino inquiente lib. 2. contra Pelagium cap. 23. *Longè aliter ſe habent quæſtiones iſtæ, quas eſſe præter fidem arbitramur, quam ſint illæ, in quibus ſalua fide Chriſtiani ſumus,* &c. Hauſit ex Vincentij Lyrinenſis Commonitotio cap. 39. *Quæ tamen antiqua ſanctorum Patrum conſenſio, non in omnibus diuinæ legis quæſtiunculis, ſed ſolùm certè præcipuè in fidei regula magno nobis ſtudio, & inueſtiganda eſt & ſequenda.* Hauſit ex B. Thoma opuſculi decimi exordio, qui Auguſtinum profert & ſectatur; Adhæſit olim Præceptori ſuo Cano Bañeſius ex eodem ſodalitio 1. part. quæſt. 1. art. 8. dubio 5. concl. 3. aiens; *In rebus, quæ ad fidem non attinent concors omnium conſenſus probabilitatem affert, non tamen firmitatem:* citat eiuſdem ordinis ſacri palatij Magiſtrum quondam Silueſtrum Prieratem verbo Hæreſis, titulo 1. quæſt. 2. cuius legit veſtigia Antonius Cordubenſis lib. 1. quæſtionum Theologicarum, quæſt. 17. §. 1. concl. 2. & lib. 4.

Canus. Martinez. Perez. Canus. Auguſtinus Vincent. Lyrin. S. Thomas. Banez. Silueſter. Corduba. Stapletoni. Martinez. Eſcalante. Caniſius. Pereira. Thanerus.

37. *In quæſtionibus ad fidem non attinentibus, vt liceat à Patribus recedere?*

Nouæ Scripturæ interpretatio quæ ferenda? Azor. Banez. Canus.

lib.4.quæst.1.responsione ad 4.argum. *Nos enim non dicimus eos omnes in omnibus esse sequendos, sed in ea tantum sententia, quam circa fidem & mores omnes illi simul, aut etiam senior, & maior pars tulerit*; Similia statuunt Thomas Stapletonus Relectione scholastica principiorum fidei doctrinalium, controu.6. quæst. 4. titulo *explicatio articuli*, pag.632. & rursum in primi argumenti solutione Martinez lib.1.Hypotyp. cap.14. Ferdinandus de Escalante lib. 7. Clypei concionatorum, cap. 10. Ex nostratibus Canisius lib. 1. de B. Virgine cap.5.expressiùs Pereira tom.1. in Genesim, lib.3. quæst. 5. disputationis de Paradiso, & sub finem lib. 7. in Genesim, Tannerus 1. part. disp.1.quæst.5.dubio 1. num.10. Quod si opponas Tridentinam vetuisse Synodum, ne contra vnanimem Patrum consensum quisquam scripturas interpretetur; respondent intelligendam iis de locis, qui spectant ad quæstiones fidei; sicut quamuis eadem sacrosancta definiat Synodus authenticum esse vulgatum Bibliorum textum quoad omnes suas partes; explicant nihilominus viri grauissimi, & multi sanè, quos indicamus Anteloquio 7.sect.1.num.1.de erroribus contra fidem, aut bonos mores solùm: quare Melchior Canus vbi suprà, de loco ex Oseæ cap. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum, &c. *Porro* (asserit) *num in sensu literali, an in allegorico ad Christum referendus sit ad fidei quæstionem non pertinet; ita quamuis sancti in hoc falsi fuissent, non in re graui, sed quæ parui in Ecclesia momenti est, falsi fuissent.*

38. Ponamus itaque, opinionem pro nuptiis filiæ Pharaonis contra Patres ferè omnes esse: at hæc opinio eius generis est, quæ ad fidem non facit; sed citra fidei dispendium, aut ipsa, aut ei opposita sustineri queat. Nam, si asseras, Canticorum librum ad litteram tendere in Salomonis connubia, sic quidem, vt ea coniunctione significetur Christi cum Ecclesia matrimonium; quid in his fidei quod noceat? quæ inde offensio? huiusmodi enim expositionibus tota ferè scatet Scriptura, occidentem priùs quæ supponant litteram, & super hanc struant tropologicos, allegoricos, anagogicos sēsus. Sin verò affirmes de nuptiis humanis non esse sermonem; sed totam in solum Messiam & Redemptorem ferri litteram; quis eiusmodi dictum non secundùm fidei normam esse contendat? Itaque, in quamcunque te vertas partem, semper, quod ex fide asseras, inueneris. Sicut aiebat Canus numero antecedenti nominatus, siue affirmes, verba illa Oseæ: *Ex Ægypto vocaui filium meum*, de Christo allegoricè tantùm accipi; fidei decretis non obfueris: siue teneas de eodem ad litteram intelligenda; vtrumque cum fidei regula stabit. Patres igitur minimè offenderis, siue hoc, siue illud adstruas.

39. Sed violari obseruantiam eis debitam negari non posse dixeris, quibus, ne in iis quidem quæstionibus, quæ ad fidem non attinent, contradicere oportuit. Sic nos iudicamus constanter, sic optamus, sic volumus; modò tantisper ex aliorum, eorum quos citauimus scriptorum, quorum doctrina & authoritas insignis, placito: respondere igitur est tali irreuerentiæ, neque causas deesse, nec exempla, atque ideò veniam promereri; Non sanè causas, eiusmodi profectò, quæ Magnum Gregorium mouerunt (sed qualem Patrum cultorem nomino?) veterum relictis placitis, nouum aggredi expositionis genus illis, quibus librum Regum illustrauit, Commentariis: *Ad quam profectò sententiarum pronunciationem aliquando ex necessitate deuocor* (ait:) *quia & Patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam possent. Dum igitur sanctorum Patrum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando commoditate vtor.* Ergo, quoniam non vnum aliquod perpetuum narrationis filum in tradendo historico sensu Patres obseruarunt; sed sparsim, & sine ordine, hoc, aut illud exposuerunt; coactus est B. Gregorius, quò antecedentia consequentibus cohærere possint in literæ declaratione, atque adeò in allegoria, cuius basis est historia, posthabitis Patrum interpretamentis, singularem excogitasse historiæ seriem. Quòd si hæ causæ Gregorio, quantò eas sibi iure vendicant posteriores Cantici Canticorum Enarratores? Nam, vt demus, à Græcis nonnunquam literam declaratam; Origene, Nysseno Theodoreto, & inter Latinos aliqua tangere Aponium, Bedam, sæpiusque Bernardum; sed rara sunt hæc totius Operis comparatione, nullo inter se ligamento, nulla posteriorum dependentia à prioribus: certè illis potior de allegoria, quàm de litera cura, vt nemo non statim animaduerterit. *At eas ex iisdem verbis diuersissimas conficiunt* (ait Nannius epistola præludiali) *adeò vt quidam non ineptè dixerit, Canticum Canticorum esse primam materiam Philosophorum, omnium formarum, & allegoriarum capacem: atque adeò fieri non poterat, quin, si vnum sequereris, à cæteris non dissideas.* Pet. Nan. Gisslerius initio expositionis literæ, cap. 3. Cant. *Ex ingenti Doctorum numero* (ait) *qui librum istum interpretandum suscepêre, pars maior, prætermissa connexione, vel singulas sententias per se exponunt, vel ea tantùm connectunt, quorum manifesta apparet connexio.* Gisler. Patia scribunt Gaspar Sanctius prolog. 7. num. 20. Delrius cap.3. Isagogæ. Quò igitur ordinis scitâ, pulcherrimâque dispositione nequaquam carere Salomonis Carmen, verùm omnia mirificè alligari appareret; necesse fuit, eas destituisse Commentationes, quæ nullam cohærentiam præ se ferrent. Nam non ferendos eos, qui nullum certum ordinem, nullam continuatam, & interruptam seriem in Cantico Canticorum agnoscunt, multis, solidisque rationibus euincit noster Luysius de Alcazar notatione 9. procemiali, §. *Ab his*, &c. & editi recentissimè 2. tom. lib. 3. exordio. Sanchez. Delrius. Alcazar.

40. *Isaiæ accessio ad Prophetissam cap.8. an vera historia?*

Procedamus iam ad exempla. Isaiæ, quod describitur cap. 8. vaticinium: *Accessi ad Prophetissam*, &c. nemo ferè Patrum est, qui non ad Christum trahat, reiecto quouis alio litterali sensu, quo vel ipse Isaias intelligitur esse, qui ad Vatem accesserit, aut eius vxor Prophetissæ appellatione significetur: ac nemo quidem indubiè fauet sententiæ, quæ Isaiæ coniugē intelligit. Consulat Lector nostrum Gabrielem Aluarez tom.1. in Isaiam, qui *propterea adeò certam interpretationem* dicit, *vt nemo illam reiicere innoxius possit.* Gab. Aluar. Sed vehementiora multò sunt, quæ Cornelius noster ad id capitis: nam historicam de humano coniugio expositionem, Patres visus sequi, *crassam nominat, & Iudaicam; imò spurcam, & obscœnam æquè, ac Caluinianam*: & tamen hanc tam fœdam sententiam, tot maculis aspersam, & indignam, viri Catholici non pauci, in quibus summa & eruditio, & pietas enituit, promptè sustinuerunt: nec aliter moti, quàm quòd intelligerent, se in hoc exponendi genere Christum quærere; vaticinium verò sic facilè capi; & in primis, siue alium præterquàm de Christo litteralem constituas sensum Corn. à Lap.

siue omittas, controuersiam esse, quæ citra fidei damnum in vtramque partem disputari valeat.

Rich. Vict. S. Thom. *S. Thomæ adscripta falsò Operæ aliqua.* Sixt. Senen.

Huius opinionis adstipulatores sunt Richardus de sancto Victore lib. 1. de Emmanuele, cap. 8. S. Thomas postilla in Isaïam, si eiusdem Opus illud, ac non magis Thomæ Anglici, ex eodem Ordine, cognomento Georgij, quemadmodum Sixtus lib. 4. Bibliothecæ mauult, qui aliena Opera Angelico Doctori à cultoribus eius imprudentibus adscripta doluit, quasi ex voluminum numero & congerie, & non ex methodo tractandarum rerum laus solida petẽda sit: sed, vt sint Opera Britannici Thomæ, Auctor & ipse longè dignus, qui in pronunciati huius subleuamen vocetur. Sequuti ex eodem Ordine, quem modò nominauimus, Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, littera G. *Grandis liber*, &c. Forerius, Didacus Aluarez, vterque in cap. 8. Isaïæ, Arias Montanus, Vatablus, Isidorus Clarius, Michaël de Palacios: & ex nostro Sodalitio Emmanuel Sà, Mariana, omniúmque disertissimè Gaspar Sanctius, vniuersi ad c. 8. Isaïæ. Alterum exemplum est de Scripturis omninò deperditis, quas Eldram diuino instinctu iterum in memoriam reuocasse, dictasse de nouo, omnis penè antiquitas existimauit. Pete disputationem Leonis Castrensis de translationibus sacræ Scripturæ, & euolue cap. 43. contenta. Non terruit tamen iuniores tanta auctoritas, quin à prisco dogmate discederent veritate compulsi. Negarunt Genebrardus lib. 2. Chronologiæ: Pereirus præfat. in Genesim: Torniellus ad annum mundi 3447. Antonius Perez Pentateucho fidei, volumine 3. dub. 3 cap. 3. conclusione 3. Becanus in analogia, cap. 1. quæst. 4. Sed & duo Illustrissimi Cardinales actiùs loquuti sunt: Bellarminus tom. 1. lib. de verbo Dei, cap. 1. *improbabilem* censet: Baronius tom. 2. ad annum Christi 180. *mendacem & falsam* reputat narrationem. Atque cum prioribus Auctoribus minimè veram sententiam arbitratur Leonardus Marius, Theologus Colonienſis, tom. 1. in Biblia, prolegom. in sacram Scripturam, quæst. 3. sect. 1. Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum *Magnificat*, cap. 4. Serarius noster prolegomenis Bibliacis, cap. 12. quæstiuncula 1. Salianus tom. 1. anno mundi 3595. num. 6 Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 3. sect. 2. Bonfrerius præloquiis in totam Scripturam, cap. 6. sect. 7. Taceo referre, quantis veterum displicuit, Psalmos 44. & 71. ad litteram accipi de Salomone, vel bona ex parte aliqua: & tamen ea opinio, quæ Salomonem in illis Psalmis tanquam Christi typum spectat, quàm non sit testibus & rationibus destituta, poterit cupidus discere ex nostro Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 4. §. 1. & lib. 6. copiosiùs, cap. 16. & 18. Huiusmodi alia quamplura producere valemus, quæ varia lectio suppeditauit; sed maturo Lectori hæc sufficere putamus, ex quibus teneat, non esse temerè culpandos Scriptores, qui de nuptiis filiæ Pharaonis Canticum Canticorum explanauerint quòd Patrum sententias deseruerint, cùm, vt hoc facerent, non minores causas habuerint, quàm, vt inæquali argumento, neque alterius periculi, tot talésque Catholici Auctores, quibus pro dignitate laudandis nulla sufficiat eloquentia, idem exequuti fuerint.

Forerius. Did. Aluar. Arias Mont. Isid. Clar. Mich. de Pal. Mariana. Emman. Sà. Gasp. Sanch. *Num Esdras deperditas Scripturas iterum memoriæ recitauerit?* Leo. Cast. Genebrard. Pereira. Torniell. Ant. Perez. Becan. Bellarm. Baron. Marius. Benzon. Serar. Salian. Tena. Bonfrer. Pineda.

41. Sed monet me iam hora, vt non tam ex aliorum tripode, quàm ex nostro potiùs oraculo definiamus, quæ fuerit Patribus, quos sectionis fronte statuimus, mens. Assero, nequaquam aduersarios existere his, qui materiam Canticorum nuptias filiæ Pharaonis esse contendunt. Drama esse dicunt, comœdiam, fabulam. Sed, quid tandem drama? Iulius Scaliger Poëtices lib. 1. c. 3. *Genus dialogeticon esse tradit, quod quia gestu & actione quod voce profertur, exprimit, drama vocetur: δρᾶν enim Dorica lingua significat agere.* Nebrissensis in quinquagena, cap. 16. verbo, *Drama*, inquit *esse repræsentationem fabularum, in quibus introducuntur variæ personæ, vt in comœdiis & tragœdiis, dictum à δρᾶν, quod est agere.* Delrius noster eadem cap. 1. prolegom. ad tragœdias Senecæ. Huc respexerit Tertullianus lib. de pudicitia cap. 8. *Meminimus enim & histriones, cum allegoricos gestus accommodant Canticis, alia longè à præsenti, & fabula, & scena, & persona; & tamen congruentissimè exprimentes.* Puto igitur, virgines, quæ ante genialem thalamum Hymenæum canerent, sic cantare solitas, vt gestu & actione exprimerent voce quod meloda proferrent: nam ante cubiculum, seu thalamum genialem cantata nuptialia carmina, Epithalamij subindicat etymon: nam θάλαμος, cubiculum significat, vt sit cubiculare carmen, vti Scaliger declarauit lib. 3. Poëtices, cap. 101. Docet verò manifestis verbis Marcus Antonius Muretus ad nuptias Iuliæ, & Manlij apud Catullum. Fuisse autem de genere dramaton eiusmodi festiuos hymnos, Ecclesiastica attestatur Antiphona: *Ante thorum huius Virginis, cantate nobis dulcia cantica dramatis.* quemadmodum probè annotauit Nebrissensis ea, quam nominauimus, quinquagena: *Repræsentat namque Ecclesia* (ait) *Christi nuptias, in quibus canendum est Epithalamium, hoc est, carmen nuptiale, quale est illud Salomonis in Canticis Canticorum.* Itaque paucis verbis declaramus: quod puellæ Hymenæum voce simul, & actione exprimerent, drama nuncupatum est, non quia circa materiam confictam versaretur. Certè Philo de vita contemplatiua, nocturnas Monachorum, quos Ecclesiæ initia tulêre, psalmodias enarrans: *Cantant* (inquit) *hymnos in laudem Dei compositos, variisque metrorum, carminúmque generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non sine decoris, ac religiosis gestibus & accentibus, modò stantes, modò prorsum, retrorsumve gradum mouentes, vtcunque res postulat.* Quo Philonis loco, cùm animaduerteret Cæsar Cardinalis Baronius actionis, gestúsque cum voce coniunctionem, non veritus est interpretasse de Canticis dramaticis, tom. 1. anno Christi 60. num. 25. At in his, quid commentitium? Sed præstat retulisse Nicetæ verba ad orationem 42. Nazianzeni, vbi cùm Theologus de Isaïæ verbis cap. 36. *Quis est iste, qui venit de Edom.* &c. diceret: *Quòd si secundùm dramaticam illam apud Isaïam personarum loquentium inductionem*, &c. sic Scholiastes eius: *Has apud Isaïam interrogationes, & responsiones Theologus δραματοποιΐαν vocauit: non falsam compositionem intelligens, (quales sunt actus fabulosi,) sed genus scribendi ita institutum, vt personas loquentes habeat: Angelorum enim alij velut interrogantes inducuntur, alij velut respondentes.* Falsam igitur compositionem cùm dramata non claudant necessariò, sed dialogismum; non ex eo Canticorum liber de Salomonis coniugio cum filia Pharaonis, aliâve vera narratione non agere cẽsendus est, quòd à Patribus drama, siue comœdia, aut actio vocetur.

Iul. Scal. *Drama quid sit, explicatur.* Nebris. Delrius. Tertul. *Carmina ante nuptialem thalamum à virginibus modulari solita.* Muretus. Philo. Baron. Nicet.

42. Affirmes & *fabulam* nuncupari: huiusmodi autem vocem non nisi coactè aliter construi posse, quàm de commentitiis & fictis rebus. Verùm fabulæ

Fabulæ vocabulum verã historiã significare.

bulæ dictionem,quæ à fando ducitur, hiſtoriæ ſignificandæ nonnunquam accommodari aſſentiti ſunt Rutilius Benzonius lib.1.in Canticum, *Magnificat*,cap.3. Delrio in Senecæ Thyeſten.v.142. Martinez lib.1.hypotyp.cap.4. Bellarminus tom. 1.lib.1.de verbo Dei, cap.9. Ita ſumpſit Seneca epiſt.77.loquens de morte Marcellini : *In fabellam (ait) exceſſi non ingratam tibi : exitum enim amici tui cognoſces,non difficilem,nec miſerum.* Atque idem ipſe lib.3.de Beneficiis,cap.23. loquens de matrona ſeruata à mancipiis transfugis:*Sic ſeruata,nobilis fabula, & exemplum dominarum fuit*, &c.S.Hieronymus epiſtola ad Caſtrucium, rem, quæ accidit, narraturus : *Et ne veteres explicando hiſtorias longum faciam, breuem tibi fabulam narrabo.*Et præfat.in Danielem, aliquas eius libri partes,fabulas vocat. Prudentius prologo Hamartigeniæ,loquens de occiſione iuſti Abel, inquit:

Ergo ex futuris priſca cœpit fabula,
Factóque primo res notata eſt vltima.

Tanta ſuaſerint fabulæ nomine potuiſſe à Patribus vocari Canticum Canticorum, quin eiuſmodi ſermone innuiſſent commentitium quidpiam, & minimè quod ſubſiſteret: quo pacto & ad ſobriam ſignificationem traxeris inditum à Dionyſio diuinæ fictionis nomen; præſertim cùm reliquas multas Scripturarum partes eodem vocabulo comprehendat.Nyſſenus, atque Bernardus pro nobis ſtabunt : fatemur enim & nos figuratum eſſe loquendi vſum, picturam quoque eſſe: nam Salomone pingitur Chriſtus, eius coniuge adumbratur Eccleſia,totum ſub ænigmate, & figurata atque tropica locutione. Et tantis duo ſoli ſuperſunt,Auguſtinus, & Abbas Igniacenſis, qui narrationem rerum non verè geſtarum dicant, quos exiſtimo totum à parte nominaſſe, vt frequentiſſimè euenit:nam, vt ſuis ſedibus, iuuante Dei gratia,oſtendemus quæ cap.3.& 5. declarantur, de Sponſæ per plateas excurſu & vagatione, ſomno,non veritate contigerunt: & fortaſſe aliud eius generis aliquid.Ab huius Cantici partis materia,rei non geſtæ nomen vniuerſo Carmini datum ab ambobus.

43. Iam illa,quibus aſſerunt,nihil carnale, aut corporeum Canticorum volumine deſcribi, ſpiritalia eſſe cuncta, tranſcendere humana & caduca; exaggerationes ſunt,& hyperbolici modi, quibus caſtiſſimi hymni puritatem commendant: alioquin quotuſquiſque veterum, aut recentiorum eſt,qui non in dubium habeat,ſimilitudinem duci à nuptiis, quemadmodum eruditè expendit Legionenſis 3.ſua explanatione in cap. 1. Canticorum,euincítque & argumentis, & auctoritatibus manifeſtis?Nuptiæ autem quales eſſe poſſunt ſine corpore & carne, quando nubentes ſint duo in carne vna?Perluſtret vel modicè diligens Lector Seniorum paginas,reperiétque non aliud conatos, quàm omnem malæ cupidinis ſuſpicionem ab honeſtiſſimo carmine amouiſſe. Niſi fortè fuerit, quod in aliis profligandis erroribus, hoc quoque tuendo libro, Patribus contigerit: nempè ſolitos eos nonnumquam eo duci zelo, ſtudiíque ardore in confutandis Hæreticorum dogmatis, vt in alterum penè extremum inciderint, periculo neutiquam liberum.Vide huius rei non vnum ſpecimen apud Sixtum præfatione in librum 5.Bibliothecæ:apud Pinedam noſtrum lib.6.de rebus Salomonis,cap.18.Cùm ergo Iudæi,hóſque ſequuti Theodorus Antiochenſis, Mopſueſtiæ Antiſtes, aliíque Hæretici docerent, Canticorum librum impuritatibus & obſcœnitate ſcatere; Patres in huius erroris profligatione exceſſiſſe aliquantùm, vt non ratò dicerent, non ſolùm impuritatibus vacuum eſſe volumen,ſed eo nihil carnale tractari,ſpiritalia eſſe cuncta,terram non ſapere aliquid, de excelſis omnia.

Rutil.Benz. Martinez. Bellarm. Seneca. Hieron. Prudent. Luyſ. de Leon. *Patres in profuganda hæreſi ferè quaſi in aliud extremum aliquando deflectentes.* Sixt.Sen. Pineda.

SECTIO VI.

Canticum Canticorum, etſi de Salomonis nuptiis agat, non niſi ex Dei reuelatione conſcriptum. An Prophetæ vaticinationes ſuas omnes penetrarẽt? Num opus vt Spiritus ſanctus reuelet immediatè ſcriptori Canonico omnia? Fides & ſcientia numquid ſimul de eodem obiecto?

QVIDEM Lyrani argumentatio, putantis, Salomonem de ſuis nuptiis agentem, non fuiſſe à diuino Spiritu motum;propterea,quia ſemota reuelatione eiuſmodi cognitio haberi valeat,ſi cuius eſſet momenti & virtutis, probaret vtique de Scripturarum canone non pauca, neque exigua expungenda: nónne enim Salomon in ſe expertus plura de his, quæ aliis Tractatibus ſacræ auctoritatis pronunciauit? Vt illa præſertim, quæ de opibus,deliciiſque ſuis,Eccleſiaſtis cap. 2. Sed Moyſem à maioribus accepiſſe de his,quæ Geneſi leguntur,putat Pererius præfatione in 1.Pentateuchi volumen: tota verò Pentateucho diſperſa quantorum oculatus teſtis extiterit Moyſes? Iobum acta ſua exaraſſe veriori ſententiæ proximiùs perhibuit Pineda præfat.cap.3.Dauidis beata lyra quoties de rebus tractat, quas in ſe paſſus ſit Pſaltes ipſe?Sed,quid moramur, cùm Lucam habeamus Euangelij veſtibulo proclamantem,ordinare *narrationem rerum: ſicut tradiderunt, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis*? Et Ioannes dicat cap. 19. *teſtimonium perhibere eum,qui vidit*,ſemetipſum intelligens? Quamobrem,vt demus,Salomonem ſcripſiſſe,quæ per ipsũ geſta ſint,non ideò,modò iuſti æſtimatores fuerimus, cenſebimus, non à diuina virtute agitatum eum ad ſcribendũ.Potuit Salomon,vt erat poëſim apprimè doctus, Epithalamio ſuos, coniugíſque amores vtcunque celebraſſe vi ſola naturalis induſtriæ & acuminis:ſed eiuſmodi cecinisſe Hymenæum,qui prædiceret venturas Chriſti,& Eccleſiæ nuptias; atque non tantùm verbis, ſed rebus quoque loqueretur; quale Epithalamiũ meditantur, qui Salomone, & filia Pharaonis delineatos Meſſiam, eiúſque Catholicam Eccleſiam aſſerũt; abſq; ſupernaturali diuini Spiritus regimine, nec Salomon,nec alius quiſpiam mortalium valeat. 44.

Pererira. Pineda. Lucas c. 1. Ioann.c.19.

Quam ſuaſurus aſſertionem,præmoneo,Vates, quæ ſequuturis temporibus prophetarent, penetrare, & comprehendere ſolitos:itaque,quæ alios laterent, prophetantibus conſpicua erant. Sanè aliter accidere non potuiſſe, quin quæ vaticinarentur,intelligerẽt,exiſtimauit omninò P.Vaſquez tom. 1. in 1. part. diſp. 15. cap. 3. n. 8. Ioannes Alphonſus Curiel.lib.2.controu.1.in illud ad Hebræos:*Multifariam,multíſque modis*, &c. artic.2. à num.5.Prophetiam impropriè nominari, quam vaticinans non percipiat, affirmat P. Pereira lib. 12.in Danielem ad illa verba cap.10. *Anno tertio Cyri.* 45. *An propheta vaticinationes ſuas omnes penetrarent?* Vaſquez. Curiel. Pereira.

Salmeron. Ribera. *Cyri.* Salmeron tom. 1. prolegom. 10. quinquagena 2. canone 37. Ribera in cap. 1. Oseæ, num. 5. Ego, si de natura prophetiæ secundùm se sermocinemur, stare satis arbitror, quamuis prophetantem lateant vaticinanda: nam, vt fidei actus feratur in prophetiam, sufficit cognoscere à Deo reuelatam fuisse: Deus autem loqui & reuelare potest, quæ non valeat penetrare is, per quem loquitur: sicut per me potest quispiam aliis ænigma proponere, quin à me, qui hieroglyphicum describo, quid eo lateat, intelligatur. Fauet S. Thomas 2. 2. quæst. 172. artic. 4. ad 2. & quæst. 173. artic. 4. in corpore. P. Serarius in prolegomenis Bibliacis, cap. 19. quæst. 8. P. Gillius tom. 1. in 1. partem lib. 1. tract. 7. cap. 4. num. 9. Pater Fassolus ad artic. 10. primæ quæst. 1. partis, dubit. 7. De facto tamen pleraque à sacris Vatibus ex his, quæ prædicerent, comprehensa fuisse, iminimè dubitauerim: Augustinus nāque imperfectū genus vaticinij reputat, quando prophetantem fugit eorum, quę prędicit, significatio: hæc eius verba tom. 3. lib. 12. de Genesi ad litteram, cap. 9. *Proinde quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erat Propheta; magisque Propheta erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset quàm ipse, qui vidisset.* Nemo autem prudenter dixerit, tam magnis viris, tam dulcibus amicis apud Deum, quales Moyses, Dauid, Isaïas, Salomon, longo tempore prophetię imperfectioris donum concessum. Quid, quòd, *Videntes* dicuntur, quia vaticiniorum arcana cernerent, non cæcutirent in eorum conspectu?

S. Thomas. Serarius. P. Gill. Fassol. August.

46. Ad scopum itaque. Materia Canticorum sunt nuptiæ Salomonis cum regia Ægyptiaca puella, non nudè sumptæ, & secundùm occidentem litteram tantùm; sed quatenus præsignabant coniunctionem Christi & Ecclesiæ: quidni enim præsignarent, quemadmodum reliqua connubia, de quibus passim Scripturæ? At Salomon nequaquam scire poterat, eiusmodi nuptias ab Spiritu sancto in typum Christi & Ecclesiæ assumptas, ni ipse Spiritus sanctus id reuelasset: nam alioquin, vnde in cor hominis, certa præsertim scientia, tali de re ascenderet quam liberum erat ipsi Spiritui sancto, aut fecisse, aut omisisse? Igitur, etsi Salomon suos cum vxore amores describeret; adhuc diuinâ indiguisset reuelatione, manifestante futuros eas per nuptias delineatos euentus.

47. *An opus, vt Spiritus sanctus reuelet immediatè Scriptori canonico omnia?* Canus. Bellarm. Ant. Perez. Basil. Ponc. Ad hæc concedamus, Salomonem non eguisse reuelatione Spiritus sancti sibi immediatè facienda: nam huiusmodi necessariam minimè fuisse S. Lucæ, quòd ab his, qui viderant, acciperet; neque similiter Sancto Marco, quod aut abbreuiaret Matthæi Euangelium, aut de ore Petri sumeret; censuerunt Melchior Canus lib. 2. de locis, cap. 18. responsione ad 1. argumentum: Bellarminus tom. 1. lib. 1 de verbo Dei, cap. 15. §. *Respondeo, Deum.* Antonius Perez in fidei Pentateucho, volumine 3. dub. 12. cap. 3. num. 4. Basilius Ponce de Leon 1. parte variarum, quæst. 4. expositiua cap. 1. imò, neque mediata, nec immediata reuelatione aliqua opus habere Scriptorem canonicum, certis casibus decernit. Do clausulam de verbis ipsius: *Non enim semper necesse est* (inquit) *vt Deus sacro Scriptori, quæ scripturus est, propria reuelatione manifestet: nam scribunt sæpè res sibi euidenter notas, atque compertas, quas Deus illis, cum eas litteris mandarent, non reuelauit; sed tantùm, vt scribere eas vellent, ipsos mouit, & dum scripsêre, manutenuit, ne deciperent, aut deciperentur in scribendo.* Sed hoc quemadmodum Doctores hi concedunt, sic adiungunt, Scriptorem sacrę auctoritatis Spiritum diuinum peculiariter sibi assidentem habere, ne qua in re fallatur, ne cui subiaceat errori calamus: atque hinc enascitur, vt vnus Euangelista hæc potiùs referat, alius illa, cùm rem vterque sciuerit aut edoceri potuerit ab his, à quibus cætera didicit: nempe, quia Spiritus singulariter eos regit, atque impellit. Sic igitur, quamuis daremus Lyrano, conscriptas à Salomone nuptias suas absque omni reuelatione; non inde sequatur legitimè, diuinum & prophetale Canticum non esse, atque de canone Scripturarum; cùm Scriptura reputetur, non solùm id, quod ex Dei reuelatione scribitur; sed etiam quod cum ipsius instinctu peculiari profertur.

Meliùs tamen doceri arbitror à nostro Pereira præfat. in Genesim, vt pro canonicè scriptis aliqua habeantur, necessariam esse Dei immediatam reuelationem, quamuis illa sint de eo genere rerum, quarum nobis anteà certa, aut cogitatio, aut experientia fuit. Accipe, quod dictum hoc probet. Quidquid canonicus Scriptor loquitur, id ipsum Deus loquitur. *Multifariam, multisque modis,* (inquit Paulus cap. 1. ad Hebræos) *loquens Deus Patribus in Prophetis:* & illa tam vsitata, tam crebra vox: *Hæc dicit Dominus,* &c. Imò Deus est, qui præcipuè & potiori iure loquitur: adeò vt, si Deum locutum esse constet, parum curandum sit, quis immediatè pronūciauerit, Ieremias, scilicet, an Daniel, an Oseas, aliúsve de Prophetis, ex plurium sententia docet Pineda præfatione in Ecclesiasten, cap. 2. num. 21. Scriptoris igitur canonici locutio, Dei sermo est: At Dei locutio, reuelatio est ipsius Dei: quo enim alio modo Deus reuelat, nisi loquendo? Ergo canonicus Scriptor nequit quidquam profari canonicè, etiam ex his, quæ expertus est, nisi per Dei reuelationem: nam id est canonicum esse, Dei verbum & locutionem esse. Quò itaque Salomonis Canticum Dei locutio, & verbum haberetur à credentibus, opus fuit, vt Spiritus sanctus per reuelationem Salomoni manifestaret, quæ anteà ipse nouerat. Constat itaque variis ex causis, deceptum Lyranum, dum putat, nuptias Salomonis cum filia Pharaonis, non potuisse canonicè, & ex Spiritus sancti reuelatione scribi, quòd eas in se expertus fuisset Salomon.

48. Pereira. Heb 1. Pineda *Canonicam esse Scripturam, quid faciat?*

Fortasse se defendat Nicolaus Lyrensis, quòd existimet, si semel tribuamus, reuelationem Dei ferri in eadem, de quibus aliunde Salomoni euidentia; sequi posse, Salomonem circa idem obiectum, & scientiam, certámque notitiam habere, & fidei quoque assensum; certam quidem cognitionem, quòd ea essent, quæ Salomon ipse vidisset, tractasset, locutus fuisset; fidei actum, quia eadem cùm Deus reuelasset, ideò credi potuissent, quoniam à Deo reuelata, ac proinde ex fide. Porrò ex horum actuum coniunctione, non modica enasci inconuenientia docuêre Theologiæ Principes, Angelicus Thomas, & quod nostra Hybernia produxit immortale decus, Scotus: ille 2. 2. quæst. 1. articul. 4. & 5. hic in 3. distinct. 24. quæst. vnica, §. *Ad quæstionem,* aliique de melioribus Theologicæ palæstræ. Verùm hæc obiectio aduersùs Cantici Canticorum materiam peculiariter non facit, cùm pleraque sint in Scripturis, quorum testes fuerunt iidem qui scripserunt; eorum dico quæ historia continet, quemadmodum Sectionis huius ingressu aduertimus. Hæc

49. *An fides, & scientia circa idem obiectum versari possint?* S. Thom. Scotus.

igitur

igitur quamobrem, quatenus à Deo reuelata, per fidem credere non valerent? De iisdémque cùm certi & indubitati testes fuerint, cur euidentem cognitionem habuisse negauerimus; Nónne Paulus ad Hebræos cap. 11. inclamat, *Credere oportere accedentem ad Deum, quia est?* Et tamen esse naturali lumine euidenter cognoscitur: à priori ratio est. Quamuis fieri non possit, vt ex vi eiusdem motiui, & rationis formalis, idem obiectum clarè, & obscurè cognoscatur: nam claritas, quatenus talis, excludit obscurum, aut negatiuè fundando realiter carentiam eius, aut saltem præcisiuè, (quod dico ratione actus vnius, & indiuisibilis à parte rei, diuisibilis tamen per intellectum genere præcisionis possibili, qui simul sit fidei, & scientiæ,) separando per rationem motiuum claritatis à motiuo obscuritatis. Sed respectu differentium motiuorum accidere posse quid resistat? Difficile fuerit implicantiam protulisse: quare in eam sententiam libentes imus, quæ adstruit, posse circa idem obiectum materiale, per diuersa motiua formalia versari actus fidei, & scientiæ: tum, quòd veritati magis consonam; tum, quòd Scripturis explicandis apprimè conuenientiorem æstimamus. Habet pro se de veteribus, Bonauenturam, Alensem, Albertum, Altisiodorensem, Gabrielem: de neotericis, P. Suarez disp. 4. de fide, sect. 9. num. 7. & qui prædictos priscos Doctores citat, Valentiam tom. 3. in 2. 2. disp. 1. quæst. 1. puncto 3. §. 2. & rursus eiusdem disputationis quæst. 5. puncto 1. Catharinum & Salmeronem in illud cap. 11. ad Hebræos; *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est*, &c. P. Petrum Hurtado de Mendoça, qui cum Valentia tuetur etiam, posse eundem indiuisibilem realiter actum, ferri tanquam per duas rationes formales inadæquatas, adæquatam vnam constituentes, in idem obiectum ex motiuo fidei pariter, & scientiæ. Sic ille primùm disp. 10. de anima, sect. 5. à §. 59. deinde disp. 30. de fide, sect. 2. Quem ego Virum cum honore libenter nomino, propter eruditionis, & sapientiæ præstantiam; atque vt hac qualicunque memoria & laude rependerem Præceptori optimo, quo aliquantùm in Theologicis vsus sum.

Hebr. 11.

Bonau. Alens. Albert. Altisiod. Gabriel. P. Suarez. P. Valent.

P. Pet. Hurt.

SECTIO VII.

Canticorum volumen ob nuptias Salomonis historiam & dici, & haberi, nullum incōueniens est. Quibus regulis verarum narrationes materiarū in Scriptura dignoscendæ? Quando litteraliter quando mysticè aliquid interpretandum? Parabolæ an rerum verè gestarum? Obiter de Sponsi, Sponsæque nominibus, patriâ, religione, fortunâ aliquid.

50. EGO themata eorundem terminorum putaui semper; aut asserere, materiam Cantici Canticorum esse veras nuptias, Salomonis, videlicet, & puellę de regia Ægyptiorum stirpe; aut asserere, eandem materiam, historiam meritò & haberi, & dici: quid enim historia, nisi verarum rerum narratio, quæ acciderunt? accidit autem verè, Salomonem generum extitisse Pharaonis, vt Scripturæ 3. Regum, cap. 3. testantur. Definio tamen, quamuis Salomonem de nuptiis filiæ Pharaonis agere in Cantico Canticorum minimè exploratum esset; adhuc tamen historiæ tanta relucere vestigia, vt is, qui historiam nominaret, nequaquam temerarius, aut indiligens censeri debuerit. Certè illud Patrum, & Interpretum satis frequens documentum est, cùm de historiæ agnitione ex Scripturis disputatur; nempe, eam historicam, & non confictam narrationem esse existimandam, cùm personarum, de quibus agitur, nomina proferuntur. Quid, si patria, conditio, si locus, si occasio, atque tempus? Tum quidem ne leuis dubitandi ansa relinqueretur. Patres plurimos huius pronunciati constantes assertores producit noster Pineda præfat. in Iob, cap. 1. num. 7. Sanchez prolog. 1. in Iob, num. 12. Tena Isagogæ in sactam Scripturam lib. 2. difficult. 5. sect. 3. Cantapretensis lib. 1. hypotyposeon, cap. 3. qui omnes ex hac regula probant, librum Iob historiam esse, & rerum, quæ euenerunt, seriem. Qua etiam ex regula Patres omnes, excepto vno Theophylacto, (quem ideò perstringit Cantapretensis) vt asserunt Pineda, & Auctor hypotyposeon, colligunt, quæ de vorace diuite, & Lazaro scribuntur Luc. cap. 16. non parabolicè, verùm iuxta historiam acta fuisse. Sed, an vnus Theophylactus parabolam vocauerit, docebit te noster Maldonatus in cap. Lucæ allegatum. Denique historiam esse, quòd Oseas fornicariam vxorem duxerit, cùm ea sit nouorum, & veterum Interpretum attestatio, vt velit Salianus tomo 4. anno mundi 3227. num. 7. hinc tamen potissimum argumentum eliciunt, quòd nomina personarum legantur: Cornelius ad cap. 1. Oseæ, Acosta lib. 2. de Christo reuelato, cap. 15. & Ribera, post allata multorum Patrum effata: *Cùm ergo* (ait) *Oseas & nominis sui, & mulieris, patrísque meminerit; non est dubitandum, quin vera fuerit historia.*

Regula: Cùm nomina personarum in Scripturæ narratione reperiuntur, historia est.

Pineda. Sanchez. Tena. Cantapr.

Theophyl.

Maldon. *Oseæ narratio de vxore fornicaria, an historia?* Salian. Cornel. Acosta. Ribera.

51. An autem hæc tam celebris regula adeò certa sit, ac communiter Scripturarum tractatores supponunt Criticis expendendum relinquamus. Scimus Cornelium Iansenium, hominem ob præclaras in Euangelia, Dauidis, atque Salomonis Opera, conatus, optimum inter Ecclesiasticos Scriptores locum fortitum, cùm in hanc regulam incideret agentem de mendico, & locuplete purpurato, asseruisse, inefficacem probationem esse historicæ narrationis, quæ à nominibus sumitur. Atque huic tanto Viro nequaquam inferiorem nostrum Maldonatum, cùm Luc. cap. 16. commentaretur, argutè dixisse, inde potiùs coniiciendum, historiam esse, quòd potentioris nomen supprimatur: vituperaturus enim Christus ventris mancipium, quòd sciret non simulatam, sed veram esse narrationem; (nam, quæ ficta, vt non subsistunt, sic neminem lædunt;) noluit personam, sed vitium onerare: pauperem, quòd in commendationem eius cederent dicenda, publici iuris fecit. Ad hoc monstratuti sumus num. 53. parabolarum materiam sæpè esse rem eiusmodi, quæ apud mortales verè contigerit. Quis autem ex duabus narrationibus, quarum cuiusque acta acciderint, hanc historiam propterea solùm appellari putauerit, quòd huius, aut illius nomen proponat; illam, cùm non minùs agat de iis, quæ citra figmentum euenerint,

Regula, quòd nomina personarum, historiam esse innuant, an certa? Iansenius commendatus.

Maldon.

hiſtoriæ tamen titulo indignam, quòd, quales fuerint rerum agendarum perſonæ, propriis nuncupationibus non diſtinguat? Quid, quòd Euangeliorum textus paſſim nobis referat patrata miracula, quin nomina eorum, qui ſanitatem receperunt, adſcribat? Sic de Chananæa, ſic de Centurione, ſic de aliis diuerſis, quin vſque in hanc diem ſciamus, qua appellatione gauderet, aut Syrophœniſſa, aut Centurio, aut femina ſanguinis fluxum patiens. Notauit Gregorius Papa hom. 2. in Euangelia, in illud Luc. 18. *Factum eſt autem, cùm appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam*, &c. *Ecce enim* (inquit) *quis iuxta hiſtoriam cæcus iſte fuerit, ignoramus: ſed tamen, quid per myſterium ſignificet, nouimus.* Et in his ſingulis, quibus paſſim Euangelia affluunt, quid imaginarium & confictum?

Greg. Papa.

52. Atque hæc cùm ita ſe habeant, libet tamen argumentari ex communi doctrina, vt cùm ea affirmati de Canticorum materia quiſpiam inſpexerit, quæ communiter mortales ſentiunt, deſinat tandem mirari, & frontem velut ad inſolita contrahere. Ergo vulgatum placitum eſt, quoties perſonarum nomina in medium proferuntur, hiſtoriam eſſe intelligi; idque multò efficaciùs, ſi præter appellationem nudam, aliæ plurimæ circumſtantiæ exprimantur, loci, temporis, ſtatus, & ſimilia: Atqui cuncta hæc Canticorum volumine elucent: Eiuſmodi igitur volumen hiſtoriæ vocabulo nominaſſe, qualis fuerit noxa? Minorem ſeriatim probo. Nam ſponſa Salomonia (ſeu, quod idem eſt, Sulamitis) nominata, ſiue id à ſponſi nomine, vt voluit Theodoretus, Titelmannus, Cyprianus Ciſtercienſis, Genebrardus, Delrius, Almonacirius, Cyprianus Suarez in manuſcriptis Notationibus, Menochius, Ludouicus de la Puente; Ludouicus ille meus, quocum per annos conuixi, ſanctitatis ardens exemplar, pœnitentiæ ſpecimen, ſacrorum librorum indefeſſus amator: ſed quid non ille? Vir de Heroüm temporibus. Omnes ad illud c. 6. Canticorum: *Reuertere, reuertere, Sulamitis*, &c. Siue ab vrbe Solymorum, quaſi Solymitana, quemadmodum ſtatuêre duo Ludouici, Legionenſis, & Sotomaior, quam etiam ſententiam indifferenter tradunt cum præcedenti, Titelmanus, Almonacir. Ludouicus de la Puente, Alcazar; ſiue demum à genitore ſuo, cui Salomon nomen, ita vocata, vt putat Rex Matthæus Cantacuzenus ad illud Cantic. 6. *Reuertere, Sulamitis*, &c. Porrò ſponſi nomen Salomonem eſſe docet Petrus Nannius ad illa cap. 3. Cantic. *En lectulum Salomonis*, &c. Gaſpar Sanchez prolegom. 2. in Cantica, & omnes illi nuper commemorati, qui nomen ſponſæ à ſponſi appellatione deriuatum perhibuêre. Iam natales eius fuiſſe admodum obſcuros, vtpote quam mater præ rerum anguſtia coacta ſit in ſyluis ſub pomifera arbore edere, docent ad illud Cantic. 8. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua*, &c. Commentarius trium Patrum, Sotomaior, Delrio, Mariana, Gaſpar Sanchez, Alcazar tom. 2. lib. 3. ad verſum 1. cap. 1. Canticorum. Educationem quoque in ſordibus, & egeſtate, primámque traductam ætatem inſinuant ſatis Theodoreti verba ad illud Cant. 1. *Nigra ſum, &c. Laceris quondam obſita pannis, nunc in veſtitu deaurato circundata varietate, regiam obtineo dignitatem.* Indicat Aponius initio lib. 1. in Cantica: *Ex captiua* (inquit) *libera, ex peregrina ciuis, ex ancilla domina, ex viliſſima Regina.* Bernardus ſerm. 30. in Cantica: vbi præmiſſo litterali ſenſu ad myſticum, planè ſenſiſſe videtur, ſponſam Canticorum ſub prima vitæ ſpatia vinearum excubiis, & cuſtodiæ inuigilaſſe: inde denigratam, & ſubfuſcam redditam putant Legionenſis, Sotomaior, Placidus Nigidius, Giſlerius. Patriam autem ſponſæ Libanum fuiſſe ex iis cap. 4. Canticorum verbis: *Veni de Libano, ſponſa mea*, &c. colligunt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 11. Theodoretus, & Philo Carpathiorum Antiſtes, ad citatum Canticorum locum: Rupert. vocans notam penè omnium doctorum ſententiam. lib. 7. de diuinis officiis, c. 25. Athanaſius in Synopſi, niſi mauis expoſitionem eſſe Euſebij Pamphili, vt aliàs monuimus: Gaudentius, Brixienſis Epiſcopus, tractatu 8. Sotomaior, Genebrardus, Sanchez, Petrus Nannius ad præfata c. 4. Canticorum verba: Gueuara ad illa cap. 2. Habacuc: *Quia iniquitas Libani*, &c. noſter Magallanius ad cap. 6. Ioſuë, annot. 3. ſect. 3. num. 5. ex noſtris item Villalpandus ad cap. 27. Ezechielis, ad illa: *Abietibus de Sanir*, &c. qui omnes Auctores ferè & inde colligunt, ſponſam Canticorum ex paganiſmo fuiſſe. Sanctorum præſertim, Patrúmque dicta id principaliter denotant: idipsúmque Origenes hom. 1. ex quatuor: Theodoretus ad illa cap. 1. *Nigra ſum.* Anaſtaſius Sinaïta lib. 8. in Hexameron. eadem verba interpretans: Auguſtinus tomo 10. ſerm. 201. eundem locum explicans, eadémque exponens verba. S. Petrus Damianus ſerm. 1. de S. Marco Euangeliſta. Tres Patres ver. 5. c. 1. *nolite me conſiderare* &c. ibidem Hortulanus. Locum, vbi pleraque peracta ſunt, Hieruſalem & adiacentia ſuburbia fuiſſe opinantur Luyſius de Leon explanatione 3. in caput 1. Canticorum: Placidus Nigidius prologo in Cantica. Tempus autem nuptiarum non aliud quàm veris iucundiſſimos menſes fuiſſe docent ex illis Canticorum verbis, cap. 2. *Iam hyems tranſiit*, &c. Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 3. num. 1. & ex eo Salianus tom. 3. ad annum mundi 3022. num. 120. Placidus Nigidius præfat. in Cantica. Prætereo in multis alluſionem eſſe ad aulam Salomonis, réſque eius celebriores: quamuis eum non eſſe ſponſum doceatur, quemadmodum peritè animaduertêre Titelmanus ad illud Cant. 3. *En lectulum Salomonis*. Genebrardus ibi, & ad verba cap. 8. *Vinea fuit pacifico*, &c. Cyprianus Ciſtercienſis ad eadem verba: Giſlerius præfatione in Cantica, cap. 3. Tanta igitur, tam varia notitia de ſponſa Canticorum, de tota nuptiarum materia, patris, patriæ, nominis, fortunæ, religionis, loci, temporis cognitio ex tam probatis teſtibus cur non ſuffecerit, vt quemadmodum alia cuenta, de quibus longè minor comprehenſio habetur, hiſtoriarum nominibus celebrantur, ita hæc Scriptura legitimè hiſtoria dici queat?

Sponſa nomen, Salomonia.

Theod. Titelm. Cyp Ciſt. Genebr. Delr. Almonac. Cypr. Suar. Menoch. *Ludouici de la Puente encomium.*

Luyſ. Sotomaior.

Cantacuz.

Nannius. Gaſp. San.

Plac. Nig. Giſler.

Tertul. Theod. Philo Carp. Rupert. Athanas.

Gaudent.

Nann. Gueuara. Magall. Vallalpand.

Theodoret. Anaſt. Sin. Auguſt.

Damian.

Luyſ.

Nigid.

Pineda.

Salian. Nigid.

Titelman. Genebrard. Cypr Ciſt. Giſler.

Sponſa Canticorum ignobilis, & pauper.

Comm. 3. Patr Sotomaior. Delrio. Mariana. Gaſp. Sanch. Alcazar.

Spõſa ethnica: patria eius, Libanus.

Apon.

Bernard.

Alter canon ad hiſtoricum in Scripturis ſenſum indagandum, cum primis accommodatus & vtilis eſt, quem Ribera tradit ad illa verba cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c. conſiderandum, nempe, attentè, an ea, quæ ſecundùm litteram de Salomone, Dauide, aliiſque pronunciantur, eius generis ſint, quæ in tales perſonas, propter magnitudinem & rerum ſublimitatem, cadere non poſſint: & tum quidem, indicioeſſe nomina Salomonis, Dauidis, atque aliorum, tranſlatè ſolùm accipi, & impropria ſignificatione, ſic vt præter nomen tantùm aliud eo tempore & loco de Dauide, aut Salomone non dicatur: ſin verò ciuſmodi

53. Ribera. *Regula. Cùm res excedunt perſonas, de illis myſticè, & non hiſtoricè eſt ſermo.*

eiusmodi res sint, quæ Salomonis, alteriúsve potentiam, aut vires non superent, nequaquam ad tropicas locutiones deflectendum: sed Scripturarum voces, provt sonant, intelligendas esse. Quam eandem regulam priùs tradiderat ad cap. 2. Zachariæ, num. 1. cuius iuuamento & subsidio, magnis se laboribus sæpè liberatum fuisse protestatur, in dignoscenda litterali sacrorum Voluminum intelligentia. Hoc ipsum documentum offert noster Cornelius à Lapide canone 5. ex his, quos ad Isaïam præfatus est: Leo Castrensis ad principium cap. 13. Isaïæ. Alphonsus de Mendoça relectione de vniuersali Christi regno; num. 4. citans eiusdem dogmatis assertorem Ioannem Driedonem lib. 3. de dogmatibus sacræ Scripturæ, tract. 3. cap. 5. qui omnes in hoc sequuti sunt Augustinum tom. 7. lib. de vnitate Ecclesiæ, cap. 8. *Psalmus septuagesimus primus* (ait) *In Salomonem, titulatur: sed, quia ita dicta sunt, quæ in illum Regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt, etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissimè defendunt: talia enim dicta sunt, de quibus dubitari non possit, quòd ad Christum pertineant.* nimirum, quòd eiusmodi sunt, quæ eo Psalmo referantur, Salomonis vt potentiam longè superent, neque sciamus in eo adimpleta, nisi Scripturas contortè admodum interpretari velimus. Huic documento affine est aliud, atque cognatum; nempe, iuxta litteram explanandos esse sacrorum Codicum tractatus, quoties talis expositio, indecens aliquid secum non aduehit, prætérque honesti leges, vt obseruauit noster Sanchez ad cap. 1. Oseæ, num. 15. Quare hinc arbitrati sunt nonnulli, quod Oseæ principio scribitur de fornicaria vxore ducenda; & quæ Isaïæ cap. 8. narrantur de accessu ad Prophetissam, somnio tantùm, & per visionem contigisse, quòd indecora putarent, quæ re ipsa acciderent. Dixit Augustinus breuibus verbis, tom. 3. lib. 1. de doctr. Christiana, cap. 10. *Et iste omninò modus est,* (ait) *vt quidquid in sermone diuino, neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem propriè referri potest, figuratum esse cognoscas.* His animaduersis, ita infero. Quæ Canticorum volumine quoad litteram describuntur, eiusmodi sunt, quæ Salomonis, alteriúsve de optimatibus vires, potestatémque non excedant, putà, currus habere, & gestoriam lecticam, quam sexaginta ex fortissimis Israël ambiant, arte, atque diuitiis operosam, sub lacunari cypressino commorari, feminarum mandras gynæceo claudere, in his sexaginta Reginas & octoginta concubinas. Prætereà in istis cæterísque, aut dictis, aut factis toto sacri Carminis decursu nihil indecorum, & contra honestum, vt ex cuiusque sententiæ discussione propriis sedibus, Deo conniuente, patebit. Denique, quod Augustinus requirebat nihil sit, quod non ad fidei veritatem referri valeat, cùm omnia de Christo & Ecclesia construantur, aut secundùm mysticam significationem, quod satis supérque erat, aut etiam iuxta litteram, vti ostendebamus suprà sect. 4. num. 24. Igitur nullum restat impedimentum, cuius gratia Canticum Salomonis historiam minimè, aut dicendam, aut habendam arbitremur.

Cornel. — Leo Castr. Alph. de Mendoça. — Ioannes Driedo. Augustin. — *Regula: Quod indecentia & absurdum affert secum, non est iuxta litteram interpretandũ.* Gasp. Sãch. — Augustin.

54. *Parabola, an rerum verè gestarum narrationem contineant?*

His sufficienter probauimus, nisi nos existimatio decipit, ex notissimis positiuæ scientiæ principiis, Canticorum librum, historiam appellandum esse. Verùm, quoniam de nomine tantùm rixari minimè vellemus, deme historiæ titulum, voca parabolam; quid ad nos, hoc, an illo nomine dicas, dummodo tribuas narrationem esse rerum, verè, non cum figmento gestarum. De hoc vnica contentio est. His non obstare, quòd parabolam plerique nuncupent, (si tamen ita vocant) decertamus. Ducunt nos ad has cogitationes non imbecillis manus: Damascenus in primis serm. *De his, qui in fide hinc migrarunt.* Alcazar, qui & rem prudenti argumentatione firmat notatione procœmiali 15. in Apocalypsim: P. Vasquez tom. 1. in. 1. part. disp. 15. cap. 4. Rodericus Dosma, Canonicus Pachensis, lib. 2. de auctoritate sacræ Scripturæ cap. 8. Antonius de Gueuara in cap. 2. Habacuc, num. 124. vbi exempla adducit ex narrationibus de filio prodigo, & Lazaro atque diuite: Maldonatus ad c. 12. Lucę, parabolas ex rebus vsitatis desumptas asserit: Gaspar Sanchez agens de Canticorum argumento, præfat. ad lectorem: & idem ad principium cap. 12. lib. 2. Regum, historiam existimat, quod de ouicula in sinu pauperis dormiente refertur; cùm tamen omnium calculis parabola habeatur. Garcia Galarza lib. 2. Euangelicarum Institutionum, cap. 18. historias esse affirmat, & rerum compertarum relationes, eas parabolas, quæ similitudinibus constant; quales illæ, regnum cœlorum simile dici thesauro abscondito, homini negotiatori margaritarum præstantium, sagenæ missæ in mare, & eiusmodi aliis. Parabola igitur cùm possit esse de veris euentibus, & in eo distinguatur ab historia, quòd latioris sit significationis; nempe, quia ad narrationes rerum confictarum, cum veri tamen similitudine, & imagine, aut etiam ad impossibilium figmenta se extendat: atque cùm ad repugnantia fertur, *Apologus* nominetur; cùm de veris agit successibus, *Historia* vocetur; cùm de veri speciem habentibus, quæ potuerint accidisse, aut aliquando acciderint, *Parabola* cum vocis appropriatione dicatur; nihili refert Canticorum volumen, an parabolam, an historiam appellaueris: quanquam, si propria locutione vti desideres, historiam dixeris, cùm ea parabolarum species, quæ de constantibus & indubitatis tractat euentibus, hoc vocabulo propriè appelletur.

Damasc. — Alcazar. — Vasquez. — Rod. Dosm. — Gueuara. — Maldon. — Gasp. Sanch. — Galarza.

55.

Sed mixtum ex parabola & historia nõ incongruè quispiam fortasse dixerit: sic enim nominandam putarunt narrationem de diuite bonarum escarum helluone, & mendico Lazaro Iansenius, & Maldonatus: Cornelius quidem Concordiæ cap. 97. Ioannes noster ad Lucæ cap. 16. eò quòd existimarent, cùm plura, quæ reipsa contigissent, ea narratione ponerentur, vt quòd locuples quotidie splendidè epularetur, byssum, & purpuram indueret, erga Lazarum illiberalis & ferreus esset; rursus alia pronunciari, quæ haudquaquam euenissent ita, vt diuitem apud Infernos esse locutum, conquestum de siti linguæ intolerabili: ob hoc itaque mixtam ex historia, & parabola narrationem dicendam esse. Quare, cùm in Cantico Canticorum pleraque sint talia, quæ reipsa euenerint; alia tamen sint, quæ tantùm per somnum & imaginationem perpetrata sint, neque aliud fuerint quàm nocturni dormientium lusus, vt quæ cap. 3. & 5. referuntur de sponsi, aut amissione, aut absentia, de sponsæ erroribus per vicos & plateas, & forsan simile aliud nonnihil: ob hanc euentuum diuersitatem, neque omninò veram historiam, neq; ex toto parabolam, sed *semihistoriam, semiparabolam* nuncupandam: quo pacto dramaticæ illæ actiones, quæ partim comœdiæ speciem, partim tragœdiarum formam repræsentant,

Iansen. — Maldon.

tant, *tragicomœdia* vocantur, id est, de vtroque participantes: quali nomine hoc Salomonis Carmen affecit Cosmas Damianus Hortulanus Isagoge in Cantica. Hortulan.

Sectio. VIII.

Canticum Canticorum qua vitæ periodo Salomon conscripserit, quibus de causis? De iniri regni tempore. De Academia erecta aliquid. Quis scopus librorum quorum Auctor Salomon? Prouerbiorum sententia ex cap. 24. enucleata. Ecclesiastes num pœnitentia Salomonis?

56. Carthus. DO ego Carthusiano Dionysio, Salomonem Pharaonis generum factum nondum expleto quarto supra decimum ætatis anno: do nondum duo lustra numerasse: quid? nonne potuit pueri iunioris fauces aperire, mentem attollere supra æuum, supra naturam, ille, qui ex ore infantium, & lactentium laudem suam perficit; qui Baptistam Præcursorem ante lucis vsuram, ratione donauit? Si ea de scientia loqueremur, quam humana industria acquirit; quæ per studiorum, & ætatis crementa paulatim augescit vsque in perfectum diem, consummatámque doctrinam; haberet Richelius, quòd nobis non adultam obiectaret ætatem: nunc verò, quando de ea cognitione sermo est, quæ omnem naturæ potentiam excedit, an multi, an pauci numerentur anni, parum refert vtrumque. Nupserit quidem Salomoni Pharaonis filia, ambobus vix ephebis: concedamus sapientem Monarcham suis de amoribus tunc nihil ceciniſſe; fuerint hę, vel illæ causæ, quæ à scribendo reuocauerint: cur posteà elapsis, siue annis, sine etiam aliquot lustris, eadem aggredi non potuerit, Hymenæúmque tunc concinnare incepisse? Scripsit fortasse Ioannes, tum cùm cruci adstaret patientis Seruatoris labores, vitumque dolorum, & cui non erat neque species, neque decor, sine mora depinxit; an post trãsactos cõplures annos? Moyses quo pacto sæculorũ initia delineauit, & illa crepũdia infantilis adhuc orbis, quibus tam pauci interfuêre testes? Qui semotam à memoria hominum mundi originem Moysem docuit, is non potuit facere, vt Salomon iam proiectus homo eorum exactè meminisset, quæ siue adolescens, siue puer gestaret?

57. Sufficiebant quidem hæc refutando saucio, & infirmo argumento: sed age, rem altiùs ordiamur, Primùm igitur vacillat vnicum Dionysij fundamentum, & totius assertionis cardo: nam constitutum Salomonem Pharaonis socerum, annum cùm ageret Salomon à decimo quartum, stare nequit: Salomon quippe nuptias iniit cum Ægypti Regis filia, cùm iam confirmatum esset regnum eius, vt loquitur liber Regum tertius c. 3. id est, secundo anno Salomonici Imperij, vt communis Chronologorum definit opinio. Iam, cùm, vt idem liber Regum tertius testatur cap. 11. vers. 42. Salomon 40. annis regnauerit super Israël; Roboam autem filius eius, vt eiusdem libri cap. 14. vers. 21. *Quadraginta vnius anni erat, cùm regnare cœpisset.* fit planè, Roboamum ex Naama Ammonite, anteriore Salomonis vxore, genitum esse duodecimo ætatis anno: quare & vndecimum agentem annum, aut decennem puerulum matrimonio coniunctum. Quis autem tam intempestiuas nuptias, ex Dauidis hortatu atque consilio factas, sana cogitatione admittat? Citra autem parentis iussum, præter Nathan Pædagogi suasum, Salomonem amoris œstro incitatum, Naamam duxisse; apage ab optimè educato, atque instituto puero indignum facinus! Putas, & sustulisset Dauid, atque (si Deo placet) tam præclaram indolem non supplicio affecisset? præmio autem condecorasset, & tanto quidem præmio, vt posthaberet primogenitum, Adoniam despiceret, iuniorem germanum Salomonem ad solium vocaret, & diadema? tantúsne à viro sobrio, integerrimóque effrænata contumacis filij libido honestanda? Ad hæc, si decimoquarto anno vitæ Pharaonis filiam duxit, fit, vt cùm secundo dominatûs anno id fecerit, decimotertio imperare cœperit anno: quadraginta autem Monarchiæ annos cùm habuerit, tota vitæ periodus quinquagintaduobus annis claudatur. Si ergo secundo supra quinquagesimum anno decessit, vbi illud temporis spatium, quo, iam senex cùm esset, deprauatum est cor eius per mulieres? Quale initium senio daturi sumus, cùm homo in eum diem temperatus fuisset, nullis bellorum laboribus exhaustus, nullo morborum genere, quod sciamus, conflictatus? Quid, si longiora tum mortalibus sæcula naturâ nondum adeò vexatâ & attritâ: Præter ista: Dauid, cùm adhuc in viuis ageret, Salomoné regnorum consortem dixit, quemadmodum ex Patrum pronuntiatis ostendunt nostri, Pineda lib 2. de rebus Salomonis, cap. 10. Salianus tom. 3. anno mundi 3020. Salomonis 1. num. 4. Hoc spatium bimatus saltem fuisse vt concedamus, dabunt nobis imperij consortem, in quem senex, infirmitate laborans, regni curas deponat, puerum decennalem: & id decere prudentiam Dauidis arbitramur? Quare ea temporum Salomonis sanior multò Chronologia, & Scripturis conciliandis aptior, quæ ad minimum viginti ætatis annos Salomoni tribuit, cùm, genitore defuncto, imperare cœpisset: quod annorum spatium concedunt (& vltrà plerique) Torniellus tom. 2. ad annum mundi 3042. Barradas tom. 1. Concordiæ, lib. 5. cap. 10. Pineda lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 4. Basilius Legionensis 1. parte variarum, quæst. 4. expositiua, cap. 7. Nicolaus de Lyra ad cap. 11. lib. 3. Regum: Gordonus in Chronologia: Salianus tom 3. anno mundi 3020. Salomonis 1. num. 7. Gaspar Sanchez in cap. 3. lib. 2. Regum, num. 13. Dionysius Petauius tom. 2. de doctrina temporum lib. 13. Franciscus Mendoça tom. 1. in librum 1. Regum, annotat. 3. procœmiali, sect. 6.

Pineda. Salian. Torniell. Barradas. Pineda. Basil. Leg. Lyra. Gordon. Salian. Gaspar. Sanch. Petauius. Franc. de Mendoça.

58. Obiiciunt Iosephum, Hebræorum traditionem, nonnullósque de Ecclesiæ Proceribus, & in his Hieronymum epistol. ad Vitalem, qui initium regnandi in duodecimum ætatis Salomonis annum, quemadmodum ipsi, referunt. Verùm istiusmodi difficultati Salianus anno nuper relato n. 11. facit satis, Patres non ex sua mente locutos; sed, quod moris est nonnunquam illis, Hebræorum traditionem scripsisse, quam cùm nec refutent, nec approbent, videri possint id ipsum sentire, Sic ille ferè. Certè Hieronymum sæpiusculè suppressis Authorum vocabulis, opiniones referre, quæ apertum errorem sapiant; quas tamen cùm neque repellat, nec admittat, incautus Lector ab eo asseri putet; aduertit Ribera in cap. 5. Micheæ

Salomon quando regnare cœperit?

3. Reg. 11. 42

3. Reg 14. 21

Hieronymus quo pacto aliorũ opiniones referre consueſcat? Ribera.

Lorin. Fernand.

Michææ, num. 13. Lorinus ad vers. 33. cap. 3. Actorum: Antonius Fernandez in visiones veteris Testamenti, visione 26. sect. 3. n. 8. Iam illæ Hebræorum traditiones quàm putidæ sint, cùm stultitias nominet Hieronymus ea ad Vitalem epistola? Iosephus autem ne verbum habet de duodecimo Salomonis anno: cur enim id affirmet, qui lib. 8. Antiquitatum, cap. 2. mortuum Salomonẽ adstruit exactis regni annis octoginta? Quæ supputatio Scripturis aduersaria: quanquam id nouum in Iosepho non est, à sacro textu recedere, de quo fortè vt dicamus, alibi erit opportunior causa.

Iosephus Flauius à Scriptura recedit nonnunquã.

59. *Sapientia quando donatus Salomon?*

Quando autem iam de veritate ipsa constat, habeant contradictores, quantùm cupiant: sit annus quartus decimus nuptiarum Salomonis cum filia Pharaonis: nónne iam ante hoc tempus, & quidem plusquàm vno, aut altero fortassis anno, sapientia Salomonis à Dauide commendata est? 3. Regum, cap. 2. ver. 9. *Vir autem sapiens es, vt scias, quæ facies ei*, &c. Nónne Siracides Ecclesiastici cap 42. ver. 15. ante annos eruditum, doctúmque Salomonẽ adstupescit, aiens: *Quem admodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es, quasi flumen, sapientia?* Adde, quòd ante omnes nuptias, etiam Naamæ Ammonitis, sapientiæ connubium ambisse Salomonem, scitè ex verbis Sap. c. 8. ver. 18. *Circumiens, & quærens, vt sibi illam sponsam assumeret.* deducat Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 1. atque si quispiam asserat, intelligendum id de naturali scientia; tamen ante matrimonium cum filia Pharaonis, supernaturali quoque sapientia donatum Salomonem contendit Salianus citato tom. 3. anno mundi 3022. Salomonis 3. num. 28. Cùm igitur vtraque sapientia excelluerit Salomon, priusquàm Pharaonis gener diceretur, potuit etiam tam delicata, & tenera ætate Hymenæum composuisse: ex naturali quidem acumine & ingenio, quo humanos tantum amores modularetur: ex scientia autem, quæ naturæ vires transcendit, & desursum solùm à Patre luminum prouenit Epithalamium, quod terrenos sanè decantaret affectus, & Regis non minùs docti, quàm potentis, cum Pharaonis gnata coniunctionem; eiusmodi tamen connubium, quod futurorum vaticinium esset, & Christi cum Ecclesia thalamos designaret.

3. Reg. 2. 9.
Eccli. 42. 15.
Sap. c. 8 18.
Pineda.
Salian.

60.

Sed pergat calamus, & oratio: & quoniam constat, Salomonem ea ætate Pharaonis filiæ copulatum, qua & diuina, & humana cognitione sufficienter instructus fuerit, nempe, vitæ consumptis duobus & viginti annis, dicamus absolutè, quo ætatis articulo Canticorum volumen scripserit? Si quis sub ipso nuptiarum tripudio, & thalami genialis plausibus Hymenæum composuisse affirmet, cùm id asserat, quod in adolescentia patrarit Salomon quando in Deum eximiè religiosus extitit, habebit, qui patrocinentur Agathium Guidacerium præfat. in Cantica, qui communem Doctorum sententiam asserit: Almonacirium procemio in eadem: Sotomaior in præfatis, §. *Quo tempore.* Gisslerium præfationis cap. 2. Rursum, si ad alterum tendat extremum floridioribus annis oppositum, senectam nempe, non nisi sub æui finem, cùm à lapsu (vt putant ipsi) resipuit. Epithalamium cecinisse arbitrantur Abbas Hortulanus Isagoga in Cantica: Delrius cap. 1. Isagogæ, sect. 4. Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ difficultate 7. sect. 1. & 5. P. Menochius procemio in Cantica: P. Arnoldus Cathius introductione præuia in eadem Cantica, cap. 1. Andreas Hoius Brugensis tom. 1. Historiæ sacræ, & profanæ, anno mundi 2980. Ab his tertia est opinio, quæ quidem propugnat Canticum Canticorum à Salomone, priusquam libidini indulsisset conscriptum; sed qua tamen certa vitæ periodo, non statuit; de qua opinione Carthusiensis Dionysius sic procemio Cantici Salomonici effatur: *Itaque sicut sancti Patres, illuminatissimique Doctores ab exordio Ecclesiæ primitiuæ testati sunt, & scripserunt: Salomon ante ruinam suam Spiritu sancto repletus, prophetiæque spiritu fulgens, cognouit in spiritu mysteria Christi, & de omnibus his edidit librum hunc.* Subsequitur Dionysium Salmeron tom. 1. prolog. 10. quinquagena 2. can. 34. §. *Hoc autem.* & id ipsum de Salomonis voluminibus iudicasse visus Bellarminus lib. 1. de verbo Dei, c. 5. Bonfrerius appendice ad cap. 7. præloquiorum in Scripturam, sect 9.

Carthus.
Salmeron.
Bellarm.
Bonifrer.

Guidacer.
Almonac. Sotomaior. Gissler.
Hortulan. Delrio. Tena. Menoch. Cathius. Hoius.

61. *Canticorum liber quando à Salomone compositus?*

Ego in eam rapior cogitationem, vt ad verum propiùs accedere putem, si quis existimet, Salomonem Canticum diuinissimum scripsisse absolutis templi, & regiarum ædium laboribus: inciderit autem huiusmodi tempus in vigesimumquintum regnatus annum: supponimus enim ex communi doctrina, qua & Scripturæ commodiùs intelliguntur, inceptam templi fabricam quarto principatus anno, vt Reg. 3. cap. 4. indicatur, septem annos struendo tẽplo, tredecim erigendis regiis ædibus consumptos. Vnde Paralip. 2. cap. 8. *Expletis autem viginti annis, postquàm ædificauit Salomon domum Domini, & domum suam*, &c. Memini Dionysium nostrum tom. 2. de doctrina temporum, lib. 13. aduertisse opinionis, quæ simul constructum templum, & Regis Palatium, vtrumque intra tredecim annos perfectum dicat, atque adeò ad decimum sextum dominatus annum. Verùm præter singularitatem cogitationis huius, displicet in primis, eo dicendi more non nisi violentè admodum sacrum posse explanari Textum. Feramur itaque cum multis, & statuamus iuxta hæc tempora, videlicet vsque ad excursionem vigesimiseptimi anni, quibus regnarit Salomon, aduentum Reginæ Saba, & sanè, vt vult Salianus tom. 3. anno mundi 3047. ex vnanimi Chronologorum iudicio. Porro sapientiæ fama cõmotam Reginam, longum vt aggrederetur iter, periculisque abundans, satis constat ex cap. 9. lib. 3. Regũ: sed, quòd ante hoc tempus Salomonẽ non adierit, factum arbitror, quòd hoc certè tempore longè clariores radios emitteret Salomonis sapiẽtia, velut quæ sub hoc spatium ad apicem & consummationem venisset. Atque, cùm non multò anteà ædium structura ad vmbilicum perducta esset, aperuit tum demum Salomon celebertimum illud scientiarum Lyceum, de quo Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem*, &c. in quo aduocatis nobilissimis præceptoribus, Rex quoque ipse docebat, quemadmodum eleganter probat Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 8. Et certè ab alto dictasse, quæ auditores exciperent, putat cum verisimilitudine Sanchez ex illis verbis Reg. 3. cap. 4. *Loquutus quoque est Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius, quinque & mille.* Iam & hac regnorum periodo Salianus loco nuper memorato, Salomonem meditatur alta pace fruentem, diuitiis copiosum, bonis omnibus prosperum & affluentem, quem ciues & domestici colerent; quem externi venerarentur, missísque legationibus cum donis ingentibus, inuiserent, sæpè & ipsi Palæstinam peterent, potentiæ rumore; sed in primis sapientiæ inauditæ fama commoti.

Canticorum liber quando à Salomone compositus?
3. Reg. 4.
2. Paral. 8. 1.
Templum quo anno cœptum & absolutum à Salomone?
Petau.
Salian.
Regina Saba quando Salomonem inuiserit?
3. Reg 9.
Salomon Academiam Hierosolymis erexit.
Prou. 9. 1.
Pineda.
Sanchez.
3 Reg 4 32.
Salian.

His

62. His præiactis fundamentis, aggredior coniecturas meas: neque enim meliore dignam nomine probationem noſtram qualemcumque, autumem. Prima ratio eſt. Canticum Canticorum cùm ſit difficillimum Opus, perpetuóque ænigmate cõſtans, probabile eſt, Opus tam excelſum, tam arduum, tum à Salomone conſtructum, cùm ille ad ſciẽtiarum culmen peruenisſet, cùm vnicus orbis Magiſter vno ore mortalium acclamaretur: At hoc incidit maximè ſub annum ſextum, aut ſeptimum ſupra vigeſimum Imperij eius, cùm iam pluſquàm quadragenarius ætate eſſet, imò ad quinquaginta accedens annos, vti præcedenti numero demonſtratum eſt: Eo ergo potiſſimùm ſpatio Epithalamium ſacrum concinnauit. Confirmo. Per hoc tempus Salomon nouũ, & maieſtate fabricæ viſendum Gymnaſium aperuit, habuit auditores doctrinæ hauriendæ deſiderio ab vltimis terrarum finibus aduentantes, inter eos quidquid mundus peritum, & ingenio, atque eruditione excellens poſſedit: hac igitur occaſione, præcipuè conueniens eſt, vt à Spiritu ſuperno moueretur ad exquiſitiſſima quæque celeberrimæ frequentiæ & auditorio dictanda. At nihil ſublimius vnquam Salomonis voce prolatum Cantico Canticorum, ſic dicto, quòd non ſolùm cætera reliquorum inuenta ſuperaret; ſed vinceret quoque quidquid ab ipſo Salomone excogitatum fuit: Hoc igitur arcanum Carmen eo tẽpore publica luce donari opportunum fuit, quo illi, qui ex longinquo venerunt aliorum ſermonibus tracti, cum Regina Auſtri dicerent: *Verus eſt ſermo, quem audiui in*
3. Reg. 10. 6. *terra mea* (Reg. 3. cap. 10.) *ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars mihi nunciata non fuit. Maior eſt ſapientia tua, quàm rumor, quem audiui.* Certè vix cogitari poſſint circunſtantiæ, quibus cumulatior laus, aut Deo, aut Salomoni ex pulcherrimi Operis partu, enaſci potuerit: quando confluentibus eruditorum turmis, & pendentibus à tanti Doctoris ore, Orientales primi ſcientiarum Magiſtri ad Salomonis præſentiam, vix diſciplinarum ſe limina attigiſſe agnoſcerent: confunderetur ſuperba Ægyptus, & præ huius arcano ſermone, hieroglyphica ſua puerilia eſſe ænigmata doceretur: *Et præcedebat ſapientia Salo-*
3. Reg. 4. 30. *monis* (Reg. 3. c. 4. verſ. 30.) *ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum; & erat ſapientior cunctis hominibus.* Ita veri Numinis vnus cultor, omnes omnium inanium Deorum blatterones Magiſtellos propè infinito ſuperabat interuallo. Proh! quantum Deo tum in vno Salomone gloriæ ferculum!

63. Altera ratio eſt. Salomon ſupremam huius vitæ felicitatem adeptus, ſupra vniuerſos Monarchas beatus, ſuperbire cœpit, luxui incumbere, cœleſtium beneficiorum obliuiſci, vt expendunt diſertè Pineda lib. 7. de rebus Salomo-
Pineda. Salian. nis, cap. 3. num. 4. Salianus tom. 3. anno mundi 3048. Salomonis 29. Antequàm in hæc prolaberetur, vno, aut altero anno, puta vigeſimo-ſeptimo principatus, mouit Virtus ſuperna Salomonem ad pangendas Chriſto & Eccleſiæ nuptias. Quem tandem in finem? Sanè, quò prophetica luce illuſtrata eius mens, tanquam ex viua & expreſſa idea colligeret ex Eccleſiæ caſibus, ſuam & vitam, & progreſſus. Nam, dum huius ſub Conſtantino incredibilem ſupra Synagogam gloriam contemplatur, opéſque, ſcientiam, potentiam, progrediente tempore, maiores; quid aliud legebat, quàm ſuam ſupra cæteros Hieroſolymitanos, ſiue Reges, ſiue Iudices, aut Duces excelſiorem felicitatem? Sed, dum rurſus hanc eandem in pluribus gnatorũ ſuperbientem aſpicit, opibus, pace, triumphis elatam, & ex ſuperbia vitiorum copioſam pullulare ſyluam aſpicit; atque ob has, aliáſque ſordes Sponſum iratum plenum contuetur, permittere, Hæretici miſerandum in modum vt vexarent, Imperatores crudeles & efferi penè contriuerint, tot monſtra exorirentur, Mahometes, Vviclephus (vt anteriora omittam) nouúmque huius temporis Euangelium, priorum omnium prauorum dogmatum epitoma; an non hæc vniuerſa Salomonem moneant, ne ſuperbus diuina ſpernat beneficia, eum à quo tam magnifica, tam ingentia acceperit, ad iracundiam concitet? Iam illa ſponſi ad dilectam ſuam Cant. 1. *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, abi poſt veſtigia gregum,* &c. Quæ ſunt aliud, quàm ſalutaria monita terroribus admixta, ne priſtinæ abiectionis, & depreſſæ quondam fortunæ eam obliuio capiat; meminerit ex quàm humili loco ad quàm ſublime culmen euecta ſit? Quæ cauſa perdendi ſponſum cap. 5. vt vix per vulnera, per pallij amiſſionem inuenire fuerit poſſibile, niſi delicatæ tepor & incuria, nolentis de ſtrato ſurgere, tunicam iteratò veſtire? Denique, quorſum cap. 8. tam intima ſponſi coniunctio: Cantic. 8. *Pone me, vt ſignaculum, ſuper cor tuum, ſuper brachium tuum.* tantæ curæ de cuſtodienda ſponſa: *Si murus eſt ædificemus ſuper eum propugnacula: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis.* niſi vt inter vitæ huius difficultates, nullam vnquam nimiam futuram noſtram diligentiam, doceamur? His igitur documentis cùm pugilem ſuum armare vellet Deus, eo potiſſimùm tempore conſcribi voluit, quo illis Salomon maximè indigeret, nempe, cùm iam otio ſummo fruens nihil haberet in bonis fortuna, quo non potiretur; ad faſtigium veniſſet honorum, ſcientiæ, copiarum. Itaque, quemadmodum Geneſeos librum non poſt legem latam; ſed, antequàm Iudæi Ægypto egreſſi fuiſſent, ſcriptum à Moyſe propterea arbitrantur Euſebius lib. 7. de præparatione, cap. 2. Euſeb. & eum ſequutus Pereira præfatione in Geneſim, quòd æquum fuerit eiuſmodi hiſtoriarum copiam facere afflictis Hebræis, quo Maiorum exemplis ad laborum tolerantiam animarentur: ſic exiſtimo Canticorum volumen à Salomone compoſitum, cùm res eius vltimam conſequutæ ſunt perfectionem & culmen: quòd eo libro deſcribatur, qui ad apicem felicitatis peruenerit; & quanta hunc maneant pericula, quàm vigilem eſſe oporteat, vltrà quàm credi queat, graphicè depingatur, quò ad tale ſpeculum omnes ſuas actiones componeret ex iuſtitiæ & æquitatis regula. Pereira.

64. Obiicias, Salomonem poſt lapſum ferè iam ſexagenarium, Prouerbiorum tractatum ſcripſiſſe, itidem & Eccleſiaſten: Prouerbiorum quidem ſacrum codicem, quòd ex eius cap. 24. iuxta tranſlationem ſeptuaginta duorum Seniorum Prouerb. 43. Hieronymus ad cap. 43. Ezechielis, manifeſtè Hieron. probet Salomonis pœnitentiam, docens: *Sed & ipſe fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit Deum; licèt poſteà egerit pœnitentiam, ſcribens Prouerbia, in quibus ait: Nouiſſimè ego egi pœnitentiã, & reſpexi, vt eligerem diſciplinam, Eccleſiaſten verò, quòd totus verſetur in deteſtanda veteri conuerſatione, deliciiſque & voluptatibus condemnandis.* Quòd ſi ſemel fixum fuerit, hæc duo Opera

Salomonem cur incitauerit Deus ad Canticũ Cãticorum componendum?

Quis ſcopus librorũ, quos Salomon ſcripſit?

à Salo

à Salomone conscripta post libidinem, & idolo-latriæ detestationem; sequitur multis de causis sub idem tempus modulatum eum fuisse Carmen geniale nuptiarum Christi & Ecclesiæ. Primò, quia eo modo constructi sunt hi tractatus, quo collocantur ordine in Bibliorum voluminibus: in his autem præcedit Canticum Canticorum Ecclesiastes, & vtrumque Opus Prouerbia antecedunt. Secundò, quia Patrum, atque Interpretum copiosior numerus tradunt in parabolis Ethicam & Moralem disciplinam contineri; in Ecclesiaste Physicam, siue naturalem scientiam; in Cantico Canticorum Metaphysicam, seu potiùs Reginam disciplinarium Theologiam. Ita Hieronymus initio Commentariorum in Ecclesiasten: Theodoretus præfatione in Cantica: & apud eundem Psellus, & trium Patrum Commentarius: Rhemigius Antisiodorensis præfatione in Psalmos: Nyssenus homil. 1. in Cantica: Anselmus procœmio in eadem: Richardus Victorinus præfatione sua: Glossa ordinaria, & Nicolaüs Lyrensis principio explanationum: S. Bernardus sermone 1. in Cantica: Dionysius Carthusianus ad cap. 1. Prouerb. Hugo Carensis præfatione in Cantica: Philippus Abbas ad titulum Canticorum; Basilius homil. 1. in Prouerb. Ambrosius præfatione in Psalmum 36. & ad Psalm. 118. versum 1. Eusebius lib. 11. de præparatione euangelica, cap. 3. & 5. & hos sequuti Titelmanus & Cyprianus de la Huelga, vterque præludiis in Cantica: Delrio Isagogæ cap. 4. atque alij de nuperis scriptoribus. Tertiò, quia ex iisdem Nyssenus, Theodoretus, Hieronymus, Anselmus, Bernardus, Glossæ Auctor ordinariæ, Richardus à sancto Victore, Philippus Abbas, Carthusiensis Dionysius, & præterea Origenes prologo quatuor homiliarum: Cassianus collat. 3. cap. 6. S. Thomas exordio eius, qui illi adscribitur, Commentarij: Iansenius præfatione in Prouerbia Salomonica, docent Parœmiarum librum pro incipientium statu scriptum, quem delineat: Ecclesiasten proficientes instruere: Canticum Canticorum ad contemplatiuos pertinere, & eos, qui perfectionem in via spiritus consequuti sint. Quis igitur non videat, priùs addiscendas alias disciplinas, quàm ad scientiarum dominam Theosophiam ingrediendum fuerit? Quis non animaduertat priùs esse terenda adita purgatiuæ vitæ, quàm ad vnitiuæ beatos amplexus accedere fas fiet? Nemini igitur dubium fuerit, priùs à Salomone conscripta fuisse Prouerbiorum, & Ecclesiastis volumina, quàm Canticum Canticorum.

Hieron. Theodor. Psell. Comm. Rhemig. Nyssen. Anselm. Rich. Vict. Glossa ord. Lyra. Benard. Carthus. Hug. Caren. Phil. Abb. Basil. Ambros. Euseb. Titelm. Cyprian. Cisterc. Delrius. Cassian. Iansen.

Origen. Cassian. S. Thom. Iansen.

65. Varia attulit hæc obiectio: singula percurro. Prouerbiorum locus ab Hieronymi interpretatione non leuem recipit auctoritatem: sed densa magnorum testium nubes opponitur Hieronymo apud Pinedam lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 1. sect. 2. & 3. qui huius pœnitentiam, aut dubiam fuisse, aut nullam adstruant. Hi omnes Prouerbiorum verba aliter atque Hieronymus intellexisse teneantur: & sanè verba sunt, quemadmodum præcedenti notabamus numero, non ex vulgato codice; sed ex translatione septuaginta Virorum: cuius (cùm de genuina constat) etsi auctoritas & pondus sit ex grauissimis, tamen non aliter meliùs vnquam intelligi valeat, quàm per concordiam cum vulgato textu. Asserit igitur communis Scriptura Prouerb. cap. 24. vers. 30. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti; & ecce totum repleuerant vrticæ: quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disci-*

Pineda.

Prouerbiorũ locus ex cap. 24. enucleatus.

nam. Septuaginta vice horum verborum: *Nouissimè ego egi pœnitentiam: respexi, vt eligerem disciplinam.* Puto itaque Salomonem descripsisse tepidorum incuriam, & negligentiam: nam, dum de venialium macularum sordibus, vtpote leuibus, non admodum curant, fit, vt exiguæ hæ labes viam facilem sternant ad grandia dedecora mortalium noxarum: indicant hæc satis sequentes particulæ: *Parum, inquam, dormies; modicum dormitabis; auxillum manus conseres, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas.* Sanè non ille, quisquis ignauus, profundo, deliberatóque somno se dederat, non altum dormitabat: sed, quia tamen nunc paululùm dormitet, cras etiam in id ipsum recidat, sæpiúsque sopori, etsi non magno, indulgeat: ab hoc itaque modico ad illud magnum peruentum est; magna autem ad mendicitatem erubescendam coëgerunt. Hanc explanationem de venialium contemptu cæteris præfert Iansenius ad dictum cap. 24. Prouerbiorum. Salomon igitur, vt erat magnis deliciis circumaffluens, fortasse remiserat aliquantum de ardore spiritus, indulserat tantillùm voluptati; considerauit prudens tandem periculum, & quanto in discrimine versantur, qui de emendandis venialibus parum solliciti sunt: pigri infausta sors, deperdita felicis vineę facies, extrema fames arque egestas monuêre, quid animæ suæ timere deberet: *Respiscens*, inquit, *pœnitentiam egi*; de incuria videlicet, & tepore, non de grauibus noxis: *respexi, vt eligerem disciplinam.* Sanctes, & Vatablus: *Vidi ego, posui cor meum, vidi & accepi eruditionem.* Ex alieno casu didicit, in posterum in via Spiritus non negligentem esse, non tepidum: cùm ex incuria & tepore tam immania enascantur mala. Hæc sufficiens Prouerbiorum explanatio.

Iansen.

Pagnin. Vatabl.

66. Transeamus ad Ecclesiasten. Nihil in eo, quod Salomonis pœnitentiam doceat; si aliquid, coniectura tantùm, & autumatio. Nam, quòd Salomon, quæcunque pulchra & suauia mortales appetunt, *vanitatem vanitatum*, id est, de inanibus, quòd meximè inane est, appellet: quòd post expertas omnes voluptates, cognitáque vniuersa illecebrarum capita, non aliud quàm afflictionem & tædium sibi relicta afferat: quid ni vtrunque prædicet? Docebat enim, vt numero 60. monstrabamus, ex publico loco sapientiæ Gymnasiarcha, & confluebant ad eius vocem non tantùm ciues, & de omni Palæsthina domestici; sed exteri ab vltimis terrarum oris, à remotioribus Oceani insulis: volebat auditoribus suadere rerum humanarum despicientiam, æternaturis, & perennibus tantùm vt incumberent: & quoniam exempla præstant verbis, éstque omnibus efficacior eloquentia, cùm facta loquuntur; apud omnes autem satis cognitum esset, Salomonem assecutum, quidquid mortales beatum, & felix prædicant: *Ego* (ait) *fui Rex in Hierusalem*: ego omnes voluptates, ego, quidquid desiderabile est, expertus: ego ille inuidia sæculorum, pro cuius sorte nimiùm fortunata, mortalium corda suspirant: quid arbitramini omnia illa nostra tam pompatica, tum inflata? *Vanitas vanitatum.* Quid putatis contulerint nobis tam gaudiosa? Laborem tantùm, nauseam, vt tæderet nos sæpè viuere. Huc itaque tendunt conciones illæ libri Ecclesiastis: quis enim Salomoni fidem habiturus non sit, vti expendit Chrysostomus tom. 5. tractatu aduersùs concubinarios, cap. 12. qui à pueritia in deliciis enutritus sit? Non sunt threni & lamenta peccatorum, cùm in eum diem vt offenderit

Ecclesiastes an Salomonis lamentũ, & pœnitentia?

Chrysost.

Salomon per veniales labes ; tamen grauiter lapsum nesciamus: non publica ipsius pœnitentia; sed aut conciones habitæ ad populum, aut hortatoria ad auditores suos.

67. Concedamus tamen, duos hos libros, conscriptos sub vitæ exitum à Salomone, eius contritionis, & doloris monumenta esse ; arbitror hinc nequaquam deriuari, vt teneamur fateri, sub idem tempus compositum Canticum Canticorum: non enim cogunt superiùs prolata. Primùm, ordo librorum, inefficax argumentatio est : neque enim quo quisque facer tractatus ordine Bibliorum voluminibus collocatur ; eo & loco, & tempore & serie peracta, quæ scribuntur, putandum. Iobi nanque liber, Iudicum, Iosuë, Regum historias, Iudith, Tobiam Esther subsequitur : & tamen, quæ eo codice continentur, longè antè contigerunt, cùm liber ipse ab eo qui antè floruerit, videlicet Moyse (ni potiùs ab ipso Iobo) compositus fuerit. Adi Pinedam præfatione in Iob, cap. 3. num. 3. Iam Tobiæ gestaludith, Esther, longè posteriora sunt iis, quæ Dauidica lyra tangit, quæ Salomon cecinit, cùm priorem locum in Bibliis occupent. Consule Serarium : Sanchez in prolegomenis horum librorum : Bellarminum lib. 1. de verbo Dei, à cap. 5. ad 16. & eius defensorium Gretserianum : Salianum de Tobia tom. 4. anno mundi 3276. n. 3. de Iuditha eodem tomo, anno mundi 3344 n. 4. eumdem de Esther tom. 5. anno mundi 3590. numero 2. Neque conuenit, ob hanc solam causam disputationem exprofesso texere : sufficit, sequamur meliores opiniones. De optimis etiam pro hac materia exemplis est, quo vtitur Gisserius præfationis cap. 2 nempe, Psalmorum : nam, qua causa Psalmum 55. panxit Dauid, occasio data est anno duodecimo imperij Saülis, quo tempore modulatus est Psaltes : reperies apud Salianum tom. 3. anno mundi 2973. numero 123. cùm tamen post hunc composuerit Psalmum 33. ibidem, num. 124. & Psalmum 51. concinnauit anno Saülis 13. atque ita de aliis pluribus, quemadmodum Explanatores passim annotant. Sicut ergo in his omnibus ordo inuersus est ; non tamen sine iusto momento & pondere : sic contingere potuit comparatione librorum Salomonis inter se, vt posteriore sede locati priùs scriberentur.

Regula; Libri Scripturæ non eo dispositi sunt ordine, quo gesta fuere in eis contenta, aut quo scripti sunt.

Pineda.

Serar. Sanchez. Bellarm.

Gretser. Salian.

Gisler.

Salian.

68. Sed dicunt Patres ferè vniuersi, Canticorum metro perfectorum statum depingi ; propterea à Salomone tradita priùs Ecclesiasten, & Prouerbia, quòd ad hunc statum manu ducunt : quia incipientibus Prouerbia, proficientibus Ecclesiastes, regulas præstant. Respondeo & eosdem asserere, nouitias, & quæ incipiunt animæ Christum cognoscere & amare, suas sedes in hoc Cantico habere. Quanta mentio adolescentularum, quanta filiarum Hierusalem hoc Epithalamio? Per has tamen personas, quæ sæpè in scenam prodeunt, communiter Doctores sacri animas non admodū robustas, intellectas volunt. Sic ad illud Cantic. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te*, &c. Origenes homil. 1. ex duabus : Rupertus Abbas: Bernardus sermone 9. in Cantica : Theodoretus, & quotquot ad eundem locum iuuenculas intelligunt animas recèns ex Baptismate enatas, quas nemo perfectorum nomine comprehendat. Sunt autem Auctores, Ambrosius libr. de Isaac, & anima, cap. 3. & lib. 5. de Sacramentis, c. 2. Gregorius Papa lib. 24. Moral. cap 4. & idem cum Beda, & Cassiodoro, Commentariis in Cantica : Vvilleramus Abbas. Per adolescētulas animas virtute teneras concipit Richardus de S. Victore prologo in Cantica. Et cui desiderio est, plura hoc de argumento scire, legat Gislerium, Sotomaior, Delrium ad illa verba cap. 3. *Media charitate constrauit propter filias Hierusalē.* atque ad illa cap. 6. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus.* inueniet, quantum satis est, de Patrum pro hoc pronunciato effatis. Atque hanc Patrum de huius libri argumento existimationem, cùm satis cognitam & perspectam haberet Luysius Legionensis, (qui primus tentauit grāmaticalem sensum huius Cantici non interrupta & cohærenti expositione declarare, neque ausis excidit,) mysticam significationem de tribus statibus composuit, incipientium, proficientium, consummatorum ; retinuit, & cùm alterum de Ecclesia addidit sensum. Sancti itaque Ecclesiæ Magistri, cùm dicunt Canticorum Epithalamio perfectorum mores efformari ; Ecclesiasten pro his, qui proficiunt, conscriptum ; Prouerbia incipientium escam esse : significant tantùm Canticorum tractatu magis ex professo atque deliberato tractari de contemplantium statu ; Ecclesiasten plus verborum insumere cum proficientibus, quàm cum perfectis, aut iis, qui incipiunt ; Parœmiasten fusiorem esse in docendis incipientibus : verùm in vnoquoque horum voluminum multa esse, ex quibus, & qui incipiunt, & proficiunt, & qui consummati sunt, addiscere valeant. Fit ergo, vt hinc minimè validum argumentum conficiatur, quo probetur, Canticorum librum posteriùs tempore conscriptum, quòd de contemplatiuis solùm ageret. Atque, quod hac de re traditum à nobis, paria dicimus, cùm asseritur, Prouerbia Ethicam, & de moribus regulas præscribere ; Ecclesiasten de physicis & naturalibus agere ; Canticorum tractatum ad Metaphysicum, & Theologum spectare : non enim alius est sensus quàm præcedentium ; nimirum, Epithalamium Salomonis præcipuè tractare de arcanis, semotísque, qualia speculantur Metaphysici, & Theologi : hæc autem non tollere, quominùs frequenter ethica & moralia tractet, persuadebit Ambrosius tom. 2. octonario 1. in vers. 1. Psalm. 118. *Salomon* (ait) *librum de Prouerbiis scripsit, in quo moralem locum vberius expressit, naturalem in Ecclesiaste, mysticū in Canticis Canticorum: quanquam si diligenter discutias; & in Prouerbiis mystica pleraque reperies, & in Canticis Moralium suauitatem.* Porrò, quod ad physica & naturalia attinet: quomodo absque naturalis historiæ cognitione, neque illa leuidensi, explanauerit quispiam, tot quæ de vineis, de gregibus, de hortis, de animalibus, de plantis tractantur passim hoc libro, vt ferè audire non sit alium sermonem ? Vnde Beda Venerabilis sub finem lib. 1. in Cantica, sapienter monet Lectorem: *In quo Opere* (inquit) *Lectorem admoneo, ne me superfluum iudicet : qui de natura arborum, siue herbarum aromaticarum, quæ in hoc volumine plurimæ continentur, iuxta quod in libris antiquorum didici, latiùs explanare voluerim.* Ergo Canticorum poësis, cùm Ethicam, atque Physicam, simul cum Theosophia complectatur; potuit & scribi & perlegi, quin priùs addiscenda essent Prouerbia, & Ecclesiastes. Quid, quòd libri Iob exacta cognitio, quo edocemur de metallis, de arboribus, de multis animalibus, de elementis; lib 3. Regum, ad c. 1. vsque notitia, quo historiam Salomonis colligimus ; Prophetarum intelligentia, vnde regionum, vrbium, camporum & montium, rituum & cæremoniarum

Origen. Rupert. Bernard Theodor.

Ambr. Greg. Papa Beda. Cassiod. Vvilleram.

Rich. Vict. Gislerus Sotomaior, Delrius.

Luysius Legionensis cōmendatus.

Ambr.

Physica cognitio necessaria ad Canticorum explanationē.

Beda.

cæremoniarum haurimus scientiam, plùs conferunt ad Cantica Salomonis enucleanda, quàm Parabolarum & Ecclesiastis comprehensio? Sicvt igitur à nominatis libris nequaquam pendebat sacri Epithalamij scriptio, ita nec à Prouerbiis, aut Ecclesiaste: ac proinde quamuis hos duos tractatus Salomon ad vitæ vesperum elaborasset, potuit alio tempore Canticum Cantiorum composuisse.

SECTIO IX.

Salomonis cum filia Pharaonis nuptias, qui dixerint, Canticorum esse argumentum? Quæ illos stimulauerint causæ? Allegoria vt firma sit, Literâ stabiliri solet: Canticorum & Psalmi 44. num idem argumentum? An de solo Christo interpretandum Canticum Canticorum? Leonis Castrensis de explanandis Scripturis conceptus reiectatus.

69. MAXENVS toto conatu occupati in refellendis iis, quæ impedire videbantur, ne sine culpa sentire possemus, decantatas hoc versu à Salomone suas cum Pharaonis filia nuptias: quæ, quoniam satis profligata existimamus, inde primum, quin & præcipuum assertionis robur deriuamus in hanc formam. Quoties ex historica alicuius Scripturæ loci interpretatione, nulla pullulat implicantia, nullum deriuatur absurdum, argumento est, eiusmodi litteralem sensum à Spiritu sancto fuisse intentum; alioquin, quæ nobis inueniendi historici sensus comperta regula? Sed explanando textum Canticorum litteraliter de nuptiis Salomonis, & filiæ Pharaonis, affirmandóque continuò hoc matrimonio figuratum Christi, & Ecclesiæ connubium, nulla enascitur implicantia, nullum consequitur absurdum: Igitur, talem sensum à Spiritu sancto intentum fuisse, fas fuerit affirmare. Maior Syllogismi suprà satis probata est ex multorum Patrum attestatione sect. 4. num. 26. & sect. 7. num. 52. Minoris confirmatione huc vsque distenti fuimus per integras septem sectiones. Et quoniam in hunc diem Auctores, quibus opinio arrisit, de cõtrouersia compendiosè egerunt; quibus fuerint stimulati causis, plùs ex diuinatione, quàm ex certa notitia hauriendum fuit: sed tamen hoc potissimùm argumento commotos non dubitamus. Fuit autem primus sententiæ præco, Honorius Augustodunensis, qui ante quadringentos annos vixit, & prolog. 2. in Cantica, filiam Pharaonis sponsam fuisse affirmat, qua significetur gens Hebræa: quanquam & cùm meditetur quadruplicem sponsam, & Sabæorum Reginam, quæ Salomonem in ænigmatibus tentauit, vnam fuisse subindicat. Et ab eo vsque ad sæculum decimumquintum longa Scriptorum taciturnitas: Venêre tum Isidorus Clarius, & Franciscus Vatablus, qui suis ad Canticorum volumen breuibus Notis idipsum tradiderunt; Scripsit apertè Cornelius Ianseníus ad initium explanationis Psalmi 44. Sequutus Ianseníum per omnia Andreas Acitores, Theologus Cistercienſis, libro suo Theologiæ symbolicæ, Isagogæ principio 30. Ludouicus Legionensis explanatione 3. in cap. 1. Canticorum, sententiam affirmat probatam haud parum multis è Catholicorum castris: idem adstruit Sotomaior ad illa cap. 8. Canticorum: *Sub arbore malo suscitaui te*, &c. §. *Quæ expositio.* Quem locum ex probabili interpretatione de Pharaonis filia exponit, quemodmodum & eodem cap. clausulam, *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, &c. de ea construxerat sicut & illa cap. 1. Canticorum: *Nigra sum; sed formosa.* Denique nemo illo neque fœcundior, neque magis facundus in huius tractatione argumenti, quam in præfatis tam peritè examinauit, vt mirum fuerit, post eius scripta extitisse, qui de opinione seuerè, & de auctoritate censoria iudicasset. Guillelmus Estius Notis ad Canticorum librum: *Sicut* (inquit) *Psalmus 44. Eructauit cor meum*, &c. *principaliter scriptus est velut Epithalamium Christi, & Ecclesiæ; sumpta tamen occasione ex nuptiis Salomonis: ita & istud Canticum principaliter etiam ad litteram quidem, ad Christum & Ecclesiam pertinet; sumpta tamen scribendi occasione ex mutuo & vehementi amore Salomonis, & Reginæ eius Ægyptiæ, per quod simul vocatio gentilis populi præfigurabatur.* Franciscus Moncæus in delibatione sua Salomonicæ Historiæ, venustè admodum modulatus, ait:

Ipse suos quanquam Salomon, si verba moreris,
Et celebrare sua videatur coniugis ignes
Mortales; flammis tamen inspiratus ab æthra
Syderea, longè mortalibus orbe futuros
Demum instraurato meliores cantat amores.
Nil Salomon in hoc, nudum nisi nomen, & vmbra
Carmine; nil Phariæ, nisi nomen, & vmbra puellæ.

Neque nos aliud, aut quispiam huius sententiæ Catholicus fautor, vmbram dicimus Salomonem Christi, coniugem eius Ecclesiæ figuram: & ipse Moncæus explicat fusè lucubrationibus ad Poësim sacram, præsertim ad illa cap. 1. Canticorum: *Nigra sum*, &c. Sed & versus eos 1. capitis Canticorum: *Oleum effusum nomen tuum*, &c. de Regina Saba interpretatur. Quam expositionem non improbandam, modò Christus, & Ecclesia in ea præcipuè quærantur, asseruit noster Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 14. num. 40. qui & opinionem ipsam absolutè euulgauit lib. 4. de eodem Salomone, cap 2. num. 2. & virorum Catholicorum sententiam dixit: atque Opere, quod hoc posterius exiit in lucem, in eadem stetit cogitatione, præfatione in Ecclesiasten, cap. 4. num. 5. Sed & multus est in paucis lucubrationibus Moncæus in accommodandis capitis primi Canticorum variis locis Pharaonis gnatæ, & Salomoni: nam de ea, præter assignata, illud etiam: *Introduxit me Rex*, &c. de Salomone lucubrat. 7 libri primi: *Sicut pelles Salomonis*, &c. atque lucubrat. 2. libri 8. describit verbis illis: *Tigna domorum nostrarum cedrina.* domum saltus Libani. Alcazarius verò noster Mantissa ad Apocalypsim posthuma, lib. 3. ferè à verbis illis cap. tertij: *En lectulum Salomonis*, vsque ad finem cap. 6. *Reuertere, Sulamitis*, &c. exponit de Salomone, & filia Pharaonis: reliqua ad exitum Epithalamij, de quadam Hierosolymitana sponsa. Monachius de Salomone ad litteram probabiliter intelligit illa c. 3. *En lectulum*, &c.

70. Hi quidem de toto Epithalamij contextu loquuti. Alij Scriptores, & fama, & doctrina non minores, vnam, aut alteram sententiam sæpè, prout se occasio obtulit, iuxta eundem sensum intellexêre, quo satis indicarunt, Spiritu sancto

Honor. Isid. Clar. Vatab. Ianſen. Acitor. Legion. Sotomaior Estius. Moncæus. Pineda. Moncæus. Alcazar. Monach.

nequaquam indignum, aut Salomonis pompam, aut cum Pharaonis filia amores celebrandos dictasse. Quare Abulensis Tostatus quæst. 3. in cap. 11. lib. 13. Regum, illa Cantic. cap. 6. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ*, &c. ad litteram de vxoribus Salomonis construit: atque eodem loco quæst. 5. illud eiusdem cap. 6. *Vna est columba mea*, iuxta historicum sensum de Pharaonis filia capit; quam quòd Salomon vltra modum amaret, peccasse propterea existimat Torniellus tom. 1. ad annum mundi 3021. citans, sequénsque Abulensem ex præfato Canticorum loco, probat, filiam Pharaonis præcipuam fuisse inter vxores Salomonis. Docent idipsum suis in Canticum Canticorum Commentariis, Sotomaior, & Cisterciensis Cyprianus, qui materiam ex professo disertissimè tractat. Porrò, quin de filia Pharaonis loquantur, qui tamen iis sacri Epithalamij verbis ad varias Salomonis vxores respici dixêre, siue quas in iuuentute habuerit, siue quibus senior coniunctus sit; ij, Genebrardus, & Gisserius, Mariana, Tirinus dum eum locum Canticorum exponunt. Noster Serarius ad cap. 11. lib. 3. Regum, §. *Secundò ducit*. Salianus tom. 3. anno mundi 3048. num. 10. vbi grauiter conciliat cum eo Canticorum loco alterum ex c. 11. lib. 3. Regum, de numero vxorum Salomonis. Sed & Salianus pro hac de nuptiis Salomonis, & filiæ Pharaonis sententia, palam & manifestè citari valeat; cùm eodem tomo, anno mundi 1012. num. 138. asserat, illis adumbratas augustissimas filij Dei cum Ecclesia nuptias: & de earundem pompa nuptiarum, déque geniali lætitia, plura Canticorum loca interpretatur ibi. Demum & anno mundi 3059. num. 18. affirmat de filia Pharaonis, hanc *esse nigram illam, sed formosam*, quam Salomon vxorem accepit. Sed præfatis cap. 6. Canticorum verbis sermonem haberi de multis Salomonis vxoribus, disputat cum elegantia Pineda: & huius cogitationis nimiùm seueros contrarios, Hortulanum, atque Almonacirium (potuisset & Titelmanum adiunxisse) non tantùm scientiæ, quantùm boni zeli laudem mereri prudens iudicabat: Adducit in sententiæ suæ leuamen Hieronymum lib. 1. in Iouinianum, & epistola ad Vitalem, quemadmodum ante illum fecerat Sotomaior, & post vtrumque Salianus: loca iam indicauimus. Verba illa cap. 3. *En lectulum Salomonis*, &c. de lecto cubiculari, quo cum sponsa requiescceret, exposuêre Titelmanus, Genebrardus, Gisserius, Cyprianus Cistercienſis, dicens, pleraque decantari sacro isto Hymenæo cum allusione ad Salomonis aulam: Sotomaior refert ad nuptialem carrucam, qua sponsa in mariti lares deducebatur: Torniellus tom. 2. anno mundi 3043. de lectica gestatoria, & ad pompam publicam, ostentúmque facta, interpretatur. Similiter quæ sequuntur: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*, &c. de nuptiali vehiculo Cyprianus de la Huelga, & Sotomaior accepêre: Ceruantes quoque ad versum 2. cap. 8. Sapientiæ, §. *Nec frustra*. De carruca autem, qua in publicum prodiret Salomon gloriosus, & visendus, siue se populo ostendisse placuisset, siue venationis causa, siue animi laxandi gratia rura & aprica petisset, maluerunt accipere Delrius, Gisserius, & idem Ceruantes ad versum 10. & sequentes cap. 8. Sapientiæ, §. *Quæ postrema*, &c. Iam quibus modis verba illa cap. 4. Canticorum: *Veni de Libano sponsa*, construxerint Gueuara, Magallanes, & alij, mōstrauimus suprà sect. 7. num. 51.

Tostat. Torniellus. Sotomaior. Cyp. Cister. Genebr. Gisser. Serar. Salian. Pineda. Hieron. Torniel. De la Huel. Sotomaior. Ceruantes. Delrius. Gueuara. Magallan.

Tanta coaceruasse placuit propter vulgus Lectorum, qui non tam attendunt ad argumentorum vim, & efficaciam, quàm ad longos testium catalogos: pergamus eruditis, & acrioribus placere ratione: qua vt vincere possimus, necesse est priùs supponamus, eam demum esse optimam allegoriæ, & mystici sensus formam, quæ historico sensu fundatur, atque ipsi historiæ, quoad eius fieri possit, quàm proximè accedit: sicut, si historia læta sit, allegoria minimè tristi vultu prodeat: sin autem littera mœrorem proferat, allegoria quoque luctuosa incedat. Docet pronunciatum istud solidè Ribera præludio de mysticis sensibus ad Malachiæ vaticinium: Sotomaior præfatis in Cantica, post medium, vocatis in confirmationem multis Patribus: Serarius prolegomenis Bibliacis cap. 4. quæstiunc 14. Alphonsus de Mendoça in quodlibetis, quæst. 2. expositiua, num. 1. Cantapretensis lib. 7. hypotyposeon. Tanti autem istiusmodi dogma facit noster Gillius tom. 1. in 1. partem, lib. 1. tract. 7. cap. 3. num. 2. vt inter præcipua referat signa, quibus mysticus sensus, an proprius sit, & à Spiritu sancto intentus, atque quo in argumentando vti possemus, dignosci valeat: quam ille regulam de penu hausit summorum Magistrorum S. Thomæ 1. part. quæst. 1. art. 10. Alberti in summa, tract. 1. quæst. 5. membro 4. Henrici art. 16. quæst. 3. in corpore: Sylueſtri in Rosa aurea, tract. 1. cap. 4. Pauli Burgensis Antistitis in Additionibus ad vtrumque Lyrensis Prologum: Adami præfat. in Isaiam. Hoc itaque firmato documento, animaduertendum, veteres in tradendo mystico Canticorum sensu, ordini & cohærentiæ non tantùm attendisse, vt non maiori cura opus fuisse, non pauci recentiorum Interpretum arbitrati fuerint. Petrus Nannius Alemarianus: *Fieri non posse, quin si vnum sequereris* (ait epistola præludiali) *à cæteris non dissideas: quòd si nunquam ab eorum vestigiis discedere velles, necessum erat, vt interdum rerum, temporumque vicibus, Christum describeres subinde nasci, subinde crucifigi; & alicubi citius crucifigi, quàm nasci, nullo seruato ordine.* Gisserius ad initium cap. 3. Canticorum, in litteræ expositione: *Ex ingenti Doctorum numero* (inquit) *qui librum istum interpretandum susceperè, pars maior prætermissâ connexione, vel singulas sententias per se exponit; vel ea tantùm connectit, quorum manifesta apparet connexio.* Gaspar Sanchez prolog. 7. num 2. *ordinem & filum huius Cantici, negotium esse difficillimum, & à nemine satis hucusque expeditum.* Delrio cap. 3. Isagogæ: *Nullus* (asserit) *serie satis continuata.* Denique in anterioribus monstrauimus sect. 5. num. 33. Patres in examinando historico Canticorum sensu non admodum sollicitos fuisse. Hoc autem indiscusso, mysticum non labare sensum, difficile fuerit.

71. *Allegoria, vt firma sit, litterâ fundari debet.*

Ribera. Sotomaior. Serar. Alph. de Mend. Cantapret. Gillius. S. Thom. Albert. Henric. Sylueſt. Burgensis. Nannius. Gisser. Sanchez. Delrius.

Ex his duabus monitionibus argumentor. Mysticus Canticorum sensus nondum est satis exploratus: At huius non alia potior causa assignari queat, quàm quòd eiusmodi sensum qui tradiderunt, super historiam non fundarunt: Igitur, qui historiam de nuptiis filiæ Pharaonis, aliámve, quæ constare possit, & satis cohærere Canticorum textui ingerunt, sapienter, laudabilitérque faciunt, cùm id consequantur, vt de vera mystica eius intelligentia constet. Ac sanè, nisi adiumento historiæ, allegoriam huius libri elumbem fore dissolutámque, pulchrè conceperunt

72.

perunt duo Aloïsij: Legionensis initio 1. explanationis in cap. 1. Canticorum: Sotomaior præfatis in Cantica, titulo, *Quo tempore*, &c. prope finem. Iam, quantùm interfit mysticum sensum fidelem esse, ad stateram appendi, ex historiæ visceribus erui, docebit nos grauis Auctor Senensis Sixtus lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, titulo, De vsu, & vtilitate historiæ, & mysticæ expositionis. *Nam nisi prius* (inquit) *sensus literæ nobis perspicuus sit, quî fieri potuerit, vt spiritualibus elucidationibus ea illustremus, quorum nobis verba obscurissima sunt? Periculum erit etiam, si non ex intellectis verbis sensum aliquem arcanum exprimere velimus, ne in hæreses varias incidamus: quod multis euenit Hæreticis, præsertim Manichæis, qui, cùm ex imperitia linguæ Hebrææ non intelligerent litteralem sensum dictiillius:* In Sole posuit tabernaculum suum: *conuerterunt se ad præsidia allegoricæ expositionis, dicentes, Christum post resurrectionem suam, sine carne ad Patrem ascendisse, relicto corpore suo intra ambitum globi solaris, vt à nobis caro eius in Sole, tanquam in tabernaculo Dominici corporis, adoraretur. Cùm tamen genuinus & proprius sensus eius litteræ sit, Deum posuisse Soli tabernaculum in cœlo, ex quo Sol ipse summo mane tanquam sponsus è cubili prodiret.* Sed præstat alio exemplo id ipsum ostendisse, eo meliori, quo non de alio Scripturarum loco, quàm de ipsis Canticis deprompto: & volo loquatur potiùs quàm nos, Senensi æmulus alius Scriptor, Alphonsus de Castro lib. 1. contra hæreses, cap. 3. *Vnde* (ait) *ex futili mystico sensu, & infideliter intellecto, Donatus, & ei succedens Rogatus, quondam volebant probare, ex illo Cantic. 1. Vbi pascis, vbi cubes in meridie, Ecclesiam ad solam Meridionalem plagam, quam ipsi incolebant, pertinere.* Hunc autem errorem bibit Hæreticus ex inscientia litteralis, & historici sensus: nam dupliciter peccauit. Primò, quòd interrogationem poneret, finitis illis verbis: *Vbi pascis, vbi cubas?* Quam cùm sponsæ interrogationem feciſſet, sponsum respondere aiebat: *In meridie.* Sic Augustinus tom. 7. lib. de vnitate Ecclesiæ, cap. 14. & tom. 9. lib. de pastoribus, cap. 15. Secundum errorem commisit, quòd *meridiem* ad cœli plagam referret; cùm tamen iuxta litteræ explanationem, si aliter quàm de eo tempore, quod inter vespertinum, matutinumque est, accipiatur, ineptè admodum intelligatur, necesse est. Constat itaque quanti emolumenti sit, sensum litteralem in Cantico Canticorum inuestigasse, ne quâdo in similem hæresim labamur, ac collapsi sunt Donatistæ ex veri mystici sensus inscitia.

Luys. Sotomaior.

Sixt. Sen.

Castro.

Canticorum verba ex c. 1. ab hæretica expositione vindicata.

Augustin.

73. *Canticorum & Psalm 44. an idem argumentum?*

Tertium proferamus huius assertionis fulcimen. Canticorum, & Psalmi 44. eadem est materia, idem scopus. Quis hoc enunciauit? Num vnus testis? an plures, sed obscuri nominis? Dixit Theodoretus præfatione in Cantica ad Ioannem Antistitem: dixit Cassiodorus ad exordium eius Psalmi: dixit Rhemigius, Episcopus Antisiodorensis, qui sæculo nongentesimo floruit, Trithemio asseueratore: dixêre ad veterum exempla de iunioribus, Christopolitanus epistola Canticorum dedicatoria, Titelmanus ad vers. 1. c. 1. Canticorum, Ioannes Baptista Folengius, Antonius Flamminius, noster Lorinus, omnes ad principium Psalm. 44. Sotomaior ad illud cap. 7. Canticorum: *Iunctura femorum, tuorum*, &c. §. *Superiùs*, &c. Psalmum 44. quasi compendium quoddam Canticorum esse affirmat Gaspar Sanchez prolog. 1. in Cantica, num. 5. Salomonem in hoc carmine amplificare voluisse, quod pater eius inchoarat Psalmo. 44. cuius initium: *Eructauit cor meum*, &c. & repetit similia prolog. 3. num. 8. & prolog. 6. num. 23. At Psalmum 44. super Salomonem scriptum fuisse, ad eúmque respicere, Christo principaliùs inspecto, perhibet Hieronymus initio Ecclesiastæ, & epistola ad Dardanum: Eucherius ad lib. 3. Regum, sub fronte Commentarij: Luysius Legionensis ad principium explanationis in Abdiam: Sed Psalmum 44. Epithalamium esse Salomonis Christum figurantis, & filiæ Pharaonis Ecclesiam loquentis, asseruêre Vatablus, Isidorus Clarius, Episcopus Fulginas, Arias Montanus, Guillelmus Estius, Cornelius Iansenius, ad Psalmum 44. cuncti: asseruit Cyprianus Cistercienſis ad illa cap. 6. Canticorum: *Sexaginta sunt Reginæ*, &c. Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 4. Salianus tomo 3. ad annum mundi 3022. numero 122. Ergo, cùm Cantici Canticorum, & Psalmi 44 idem sit argumentum; quemadmodum Hieronymum sequuti tot Viri præstantes, non respuunt Psalmum 44. de nuptiis Salomonis & filiæ Pharaonis intellexisse; neque id Scripturarum aut maiestate, aut nitela indignum reputant: sic, Canticum Salomonis de iisdem nuptiis explanasse, grauiter quidem & modestè vbique; atque in primis ita vt nuptiæ illæ, cortex tantùm habeantur; Christi, & Ecclesię lætissima coniũctio, nucleus sit, & medulla: hoc præstasse, laudi, nõ vituperio à cordatis simul & acribus sacri Codicis inuestigatoribus tribui debeat.

Theodor. Cassiod. Remig.

Christopol. Titelm.

Foleng. Flammin. Lorinus. Sotomaior.

Sanchez.

Hieron.

Eucher.

Legion.

Vatablus.

Clarius.

Montan.

Estius.

Iansen.

Cyp. Cist.

Pineda.

Salian.

Verùm Leo Castrensis Apologetici lib. 1. cap. 39. Iudaïzare eos asserit, qui Psalmum 44. ad Salomonem, & filiam Pharaonis referunt: quidni de Canticorum interpretatione idem adstruat? Plurimus est in vtenda odiosa phrasi bonus ille toto Apologetico, disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, & decursu Commentarij in Isaïam: fastidio est Pinedæ nostro lib. 5. de Salomone, cap. 4. §. 1. non eum suffert Lorinus ad limen Psalmi 44: iusta vtrique bilis: cur enim homo, & in Scripturis versatus, & in orthodoxorum scriptis, Iudaïcam, eam Scripturarum exponendarum normam ausus sit nuncupasse, quæ Christum, velut animam, in littera, tanquam corpore perpetuò respiciat? Producamus Paulum Epistola posteriori ad Corinthios, cap. 3. *Vsque in hodiernum* (inquit) *diem id ipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur:) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum: cum autem cõuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Quid in his Paulum malè habet, nisi quia Iudæus Christum in veteri historia, non agnoscit? Ergóne Iudaïzare est, à littera ad spiritum, qui Christus est, ascendisse? Succedat Paulo Moyses Barcepha Syrus, idémque dignitate Episcopus, tom. 2. Bibliothecæ Patrum, editionis 3. part. 1. Commentariorum Paradisi, cap. 3. *Sunt inter Hæreticos* (ait) *qui contendunt, minimè conuenire, vt veteris Testamenti scripta, mystice, atq; aliter quàm de ipsis rebus, interpretentur; grauitérque accusant eos, qui contrà faciũt; Atqui, si ita statuas, multa vt consequantur absurda, necessarium est: obfirmabitur Manetis, & Marcionis sententia, qui dicebãt, vetus Testamentũ ab auctore Deo, Christi Patre esse; Præterea, nisi in illo recõdita fuerint arcana sensa, vnde potuêre prisci Patres, Prophetæ, alique sancti Viri discere, Christum olim vẽturum, ex eáque re tãto affici gaudio? Denique, si ita cum illis Hæreticis sentimus, profectò in Iudaïsmũ incidimus: quippe Iudæi, vt qui Spiritus sancti experies sunt,*

74. *Leo cast. An Iudaicè sit de solo Christo non explanasse Canticа ad litteram?* Pineda. Lorinus.

2. Cor. 3. 14.

Barcepha.

alia quàm corporalia, craſſáque ſenſa nulla amplectuntur. Sic Barcepha, Hæreticorum, Iudæorúmque claſſe eos connumerans, qui littera ſola contenti ad altiora non euolant: à quibus tantum abſunt illi, qui Chriſtum in Hiſtoria ſacra venantur; quantùm par eſt optimè erga Eccleſiam affectos abeſſe ab eiuſdem Eccleſiæ declaratis hoſtibus. Sed de hac re, qua ſolet grauitate, & Chriſtiana modeſtia egit Cornelius Gandauenſis Præſul, Epiſtola dedicatoria ante Pſalmorum expoſitionem. Vide & Galarzam lib. 2. Euangelicarum Inſtitutionum, cap. 2.

Ianſen.

Galarza.

75. Sed non eſt operoſum ex Caſtrij ſcriptis diuinare, quid ipſe velit. Cuperet de ſolo Chriſto hiſtoricum ſenſum conſtrui, vt ſic Iudæo, qui occidentem tantùm ſequitur litteram, nihil relinquatur: qua in re ſi modum tenere mallet, haberet omnes ſibi conſentientes: Nunc, quando tam continuus eſt in aſſerendo myſtico ſenſu indiſtincto à litterali, vt nunquam patiatur, Hiſtoriam ad Salomonem, Dauid, aliósque eius generis conuerti, nobis diſſimulare non licet, quando ſcimus aliud docuiſſe Patres, & optimos quoſque Auctores, ex quibus Hilarius in Pſalmum 63. loquens de his, qui omnia Dauidica ad Chriſtum transferunt ſolum: *Cauendum,* (ait) *ne, dum omnia in eum conuenire æqualiter opinamur, plurimùm & diuinitati ſuæ, & corporationis Sacramento, & operationum poteſtati, & paſſionis virtuti, & reſurrectionis gloriæ detrahatur: tenendus igitur modus eſt.* Hieronymi clariſſima verba dedimus ſuprà ſect. 4. num. 22. Auguſtinus ſerm. 14. de Sanctis, *prophetalem morem eſſe, præſentia tangere, futura proſpicere*; hoc eſt, Iudaïca ſecundùm hiſtoriam, & litteram docere, in his venturum Seruatorem præuidere. Nazianzenus oratione 2. in Paſcha, mediam viam tenendam eſſe affirmat, quæ allegoriam cum hiſtoria maritat: *Inter eos incedentes, qui craſſiore ſunt ingenio, & eos, qui allegorica ſpeculatione abſtruſioribus ſenſibus impensè delectantur; vt nec prorſus inertes maneamus, & torpidi; nec rurſus curioſiores ſimus quàm par ſit*; (*alterum enim Iudaïcum, atque abiectum eſt*; *alterum ineptum, ac ſomniorum interprete dignum*;) *ad hunc modum de his rebus non nimis abſurdè, nec ridiculè diſſeremus.* Sed venuſtè in primis Tertullianus lib. de reſurrectione carnis, cap. 19. *Nacti enim quidam ſolenniſſimam eloquij prophetici formam, allegorici, & figurati plerunque, non tamen ſemper, reſurrectionem mortuorum manifeſtè annunciatam, in imaginariam ſignificationem detorquent, aſſeuerantes, ipſam etiam mortem ſpiritualiter intelligendam*, & plura alia, quæ capite ſequenti vigeſimo adiungit. Hanc, cùm ab his, aliiſque Patribus, Scripturarum interpretandarum eximiam rationem, qua, nempe, Hiſtoria allegoriam antecedit, & ad eius exemplar myſtica enarratio componitur, hauſiſſent, libenter in ſua ſcripta tranſtulerunt Sixtus Senenſis lib. 3. Bibliothecæ, titulo, *De vſu, ac vtilitate hiſtoricâ, & myſticæ expoſitionis.* Ianſenius epiſtola ante Pſalmorum elucidationem: Ribera præludio primo in minores Prophetas: Alcazar notatione 22. procœmiali, §. *Et verò.* Pineda lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 17. Vaſquez tomo 1. in 1. part. diſputatione 13. cap. 2. Alphonſus de Mendoça in quodlibet. diſputationibus, quæſtione 2. expoſitiua, numero 2. vbi oſtendit, hoc genus interpretandi ſacrum textum, maieſtatem Scripturarum plurimùm commendare, cùm illis tribuat, quo cæteræ carent Scripturæ; non tantùm per verba, ſed per res quoque loqui.

Hilar.

Hieron. Auguſt.

Nazianz.

Tertull.

Sixt. Sen.

Ianſen. Ribera.

Alcazar. Pineda. Vaſquez. Alph. de Mendoça.

SECTIO X.

Quid de opinione aſſeuerante materiam Cantici Canticorum nuptias eſſe Salomonis cum filia Pharaonis, Auctor æſtimet, & ab ea quamobrem diſcedit? Quidnam interpreti Canticorum potiſſimè ſpectandum? Vtra melior ſententia, quæ in Canticis, & propheticis hiatus & voragines admittat; an quæ concatenari omnia decernit?

DVo ſunt potiſſimùm, quæ de hac opinione iudicare volentem, conſiderare oportet. Primum, an ſententia ſecum eiuſmodi aliquid aduehat, quod auditorem pium, atque grauia & matura affectantem, non ſine cauſa offendere valeat; putà, ſi narratio honeſtas aures verberet; ſi illicita eſt, & exoſa referat; ſi modus explanationis audax & effrõs, quòd, poſthabito Patrum iudicio, per noua & incauta feratur. Alterum eſt, vt his omnibus næuis careat exponendi genus; in ſe tamen inualidum ſit, & inefficax, quia prima vltimis, & mediis duo hæc non reſpondeant. Statuo ergo, quantùm attinet ad primum ex his vitiis, eo immunem eſſe ſententiam, quę nuptias Salomonis cum filia Pharaonis materiam aſſerit eſſe Canticorum, Chriſtum, & Eccleſiam præfigurantem. Conſtat pronunciatum ex ſuperioribus. Nam, quòd illegitimum nihil, & à nitela abhorrens doceat, monſtrauimus ſect. 2. quòd autem Patrum opinationibus minimè aduerſetur, multifariam oſtendere conati fuimus, & puto vicimus, ſobrio Lectore iudice, ſect. 5. Definio deinde, nihil tam impoſſibile affirmari, (etſi non pauca, quæ difficilia ſint, tueri neceſſe fuerit,) quod cum veri imagine non dicatur; omniáque ita alligari & cohærere, vt probabiliter dicta eſſe nemo non protenui cerebri aſſerat. Hæc propugnauimus ſect. 3. Quæ cùm ita ſint, & opinio, his exceptis, Patronos numerat ferè ſexdecim, luculentos, ſi quos habuerunt poſteriora tempora; quibus tamen affatim abundarunt: Chriſtiani erit pudoris & modeſtiæ non temerè cenſuram ferre in ſententiam, quæ iis munita eſt præſidiis, quibus optimæ quæque opiniones ſartæ tectæ eſſe ſolent.

76.

Anne igitur quidpiã diſplicet in opinione? Aliquid ſanè. Dicam, quid illud ſit non inuitus. Ego, poſtquàm ad huius libri ſedulam cõmentationem me contuli, facilè adductus ſum, vt cũ magnis eius Explanatoribus cõſentirem, Nannio Alcmariano epiſtola prologali; Luyſio Legionenſi explanatione 1. & 2. cap. 1. Canticorum, ſub ingreſſum expoſitionis: Delrio cap. 1. Iſagogæ; Giſlerio ad initium expoſitionis hiſtoricæ, c. 3. Canticorum; Gaſpare Sanctio prolegom. 7. num 20. & præfatione ad Lectorem; Alcazario notatione 9. ex procœmialibus in Apocalypſim, §. *Ab his.* primas illas eſſe, potiſſimáſque Interpretis præſtantiſſimi partes, ſi in Opere denſis tenebris & inuolucris affluente, maximéq; laxo & diſſoluto, ſuperficiẽ conſiderantibus, doceret omnia catenata eſſe, & ad miraculum cõnexa: fortaſſe vt ſiue hiſtoricũ, ſiue allegoricum ſenſũ introſpicias, nullus ſit in nouo, aut veteri Inſtrumento ſacer Tractatus, qui maiori cum ordine

77. *Opinio, vt ſponſa Canticorum ſit filia Pharaonis, reiecta ab Auctore.*

Nannius. Legion. Delrius. Giſler. Sanch. Alcazar.

Interpretis Canticorum quod potiſſimũ munus

ne loquatur, pauciores hiatus & voragines admittat, minùs ad hæc & illa digrediatur, & excurrat: Hæc ego in historica explanatione de nuptiis filiæ Pharaonis eos assequuturos non dubito, quibus præter excellens acumen, à plurima & exquisita lectione dies supellex: cùm à nobis sæpè tentatum fuisset, conatus ceciderunt. Causa fuit. Legebamus natales sponsæ obscuros, & ex pauperiorum consuetudine, Canticorum cap. 8. *Sub arbore malo suscitaui te*, &c. Audiebamus eandem ex Libano, tanquam ex patriis sedibus vocari, Cantic. 4. *Veni de Libano, sponsa*, &c. Non latebat sordidum & infaustum vitæ genus, custodientis vineam, hœdos ad pastum abigentis, Cantic. cap. 1. Hæc omnia cum suis Patronis dedimus sect. 7. num. 51. Nihil istorum in regiam puellam congruere poterat, cuius esset patria Ægyptus; quæ intra aulam & nata, & educata fuisset: quid faceremus? Restabat vnicum solamen, si ad allegorias, & tropos confugeremus: diceremus, ista, prout sonant, minimè intelligenda fore; sed huius velamentis occultari personam regiæ prognationis, vti in superioribus monstratum sect. 7. num. 51. Istud aggressos duo reuocauerunt. Primum: librum, per se difficillimum, multiplicatis allegoriis videbamur insuperabilem reddere, qui id præcipuè cuperemus, lucem, non tenebras nouas afferre. Alterum, atque potissimum: quoniam posita allegoria, liberum non fuit, historicæ narrationis filum continuare; extra chorum loquendum erat, ea intermiscenda, quæ antecedentibus & consequentibus cognata non erãt: plurimùm violentiæ patiebatur multis in locis litterę declaratio: intorquenda erãt non pauca, harum allegoriarũ causa.

Canticor. c. 8 c. 4 c. 1.

78. Sed dices: Amatoria sunt hæc: amor autem sibi non constat, non se potest regere; & quò vehementior flamma est, minùs sui compos est. Ad hoc, insuetum non est aliis Scripturis, etiam quæ de amore non agunt, ordinem perturbare, digressiones inferere, transire repentino volatu ad materias toto ferè cœlo distantes. Augustinus ad illud Psal. 44. *Propterea te benedixit Deus* &c. *Mutationes* (ait) *personarum ex improuiso omninò, & repentinæ inueniuntur in sacris Scripturarũ libris; & si quis aduertat, planè sunt paginæ diuinæ.* Plura ex Patrum apothecis suppeditabit Martinus Martinez annotatione addita ad cap. 1. lib. 5. hypotyposeon. Dictum autem ipsum tuetur noster Cornelius Canone 5. pro Isaiæ intelligentia: Ribera ad cap. 14. Apoc. num. 94. ad cap. 15. num. 1. Idem in cap. 3. Habacuc, num. 8. Acosta lib. 1. de temporibus nouissimis; cap. 9. Alphonsus de Mendoça relectione de vniuersali Christi regno, num. 4. Denique, vt Hieronymus dicebat lib. 5. in Isaiam, ad principium cap. 16. *Omnis Prophetia ænigmatibus inuoluitur, & præcisis sententiis, dum de alio loquitur, transit ad aliud; ne si ordinem Scriptura conseruet, non sit vaticinium, sed narratio.* Proprium igitur prophetalis, & ænigmaticæ locutionis, hoc esse, significare visus Hieronymus, ne ordinem seruet: hac nota distinguitur ab humana historia & narratione, quæ rerum connexioni plurimum adhibet curæ, & solertiæ. Verùm, vt hæc cum suo sale, & probè intellecta sustinenda fuerint; tamen, qui in Canticorum historia plura esse hiulca, & voraginosa autumant, & quæ ordinem non sufferant, ignauiæ eos patrocinium quærere non dubitarunt affirmare Auctores sub initium præcedentis numeri relati. Leo Castrensis de propheticis locutionibus id vniuersum adstruit disputatione de translationibus, cap. 16. & præfatione ante Indicem Commentariorum in Isaiam: Montani enim, Mahometis, & Pseudoprophetarum oracula solùm admittat dissolutas imitari scopas, & ligamen nescire: idémque Leo, & Gisslerius Spiritui sancto parum decorum eiusmodi dictasse, quæ non cohæreant; sed huc illuc spargantur, & fluitent: Gaspar Sanctius, ne in mediocri humano Auctore id tolerandum: Legionensis hanc ob causam crassos errores commissos à quibusdam Canticorum Enarratoribus: Alcazar, confusi ingenij habendum, qui ita inter homines loqueretur; Ouidianas fabulas sic posse ad diuina transferri, si catenatio negligatur. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem diuinè locutus: *Iusta* (ait) *& digna præscriptio est in omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis: cæterùm aliud consulenti, aliud respondere, dementis est: quò magis absit à Christo, quòd ne homini quidem conuenit.*

Amatoria igitur esse, quæ Canticis scribantur, non renuo: sed ab amore, qui sui compos est, & rector, profecta; ab amore, quem non spiritus phanaticus immiserit, sed ille entheus & cœlestis omnis bonæ disciplinæ, & ordinis auctor. Transitum in Prophetis admitto à metaphora ad rem significatam; sed interpretor eiusmodi transitiones, quæ parenthesis vicem obeant. Parenthesis autem neque omninò ab instituto sermone solet distare: vt distet autem, filum narrationis minimè abrumpit: ea enim, siue posita, siue dempta, cohærent posteriora cum prioribus: alioquin, si tales intermedias locutiones admittamus, quæ antecedentium connexionem cum subsequentibus tollant, quæ spes est inueniendi in Scripturis germanum, aut historiæ, aut mysterij sensum? Denique & Historia sacra profanam non solùm excedit, quòd per verba summo ordine loquatur? sed; quia etiam per res mirabili cohærentia & sequela effatur: qua excellentia præcipuè distare sacram à profana narratione, docet dilucidè S. Thomas prima parte, quæst. 1. art. 10.

79.

Quando autem filiam Pharaonis ab historia Canticorum amandamus, consequens est, vt ab eadem quoque Salomonem Regem excludamus. Occasio est: nam certè, si de aliqua ex vxoribus Salomonis hoc Cantico agitur, de eadem quidem, & non alia tractatio est, quæ præ reliquis omnibus singulariter adamata est. Hoc, textus non impigrè multoties insinuat: hinc enim passim *dilecta* vocabulo nuncupatur; quia ipsa sit, cui vox illa per excellentiam conueniat. Hinc fit, vt in vno crine colli eius, in vno oculorum sauciatum se sponsus non tam gemit, quàm gaudet, & gloriatur, Cantic. 4. Hæc denique illa est, quæ Canticorum cap. 6. enumeratis Reginis multis, concubinarum numero amplo, adolescentularum non inito catalogo præ copia, separatur à reliquarum contubernio: quam & illæ omnes beatissimam deprædicant. At inter Salomonis vxores Pharaonis gnatam eam fuisse, quæ cæteris plus, & dignitate, & amore valeret apud Salomonem, docent Tostatus quæst. 5. in cap. 11. lib. 3. Regum: Torniellus tom. 1. ad annum mundi 3021. Salianus tom. 3. ad annum mundi 3059. num. 18. Ianssenius in argumento Psalmi 44. Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 4. Sotomaior, & Cyprianus Cistercienſis ad illa cap. 6. Canticorum: *Vna est columba mea*, &c.

Parenthesis natura.

Diuina & sacra Historia, vt distet à profana.

Salomon, Dauidis filius, nequaquam sponsus Canticorum.

Cant. 4. & 6.

Amor sui impotens.

Augustin. Regula: Saltus & trãsitus in propheticis repentini ad obiecta nullo modo connexa.

Martinez. Cornel. Ribera. Acosta.

Mendoça. Hieron.

Prophetica & humana narrationis quæ differentia?

Leo Castr.

Giesler.

Sanchez. Legion.

Alcazar.

Tertul.

S. Thom.

Tostat. Torniell. Salian. Iansen. Pineda. Sotomaior. Cyp. Cister.

Cùm igitur hæc nequeat esse sponsa Canticorum, fit etiam, vt Salomon non possit esse sponsus, cùm si alicuius esset sponsus, huius, non alterius, fuisset.

81. Nemo tanquam ad insolitum adstupescat, cùm dicimus, Salomonem Regem non esse sponsum Canticorum. Cùm hæc damus; quæ ab aliis accepimus, offerimus. Consule sectionem 1. & vide quid protulerimus ex Alphonso de Mendoça, Blasio Viegas, & aliis: quibus nunc iunge Delrium ad illa cap. 3. Cantic. *En lectulum Salomonis*, &c. Gasparem Sanchez prolog. 2. in Cantica. Lyræ non omittam verba procemio Canticorum: *Iste liber* (ait) *loquitur parabolicè de amore mutuo sponsi & sponsæ: sed, quis sit iste sponsus, & quæ sit ista sponsa, clarè non apparet ex littera.* Si vis probationem, do breuiter. Psalmi 44. & Canticorum eadem est materia, idem argumentum: monstraui sectione antecedenti, num. 72. At Salomonis res nequaquam eo celebrari Psalmo, Patrum bona pars docet apud Pinedam lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 17. num. 2. apud Leonem Castrensem Apolog. lib. 1. c. 39. Igitur nec easdem Cantico Canticorum decantari, satis verisimile fuerit. Præterea, non minùs Psalmus ille Epithalamij nomine honoratur à Patribus, & Expositoribus passim, quàm Canticorum tractatus: Sed illo Hymenæo Auctor eius, Dauid, suam non cecinit personam, vt est omnium ferè sententia: Igitur & potuit Canticorum Auctor suas non celebrasse nuptias sacro Epithalamio. Quis igitur, inquis, est sponsus, quæ sponsa, si non Salomon, & vxor eius? Res longioris moræ est respondisse: postulat integram disceptationem: dicemus, placente Numine, tertia Prælocutione.

Mendoça. Viegas. Delrius. Sanchez. Lyra. Pineda. Leo Castr.

ANTELOQVIVM II.

Nuptiæ filiæ Pharaonis quid mysticum adumbrent? quæ ab illis Ethica haurienda?

SATIS pro humanis thalamis ventilatum: diu nimis amarum historiæ corticem rosimus: mellitum aliquid, & de condîtis mysticorum eduliorum anhelat palatum. Dabúntne amores Salomonis, & filiæ Pharaonis? Dabunt, modò prima sibi rapiat syderei Amoris Genitrix, *Mater illa pulchræ dilectionis.*

SECTIO. I.

Dei in Mariam singulariſſimus Amor variè de monſtratus: ob titulum maternitatis; ob carnis identitatem; ob commendatam in cruce.

1. DOCVIMVS elapsæ Prolusionis sectione nouissima, num. 80. supra adolescentulas, supra secundas coniuges, supra Reginas denique ipsas adamatam à Salomone Pharaonis gnatam. Nemo inter tantas vxores huius particeps honoris: nemo Ægyptiæ puellæ æmula. Loquebantur hæc à longè MARIAM singulariter Deo charam, præque vniuersitate & hominum, & Angelorum. Vultísne ostendam dilucidè? Veni tu, subsidiator Anselme, & tuere magnæ Parentis gloriam nectarea eloquentia: *Hîc se suberigat intentio mentis humanæ* (inquit lib. de excellentia B. Virginis, cap. 3.) *& pro posse paucis intendat, quanti penderit omnipotens Deus merita huius Beatissimæ Virginis: intendat, inquam, & contempletur, videat, & admiretur. Vnum Filium sibi consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit, & per eum omnes creaturas visibiles, & inuisibiles ex nihilo fecit: hunc igitur sibi tam vnicum, quàm dilectissimum, & in omnibus omninò æqualem, non passus est remanere solummodo suum; sed eundem ipsum voluit in rei veritate esse B.* MARIÆ *vnicum, & dilectissimum, & naturalem Filium: ita vt vnus idem ipse, Filius Dei in vna persona, esset filius Sanctæ* MARIÆ *Virginis: & qui Filius S.* MARIÆ, *vnus & idem esset in vna persona Filius Dei* &c. Expendo aurei pronunciati partem illam: *Non passus est remanere solummodo suum; sed eum ipsum voluit in rei veritate esse Beatæ* MARIÆ *vnicum, & dilectissimum, naturalem Filium.* Certè amor liberalis est, atque si digna accipiat incrementa, prodigus bonorum profusor. Amauit Pater æternus Filium, in quo sibi complacuit infinito ardore: dedit pro dilectionis magnitudine infinita; sed dedit omnia. Audi Filium ipsum Ioannis 16. *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.* O diuitem nimis Filium! Proh quantus amor Patris! Sed vereor, inter charitatis incendia reseruauit sibi aliquid genitor: sanè reseruauit. Quid illud tam inclytum, tam Patri charum, cuius ne tali quidem Filio tam dilecto copiam fecit? Profectò, relatio Paternitatis. Itaque perfectiones omnes absolutas communicans, hoc quoque non negauit, fœcundus vt esset: sed relationem Spiratoris, non Paternitatis concessit. Omnia cùm dedisset, Pater tamen vt diceretur, personæ diuinæ & infinitæ simpliciter, non dedit. O incomparabilem MARIÆ gloriam! Pater vniuersa Filio largitur; sed hoc non tribuit, vt Pater vocaretur: MARIAM cùm adamasset singulariter, ne hoc negauit: *Vnum filium sibi consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit. Hunc sibi tam vnicum,*

Anselm.

MARIÆ *incomparandæ dignitas, eò quòd eundē cum Deo Filium habeat.* Ioan. 16 15.

tam

dilectissimum, & in omnibus æqualem, non passus est remanere solummodo suum; sed eundem in rei veritate voluit esse B. MARIÆ *vnicum, & dilectissimum, & naturalem Filium. Quis hæc audiens* (exclamat egregiè Anselmus) *non obstupescat; & quòd Deus tale quid velle potuerit, non vltra omne, quod dici potest, admirabile ducat?* Planè mirandum, quod nemo præter æternum Patrem dicere valeat, MARIÆ concessum, vt sine fuco, sine suspicione asserat, se Genitricem esse diuinæ personæ; ita, *vt vnus idem ipse, qui Filius Dei in vna persona est; Filius sit S.* MARIÆ *Virginis; & qui Filius Sanctæ* MARIÆ, *vnus & idem ipse sit in vna persona Filius Dei.*

2. Sed explanemus iucundissimum Anselmi locum aliquo exemplo, Nostis sub initio Salomonici principatus duarum feminarum litem, Regum 3. cap. 3. Hac, atque illa controuertente, cuius esset infans, iussit sapiens Princeps euaginari machæram, & diuidi infantulum: Cessit iudicio falsa genitrix: sed, quæ vera fuerat mater, continuò exclamauit dolens: *Obsecro, Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* Quid effaris, mulier? quæ hæc est indulgentia? sic materni affectus oblita? An non tibi potior est pars aliqua filij tui, quàm integram reliquisse apud alienam, & non matrem? Cur saltem non dicis: Viuat infans, & vtramque genitricem habeat, vtriusque progenies nominetur: verùm prolis quasi tædiosa asseris, *Date illi infantem?* Scio quid docere nos velis: genitricis, & matris vocabulum, consortium non admittere. Vna est mater vnius filij: aliam secum genitricem dici, quæ vera est mater, non patitur: priùs velit amissum filium, quàm vt huius & illius filius vocetur. Augustinus serm. 200. de tempore, tom. 10. *Iudicante* (ait) *Salomone, meretrix non dimisit diuidi filium suum; & tu diuidis Deum tuum? Illa, etsi meretrix, tamen pia, quia mater. Quod dicit, Date illi puerum, & nolite diuidere, ecce ego dico: Totum posside, & noli diuidere Deum.* Concinnè Augustinus protulit: *Etsi meretrix; tamen pia, quia mater.* Sed hæc pietas maternorum viscerum quomodo ostensa? Quòd diuisionem sustinere nollet, Maternum nomen ne diuideret, non mater infantem vt tolleret, patiebatur. Iam tu contemplare, qualis erga MARIAM æterni Patris amor! Dictat genitoris affectus, dictat parentis nomen, filium, aut huius, aut illius esse integrum; non vnum filium duorum suffert. Posthabuit naturam Marianæ dilectioni magnus ille Genitor; & qui nulli vnquam paterni nominis sodalitium concessit comparatione Filj sibi consubstantialis, MARIÆ tribuit, Mater vt diceretur: cúmque etiam in meretrice materna pietas partitionem non admitteret; sed in solidum, aut huius, aut illius esse suaderet; *Hunc sibi tamen tam vnicum, quàm dilectissimum filiũ Pater æternus* (aiebat Anselmus) *non passus est remanere solummodo suum; sed eundem in rei veritate voluit esse B.* MARIÆ *vnicum, & dilectissimum, & naturalem filium.*

3. *Ioanni Euãgelistæ cur B. Virgo credita?* Hinc ego deduco, cur Seruator sub vitæ, & dierum finem B. Ioanni Euangelistæ potissimùm Matrem commendauerit, atque inaudito quidem adiuncto honoris titulo, eius vt in posterum Genitrix haberetur, ille Virginis proles: *Mulier* (inquit Ioan. 19.) *ecce filius tuus.* Erit, qui dicat, commissam Virginis custodiam, quia ipse virgo esset: erit, qui asserat factum, quia sanguine coniunctus fuisset. Mihi placet Guarrici dictum serm. 4. de Assumptione: *Petrus* (ait) *sortitus Ecclesiam: Ioannes* MARIAM: *huit planè competebat hæc portio, non solum iure propinquitatis; sed etiam amoris priuilegio.* Venustè admodum honores Ioanni concessos in amoris priuilegium refundit. Assonat Ecclesiastica Antiphona pro Ioannis officio: *Qui priuilegio amoris præcipui cæteris altiùs à Domino meruit honorari.* Ergo amor Ioannis, quia præcipuus, quia inter cæteros amores eminens, priuilegia meretur, sublimiori honorum gradu decoratur. Exponamus singula. Priuilegium scimus esse, cùm de generalibus legibus fit exceptio. Verbi causa: toto humano genere Adæ maculâ aspersо, Virgo Beata de communi labe non participauit: quod nemini concessum, ei tributum: hoc, illam est priuilegio donari. Expendamus, quo amor Christi præcipuus Ioannem priuilegio honestauerit. Sicut Pater æternus omnia Filio tribuens; sibi tamen reseruauit Patris nomen nulli communicandum: sic Filius omnia & ipse & Pater dantes Spiritui sancto, Filij tamen relationem, & cum ea coniunctam peculiariter spirationem actiuam apud se retinuit: posteà verò in terras delapsus, cùm genus hominum supra modum adamaret, quò dilectionis æstuantes vapores testaretur, nominis, quo Filius Dei vocabatur, participes fecit, *quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan. cap. 1. Sed habuit apud se adhuc in terris positus nomen, quod in neminem contulit; *Mariæ* quippe *gnatus* dicebatur. *Petræ* quidem titulo Simonem donauit: Christos appellari non paucos siuit: *lucem* cùm se nuncupassет, Apostolos quoque mundi *lucem* pronunciauit: tantùm in non vocando aliquo *Mariæ filio* constans ad crucem vsque. Quid igitur tum? Oportebat Ioanem, quoniam præ reliquis diligebatur, cæteris altiùs honorari: meditabatur, quid Pater æternus fecisset, vt probaret, MARIAM sibi chariorem esse vniuersa creatura; nempe, vnicum illud paterni nominis pignus, quo gloriabatur solus æternæ sobolis Genitor nuncupari, nemini aliquando concessum, ne Filio dilectissimo, MARIÆ ex priuilegio distribuit. Christus igitur imitaturus Patris in decoranda MARIA exemplum; quemadmodum illi placuit, Filium suum dici, & esse verè filium MARIÆ: sic Christo placuit Matrem suam dici genitricem Ioannis: ita satis testatus principem erga Ioannem affectum, quando quod retroactis temporibus nulli permisit, passus sit *Mariæ* secum *Filium* acclamari.

Amor Christi erga Ioãnem Euangelistam in Cruce enituit præcipuè.

Priuilegium quid?

Ioan. 1.

MARIÆ *filium dici, quantus honor.*

4. *Amor diligentem in amatum transformat.* S. Thom. Augustin. Sed nulla speciosior probatio diuini erga MARIAM amoris, eâ, quæ ab ipsius amoris natura deriuatur. Amoris esse id proprium tradidère antiqui sapientes, amantem in dilectum transmutare, ita vt qui diligeret, in amato viueret. Lege S. Thomam 1. parte, quæst. 27. artic. 3. in corpore: audi ab Augustino tom. 10 serm. 28. de tempore: *Homines mali mundus vocantur: inde acceperunt nomen, ex eo quod amant. Amando Deum efficiuntur Dij: ergo amando mundum mundus dicuntur.* Ergo amor quò vehementior, magis agglutinat, & cùm suprema coniunctio est inter amantes, amor quò ascendat, non habet. Coniunctum Numen illud summum & immortale creaturis quis dubitet, quando in ipso viuimus, mouemur, & sumus? Coniunctius adhuc per gratiam iustorum animabus; coniunctissimum in pacis & quietis statione per visionem beatam felicis patriæ habitatoribus. Amat opus manuum suarum, & quibus propinquius est, plùs diligit. Verùm, qualis omnis hæc propinquitas, si Mariæ

compares? Quid arctius identitate? Hic apex coniunctionis, hæc corona: MARIA non circa Deum est intimè, quemadmodum Angelus, homo, & quæ subseruiunt, atque famulantur reliquæ creaturæ: idem est cum ipso qui Deus est:

MARIA *idem cum eo, qui est Deus.* Damian. *Hic taceat, & contremiscat omnis creatura* (Damiani vox est serm. 1. de Natiuitate) *& vix audeat aspicere tantæ dignitatis, ac dignitionis immensitatem: Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus; sed non cum Angelis; quia cum illis eiusdem non est essentiæ: habitat Deus in Virgine; habitat cum illa, cum qua vnius naturæ habet identitatem.* Igitur, si ab amore coniunctio & propinquitas; & quò coniunctior amato, qui diligit, eò vberiores amoris flammæ: cùm Deus supra omnium creaturarum coniunctionem Virgini coniunctior sit, nempe, cum qua idem sit ipse Deus, quod coniunctionis fastigium & vmbilicus est; fit, necessarium fore, MARIAM vt Deus adamet supra omnium creaturarum collectionem, plùs in ea sola sibi complacere, quàm in omni hominum atque Angelorum multitudine, siue diuisiuè, siuè cum aggregatione & simultatione considerata.

5. Libet paululùm immorari in hac sacra coniunctione, quæ tantum & amoris, & honoris MARIÆ attulit. Loquebatur ad turbas de Baptista Ioanne Christus Matth. cap. 11. póstque multa Præcursoris encomia: *Amen* (ait) *dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autẽ minor est in regno cœlorum, maior est illo.* emergit statim communis scrupulus, quomodo conciliare fas sit, Ioannem omnes excedentem, minorem esse? Mihi ingeniosè admodũ cogitasse visus Cæsarius, Nazianzeni Gregorij frater. Nam, quem minorem nuncupat Christus, Euangelistam Ioannem esse arbitratur: hic autem in regno quidem cœlorum inferior sit Baptista: at in terris præcellentior. At, quo pacto id stare valeat? qualis hæc prælatio? si officia contemplemur, potioribus honoratur Baptista; Vexillifer, nempe, & Lucifer non vnquam morientis Solis constitutus: si ætatem, vetustior est: si vitæ institutum, plùs rapiunt setosæ illæ pelles, & syluarum cibus: si denique animæ ornamenta, & de cœlo delapsa dona; nemo inter natos mulierum illo ditior, exceptis semper Christo, eiúsque Genitrice. Quibus igitur antecedit Euangelista Ioannes? Amicitiæ, atque vberioris dilectionis signis. Sed cape à Cæsarij acumine singularis pronunciati non aspernandam rationem: *Quis minor* (inquit dialog. 3.) *quidem in regno cœlorum, maior autem Ioanne? Omninò eum, qui à Domino tonitrui filius cognominatus est, Ioannem Theologum: ille enim multo timore visus tangere Verbi verticem carnem gestantis non audebat: hic autem plus omnibus libertatis habens in diuina Cœna, in sinu Domini recumbens, paulò pòst super ipsum sanctum vniti cum Deo hominis pectus sese reclinat. Non Iosephus, qui nominabatur, attamen pater eius non erat; non Ioannes Baptista, non Angelus, non Archangelus, neque alius quispiam, incarnati Dei, & Verbi ausus fuit attingere illud formidabile pectus, super quo hic Ioannes, velut Pater super filium diffusus, recubuit.* Itaque Cæsarius inde colligit, familiaritatis & dilectionis potioribus incrementis auctum Ioannem Apostolum, quòd Baptista, cùm ablui vellet Seruator, vix tangere ausus, & quidẽ nisi compulsus carnem illam, quæ Deum sibi vnitum haberet: Euangelista autem Ioannes non tantùm contrectare; sed puluinar sibi, sed stratum

Matt. 11. 11.

Cæsar.

parauerit, & tanquam imperiosus genitor in gnati sinu requiescat, ita ille altè soporatus sit inter Dei hominis brachia. Sed, quota est hæc discipuli, quem diligebat IESVS, coniunctio? quota approximatio, si MARIÆ compares? Ille ad horam dormiuit, bibit de arcano corde sacri fluenta Euangelij: hæc nouem mensibus intra materna claustra portauit: Deinceps, quanto, quàm diuturno interuallo, dum vberibus admoueret, dum circunferret, dum oscularetur crebrò? Sed leuia sunt isthæc, quando & vna atque eadem fuerit caro Christi, atque MARIÆ. *Specialiter tamen cum* MARIA (ait Bernardus homil. 3. super *Missus est.*) *cum qua vtique tanta ei consensio fuit, vt illius non solùm voluntatem; sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si de sua, Virginisque substantia vnum Christum efficeret, vel potiùs vnus Christus fieret: qui etsi nec totus de Deo, nec totus de Virgine; totus tamen Dei, & totus Virginis esset.* Quantùm itaque illa coniunctio Ioannis carnem solùm tangentis, distat à coniunctione identitatis (quæ suprema est) cum eadem carne; tantùm differt amor, quo Virginem prosequutus est homo Deus, ab amore, quo idem, aut Ioannem Apostolum, aut quenpiam alium de dilectissimis prosequutus sit. —

Bernard.

Verùm, vt Genitricem Christus summè semper amauerit, idque tota vitæ ostenderit periodo; scitè tamen Guarricus Abbas serm. 4. de Assumptione: *Cæterùm, cùm dilexisset eam* IESVS (ait) *in finem dilexit eam: vt non solùm propter ipsam finem viuendi, verùm & in ipsam finem penè faceret loquendi, dum velut inter vltima verba testamenti, curam Matris charissimo transcribit hæredi.* Sed, quod amoris argumentum, præcipui & singularis præsertim, (de quo amore loquimur,) filium cum Parente solatij indiga & mœrotis plena loquutum fuisse, quando cum latrone sermones miscet? *Nam si religiosum est,* (ait Ambrosius lib. 10. in Lucam, cap. 23.) *quòd latroni venia donatur à Domino, multò religiosius, quòd Mater honoratur à Filio.* Christus latronem alloquens non distulit ne tantillum humanæ salutis causam, quin hoc ipsum erat maximè redimendo homini attendisse: Matrem si alloqueretur, mora aliqua redemptioni ponenda fuerat, etsi breuis illa: *Testatur* (inquit Ambrosius de virginis institutione, cap. 7.) *de cruce Dominus, & paulisper publicam differt salutem, ne Matrem inhonoram relinquat.* Sed, quid interest, publicam salutem momento differri, asseras, præsertim propter Matrem? tantáne res hæc? tanta sanè, quanta maior vix esse possit, quantam, nisi MARIAM ardentissimè amasset, Christus nunquam fecisset. Perpende tu, quàm celer currat, quàm citus feratur ad redimendum hominem Christus, de quo Salomonis Pater Psalmo 18. *Exultauit, vt gigas, ad currendam viam suam.* de quo Salomon ipse huius Epithalamij cap. 2. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Non ambulasse festinanter sufficiebat, non cucurrisse: exigua hæc properanti videbantur: saltus dabat, quàm stupendos disce ex Ambrosio serm. 6. in Psalmum 118. *Videamus* (ait) *salientem: salit de cœlo in Virginem* (vah quanta distantia! quàm ingens saltui spatium!) *de vtero in præsepe, de præsepio in Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in cœlum de sepulcro. Proba mihi, Dauid, salientem, proba currentem: tu enim dixisti: Exultauit, tanquam gigas, ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius,* &c. Hunc igitur tanta pernicitate volantem, sitientémque celerem mortalium redemptionem,

6. *Christus Genitricem in Cruce magis dilexit.*

Ambros.

Salutem hominũ quanti faciat Christus?

Psalm. 18.

Cant. 2.

Ambros.

morari

morari propter MARIAM, pausam facere, non putas amoris exquisiti sufficiens argumentum? Certè montes erant Apostoli, certè colles discipulorum cœtus, dolebant pro Magistri absceſſu: Ioan. 16. *Et nunc vado ad eum, qui misit me* (Ioan. 16.) *sed, quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* Volebant, ne transiliret: sed ille, ne gradum quidem retardauit: transiliit colles, transiliit montes: quod non poterant montes, non editissimi colles, vicit MARIÆ amor, & ad hanc vt ventum est, *paulisper publicam distulit salutem, ne Matrem inhonoram relinqueret*; ne non supra omnes amasse videretur.

7. Distulit tantisper Christus publicum opus ob MARIAM. Sed, quid in illa morula in Virginis fauorem perpetratum? *Testatur* (loquitur Ambrosius de institutione virginis, cap. 7.) *de cruce Dominus* IESVS: *subscribitur Ioannes in testamento Christi: legatur discipulo Matris custodia: pietatis gratia commendatur. Non vtique Christus faciebat diuortium, non* MARIA *relinquebat virum. Sed cum quo Virgo habitare debebat, quàm cum eo, quem Filij hæredem, integritatis sciret esse custodem?* Primùm disquiro, nunquid non Seruatori aliquid, quod testamento legaret, prætet MARIAM? Tam vacuus bonorum, vt præter Parentem aliud relictum non sit? Et vbi illa gloriosa? *Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum.* (Psalmo 49.) *& pulchritudo agri mecum est*? Et vbi pompaticum illud: *Per me Reges regnant: per me Principes imperant.* (Prouerb. 8.) *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia?* Tantis abundans solam MARIAM Ioanni relinquit? Relinquit quidem, & non aliud pignus Ioannem decebat: quippe, quæ nobis amantissima sunt, quæ cæteris chariora, discessuri hæc charissimis amicorum donamus. Quia ergo inter tam opulenti Regis diuitem gazam, MARIA nihil quo magis gauderet, inueniebatur; hoc vtpote summè dilectum pignus, discipulo, quem eximiè inter commilitones amauerat, reliquisse conueniens fuit. Arnold. Car. Vide, si non mecum sentiat Arnoldus Carnotensis, bonæ vallis Abbas, tractatu de septem verbis Dominicis, ad illa verba: *Mulier, ecce Filius tuus* &c. *Petro commendatur Ecclesia; tibi* MARIA: *illi tumultuosa negotia; tibi pacifica, & quieta: illi atria, & vestibulum; tibi commendatur altare incensi, & Sancta Sanctorum: ad culmen ministerij tui nullus tecum admittitur: solus illi adsistis Propitiatorio.* Quantùm igitur distant atria, & vestibula à Sanctis Sanctorum; tantùm legatum Petro, ab eo, quod Ioanni relictum fuerat: sic nanque congruebat, cùm inter amicos distribuenda essent munera: amicissimo tamen, videlicet, Ioanni, quod præ reliquis charum erat, pignus, nempe, MARIAM, reliquisse.

Ambros. MARIA *omnis testamenti Christi materia.* Psalm. 49. Prouerb. 8. *Christi dilectio erga Ioannem Euangelistam, ob relictam ei* MARIAM.

8. Progrediamur ad secundum quæsitum. Esto, Ioannem Christus elegerit, cui Genitricem seruandam committat: sed, cur sola Mater eius curæ data? Si tam vigil est atque attentus Euangelista singulariter dilectus, qui Magni Imperatoris Parentem tutò custodiat, cur non eidem potiùs quàm Simoni Petro, Ecclesia tradita? cur non ipse Petrus haud dudum in fide mendax, in Duce confitendo ignauus miles? cur non reliquiæ discipulorum, timida & dispersa manus, commendatæ? Dicam equidem, & explanabo allata similitudine. Cùm secundò Ægyptum peterent filij Iacob, fame inualescente, imperauit annonæ Præfectus Ioseph, ne sine comite Benjamino, fratrum minimo, se in viam darent; aliter si feciſſent, frumento vacuos abituros: vrgebat esuries; monet antiquus genitor Iacob de alimentis, hortatur gnatos: sed illi incassum profecturos sine viarum socio Benjamino renunciant. Heu quali sauciatus ad hoc nuncium vulnere senex! Dixit eis Israël: (Genes. c. 43.) *In meam hoc feciſtis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem.* Sed, ô Iacob, quomodo tu, aut non nimiùm pius in vnum gnatorum, aut non nimiùm oblitus plurium filiorum? Descendunt tot in Ægyptum, ad inimicam gentem, (oderant enim Ægyptij filios Israël,) non reuocas, non obsistis euntibus, hortaris magis, & impellis; & cùm de vnius discessu agitur, planctum agis & lamentum inconsolabile: pretiosiórne apud te vnus Benjamin, quàm fratrum multitudo? Sanè, quemadmodum Israël Ioſephum plùs cætera sobole diligebat, eò quòd in senectute genuisset eum: sic etiam Benjaminum præ reliquis charum fuisse, iure æstimare valemus, cum Benjaminus vel Ioseph natu minor esset; Benjaminum igitur quia super omnes amaret, ideò de solo hoc illi cura; ideò cæterorum velut immemor pro huius tantùm incolumitate laborat. Aptè Chrysostomus hom. 44. in Genesim: *Et amor quidem erga Benjamin non sinebat patrem, vt illum à se amandaret.* Ergo, sicut Iacob de cætera sobole tantò negligentior apparebat, quantò de vnius Benjamin salute sollicitus, non quòd filios, viscera, nempe sua non amaret impensè; sed, quia inter fratres minimum plùs diligebat: sic Christus in ligno pendens, cùm de commendanda sola MARIA Ioanni vigilat tantùm, atque hanc memoriam etiam inter tormenta, etiam ad properantis lethi conspectum retinet; hoc facto significabat & præsentibus, & venturis nepotibus, quantò magis amaret MARIAM, quàm Ecclesiam, quàm Apostolos, quàm vniuersitatem creaturarum: ideò huius illi sola cura, vt si cum hac cætera conferas, quasi contemptui esse Filio Deo putes: adeò hæc prima Christi sollicitudo, quia & eiusdem primus, atque eximius amor. Hanc igitur Christi erga MARIAM potiorem dilectionem rectè adumbrat, quòd Salomon, cùm propè innumeras haberet vxores; Pharaonis tamen gnatam sic adamasse videatur, vt si cum honoribus & amore quo eam prosecutus sit, cæterarum comparentur amores; eas neglexisse magis, quàm amasse appareat.

Genes. 33. Chrysost. *Amor ægrè fert dilecti absentiam.*

SECTIO. II.

Virtutis tramitem aggressi propter humanos respectus, rarò perseuerant.

9. PHARAONIS filiam ad pristinæ superstitionis dedecora reuersam fuisse docuimus antecedenti Prælocutione, sect. 2. num. 10. Causam fuisse quibusdam suspicio est, quòd religionem magis simulauit, quàm amplexa fuerit: nempe, Salomonis sponsa, atque adeò inter vxores princeps haberi cùm ambitiosa puella cuperet, obtineri autem non posse, nisi per Iudaïsmi professionem, animaduerteret; aut finxit Hebræorum cæremonias sibi cordi esse; aut, vt religio placuerit, non tam ipsius religionis gratia amplexa Mosaïcos ritus quàm vt per hos, quod maximè vellet, consequeretur. Quare mirum non est, eam quæ hoc ordine virtutis limen intrauit, data posteà opportunitate, facilè incepta

perosam

perosam, ad vetera deuolutam: periculosissimum enim id genus exordij est, spiritalem vitam ingressuris, vllámve honestam actionem, certè de magnis, & heroïcis; quam si tales ad finem optatum perduxerint, miraculi instar fuerit: docebunt nos Abrahami, atque Iephte in sacrificanda prole paria sanè initia: similes ingressus: sed dispares omninò exitus. Quàm lætus vterque, quàm alacris sub votorum auspiciis! Et quidem liberalior Iephte: nemo enim ad offerendum cõpulit; sed ne inuitauit, ne tantùm suasit: tum ne vnam aliquam victimam promisit; verùm nullo facto discrimine, quodcunque triumphatori occurrisset: *Si tradideris* (ait Iud. cap. 11.) *filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.* Præliatum cum Ammonitis, vincuntur, reuertitur gloriosus superato hoste Iephte, occurrit prima omnium spes posteritatis filia vnica, dolet super promissis, & sponsionem exosus animo pœnituit vouisse; induit luctum inter lætas victoriæ acclamationes: *Heu me! filia mi,* (inquit) *decepisti me, & ipsa decepta es.* Et talis Iephte dux sub votorum initiis tam alacris; talis tam mœstus sub sponsionis exitu. Exere tu caput, magne Abraham Patriarcha, & experiamur, quantus sis, cùm incipis; quantus, cùm desinis! Mox vt diuinam excepit vocem; *non contristat frontem deuotissimus Abraham* (ait Zeno Veronæ Antistes serm. 1. de Abraham) *nec dolor patri lacrymas persuasit; sed exultat, & gaudet. Denique implere sacrificium, ne mora faciat peccatum, protinus præparat, vnde ait: Igitur Abraham de nocte consurgens,* (Genes. c. 22.) *strauit asinum.* Pulchra sunt hæc exordia. Sed facile est incepisse, scandamus montem, iungamus ligna, exeat de vagina cruentus ensis: verùm, in his omnibus gaudentior Aarahæ fides: *Lætatus est puer* (sequitur Zenonis oratio) *patre fideli, ipse quoque fidelior. Lætatur pater filio quoque gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentius offerret.* Sed nunquam Zeno eloquens, si non sermone de Patientia: *O nouum spectaculum, ac verè Deo dignum, in quo definire difficile est, vtrùm sit patientior Sacerdos, an victima! non percussoris, non percutiendi clandicat color, non membra tremore vibrantur, non demissi, non torui sunt oculi. Nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur, ne verè sit parricidium: ille erexit gladium; iste ceruicem: ille lignum, quo inuratur, sibi portat; iste aram struit: sub tanto non dicam humanitatis, sed ipsius naturæ metu læti sunt: medius stupet gladius nullo impedimento suspensus, mactationi terribili gloriam se præstitisse, non crimen.* Vnde ergo in re difficillima Abraham tam constans, Iephte tam dolens, cùm ad periculum ventum est? Sanè Iephte pollicitationem extorsit non amor religionis, non Deo soli placiturum studium; sed penè desperatæ victoriæ cupido, penè amissum triumphum recuperandi ardor: itaque ingens facinus ob humanas causas molitus est. Crede Gregorio Theologo oratione de Machabæis: *Iephte, pollicitationis feruor, victoriaque deplorata cupiditas offerendi muneris necessitatem imponebat.* Procopius Gazensis ad cap. 7. Iudicum: *Promissio nimis fuit festiua, éxque amore desperatæ victoriæ profecta.* At Abraham solius Dei imperata mouerunt; non commoda respexit; non gloriam aucupabatur; non regna, non diuitias attendebat. Zeno præfato de Abraham serm. *O qui seruum Domini ita se esse meminerat, vt patrem esse nesciret! Quid est pater? Ecce sub oculis iacet filius vinculis adstrictus: vbi sunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis sensibus versari consueuit? In tantis filij casibus lætatur, & gaudet; & se Dominum promeruisse triumphat.* Speciosè hoc postremum Zeno: *Et se Dominum promeruisse.* Hic enim Patriarchæ scopus, de Deo Creatore suo optimè meruisse, illi solùm placuisse: hæc sufficiens votorum, & sacrificij merces: hac armatus cogitatione mascula, potuit non minùs animosè gladium stringere, quàm filium Isaac domo extraxerat: potuit denique & filium saluum, atque incolumem retulisse. Iephte autem, quia spe humanæ ambitionis, atque victoriæ ductus, priorem animi alacritatem, data victimæ occasione, amisit; infaustè sacrificauit, filiam deperdidit.

Iudic. 11. 21.

Zeno Ver.

Genes. 22. 3.

Nazianz.

Procop.

Miratus sum, dum Iacob scalam contemplor, ex tanta ascendentium Angelorum multitudine, nullum beatas sedes ingressum fuisse: & quidni possent, quando cacumen & fastigium illius cœlos tangeret? Quid hoc est? Laboratum plurimùm scandendo; viæ illæ difficiles, & quibus, nisi aligeri Spiritus, & pennatæ mentes, se committere non audeant: intrepidè aggrediuntur exordia, pergunt, proficiunt, & mox vt ad conspectum Creatoris scalæ incumbentis, venerunt, cùm oportuit cursum consummasse, cùm finem fatigationi posuisse, reuertuntur veloces, rursúmque ad incepta redeunt, ad graduum primas scansiones? Quæ est tam labilis, tam irrequieta itio, atque reditio? Vide, qualem scalam isti parauerant cœlo scandendo, perfectioni acquirendæ? *Vidítque in somnis* (Genes. cap. 28.) *scalem stantem super terram*: non quidem eleuatam à terra; sed, quæ telluri adhæreret. *Ego quippe pietatis exercitationem* (inquit Basilius Cappadox hom. in Psalmum 1.) *scalæ à Iacob visæ rectè comparauerim, cuius pars terram attingebat,* &c. Cernis terræ affixam? ergo illius ascensionis initia terrena sunt, primam scalæ partem tellus possidet: iam non stupesco tam crebros lapsus, iam quòd nemo perficere & consummare valeat incepta: nam velle scalam machinare, velle gradus componere, quæ cœlo viam aperiant, glorioſum iuxta, atque propheticum est: sed velle, vt huius scalæ, atque ascensionis ad Deum initia terram sapiant; hoc est, cupere spiritalem vitam propter humanos fines inchoare, res est periculi plena: non ausim ego talibus constantiam polliceri: vt pergant aliquantùm, vincántque gradus scalæ quosdam, tandem prolabentur, corruent iterum in terram. *Descendentes sunt* (inquit Zeno Veronensis sermone de somnio Iacob) *qui sæculo renunciantes, rursus reuertuntur ad sæculum.* Meritò reuertuntur ad vomitum, præcipitio feruntur, qui ex terra ad cœlos ascendere præsumpserunt. Non ipse Christus tanti discriminis scansionem audeat: & volebat sanè cœlos penetrare, volebat triumphans, neque solus ingredi; *sed captiuam secum ducens captiuitatem*: quid faceret super terram positus? non ab hac ad polorum culmina itur: meditatus nouum quid solers artifex atque diuinus: *Ego* (inquit Ioan. cap. 12.) *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: non incomitatus intrabo cœlorum adita: ibunt mecum plurimi: ibunt quidem, *si exaltatus fuero à terra*: postquàm has reliquero inferioris orbis sedes. Hæc, nempe, via scandentibus cauta & secura, si Christi imitatione à terra eleuentur; non si scalam

10.

Genes. 28 12.

Basil.

Terrenis inhærere periculosum.

Zeno Ver.

Ioan. 12. 32.

Bernard. lam telluri affigant. Bernardus, ſem. 21. in Cantica: *Vnde arbitror, illum ſermonem, quem dixit de ſe vnigenitus, videlicet, ſi exaltaretur à terra, omnia traheret ad ſeipſum; cunctis quoque eius Fratribus poſſe eſſe communem; his vtique, quos Pater præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui. Et ego igitur, ſi exaltatus à terra fuero (audacter dico) omnia traham ad me ipſum. Nec enim temerariè vſurpo mihi, Fratres, vocem, cuius me induo ſimilitudinem.*

II. Sed, quandiu immemores Principis Apoſtolorum? qualia ille iactat, quanta pollicetur? *Etſi*
Marc. 26.33. *omnes ſcandalizati fuerint:* (Matth. cap. 26.) *ego nunquam ſcandalizabor: etiamſi oportuerit me meri tecum, non te negabo.* Nec ventoſus ſermo, nec vana omninò verba: ſtetit coram armatis intrepidus miles, nec formidauit numerum vnus aduersùs plures loricatos: potuit & machæram extrahere, non alium percuſſurus, quàm Principis Sacerdotum ſeruum: denique, niſi ad Magiſtri imperium gladium vaginæ non immiſſurus. O ſupra virum! Itur in atriũ pontificale: vocatur ad quæſtionem Simon: de cuius ſit ſchola, quem habeat Gymnaſiarcham, & Præceptorem, interrogatur, non ſtricto mucrone pectori admoto, non producto equuleo, aut cataſta, non admotis candentibus laminis; ſed neque Iudex, non de armatis quiſpiam, vna interrogat puella; & hæret, & turbatur, negat denique. Quæ tam noua res hæc? Fortis apud Gethſemani coram integra cohorte irarum plena; & vnius ad iuuenculæ ſine tortura
Aulæ periculum. quæſtionem deiectus & confractus ore, animo! Erit, qui aulæ; erit, qui femineæ collocutioni tribuat: vtriuſque par venenũ, & fatale vitus ab vtroque. Quem de fortioribus non deiecerunt? Dabunt alij cauſam, quòd à longè ſequebatur, nõ aſſiſtebat lateri IESV, quemadmodum apud viridarium, vbi
Curioſitatis damnum. comprehenſus eſt: mihi alia cogitatio. Puto, Simonem pontificia atria ingreſſum, non Chriſti gratia; ſed curioſitate quadam ductum; quò ſciret iudicij formã, & quibus modis Chriſtũ acciperent
Matt 26 58. hoſtes illius. Certè Matthæus adſignificaſſe viſus cap. 26. *Petrus autem ſequebatur eum à longè vſque in atrium Principis Sacerdotum: & ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.* Ecce, quorſum ingreſſus, *finem vt videret*; non, vt homicidales viros aduersùs innocentẽ ſæuientes reprehenderet, non vt martyrij occaſionem captaret: ergo periculo ſe committens ob alios fines, quàm propter virtutem ipſam, quàm propter Chriſti amorem, non mirum, ſi retrocеſſit, & Præceptorem negauit: intra hortorum autem ſpatia, quoniam Chriſti eum charitas agebat, non humana aliqua ductus cauſa, & incepit fortiter, & viriliter ſemper proſequutus eſt. S. Laurentius Iuſti-
Iuſtinian. nianus, de triumphali Chriſti agone, cap. 8. *Non enim humiliter, neque conſtanter* (vt debuit) *ingreſſus eſt: & fortaſſe ideò corruit; quoniam non vt pugnaret, ſed vt finem videret, acceſſit.*

12. Vocat nos frater ille ex duobus ſenior, inter quos genitor ſubſtantiam diſtribuerat: *Ecce* (ait
Luc. 15. 29. Luc. cap. 15.) *tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui; & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.* Quàm excellens virtus in magna familia, & inter ingentes curas, nunquam lapſum fuiſſe, nunquam genitorem vexaſſe? Id ſi vno, alteróve anno tantùm, in adoleſcente, cuius ætas in vitia præceps, laudem ſummam meruiſſet; nunc, quando per multa luſtra, pluriúmque annorum curricula, omnem vincit commendationem: ſed cum iſtis additum inteligis, ſine mercede ſpontaneè iuſtitiam coluiſſe, (neque enim vel vnum hœdum acceperat;) iam non laudas, ſtupeſcis penitùs in iuuene tantam morum integritatem: & tamen tam longa, tam producta iuſtitia, tam inculpati mores tandem naufragium patiuntur à fraternæ gloriæ inuidia, à murmurio de genitore. Miſeranda humanæ conditionis ſors, nunquam ſecura, nunquam in tuto locata, dum viuitur! Certè peccaſſe ſeniorem hunc filium, & Auguſtinus, & reliqui veterum, Auguſt.
qui eo ſignificatum populum IudæorũGentiliſmo inuiſum & ob eius pœnitentiam, atque honores tabeſcentem, opinantur, fateri tenentur. Nolo ex aliis tranſcribere Patrum iſtorum loca: tu vide, ſi cupido eſt, Maldonatum ad cap. 15. Lucæ. Et Maldon.
quidem peccaſſe dicamus, quem Scriptura apertè prodit indignatum fuiſſe, & præ ira noluiſſe intrare: qui tam ſpiſſum mendacium non veritus eſt pronunciare; nempe, ne hœdum ſibi à genitore datum; cui tamen ille totam ſubſtantiam diui ſit, vt capitis initio habetur: erat autem bona pars ſubſtantiæ apud veteres poſita in re pecuaria, vt Patriarcharum, Iobi, aliorùmque exemplis conſtat: Igitur, quando peccaſſe penè extra dubium ſit, atque in iuſtitia non perſeueraſſe, huius quidem cauſas indagamus. Omittam aliorum varia placita, & quid ipſe, adiutore Hieronymo, meditatus ſim, promam. Conqueſtus fuerat de parentis, ſiue auaritia, ſiue ingratitudine, quòd ne hœdum vnum dediſſet, quo lætum diem ageret, atque epularetur *cum amicis.* At, cur non potiùs dixerit: Quò *tecum ipſo*, ô genitor chare, ô cui debeo quidquid hoc eſt, quòd valeo, quod ſum, quod viuam; epularer. Nónne, quæ dona parens diſtribuiſſet, pro ipſius honore, pro obſequio, & deliciis conſumpſiſſe oportebat, & non cum alienis? Itaque fuit illa filij prouectioris culpa, quòd quæ à parente accepiſſet munera quæ Deus (quem pater ille deſignabat) contuliſſet dona, ſiue naturæ, ſiue gratiæ; has omnes dotes cum creaturis, *amicis ſuis*, verè inimicis acerbiſſimis, conſumere mallet: non eaſdem dotes ad Creatoris ſui encomium, & gloriam retuliſſe. Denique, vt vno verbo proferamus, ſcopum ſibi, ſuiſque præfigebat actionibus creaturas, non ſummum illud & omniporens Numen. Qui igitur ſic in domo Dei miniſtrabat, vt non Deum, ſed munera eius amaret, virtutem coleret propter lucrum, & vt hœdus daretur illi, non ipſius honeſtatis gratia; hunc minimè mirandum eſt, terga vertiſſe, ab incepto iuſtitiæ tramite declinaſſe, mobilem, & inconſtantem extitiſſe. Quare rectè ſatis Hieronymus epiſtola ad Hieron.
Damaſum de filio prodigo, & frugi, Iſraëlem, ſeniore filio adumbratum, increpat, quòd apud alios potiùs, quàm cum genitore iucundari mallet; cùm tamen genitori nullæ epulæ ſuaues abſque gnatorum conſortio eſſent: *Nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer: erras, Iſrael: dic potius, vt tecum epularer: aut poteſt tibi eſſe aliqua iucunditas, niſi patre tecum celebrante conuiuia: ſaltem exemplo docere præſenti: reuerſo filio iuniore pater lætatur, & pueri: Manducemus* (ait) *& epulemur: non, Manducate, & epulamini.*

Huic ſeniori ex duobus fratribus per omnia 13.
ſimiles fuêre operarij illi qui primo manè, & ante omnes miſſi ſunt in vineam à patrefamiliâs, Matth. 20.
Matthæi cap. 20. Quantum illi fatigationis, Deus bone! quantum ſubierunt laſſitudinis? Torquebantur non vna, alteráve tantùm hora à Sole, à ſiti, à ſudorum profluentibus riuis; & ſub talibas

Inuidiæ malum.

solatiis impigrè laborandum erat. O malè turpatam totius diei gloriam à vespertino liuore, à non iusta de patrefamiliâs querela! Sic existimabat

Nicet.

Nicetas Nazianzeni Scholiastes ad orationem eius in sanctum Baptisma: *Atque hæc omnia his, qui priores operi incubuerant, sudorem laudis & gloriam, quam nisi tales inuenti essent, accepturi erant, subtrahunt.* Vnde præcipuis, vti videbatur, magnę vineæ operariis, viris tàm laboriosis, qui mortificantur tota die, pœnitentiæ ducibus, vt ab incepta iustitia resilirent? & illi pugiles, quos neque longus æstus, non vicerat sitis, non panis mercenariorum, frangerentur ab alieni commodi inuidia? Vah superbiæ formidandam pestem! tolerabis maciem ieiunans, frigora perferes, non declinabis æstiui canis ardentes radios, fluent è lacerato corpore sanguinis riui; sed iuniores, sed nouos homines tibi antiquo dierum, qui iam diu in vinea laboras, coæquasse, non potes videre, non audisse quidem: Furiis agitaris: non sufficit eos contempsisse, quòd parum laborauerint, quòd postremi venerint: audes & de vineæ patrono sinistrè cogitare; audes & in os, faciémque redarguere: *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti?* Et fuit quidem peccatum eorum, inuidentia: huius soboles querimoniæ, atque murmur de sociis iunioribus, de vineæ domino. Sed, quare non etiam nouissimi illi iræ stimulis contra primos agitati sunt, de iisque malè loquuti? neque enim defuisset, quod calumniare possent: cur in iustitiæ incepto tramite stabiles permanserunt? Accipe vtriusque euentus causam. Sanè operarij primi illi, qui pondus sustinuerunt cum æstu, non domini gratia, & huic solùm placere volentes vineam ingressi; sed mercedis spe commoti: *Conuentione enim facta miſit eos in vineam.* Scopum igitur sibi denarium, non dominum præfixerunt. At qui circa vndecimam horam accesserant, nullum de conuentione sermonem habuerunt; satis compensatos labores suos existimantes, si domini fauorem promereri valuissent: sufficit eis virtutis ipsius gloria: humanum prætereà, & temporarium nihil affectant. Audi Nicetam vbi suprà: *Illi enim de iustæ mercedis persolutione domino non antè fidem habuerunt, nec in vineam pedem intulerunt, quàm de mercede cum ipsis conuentum esset: hi autem nec conuentionem facientes, nec anxiè de mercede exquirentes, ingressi sunt.* Hinc itaque est, quòd primi illi, quia alium, quàm Dei gloriam, finem laboribus posuerunt, temporalia, videlicet, bona, ab incepta iustitia per murmur & inuidiam retrocesserunt: postremi verò, neque aduersùs hos suos hostes, neque alios questi fuisse leguntur; sed, quam semel professi fuerant, continuasse virtutem; propterea quidem, quia virtutem sui tantùm gratia, atque vt virtutis auctori Deo solùm placerent, aggressi fuerant. *Ad hæc illi* (prosequitur Nicetas) *perspicuæ inuidiæ facibus aduersùs eos, qui vndecima hora venerant, exarserant; & aduersus beneficij, gratiæque auctorem murmurant: hi autem, tametsi contra aliquid obiicere potuerint; nullius tamen iurgij & altercationis accusantur.* Doceat igitur nos filiæ Pharaonis ad superstitionem reuersus, quanta synceritate, quanta fortitudine virtutis à nobis capessendum sit iter: quoniam, si adulterinus sit amor, & emolumenta respiciens potiùs, quàm honestatem ipsam; facilè prima nos occupabunt mala, sed non absque insigni plaga: erit enim, vt crambe bis cocta desperatum rebus nostris exitum afferat.

Murmur, inuidia proles.

SECTIO III.

Præsentia fastidimus, absentia in honore habemus.

NONNE satis puellarum in Israël? Cur sponsam ex Ægypto arcessit Salomon? Potiórne quæ nigra, etsi formosa; quæ pagana, etsi iam superstitiosa relinquens; quæ alieno locutura idiomate, etsi Hebraïca pronunciare fortasse docta; quàm quæ omnibus impedimentis careat intra Palæsthinam, atque adeò intra Solymitanos muros? Verùm, quo laborabat Salomon morbo, eadem mortalium plerique afflictamur ægritudine: Nostratia vilescunt, transmarina grandia sunt; nec aliter grandia, nisi quia trans mare posita, à luminibus nostris semota. Nemo Propheta in patria sua: peregrinare, absentem summum Prophetarum statim nùncupabunt. Quantum prodigium illud? Christus versatur in principe Iudææ vrbe, docet apud metropolitas, clarescit signis & ostentis, vident cæci, claudi ambulant, muti loquuntur, tam celebris in concionando, vt nemo vnquam ita locutus, ipsis testimonium perhibentibus inimicis: atque tam potens cùm fuerit opere atque sermone, non legatio ad eum mittitur, non Messiam esse putarunt: fabri filium, contemptus causa; hominem, qui cum publicanis, & peccatoribus epularetur; à Dæmone occuparum dixerunt sæpè: quin, ne stipem communem pauperum aliquando qui præstaret, inuenit. 14.

Nam, quod Matthæus cap. 21. scribit: *Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit.* factum propterea, quòd, qui ad hospitium admitteret, in opulenta & numerosa vrbe non esset, vt putant Hieronymus, Beda, Strabus. En quàm despectus! Ioannes Baptista non in vrbibus viuit, sicut Seruator; fugit, quantum potest, mortalium consortia; remotissimis syluarum latebris abditur; sufficiunt comites feræ; & si quid de arborum cacuminibus modulantur aues canoræ, si quid præterlabens riuus murmurat, hos tantùm accipit sonos auditus; non suscitat extinctos, non eiicit imperiosus de templo vendentes, non pertranſit benefaciendo & sanando omnes oppressos, non auditur in foro, non in plateis vox eius; & tamen *tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa* (Matthæi cap. 3.) *& omnis regio circa Iordanem.* Petebant eremum illi, ad quos Christus Matthæi cap. 11. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Nec de media plebe, & indoctorum cœtu putes omnes: *Miserunt Iudæi ab Hieroſolymis* (Ioannis cap. 1.) *Sacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es?* Certè non horum alia causa potuit esse, quàm quòd IESVM ad manum, præ oculis quotidie haberent; Ioannes profugus & semotus esset. Hinc illa existimatio de Ioanne; hinc ille contemptus de Christo: sic nobis vilescunt præsentia; sic fastidimus possessa; & inconcessa atque absentia potiora habentur. *Ioannes quidem Baptiſta* (ait Nilus Abbas in Ascetico) *in solitudine versabatur; & ciuitates ipsæ cum hominibus ad eum confluebant: & qui sericis vestibus induebantur, ad zonæ pelliceæ spectaculum concurrebant: sub dio incommodè manere non recusant, qui domos auratas incolebant: omnia illis erat tolerabilia; nam videndi viri cupiditas omnẽ molestiæ sensum abstergebat.*

Matt. 11. 17. *Christi eleemosyna negabatur.*

Hieron. Beda. Strabus.

Matt. 3. & 11.

Ioan. 1.

Nilus Abb. *Solitudo reuerentiam conciliat.*

abstergebat. Fugiamus ciuitatum, & vicorum celebritates, vt qui in ciuitatibus & vicis habitant, ad nos concurrant: amemus solitudines, vt qui nos in præsentia fugiunt, ad nos pelliciamus. Pulchrè, *vt qui nos in præsentia fugiunt.* hæc enim tota contemptus occasio, quòd ante lumina habeant, quòd fruantur & possideant: amoue à conspectu; & per longa, & difficilia itinera, per incommoda multa eundem sedulo venabuntur, & de latebris eruent, quę antè in vicinia positũ, & vix vno passu distantem, nec requirebãt, nec honore vnquã affecerunt.

15. Non recedamus à Christo: inuenimus apud Iudæos non solùm despectum, sed etiam incognitum, ea sola causa, quia haberent præsentem. Ioan. 9. 29. Ioannis cap. 9. cùm benignitate IESV cæcus à natiuitate visum recuperasset, sciscitantibus eum Pharisæis de miraculi auctore, cùm Redemptorem orbis fuisse ille liberè confessus fuisset; tandem impia turba: *Nos* (inquiunt) *scimus, quia Moysi loquutus est Deus: hunc autem nescimus, vnde sit.* Quid dixistis, ô Pharisæi: *Hunc nescimus, vnde sit?* Obsecro, an meliores probationes habetis, quibus indubitatum sit, Deum locutum fuisse Moysi, quàm non esse hunc promissum vobis Messiam? Si quid possunt oracula Prophetarum, si quid Maiorum traditio, si quid portenta & naturam superantia signa; omnia hæc, vt declarent, Deum locutum fuisse Moysi, non minùs sonora attestatione, hunc esse filium Altissimi & incomprehensi Numinis, vociferantur. Sed alio vos premam argumento. Meministis non multis elapsis annis, cùm Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: *Vbi est qui natus est, Rex Iudæorum? vidimus stellam eius in oriente* (Matthæi cap. 2.) *& venimus adorare eum.* Matr. 2. 2. Quid tum consilij iniit Herodes? Nónne conuocari imperauit sapientes in populo, omnes Principes Sacerdotũ & Scribas? quàm appositè Scribæ vestri respondęrunt! quàm vere locum natiuitatis monstrarunt! Sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur? At illi dixerunt? *In Bethlehem Iudæ.* Quàm magnificè de loco ipso natiuitatis locuti sunt: *Et tu, Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum.* En nunquam Christum vidistis, nunquam allocuti estis, nemini vestrûm apparuit aliquando, & docetis externos Reges, vbi inueniendus sit: nunc coram oculis habentes: *Hunc* (dicitis) *nescimus, vnde sit.* Cùm absens esset, & ad id temporis à nullo conspectus, Bethlehem, natale tam inclyti Ducis solum, encomiis grandibus efferebatis: ipsum verba vitæ effundentem indignis contumeliis onerastis. Volo alloquatur vos Hesychius, Presbyter Hierosolymitanus, homilia de sancta Maria: *Nos scimus, quòd Moysi locutus est Deus: hunc autem, vnde sit, nescimus. O manifestam imprudentiam! ô ægritudinem linguæ latronum detectam! ô cæcam sermonum contrarietatem! Nam, cùm Herodes percunctaretur eos, vbi Christus nasceretur, cum fiducia dicebant: In Bethlehem Iudæ. Nunc autem, velata facie, clamant: Moysi locutus est Deus: hunc autem, vnde sit, nescimus.* Hesych. Cernitis Christum à Iudæorum obtutibus semotum attolli; locum, qui de virginali claustro egressũ excepit, laudibus celebrari: eundem præ oculis, præ manibus Iudæorum ne cognosci? Tantùm valet absentia ad famæ & æstimationis augmenta: tantùm præsentia deperditur.

16. Antiqua fuit Iudæis infelix conditio, præsentia horrori esse & despectui, absentium œstro & desiderio ferri. Ægypto discesserant, & per eremum, inuiáque & inaquosa euntibus, cùm alimenta non suppeterent, Angelorũm esca (Sap. cap. 16.) Pater ille misericors nutriuit populum suum, & panem de cœlo præstitit illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Sap. 16. Quanta in vno dono munera? Non pecuniæ, non seruorum obsequia desiderantur; non certa anni tempora speranda; & super his vniuersis, in vna esca, quidquid delicatum, quidquid sapidum est: quis tam gulosus, & escarum peregrinarum vorator non istis sufficienter contentus, quando in vnò cibo omnes? Populus tamen ille semper ad absurdiora declinans, fastidit cœleste beneficium, & quasi malè saturatus inclamat: *Anima nostra* (Numerorum cap. 21.) *iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Num. 21. & 11. 5. Quàm delicatus stomachus, sustinere non potens tales cibos! Videamus, quale supplementum anhelant? *Quis dabit nobis* (inquiunt) *ad vescendum carnes?* (Numerorum cap. 11.) *recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepæ, & allia.* O dignam tam rustica plebe mensam! Itaque æquum fuerit pro alliis, atque peponibus reliquisse dapes omnis saporis suauitatem continentes? Noui pessimam gentis naturam: non allia mouent; sed absentia peponum titillat: nõ manna iniucunda esca; sed ingratum facit cibum fruitio, atque præsentia. Disertissimè loquutus Saluianus lib. 1. de Dei prouidentia: Saluian. *Quotidiano cœli ministerio cùm pascerentur, antiquam ventris ingluuiem bonis præsentibus præferebant: turpissima, scilicet, ciborum carnalium recordatione mœsti, & fœtidissimo ceparum, atque alliorum amore ægrescentes: non quòd potiora essent, quibus anteà vsi fuerant; sed quæ non erant, desiderabant. Nos magis laudamus illa, quæ tunc fuerunt, quàm ista, quæ nunc sunt: non, quia, si eligendi facultas esset, semper habere illa mallemus; sed, quia vsitatum hoc est humanæ menti, cùm intueatur illa magis semper, quæ desunt: & quia, vt ille ait, aliena nobis; nostra plus aliis placent.* Concinnè Saluianus, vt nihil ad nostrum institutum aptius dici valeat.

17. Probemus eadem singulari, & arcana Bernardi sententia, sermone ad milites templi, cap. 11. Bernard. *Inter sancta, ac desiderabilia loca* (ait) *sepulcrum tenet quodammodo principatum: & deuotionis plus nescio quid sentitur, vbi mortuus requieuit, quàm vbi viuens conuersatus est.* Cur, quæso, maior affectus erga sepulcrum, quod arctissimas amicitias dirimit, quod dulcissima pignora à charissimorum sodalium conspectibus separat? Sanè nobilissimæ quæque actiones à viuentibus exercentur: vita sublata, quid distet cadauer à trunco, à stupidissimis quibusque? Quare igitur non ea loca potiora habeamus, eorúmque ardentiori feramur desiderio, in quibus eximiæ & præstantissimæ quæque actiones nempe, viuentium, exerceantur? Dicendum puto ad problema. Equidem loca, quæ Christus Dominus, dum inter viuos ageret, siue sedens, siue stans, seu ambulans, sacro contactu beata & adoranda reddidit, nunc re ipsa non magis præsentem eum habent, quàm sepulcrale marmor, ab vtrisque distat super cœlum cœlorum locatus ad dexteram Patris: nihilominùs loca illa denominationem quandam extrinsecam habent à præsentia eius antiqua atque transacta: Itaque de istis verum est dicere: Cœnaculum, præsepe, Thabor, & similes situs præsentem & viuum habuerunt Christum: de sepulcro verum dixisse, absentem & defunctum,

ctum possediſſe Chriſtum: magis ergo loca illa habent præsentiæ, magis habet sepulcrum absentiæ. Hinc itaque est, quòd mortales in sepulcri stationem propensiores sunt. Habuêre alia loca Chriſtum diutiùs, quàm lapis, qui mortuum custodiuit; habuêre docentem, signa & prodigia ostendentem; sed simul habuêre magis præsentem. Cùm igitur humanum genus minori in honore ea consueuerit tenere, quæ de præsentia magis participant; ea pluris faciat, in quibus plus est absentiæ; potuit esse hæc occasio, cur *inter sancta ac desiderabilia loca sepulcrum teneat quodammodo principatum*, eiúsque contemplandi studio ardentiori rapiantur mortalium corda;
18. quia de absentia magis participat.

Verùm dubito, an hominibus tantùm sit insita conditio, vt saturitatem & contemptum pariant, quæ in promptu sunt, atque præsentia; negata, & à longè posita sitim generent, æstimationem, desiderium. Cerno apud Isaïam (cap. 6.)
Isaïæ 6. Seraphim pennigera: sed noua res; cùm gloriæ solio assistant, alis vultum contegunt: *Sex alæ vni; & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Quid? Nónne Spiritus isti de eorum nu-
1. Pet. 1, 12. mero & natura sunt, de quibus Petrus, Apostolorum Coryphæus Epistolæ 1. cap. 1. *In quem desiderant Angeli prospicere?* Ergo, si Angelorum vota sunt incircunscriptum lumen videre; si suspirant ardentissimè pro contemplanda beata facie; quid iuxta positi, intermedium alarum velamentum erigunt, maceriam struunt visionem
Galfridus. impedituram? Acutè Galfridus apud allegorias Tilmani, ad cap. 6. Isaiæ: *Ad quid enim velant faciem Domini? Vt non videant? Sed nihil tam cupiunt, quàm videre faciem eius. Quid ergo? Videri timent, & ob hoc velant faciem Domini? Sed omnia nuda sunt, & aperta oculis eius.* Fortasse docere nos voluerunt, vt in nobis perseueret ipsum videndi desiderium, necessarium esse abscondi vultum Maiestatis: si aperta sint omnia, si manifesta atque patentia, occupabit nos præsentium nausea: ne quando igitur à fastidio vincamur, ne quando contemnamus tantum boni, eia subsiliant pennæ, erigantur, vallum faciant etiam inter ignitos Spiritus, atque Numen. Sic concupiscent, sic anhelabunt videre, quem si vidissent, forsan non sitirent, non desiderarent, sed fastidirent. Huc alluſisse suspicer Bernardum sem. 5.
Bernard. de verbis Isaïæ Prophetæ. *Quibus tamen putamus alis hoc caput Seraphim velant? Duabus, ni fallor; suæ, videlicet, ipsorum gloriæ, & felicitatis: ineffabiliter siquidem delectantur in admiratione contemplationis illius; nec minùs gloriantur in ipsius veneratione: iniquus ille admirationem quidem, sed non venerationem habens; quia subdi noluit per venerationem, figi non valuit per admirationem.* Itaque, quò veneratio incõparabilis glorię vigeat, abscõdatur gloria, quò & admiremur: colimus, quæ à nobis distãt; suspicimus, quæ abierũt: cùm adsũt, nec veneratio, nec admiratio de illis apud nos.
19. Obseruastis aliquando, quàm sedula fuerit in quærendo dilecto suo sponsa; stratum deserit, cubiculo abit; non remorantur tenebræ, non personæ auctoritas, non vigilum metus, non theristri amissio; non tempus, si fortè pluuiosum, si ningens; non denique stigmata & vibices percutientium: & cùm per tot pericula quærat animæ suæ solatium, frustratur: *Quæsiui* (inquit) *illum, & non inueni.* Quærit hunc ipsum dilectum filius ille dissipator miseriarum satur, & præue-
nit venientem pater: *Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Lucæ cap. 15. Quid contemplamur, IESV bone? Illa tua colũba, illa formosa, tota pulchra, & in qua non est macula, neque ruga; illa, quæ vulnerauit te in vno oculorum, & in vno crine colli sui, quærit, & in nocte quærit te per vicos & plateas: tu tamen inexorabilis quodammodo ad eius querimonias: nunc veniente illo, qui amplum, quod dederas, patrimonium cum meretricibus dissipauit, qui conuictum tuum contempserat, dedecus domus tuæ, tanta excipis lætitia, tam mitis, tam officiosus in eum? Hæccine facis, vt peccatoribus spem ingeras? Sed nimis carò stat sponsæ tuæ peccatorum solatium! an instruere velis, delicias contemplantium in hac vita fugaces esse, & breues? sed coniector docere te aliquid pro instituto, de quo agimus. Sponsa dulcissima integrum diem tecum consumpserat. *Dilectus meus mihi*, gloriatur ipsa Cantic. cap. 2. Quousque apud te, ô pulcherrima inter mulieres? *Donec aspiret dies* (inquit) *& inclinentur vmbræ.* à mane sanè in vesperum. Verebatur itaque sponsus, ne si familiaritatem & colloquia etiam in noctem produceret, contemneret mulier apud se tandiu manentem: Nimis præsentes fuimus, ait dilectus: timeo, ne consuetudo pariat contemptum, abeamus. Et abit, proh dolor! non per vnam noctem: de noctibus enim queritur illa. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* At verò, quòd occurreret prodigo adolescenti, nullum imminebat periculum contemptus & fastidij: nam veniebat ille tum è longinqua regione, in quam peregrinauerat: tanta absentia incredibilem ardorem & sitim vidend ipaterni vultus, videndi antiquã domum pepererat: ergo sponsæ præsentia nocumento fuit: adolescenti meretricio absentia vtilitati fuit. Quęcunque tamen illa causa fuit: certè peccator non petit venire ad se sponsum, & ad eum non tantùm venit; sed & eum præuenit, & accurrens cecidit super collum eius. Sponsa omnibus modis & votis ambit amplexus eius, quem diligit supra cunctos, & ad eius voces, atque lamenta quasi furdescere existimes. Dulciter Gilbertus Abbas
Gilbert. serm. 3. in Cantica: *Surgam*, inquit, *& vadam ad patrem meum. Iste de quærendo nil mouetur, tantùm de flectendo sollicitus: quæ sponsa est, certa de gratia postulat præsentiam tantùm: Surgam* (inquit) *& circuibo ciuitatem, & quæram, quem diligit anima mea, inuentionem sufficere reputans. Vide, si non in præsenti hæc possit obseruari distinctio: quoniam patris exposita est, & parata cunctis indulgentia: deliciæ verò & fugaces, & reconditæ, & latibulis gaudente: sideò ille dicit: Surgam, & vadam. Illa verò: Surgam, & quæram. Denique & pater occurrit pœnitenti: sponsus se subducit diligenti.* Salomon igitur patrias fastidierat puellas; quoniam his sine labore, & absque dispendiis frui poterat: gulosus stomachus incognita lubentiùs appetebat; non quòd pretiosiores illæ merces; sed, quia inauditæ, & inexpertæ.

Dei erga peccatores indulgentia.

Contemplatio in hac vita breuis.

Cantic. 2.

SECTIO IV.

Christi ardentior amor in sponsam Ecclesiam, quàm in Patrem æternum quodammodo.

CONFIRMATVM *est igitur regnum in manu Salomonis* (verba sunt Regum 3 cap. 3.) *& affi-*
20. 3. Reg. 3. *nitate*

nitate coniunctus est Pharaoni Regi Ægypti: accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid. Sic nuptias Salomonis describunt nobis Regnorum libri: de quibus dum attentiùs cogito, illud admiror: *Et adduxit eam in ciuitatem Dauid.* Legebam enim, dum futuris coniugiis norma præscriberetur Genesis cap. 2. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Nunc intueor vice versa contingere: non enim vir, sed femina patrem atque genitricem relinquit: destituit quippe paternos lares Pharaonis filia, Salomone in patria manente apud matrem Bethsabee. Certè hæc Pharaonis filia est, quam Salomon præ cæteris vxoribus vehementiùs semper complexus est, sicut monstrauimus sect. 1. huius Prælocutionis; de reliquis verò testatur Pagina sacra Regum 3. cap. 11. *His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.* Si autem amor in alias feminas ardentissimus extitit: vniuersis tamen magis dilecta fuit filia Pharaonis; qualibus in hanc agitabatur ignibus Salomon? Non Ætna tantum flammarum euomuerit: O calidissimum Principis pectus! Et tamen inter tanti amoris incendia, atque vapores, non Hierosolymam relinquit, non à matris latere discedit: denique nec generale mandatum adimplet: *Propter hanc, relinquet homo patrem suum, & matrem.* Apage ab amoris pagina falsum diligentis nomen, qui ne prima cõnubiorum elementa obseruat, patrem & matrem proper vxorem deseruisse! Non sic IESVS meus, non sic cum ea, quam sanguine sibi desponsauit, Ecclesia charissima. Volo loquatur Beatus Pater Laurẽtius Iustinianus tractatu de triumphali Christi agone, cap. 2. *Nempe Dominus* IESVS (inquit) *Dei & hominum mediator ipse est, qui ob amorem sponsæ immaculatæ Ecclesiæ reliquit in cœlo Patrem suum, quando formam serui suscipiens, semetipsum exinaniuit: reliquit & matrem, dum Synagogam, de qua carnis trahens originem, propter infidelitatis demeritum repudiando contempsit: suæque adhæsit vxori, cùm in cruce pendens, dato sanguinis pretio, atque aquæ lauacro, sibi eam inseparabilem copulauit: cui etiam pro amoris pignore, próque fœdere maritali, corporis & sanguinis sui Sacramenta concessit, vt non solùm in spiritu, verùm etiam essent duo in carne vna.* Talia Laurentius pro veri Salomonis amore fideli: non enim alter ille Salomon verè amauit, quando non genitorem, non genitricem propter vxorem deseruit, sicut pacificus iste, totus desiderabilis. Sed, quibus cum circunstantiis id fecerit, dicere aggrediamur.

Gen. 2. 24.

3. Reg. 11.

Iustinian.

21. *Surge* (inquit sacer Citharista Psalmo 131.) *Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Vnde velis surgere, magne Vates? è Patris sinu? At quomodo illa stabunt, *In requiem tuam*? quando non in alio loco potior requies, non abundantior pax, quàm in paterno sinu? Nam certè sinum illum supra modum diuitem, & inexhaustæ felicitatis contemplantes Angeli, atque homines, beati fiunt: vbique extra illum bella sunt, contentiones, lites: quomodo igitur sinum Patris deserenti tranquillitatem & quietem pollicetis? Et tamen inquietus est filius; non desinet lassari, donec à Patre exeat, & veniat in mundum: quippe vxorem duxit, Ecclesiam adamauit, & propter huius charitatem Patrem velit relinquere & adhærere vxori suæ: non consolabitur, donec relinquat, non requiescet. Accipe Hesychij Hierosolymitani Presbyteri de eo Psalmi 131. loco explanationem, hom. 2. de Sancta MARIA: *Dauid* (ait) *sine intermissione cithara celebrat eum, qui extenuatus est: Surge, Domine, in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. Surge: vnde? è sinu paterno: non vt à Patre separeris, (hoc enim dicere, vel cogitare nefas est:) sed vt dispensationem peragas. Surge, Domine, in requiem tuam, quam super terram præscripsisti, & in Bethlehem constituisti.*

Psal. 131. 8.

Hesych.

22. Epiphanius, Constantiæ vrbis Cypri Episcopus, serm. de laudibus MARIÆ, Christum non quidem apud Patrem quasi irrequietum; sed tamen intra cœlos violentum aliquid passum, & nescio ad quas angustias redactum meditatur, dum vterum virgineum alloquens inquit: *O vterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! O vterum septem cœlis sublimiorem, & latiorem!* Hæc si ad litteram intelligamus, quo pacto stabunt? quid enim virginei claustri palmare vix spatium ad vestros cœlorum ambitus? Ergo non de loci breuitate sermo est; quid autem significetur, sic declaro. Habes de musicis auibus philomelam, aliámve ex cantatricibus in domus, siue honorem, siue lætitiam: cauea, qua inclusa est, satis est ampla, satísque laxa, cibi lautiores, quàm in sylua; & tamen loculo illo coarctatã voluctrem affirmamus: quid velimus significasse? Equidem id solùm, lusciniam, quandiu ei nemore gaudere non liceat, è frondosis cantillare, aura frui liberiori, semper violentiam pati, fugam cogitare, quacunque data occasione; denique velle magis de rudi & syluestri trunco, quàm de aurata cauea canere. Dixit eleganter Poëta lib. 1. de Ponto:

Epiphan.

Cùm benè sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quæque redire suas.

Ouidius.

Ad hanc itaque volucris imitationem intelligimus Epiphanium, dum Christum intra cœlos coarctari repræsentat: non quidem quòd intra cœlos non esset spatij satis; sed, quòd amaret terras plusquàm cœlos: ex quo enim duxit vxorem in terris, tædebat ampliùs in patria viuere, apud Genitorem commorari, & dum ad inferiorem orbem non datur delabi, violentiam & coarctationem aliquam velut pati videbatur. Vultis alio exemplo demonstrem? Scitis bonam sententiam, Patres promeruisse de congruo accelerationem incarnationis: legitote Franciscum Suarez tom. 1. in 3. part. disp. 10. sect. 6. dicto 4. ergo in incarnando acceleratio fuit, non quidem in nascendo: nam plenum cursum consummauit, quem alij infantes peragere consueuerunt. Quare itaque celer ad incarnandum, ad cœlestia linquenda; nulla festinatio ad nascendum? Sanè, quia in cœlo coarctabatur, in vtero non coarctabatur: proinde Epiphanius ventrem pudicum cœlo præferens, exclamat: *O vterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti!* Dulce solatium angustias sustinenti, coarctato, tempora compendiari: non coarctatatus, non dies, non horas numerat, quippe quiescit, extra molestias est: coarctatur in cœlo Verbum, abbreuiari hebdomadas conueniens est: veniat in virgineam aluum, adhæreat vxori suæ, non iam ampliùs resecabuntur dies; quippe in vtero est, non coarctatur.

Amor Christi erga terrenam habitationem.

Incarnatio Christi accelerata. Suarez.

23. Sed ad Patrem oportet redire iterum Filium deuicta morte. Sanè redibit: verùm tanquam si ad exilium mittatur, tam dolet sponsam dereliquisse. *Homo* (inquit ipse apud Matthæum cap. 25.) *peregrè proficiscens, vocauit seruos suos*, &c. Quisnam hic homo? Incertus Chrysostomus homil.

Matt. 25. 14.

Chrysost.

homil. 55. in Matthæum: *Homo* (ait) *peregrè profectus Christus est, per victoriam passionis ad Patrem iturus, voluntate misericordiæ homo, non necessitate naturæ.* Christus itaque ad Patrem rediturus, relegatus ibit? itáne quidem? O patria melius exilium! Militia est vita hominis super terram, & in omnibus vanitas, & afflictio animi. Denique clamabat ille gemebundus: *Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est, multùm incola fuit anima mea: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Et alter: *Tædet animam meam vitæ: quare non in vulua mortuus sum, egressúsque ex vtero non statim perij?* Tantarum igitur lacrymarum locum, tantorum singultuum sedem præfert Magnus ille consilij Angelius, in quo sunt thesauri scientiæ & sapientiæ Dei, loco voluptatis, vbi habitat Pater, vbi torrente voluptatis potat filios, & inebriantur ab vbertate domus eius? sed peregrinationem tamen, sed exilium vocat, quoniam à sponsa recedere oportet: cum hac si morari detur, si illi adhærere, fragosa quæque suauia reputabit; & sine huius consortio, delicias Angelorum eremum reputabit, Beatorum sedes exilium, & peregrinationem dicet. Pulchrè eadem homilia incertus Chrysostomus: *Ad regna enim cœlestia ascensurus, & ad Patrem suum iturus vnde descenderat, peregrè se iturum dicit propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in mundo.*

Ascensurus in cœlum Christus ægrè homines deserit.

24. His edoctus mirari desino, quod aliquando stupore affecit; nempe, mundi incunabula dum euoluo apud Moysem, reperiebam Genes. cap. 1. ornatam priùs tellurem, quàm cœlum poliretur: nam die tertio *protulit terra herbam virentem, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem iuxta speciem suam*; die autem quarto post condecoratam terram, fecit Deus luminaria in firmamento cœli: *Luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Verùm, qualis hic ædificiis ordo à diuino & præstantissimo Artifice? quis de Principibus admirandi operis, & ingenij Palatia structurus, fabricam incipit à vilissima magnæ domus parte, & non priùs habitationem sibi adaptat, quàm famulis? Sed attende tu, & vigilantiùs intuere, cui personæ ex tribus diuinis commissa cura creandarum rerum: Verbo absque dubio: nam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum itaque, cùm sciret affuturum tempus, quo homo factus sponsam duceret, non de angelica natura, cuius locus cœlum; sed de humana, cuius patria inferior orbis; coniugis iam tum ab initio dilectione motus, posthabuit Olympi pulchritudinem, telluris ruditati, & vastæ machinæ fabricam, non à firmamento, non ab astris incepit; sed à puluere, à gleba. Notauit Anastasius Sinaïta lib. 4. Hexameron: *Antè Deus ornauit terram, quàm cœlum, tanquam si terra ante cœlum ditata sit Christi mysterio, & aduentu: propterea ante cœlum ornatur, quoniam ante Angelos terra, & terra geniti homines, Deum per carnem vidimus, & ante cœlestia exornans ille hæc inferiora, ea lætificauit, & exornauit.*

Genes. 1.

Patriæ amor in Christo.

Anastas.

25. Sed nihil Christi ebullientem erga Ecclesiam charitatem sic commendat, quàm quòd in cruce positus, in Patris manus citò emissurus spiritum, pro Ecclesiæ causa, de eodem suo Genitore velut conquestus sit voce sanè elata ac sonora: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quorum verborum significationem volo accipias ab Arnoldo Carnotensi, tractatu de septem verbis Domini: *Pro his igitur* (intelligit peccatores) *ad Patrem conuertitur, & inauditum dicendi genus nouus Orator assumit, & inimicorum in causa allegans, ipsis inuitis, atque negligentibus, parti contrariæ suffragatur, & vtrùm plus possit peccatum, quàm iustitia, Deo Patri quæstionẽ proponit: alioqui subtracta sibi agonum suorum stipendia Christus queritur, protestans non esse quæstuosos tanti discriminis sudores, si hi, quibus tanti laboris opera impensa est, sic relinquantur, & ad salutem eorum inefficax sit hæc humilitas.* Ex his Arnoldi verbis deduco, Christum pro peccatoribus cum Patre æterno, in iudicium velut descendere voluisse, non alio coram Iudice comparens, quàm ipso æterno Genitore: nam *subtracta sibi agonum stipendia conqueritur, apúdque Dei iustitiam causam dicit, & vtrùm plus possit peccatum, quàm iustitia, Deo Patri quæstionem proponit.* Hoc autem est litem statuere apud Iustitiæ tribunal, de subtractis, & ablatis conqueri: Hoc verò ego in Christo plurimùm demiror: dicam quamobrem. Certè, etsi iusta litigandi occasio extaret, genitorem tamen à filio ad subsellia & Iudices vocari indecorum est: abhorret à naturæ pietate; & iurgia inter parentem & sobolem esse possunt: verùm celari debent, consopiri inter familiares, non in publicum coram vniuersa ciuitate iudiciorum loco prodire. Quòd si filius patri litem dicens, in eundem semper moriger & officiosus fuisset, ab eiúsque signis, & nutu nunquam discedens: sanè hunc cùm videremus genitorem apud forum & rostra accusantem, cogitaremus statim, grauissimis eum commotum rationibus; alioquin tam obsequentem prolem nunquam ausuram aduersùs parentem, quem semper vnicè coluit, & dilexit, mussitare. At Christo nullus gnatorum vnquam obsequentior; quippe humiliauit semetipsum, Patri factus obediens vsque ad mortem; nec ab eius mandatis aliquando latum vnguem discessit: quapropter de eo in capite libri scriptum, vt faceret voluntatem eius: Hunc igitur paternæ venerationis tam exactum cultorem, quid est, quòd cernamus Patrem ad quæstionem & examen iudiciale vocantem, non in angelo aliquo, non coram paucis quibusdam; sed spectaculum factum Deo, Angelis, & hominibus in potentissimo Caluariæ theatro? Grauissimas causas habuisse Redemptorem, cui dubium fuerit? Sed, quæ istæ? Laribus fortasse Pater expulit Filium; hæredem esse vetuit; verbo, aut verberibus inhonorauit; alium præ Filio isto secretorum conscium habuit, quem specialiùs diligeret? Nil istorum omnium. Quid igitur? Erat de Ecclesia, cum qua Filius per incarnationem matrimonio coniunctus est, portio quædam egregiorum facinorum, fœdissimis maculis supra modum deformata; erant isti peccatores sine fronte, temeraria cohors, infractæ ceruicis natio: his sanguis Christi velut inutilis futurus videbatur, quòd misericordiam consequuturi non essent; atque pro his rogantem Filium Pater non exaudire, ad postulata non descendere videbatur. Hæc igitur tota ratio tantarum querimoniarum; litis, quam Parenti dixerat Filius; & elatioris soni in ipso mortis vestibulo. Sed, quis credat, tantum amoris excessum in sponsam, vt non dicam ipsius causa, (& tamen hoc nimium esset;) sed famulorum gratia, eorúmque, qui de sponsa pessimè meriti fuissent, talis Filius optimum Genitorem ad ius vocaret, déque eo, præsentibus innumeris & Angelis, & hominibus conquestus fuisset, velut qui defraudaret, & stipendia subtraheret?

Arnold.

Ita

Ita tamen res se habuit : & plùs potuisse apud se amorem non tantùm erga sponsam, sed erga vilissimos domus eius rabulas, quàm pietatem & reuerentiam erga Patrem, visus Christus ostendere, quando pro his scelerum mancipiis, & non aliis, publicam querelam, litem apertam aduersùs Genitorem proponit, *agonum suorum stipendia subtracta sibi protestans, si hi sic relinquantur; & ita sanguis Filij in conspectu Patris vilescat, vt non omnia postulata obtineat.*

26. Verè iste magnus amor, verè iste Salomon ardentissimè diligens sponsam suam, qui sic propter illius charitatem Patri potius aduersatur, quàm eius filiis peruersoribus. *Exponam vobis* (ait Chrysostomus hom. 1. in 2. ad Timotheum) *de scripturis amicitiam profecto admirabilem.* Cupio discere à Chrysostomo huiusmodi amicitiam : nam tarò inuenitur sub cœlo : *Dilexit* (inquit) *Ionathas Saulis filius, sanctum Dauid, & colligata est illi anima ipsius. Quid ergo, num illi inuidit? Minimè, cùm certe inuidendi necessitas indicta videretur ex rerum euentu : cernebat enim regno potiturum, quod sibi per successionis seriem debebatur. Non ait : Hic est, qui me patrio priuabit regno; sed imperij quoque cooperator accessit, patrique, amici gratia, non pepercit. Nihil parentem reuerentius est, amici gratia : ea fuit Ionathæ cum iusto amicitia, talísque coniunctio.* De qua sententia assumo extremam clausulam, atque expono: *Patríque, amici gratia, non pepercit.* Certè insidiabatur Saül Ionathæ pater, Dauidis vitæ & capiti, eúmque de medio tollere variis tentauit modis : sed effugit Saülis malitiam, & effugit Ionathæ ope. Lege Regum lib. 1. cap. 20. & sanè non aliam causam occidendi Dauid Saül Ionathæ significabat, quàm quòd, eo sublato, Ionathas de imperio securus foret : *Omnibus enim diebus* (ait) *quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est.* Pater sæuit in Dauid, sæuítque propter filij emolumentum : & tamen plus potest apud Ionatham amor in Dauid, quàm aut genitoris in eum vigilans prouidentia, aut filij ipsius tanta vtilitas, quanta est sceptro potiri & dominari Prouinciis. Iure *mirabilem amicitiam* appellauit Chrysostomus, cùm genitor pro nato zelat, & filius in amicum fidelior inuenitur, quàm pro patre. Ergo Pater æternus, cùm peccatoribus non parcitum vellet, cùm velut inexorabilem se exhiberet, nónne in hoc ipsius Filij honori prospiciebat? Pro Filio est, si qui eius sanguinem, & susceptos in cruce labores contemnunt scelerati homines, debitas exoluant pœnas : hæc tamen cùm pro Filio fierent à Patre, non sterit ille pro Parente; sed pro iniquis aduersùs Genitorem : quia iniqui illi de familia erant suæ sponsæ, quæ & nigra est, & formosa, malos cum bonis complectens, donec cœlum & terra innouentur, mundúsque finem accipiat. Mirabilis itaque amicitia Ionathæ erga Dauid, *quia amici gratia parentem non est reueritus.* Mirabilis planè amor Christi erga Ecclesiam, cùm huius gratia ipse quoque Parentem quodammodo non sit reueritus, quando eum in iudicium vocat, & sublata sibi agonum stipendia queritur publicè, ni peccatoribus parcere velit. Ergo Christi sola dilectio, verum amoris nomen meretur, qui tot, tantáque pro compare sustinuit : Salomonis ardentissimi æstus, ne picti quidem ignes censendi; cùm ob eius gratiam & contemplationem, quam summè deperire visus sit, ne illa perpetrauerit sanè, quæ maritos facere communissimum est, vt vxoris causa patrem, matrémque pariter relinquant.

Chrysost.

1. Reg. 20.

SECTIO. V.

Quæ pro Deo relinquimus, eadem cum fœnore ad nos reuertuntur.

PHARAONIS filia Salomoni nuptura, aulam reliquit, patriam deseruit, & à cognatis abiit : Magna sunt hæc : maiora tamen accepit his, quæ destituerat. Pro Pharaone genitore illius, Rege fortasse non nimiùm locuplete, deformi, indocto; datus illi Salomon; si pulchritudinem contemplere, candidus & rubicundus, electus ex millibus; si sapientiam spectes, mortalium eius præsertim æui atque temporis doctissimus : si diuitias cogites, tantis affluens, vt facere potuerit Hierosolymam argento non minùs quàm lapidibus abundare. Iam, si amissam aulam consideres, struxit vxori Salomon domum integram, materia vbique cum arte contendente, vt dubitares, plúsne miraculi in pretio, quàm in ingenio esset; absolutóque opere, *filia Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat ei Salomon.* Postremò, si cognatas amisit, ideò vultum eius deprecabuntur omnes diuites plebis, tanquam Reginæ & Dominæ, vpote adstantis Monarchæ à dextris in vestitu deaurato. Quanta beatior mutatio quàm prima fors? Relinque, anima, vilia hæc, & momento peritura : vocat te melior Salomon ad castum connubium : quid nectis moras? quid retardaris? Putásne, illiberalis erit, & non recompensabit? Noli timere : centuplum accipies, & vitam æternam possidebis : quin illa tua, quæ obtuleris, non apud se auarus retinebit; reuertentur ad priorem dominum cum incremento; petit, vt conduplicet : mirabere lætus tam fortunatam bonorum amissionem, & tantùm dolebis, non amisisse plura. 27.

Maledicta erat in Israël omnis sterilis, & omnis gloria in sobolis amplificatione : quæ non peperit, inhonora erat. Denique Elisabeth, Præcursore grauida, opprobrio se liberam exultans gaudet: *Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Sic omnis Israël : sed non sicut Israël Mater Domini, quam ille per Dauidem alloquutus, *Audi* (inquit) *filia, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Quid est, *obliuiscere populum tuum*? Noli ad mores eius respicere, noli ad exempla : Omnis populus tuus ad prolem anhelat; omnis fœmina vxor; omnis vir maritus : manda hæc obliuioni, & virginem castam exhibe Deo. Paruit puella mandatis, & elegit magis despectui esse Israël, quàm non obedisse Regi, qui concupiuit decorem eius. Quid pro Deo perdidit MARIA? non esse matrem, non transire in mariti amplexus. Putabat Israël spoliatam hac gloria Ioachimi, & Annæ filiam, & velut sterilem contemnebat: verùm non perdidit, quoniam pro Deo amisit; conduplicauit potiùs, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Nulla vnquam tam beata maternitas, ac illa, quam MARIA sortita est, maternitatem pro Deo amittendo. Sic ille cum 28. Psal. 44. 11.

multiplici incremento restituit, quæ pro eius honore contemnimus. Bernardus hom. 3. super Missus est. *Meritò autem concupiuit Rex decorem Virginis: fecerat enim quidquid longè anteà prænonita fuerat à patre suo Dauid, dicente sibi: Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & si hoc feceris, concupiscet Rex decorem tuum. Audiuit quippe, & vidit, & inclinauit aurem suam ad obedientiam, & oblita est populum suum, & domum patris sui; quia nec populum suum augere prolis successione, nec domui patris sui relinquere curauit hæredem: sed, quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est vt stercora, vt Christum lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio, quando & Christum sibi filium vendicauit, nec propositum pudicitiæ violauit: Benè igitur gratia plena: quæ & virginitatis gratiam tenuit, & insuper fœcunditatis gloriam acquisiuit.* Non igitur dedecori MARIÆ, quòd liberos habere nollet; nec computata est maledicta, quæ propterea sterilis dici voluit; sed inter omnes mulieres benedicta cunctarum gentium acclamationibus nuncupata.

Bernard.

29. Famescebat siccato torrente Carith rigidus ille Propheta, factúsque est sermo Domini ad eum (Regum 3. cap. 17.) dicens: *Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum: præcepi enim mulieri viduæ ibi, vt pascat te.* Heu! quàm ieiunam ad domum mittitur Elias: *Viuit Dominus* (protestatur pia vidua) *quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Quàm triste nuncium esurienti stomacho! vade, Elia, proficiscere ad Optimatum cellaria, qui à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt: non apud miseram feminam locus est, cui vix in hodiernam lucem suppetit: noli geminare infelicis dolorem. Sed, quid ille? *fac, sicut dixisti. Veruntamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea.* Iocatúrne Propheta, & ludit sanctè; an seriò confabulatur? *Fac mihi primùm.* Non sufficit secunda buccella, Elia? atque vtinam in tantis superfit angustiis secunda, quam dare possint mater & filius. Vbi charitas, de ore morientium alimenta extorquere? Iustè miratur Theodoretus quæst. 52. in 3. Regum, quàm mitis fuerit mulier in respondendo Prophetæ: *Ego autem admiror mulieris responsi mansuetudinem: non ægrè tulit, quòd in tanta calamitate ab ea petitum sit alimentum; sed tantùm extremam ostendit paupertatem.* Quis enim in tanta egestate positus non excandesceret, audito, *Fac mihi primùm*, quando, si secundùm dedisset, insigniter liberalis & benignus fuisset? Quid, quòd, qui petebat, ipse tantarum miseriarum, tam diræ famis occasio fuisset? Eia, bona fœmina, noli excandescere; noli ad singularem Prophetæ petitionem mœstitiam induere: da primùm; dáque secundùm patiter, si postulauerit; da totum: non tu morieris, non filius tuus, etsi pereat totus Israël: Deo ista donas, quem in nomine Prophetæ recipis, non Eliæ; retribuet abundanter pro vno mille. Consumentur fame viri diuitiarum, tabescent à sterilitate terræ: veruntamen flagellum ad te non appropinquabit: quia pro Deo oleum, & farinam reliquisti; hæc ipsa ad te reuertentur cum fœnore: *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque in diem, qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ.* Eloquenter Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 5. *Vnius horæ hospitio vidua, quæ suscepit Eliam exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret.*

3.Reg. 17.9.

Theodoret.

Eleemosynæ vilitas.

Ambros.

Non potest Elias exigua petere, non vulgaria; ad magna semper aspirat postulatio: *Fac mihi* (inquit) *primùm.* Secunda despicit generosior mens. Didicêre à Magistro discipuli, didicit in primis Eliseus, & scandente ignitos currus Præceptore: *Obsecro* (ait Regum 4. cap. 2.) *vt fiat in me duplex spiritus tuus.* Audi, Elisee: non est discipulus supra Magistrum: itur in deterius quotidie; & ratò Ducis laudes, parentum gloriam quisquam nepotum consequutus: sufficit, Elisee, parem fuisse: Multa circa hanc petitionem iactata: an illud conueniens? Eliseus discedente Fundatore Ordinis, Patris deinceps locum occupaturus erat, Congregationis Caput effectus: ampliùs non priuata persona, sed lucerna super candelabrum posita, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: in eum cunctorum oculi conuertendi erant, eius exemplum sequuturi: putabat igitur, vt priuato Monacho vnus satis esset spiritus: Superioris tamen nomine potito opus esse geminato spiritu; An indicabat magis Heroüm posteros, seniorum facinoribus non debere esse contentos: supra inuenta Maiorum nepotes ponant noua, & vetustis Scriptoribus recens de penu suo addat; sic maritantur noua antiquis cum incunditate à Scriba docto? Non spernenda ista: sed excogitanda, quæ nostro faueant instituto. Monachorum Antesignani fuêre Elias, eiúsque discipulus Eliseus (vt velint quidam) cum reliquis Carmeli sacris habitatoribus, intelligo de filiis Prophetarum. Hieronymus docebit tom. 1. epistol. 13. ad Paulinam: *Et vt ad Scripturarum auctoritatem redeam, noster princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus.* &c. Eliseus igitur, vt erat perfectæ obseruantiæ religiosæ typus voluntatem, spiritúmque suum in Eliæ Prælati manus resignauerat: hic, Magistro discedente, ex hominum consortio ad ipsum rediturus erat, eo præsertim in supremi Præpositi officium suffecto: sed, quo se priuauerat spiritu propter Deum, iustúmne, vt ad Prophetam sine incremento redeat, absque fœnore? Non ita Deus consueuit; data sibi, conduplicata possessoribus restituit. Probè igitur Eliseus spiritum, quem ob Deum in Prælati manus resignauerat, (neque enim vel spiritus sui dominus perfectus Religiosus,) reposcens, geminatum postulat: *Fiat in me spiritus tuus duplex*, inquiens. Non fallar, si Ambrosium cum nobis esse dicam, serm. 87. *O hæreditas pretiosa, in qua plus hæredi relinquitur, quàm habetur: plus consequitur, qui accipit; quam possideret, qui largitur. Pretiosa planè hæreditas, quæ, dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur!* Igitur Elias cùm simplicem sanctitatis ipse spiritum haberet, Eliseo duplicem reliquit. Benè illud: *Quæ, dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur.* Sic semper Deus, cum fœnore remittens data.

30.

4.Reg.29.

In Prælat maior sanctitudo desideratur.

Posteriores Scriptores debent antiquorum inuentis addere.

Hieronym.

Ambros.

Quem Numinis morem cùm Anna, Samuëlis mater, cognitum haberet, prolem tenerrimam adhuc, & penè balbutientem sacris altaribus obtulit: *Et adduxit eum secum* (Reg. 1. cap. 1.) *postquã ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ*

31.

1.Reg.1.24.

farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Quo feminæ facto non illud mouet, quod communiter admirantur Interpretes, potuisse mulierem, quæ per longa vota, per orationes diurnas, nocturnásque, & lacrymarum riuos prolem acquisiuit, tremulum infantem à sinu amouere, & pertulisse, vt magis apud Heli viueret, quàm coram se iucundus in aula lusitaret: id ego suspicio magis, vt quidem Deo, tabernaculóque offerre voluisset aliquem ex mascula stirpe, at speranda erat filiorum multitudo: Cum eam circuirent plures paruuli, tum hunc illúmve sacro ministerio dicasse, ex multarum matrum vsu id erat: sed vnicum infantem tam citò domo eiecisse, haud dubito arcano aliquo consilio ab Anna commissum: Sic ipse coniectabar: volebat mulier hæc numerosæ sobolis genitrix nominari: erat hoc temporibus illis speciosum apud homines, apud Deum non ingratum, cum & de benedictionibus eius fuerit, Psalmista canente: *Filij tui sicut nouellæ oliuarum* (Psalm. 127.) *in circuitu mensæ tuæ: ecce sic benedicetur homo*, &c. Quid meditata est prudens femina? Scio (inquit apud se) Deum liberalissimum remuneratorem; cum fœnore semper recompensat. Quod si eum filio donauero vnicè dilecto, patietur me absque liberis esse? Haud vnquam credam; quin potiùs multiplici fœtu augebit. His incitata prolem Deo obtulit. Nec fefellit spes: nam, *Visitauit Dominus Annam* (Reg. 1. cap. 2.) *& concepit, & peperit tres filios, & duas filias.* Ad quem locum Regum alludens Chrysostomus tom. 1. hom. de fide Annæ, inquit: *Tantum autem hanc negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam, quæ cum Deo habuerit commercium: etenim posteaquàm eum fœtum acceperat Deus, reddidit illi alterum filium: imò potius, non vnum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantùm; sed his multò plures, vt iam vsura sortem excederet: talis est enim negotiatio, quæ cum Deo geritur: non ille quantulancunque sortis partem; sed multis partibus conduplicatam reddit.*

Pſal. 127.

1. Reg. 2.

Chryſoſt.

31. Didicítne Anna ab antiquo diluuij victore, Noë? Volebat senex filiis obedientibus & verecundis benè precari, quemadmodum irrisori filio maledixerat: cùm ad Sem ventum esset: Gen. 9. 27. *Benedictus* (ait Genes. cap. 9.) *Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.* Verùm, cuiusmodi hæc formula benedicendi? Non Sem, sed eius Opifex, Deus, benedicitur: alia erit occasio, vt Numini habeantur gratiæ, & condignis efferatur encomiis: nunc filij causa agitur; anhelant ad hanc benedictionem nepotes Sem: conuertere ad gnatum, pater, & muta verborum formulam: *Benedictus* (ait) *Deus Sem.* astutè satis. Amabat filium ardenter senex, & volebat illi plenam benedictionem, cumulatam felicitatem. Hoc quò consequatur, quam meditatur artem? Nouerat, quæ Deo offeruntur, eadem ad veteres possessores postlimino reuertere; sed maiora se ipsis; sed supra modum locupletata: in Deum igitur congerit benedictionem Sem, vt, cùm Deum eius benedictionis semel fecerit Dominum, benedictio ipsa crescat, & demum reuersura ad Sem, vt moris est, diues ad eum redeat, & cum auctuario incredibili. Hinc itaque est, quod non Sem; sed Deum benedixerit, quemadmodum Chryſoſt. obseruauit Chrysostomus homil. 29. in Genesim: *Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Hoc fortè quis dixerit: Non est benedicere Sem. Imò valdè benedixit illum: quando enim Deus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Itaque benedicens Deum, debitorem ipsum fecit maioris benedictionis, quia Deus propter Sem benedicitur.* Aptè extrema hæc verba: *Benedicens Deum, debitorem ipsum fecit maioris benedictionis.* Id quippe moliebatur parens Sem, filij benedictionem Deo offerre, quo hac via Deum cumulatioris benedictionis faceret debitorem.

Iam mihi ex his non inacceſſa videtur magni illius signi, quod in cœlo apparuit, intellectio: *Mulier* (inquit sacræ reuelationis liber cap 12.) *amicto Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Suppono autē hanc feminam, quam duo mundi clarissima lumina, syderáque conuestiunt, Beatā esse Dei Genitricem. Annuit Bernardus serm. 1. de Natiuitate Virginis: *Putasne* (ait) *ipsa est Sole amicta mulier? Esto siquidem, vt de præsenti Ecclesia intelligendum prphetica visionis series ipsa demonstret; sed idplanè non inconuenienter* MARIÆ *videtur attribuendum.* Felix ergo hæc, & multifariam lucida virgo Christum aliquando amiciuit. Quo genere vestis existimas? Equidem de nube confecto, de carne sua, quæ non aliud, quàm nubes erat. Discе ab Ambrosio serm. 5. in Psalmum 118. *Illa autem columna nubis specie quidem præcedebat filios Israël; mysterio autem significabat Dominum* IESVM *venturum in nube leui, sicut dixit Isaias, hoc est, in virgine* MARIA, *quæ nubes erat secundùm hæreditatem Euæ, leuis erat secundùm virginitatis integritatem: venit in nube leui Christus in Ægyptum; hoc est, venit in susceptione corporis in hoc sæculum: in nube venit, quem nebula corporis obumbrabat: sed leuis erat caro, quam nulla sua grauabant delicta.* Vestem itaque de nube conflatam Christus à Virgine acceperat: restituere oportebat acceptum. Quid? alium ex nube amictum Matri daret? Sed decebat liberaliorem esse in retribuendo, & acceptis multò præstantiora voluisse: Hinc itaque loco nubis Sol, Luna, stellæ, totus denique Olympi ornatus, vt quantùm Phœbus nubibus pulchritudine anteit, quantùm decora plùs soror eius, quantùm lucidiores stellæ, tantùm excedat retributio Christi donum vestis, quod à Matre accepit. Vide, si ingens in remunerando Deus iste, quando in vnam vestem congerit totam cœlorum gratiam. Bernardus relato nuper sermone: *Quàm familiaris facta es ei, Domina, quàm proxima, imò quàm intima fieri meruisti? Quantam inueneſti gratiam apud eum? Intè manet, & tu in eo; & vestis eum, & vestiris: vestis eum substantia carnis; & vestit ille te gloria suæ maiestatis. Vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris.* Concinnè, vt differentiam vestimentorum innuat: *Vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris.*

32 Apoc. 12. 1. Bernard. Ambr.

Sed, quid mirum adeò in Matrem beneficum, quando æqualiter ferè liberalis est in creaturas irrationales? Atrata fronte processit præses diei, Sol, cùm Dominus pateretur, contraxit radios luctabundus, diminuit lucem; sic condolebat vtcunque Opifici suo: abit tandem mœror, resurgente Christo; & de primis rediuiui curis restituisse Soli, quod de claritate perdiderat, exposuit Chrysologus eleganter serm. 82. occasione verborum Marci cap. 16. *Et valdè manè vna Sabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam Sole*, &c. *Si valdè manè* (ait) *quomodo orto iam Sole? Sic nescit Euangelista, quid dicat? Euangelista, quid dicat, scit; sed, quid audiat, qui non dicere:*

33 Chryſolog. Marc. 16.

dicerit, neſcit. Dixerat: Ab hora ſexta vſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt: Ergo Sol, qui præter horam, vt Domino compateretur, abſceſſerat; claritate, cùm reſurgeret Dominus, ante tempus occurrit: & qui, vt ſuo commoreretur Auctori, ipſam meridianam ſuam mortificauerat claritatem, vt conſurgeret Auctori ſuo, euictis tenebris anteluccanus erupit. Benè quidem hæc, & oſtendunt Chriſti gratitudinem; ſed non probant noſtræ ſermocinationis ſcopum: oſtendunt quidem compenſata lucis damna, quæ pro Dei Filio Planetarum fulgentior ſuſtinuit: iſta nobis non ſufficiant: neceſſe eſt, monſtremus Chriſti retributionem ſupra claritatis amiſſionen longo extitiſſe interuallo: Æſtimo probabit Matthæus cap. 28. *Veſpera* (inquit) *Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena*, &c. Ergo veſpertinæ tenebræ in claritatem conuerſæ ſunt: dies ille occaſum neſciuit, dies æternitatis fulgoribus æmula, qui ignorant interitum: ſic decebat, Chriſtum recompenſaſſe diminutionem lucis. Idem Chryſologus ſerm. 74. *Veſpera Sabbathi, hoc neſcit dies ſæculi, hoc non habet mundi vſus; veſper finit, non inchoat diem; tenebreſcit veſpere, non luceſcit; non in Auroram vertitur, quia lucis ortum ignorat. Veſpera, mater noctis, parturit diem; mutat ordinem, dum agnoſcit Auctorem: radiat de nouitate myſterium; anhelat Creatori ſeruire, non tempori.* Expende illa: *hoc neſcit dies ſæculi.* Quis igitur dies illud nouit? Æternus ille, & indeficiens æui perennis Beatorum: Tantúſne compenſandus breuis temporis luctus, & non integer ſub tenebris dies, & aſſimilandus æternitatis diei propter hoc? tam ſupra labores merces? tanto cum fœnore reſtitutio? Quid agitis, mortales? Vſquequò graui corde? Cur, ſi bonorum auidi, tam pauci de vobis Principi huic, liberalitatis Principi famulantur? Felix Ægyptia puella, quæ relinquens aulæ delicias, non amittit; ſed commutat in ampliora gaudia, Hebræorum Regina facta, Salomoníſque ſponſa.

Matth. 28. 1.

Chryſolog.

SECTIO. VI.

In mores, quos ſub vitæ exordio hauſimus, facilè, data occaſione, prouoluimur.

34. PHARAONIS filiam per connubium cum Iudæorum Monarcha, conſequutam quidquid humanæ eſt beatitatis, monſtrauimus initio ſectionis nuperè finitæ: ſedit ſolio gemmato, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus, ſuprema inter multas Reginas, pediſſequæque eius de Principum filiabus compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi: promptuaria eius plena, eructantia ex hoc in illud: non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eius: Fortunata ſunt cuncta, quieſcente toto Iſraël, vnoquoque ſub vite & ficu ſua à Dan vſque ad Berſabee ſine timore vllo. Quanti inuiderant? Certè beatam dixerunt feminam, cui hæc ſunt; Sed ego cum Dauid, non propter iſthæc euanida, & momento abitura, fortunatam nominauerim; verùm ſummè felicem iudicauerim mulierem, *cuius Dominus Deus eius*: Hoc illa per Salomonis thalamos adepta vt Deum cognoſceret, coleret deinceps, damnatis in poſterum, boue, crocodilo, cæteríſque Ægypti vanorum Numinum portentis. Vtinam, vt deuotè ſub nuptiarum auſpiciis eiurauit deteſtandos ritus; ſic in eorum commendando odio ſtabilis fuiſſet, & perſeuerans: Bibit ſub pueritia ſuperſtitiones; hic primus nouæ teſtæ inſpiratus liquor: Neſcio quid habet ætas illa tenax, & indomabile: tardè, quæ didicit, deponit; atque, vt viſa ad tempus obliuiſci antiqua, reuertitur facillimè ad aſſueta, quauis data rima. Tanti intereſt, rudes illos annos, ſiue in bonum, ſiue in malum flexiſſe. Quam tunc indideris formam, rarò delebunt ventura tempora: conſopire poterunt aliquantùm, extinguere penitùs paucis conceſſum: Ergo illa in nuptiis Iudaïſmi profeſſio, de non duraturis erat: non ſtupeo lapſum adeò, quando gentiliſmum edoctam fuiſſe, vnà cum vberibus, & lacte, conſtat.

35. Subtiliter loquutus Tertullianus, comparatione facta inter vidualē continentiā, virgineámque caſtitatem, lib. 1. ad vxorem, cap. 8. *Tamen vidua habet aliquid operoſius: quia facile eſt non appetere, quod neſcias; & auerſari, quod deſideraueris nunquam: Poterit virgo felicior haberi: at vidua laborioſior.* Sanè ſermo hic alludit ad continentiæ bellum, quod eius amatores aduersùs inimicam luxuriam exerceant: Sed, quomodo laborioſiores viduæ; feliciores virgines in hac pugna? Imò verò, quæ virgo eſt, plus habet operis, difficiliores illius luctæ: Nam ſanè, quemadmodum cæteræ carnis deliciæ; ſic in primis iſtæ, à longè poſitæ, & donec experientia eſt, titillant, blandiuntur, rapiunt poſt ſe: poſtquàm de amore triūphator quiſquam eſt, gaudióque fugitiuo potitus, iam non ampliùs amat ille paulò antè tam ſitibundus, tam ardens; horret magis, & deteſtatur. Nónne vides in Amnon, quem lectulus tenet, quem febris conſumpſit? tantæ illius flammæ! Fit deſideriorum compos, ſorore abutitur: ſtatímque ſubdit textus Reg. 2. cap. 13. *Et exoſam eam habuit odio magno nimis: ita vt maius eſſet odium quo oderat eam, amore, quo antea dilexerat:* Quæ cùm ſic eueniant, notum eſt, facilius viduæ fore, non deſiderare virorum amplexus, quàm virgini: virgo enim, quia nunquam experientiam fecit, ardebit cupidine, & deſiderio: vidua autem, cùm ſciat, qualia illa ſint gaudia, quàm ſpurca & tranſitoria, tantùm non auebit & concupiſcer, vt potiùs cane peius & angue abhorreat. Quæ igitur veritas Tertulliani verbis? Sanè, vt concedamus, magnam eſſe alliciendi vim in abſentibus; poſſeſſa contemptum ſui, nauſeámque generare conſueuerunt, vt oſtendebamus Sect. 3. atque hac parte præſtet virginibus viduarum ſors, minúſque ſit laborioſa: Sed aliud eſt, experiri carnis illecebras, & delectamentum vtcunque; aliud, in adoleſcentia, & ſub ætatis exordio experiri. Puellæ igitur, cùm nuptui dentur plerunque, ſtatim ac partui habiles ſunt, (quod tempus decimum & quartum annum non ſuperat,) hinc eſt, vt maritalia gaudia cum vitæ ferè ingreſſu ſentiant: inde itaque eſt, quòd laborioſiorem viduæ conditionem dixerit Tertullianus, quàm illius, quæ virginitatem ſemper profeſſa eſt: nam viduam ſub annorum exordio, quid coniugales eſſent voluptates, expertam eſſe, & procedente ætate eandem marito orbatam, non velle iterum coniugium, arduum eſt, atque difficile: virgo ſemper perſeuerans, quos in adoleſcentia non hauſit mores, non multùm, ſi prouectam iam eorum deſiderium non cruciet: Hinc ergo Tertullianus ingeniosè virginem *feliciorem* nominauit; viduam *laborioſiorem*.

Tertul.

2 Reg. 13.

Expendi

Expendi Sect. 3. num. 15. Hebræorum, qui de Ægypto exierunt indigna vota, concupiscentium ollas carnium, pisces Niliacos, allia, cepas, pepones, & rusticana hæc, duríque saporis præferentium cibo de cœlis demisso, omne delectamentum in se habenti: accipe huius tam infausti, & desiderij, & electionis, alteram ab ea causam, quam præfato loco dedimus: illa sanè querela profecta est ab his viris, qui primam ætatem in Ægypto consumpserant, cogebantur autem tunc durissimis operibus Pharaonis ministrare; Quid necesse est dixisse, cibũ illis fuisse vulgarem, qualis operariorum, qualis villicorum, cùm tam malè tractarentur à regiis operum Præfectis? Comedebant itaque, vt solet ruris & montium plebs addicta laboribus, allia, pepones, & similia. Verùm (inquis) vt tunc fuerint illis hæc dulcia alimenta posítis in egestatẽ & labore intolerabili; quid pro iisdem suspirant apud desertum, quando non fames, non labor premebat, & erat ante oculos, ante manus escarum suauissima? Sanè ideò manna postponitur allijs lacrymas eliciturís; quia allia cibus fuerunt in adolescentia, dum ædificarent vrbes tabernaculorum, *Phithom & Rameſſes*: tam autem difficile est exuere consuetudinem, cui in adolescentia & ætatis principio se quispiam assuefecerit; vt, quamuis ad tempus eius moris oblitus esse videatur propter magnas aliquas causas; mox tamen ad eadem reuertatur. Chrysostomus hom. 7. in Epistolam priorem ad Corinthios: *Et vt consuetudinis vires intelligas, illud considera: siquidem ipsa Dei præcepta nonnunquam superauit. Et quid præcepta commemoro? Nónne ipsa quoque beneficia? Nam & Iudæi, cùm manna haberent, allium quærebant; & cùm libertate fruerentur, recordabantur seruitutis, & Ægyptum sæpenumero expetebant, propter consuetudinem: adeò violenta res est.*

Consuetudo difficillimè exuitur.

Chrisost.

37. Non alio tamen clariori testimonio declaratum iri arbitror, quid illa possint, quibus sub initio assuescimus, quàm Irenæi sententia, siue ad vitium, siue ad virtutem fouendam. Is libro 3. aduersùs hæreses, cap. 5. loquens de Henoch, atque Elia: *Per illas enim manus, (ait) per quas in initio plasmati sunt, per ipsas & assumptionem, & translationem acceperunt: assuetæ enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare suum plasma, & ferre, & ponere, vbi ipsa vellent. Vbi ergo primus positus est homo, scilicet, in Paradiso, dicunt Presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli, eos, qui translati sunt, illuc translatos esse.* Scio in his verbis non vnum esse scrupulum: modò sub litteræ, aut iustioris mystici sensus rigore non versamur, tu consule, an verum, à Deo ipso portatos Henoch, & Eliam; an ibi positos, vbi Adam plasmauit, apud Feuardentium Scholiis pro elucidando Irenæo: Pererium tom. 1. in Genes. lib. 3. num. 47. Salianum tom. 1. anno mundi 987. à numero 6. nunc nos liberiori tropologiæ, quæ aliquid laxum permittit, vacamus, præcipuéque consequentiam verborum in Irenæo venamur. Ergo ille inde probat, Henoch ipsius Dei manibus translatum, quoniam ait: *Assuetæ erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare suum plasma, & ferre, & ponere.* Consentiamus in his cum sancto Martyre. Itáne Deus non possit benevolus esse in Adamum, quin in alios parem beneficentiam ostenderet? beneficia nulla erunt priuata? commune vniuersis, quidquid Dei operabuntur manus, necesse sit esse? Nemo senserit: aduersantur innumera exempla. Non igitur id prætenderit Irenæus, Deum eo ipso, quòd Adam portauerit, quasi obstrictum, vt Henoch suis manibus transferret. Eum significare voluisse, quod nunc pronunciauero, opinor. Deus, cùm protoplastum formauit, sub rerum creandarum initiis erat: tum verò quibus se assuefecit? Sanè baiulando Adamo, portando illum, atque adeò transferendo in Paradisum: nam extra voluptatis locum creauit, & inde *tulit Dominus Deus hominem* (Genes. cap. 2.) *& posuit eum in Paradisum, vt operaretur, & custodiret illum. Assuetæ erant manus Dei* (ait Irenæus) *baiulare suum plasma, ferre, tenere.* Exinde fluxerant nongenti, & eò ampliùs ab Adami ortu ad Henoch transportatum: neminem Deus toto hoc curriculo in Paradisum suis manibus transmiserat, quemadmodum cum protogenitore fecerat: videbatur iam obliuioni commissus mos transferendi in Paradisum: sed ecce inopinatò rapitur Henoch; & rursum, longiori spatio emenso, leuatur in aëra Elias, abiturus & ipse in Paradisum. Quales isti per interualla raptus & translationes? Ecce Deus sub creationis exordio transferendo primo homini in Paradisum assuefecit manus: voluit moris huius quasi obliuiscí; inde plurima transeunt sæcula, & nemo transfertur: verùm, quia mos ille sub creationum incunabulis & flore haustus erat, non potuit penitùs quodammodo Deus ipse delere: reuertitur quandoque ad eadem, & nunc Eliam, nunc Henoch raptat. Adeóne ipse quidem Deus (si dicere fas est) eius, quem sub initio ebibit moris, potest immemor esse penitùs: sed, vt ad tempus deseruisse videatur, rursum emergunt vetera, & itur in antiquas primitiuas cogitationes iterum, & sæpiùs.

Genes. 2.

Feuard. Pereira. Salian.

Tropologiæ laxæ sunt regulæ.

38. Atque cùm Dæmonem non lateret, qui sub principiis ediscuntur mores, non minùs ad virtutem, si illi ex honestatis regula, quàm in vitium efficaces esse, si à rationis dictamine recedant, ideò ipse, quibus poterat modis, curauit, vt Herodes paruulum adhuc, & vagientem Seruatorem opprimeret, fugiendum vt fuerit Matri cum infantulo in Ægyptum, cùm per tot neces quæreretur vnus. At nónne satius erat Redemptoris declarato hosti, adultum expectare, cùm tot vulnerum acerbitatibus sitim explere possit, tot dedecorum generibus, flagellato Christo, quod seruile erat, in crucem acto, latronibus comparato; cùm tamen explere sitim non possit infantis iugulo vno ictu perforato? Sed optabit magis infantiam de medio tolli. Id quorsum? Viderat puerum, antequàm sciret vocare patrem, aut matrem, auferentem fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ: id est, conspexerat trahentem ad se de longinquo gentilismum: quando Reges Tharsis, & insulæ munera afferentes venerunt Hierosolymam dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Et intrantes domum adorauerunt Puerum cum Matre eius.* Sic secum ratiocinabatur malignus: Puer iste adhuc vagiens penè, certè nondum ablactatus, cum ipso viuendi initio Deorum cultui bellum indicit, à paganismo euertendo lucis vsuram inchoat: his imbuitur moribus simul cum Matris vberibus: certè, quæ sub teneris hausit instituta annis, grandis effectus eadem repetet: non possunt illa penitùs obliuiscí: ergo destruemur omninò, si ad iustam perueniat ætatem; non enim non exercêre poterit, à quibus infantulus incipit: age, incitemus Herodem: non viuat Puerulus: vita eius paganismi excidium futurum, quando crepundiantis

non alius luſus eſt, quàm Magos nobis abſtuliſſe: ſequentur adultum proculdubio, quos in cunis didicit mores. Chryſologus ſerm. 1. de fuga Chriſti in Ægyptum: *Chriſtus, ſi vinctus pannis, ſi ſub Matris vberibus occupatus, ſi tacens lingua, ſi latens opere, ſi greſſu nullus, Diaboli ſigniferos, hoc eſt, Magos, in Duces fideliſſimos commutauit; perfectæ ætatis Chriſtus quid facere poſſit, Diabolus iam videbat: & ideò mouebat Iudæos, inſtigabat Herodem, vt Chriſti ſuſpectam ſibi præueniret infantiam.* Aptè: *Perfectæ ætatis Chriſtus quid facere poſſit, Diabolus iam videbat.* Velut indubitabile ſit, in eadem relapſuros perfectæ ætatis homines, quibus pueri aſſueuerunt.

39. Hinc illa tam inſignis victoria Iacob Patriarchæ, cui canit Epinicion Oſeas cap. 12. *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo: & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt.* Quippe, quoniam adhuc ſub genitricis vulua aſſuefactus luctari & vincere, adultior factus potuit non mortalem creaturam ſuperare: Tranſeo hæc, & in aliis ſiſto. Cur Iacob auſus congredi cum Angelo, cùm vnus totum Sennacherib exercitum deleuerit? Manuë, Samſonis genitor, Ioſuë, aliíque de fortiſſimis ad Angelorum viſum proni in terram labuntur, non auſi ſufferre maieſtatem; & hic ad palæſtram prouocat? quæ temeritas? Sed ô ſerò finiendos mores ſub vitæ introitu infuſos! Pugnax Iacob, antequàm natus, quid obſtupeſcis prouectum cum Angelo concertantem? Sperares aliud de moribus in vulua bibitis? Tranſierunt anni plures, in quibus Iacob cum nemine pugillauit: quis non contentionis immemorem ſperaret hominem tanto tempore à palæſtra abſtinentem? Oblata eſt occaſio rixandi, & continuò redière priſtini impetus, docuítque pugnæ opportunitas, bellicoſos ſpiritus non tam demortuos, quàm ſopitos, quando & cum Angelo non veritus eſt in arenam deſcendere.

Oſeæ 12. 3

40. Verùm, vt ad priora redierit Iacob, fortaſſe aliquis non mirabitur: rediit enim ad opus gloria abundans, quando homini Deum ſuperaſſe conceſſum fuerit: *Famoſa lucta* (ait Rupertus lib. 8. in Geneſ. cap. 6.) *& totius ore Eccleſiæ per orbem celebrata, qua homo cum Deo luctatus eſt; & tandiu tenuit donec a victo benediceretur ille, qui vicit:* Illud mirabile, poſſe primæ ætatis tantùm mores, vt ad laborioſa redire, & propè immenſæ fatigationis opera, ſuadeat, nullo impellente, nullo vim faciente. *Ephraim vitula docta diligere trituram:* (Oſeæ cap. 10.) *& ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius*: Ducta ſimilitudo, non à quibuſcunque; ſed à vaccis nouellis, vt eum in locum animaduertit Ribera, & ipſum vitulæ nomen ſatis denotat: vox enim ea propriè floreſcentes & primigenios denotat. Quid igitur de iſtiuſmodi adoleſcentibus vaccis? Rupertus in Oſeam declarat: *Conſuetudo* (ait) *hîc terræ promiſſionis tangitur, vbi vitulæ cum cæteris animalibus fruges terræ terere conſueuerunt: cùmautem grauiſſimo labore fatigantur, ſolent prodire ab area: iterum autem diligentes aream, ſponte ad eam redeunt. Igitur Ephraim ſimilis eſt vaccæ vitulæ, quia didicit & aream terere, & nimia conſuetudine amare, quod docta eſt, licèt trituratio laborem inferat.* Eadem Gregorius Papa lib. 20. Moralium, cap. 16. Lyranus, aliíque ex commentantibus. Dedimus Ruperti verba, quia ſignificantiora: Qualis à triturando laſſitudo, cùm legiſlator etiam robuſtiſſimi animalis, & laborum patientis ſupra omnia ferè animantia, acerbam conditionem miſertus, iuſſerit, ne trituranti boui os alligarent, Deuteronomij cap. 25? Ergo vt à vinculis liberum fuerit, ab areáque ſepoſitum animal, non ibit per colles & deſerta fugiens; non relinquet ſtabulum, & per ſyluas vagabitur, ne iterum ſub intolerabili iugo gemere cogatur? & vt vinciatur fortè, cogatúrque ad præſepe ſtare, non mordebit, non cornu petet ducentem rurſus ad aream, & trituram? nihil iſtorum: quin potiùs nemine torquente, iterum diligens aream, ſponte ad eam redit. Verè inſenſata beſtia! Sponte ad trituram, quando ne ſtimulo ad oſſa vſque pertingente, gradiendum erat? Sed tamen parcite infelici aliquantùm. Quid vultis? his aſſueta eſt à primis annis: cum vitula, cum nouella didicit triturare. Ibunt facilè in obliuionem illius ætatis mores fortaſſe? Quoties offeretur occaſio, redibit ad eadem, non retardabit trituræ cogitatio: nulla tam magna fatigatio, quæ ſufficiens ſit impedire, ne rurſus ſub iuuentutem hauſta repetat. Ecce quare vitula Ephraïm docta diligere trituram.

Oſeę. 10. 11.

Rupert.

Triturandi mos in Palæſtina.

Gregor. Lyran.

41. Demus per iſta lucem Apoſtolo ad Hebræos ſcribenti capite vndecimo: nam ibi poſtquàm recenſuiſſet prodigia capitalia, quæ Deus à condito orbe ad ſuperatam Hiericho per veteres Patriarchas operatus fuiſſet, tandem ad longum catalogum ſubdit: *Fide* (ait) *Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: & quid adhuc dicam?* Ergo, quæ poſt Rahab ſeruatam perpetrata ſunt oſtenta, Paulus relatione velut indigna arbitratur! Quorſum id? Quaſi quidem eius miraculi, per quod Rahab ſalutem conſequuta eſt, comparatione, ſubſequuta reliqua ſtuporem non mereantur: aut potiùs id ſignificauerit, hoc circa Hierichuntinam meretricem commiſſum miracula vetera vniuerſa, quæ præceſſerunt, ſuperaſſe. *Quid adhuc dicam?* Quaſi aſſerat, commemorato miraculo facto cum Rahab, quo ſeruata eſt, ne periret, Dei vindice ira vrbem depopulante, ſuperuacaneum eſſe alia narraſſe miranda: hoc enim adeò illuſtre facinus eſt, vt ſe ſolo ſufficiens ſit omnipotentiam commendare: Sanè referebam ego, quid Abrahæ accidiſſet; quid filio illius Iſaaco; quid nepotibus, Iacob, & eius ſeminibus: ſed verebar non ſatis oſtenſam per hæc Numinis potentiam. Quare vlteriùs progreſſus ſum, & edocui, quid Moyſes, quid Ioſuë perpetraſſent: tandem veni ad Hiericunthinæ ſtabulariæ ſalutem: hîc ſiſtere volui libens, inquiens: *Quid adhuc dicam?* Nam tam grande eſt hoc ſolum portentum, vt eo narrato non ſit neceſſe aliud de ſumma potentia & virtute ſciuiſſe: Taceant vniuerſa miracula, & præterita, & ſubſequuta, ſicut cum hoc cóferantur. Verùm, quid tam exquiſitum in hoc prodigio, vt eius comparatione cætera miracula rari, & inſoliti nihil habere videantur? Reſpondeat aliquis: Meretricem fuiſſe, luxuriæ deditam, Veneris mancipium: porrò tam difficile eſſe, vt de hac ſentina quiſquam emergat, ſalutémque aſſequatur, vt nihil fuiſſe exiſtimauerit Paulus, quo virtus omnipotentiæ illuſtriùs clareret, quàm ex huius narratione facti. Benè iſta: Sed habeo, quod interrogem, An non adoleſcens ille bonorum prodigus conſumptor cum proſtitutis mulieribus gazam diſſipauit, quando diſſipaſſe ſubſtantiam luxurioſè viuendo dicatur? At hic ſalutem conſequutus eſt, rurſúſque in patris gratiam admiſſus: Cur itaque Euangeliſta ad huius conuerſionem

Heb. 11. 31.

Luxuriam exuere difficillimum.

nem non exclamat & ſtupeſcit, tanquam ad rem omnibus modis inſuetam? quemadmodum Paulus recenſens Hierichuntinæ cauponariæ ad Iudaïſmum tranſitum, & in eo peſeuerantiam, ſingulari ſtupore afficitur? Sanè adoleſcens iſte optimam ſortitus educationem in domo parentis (erat enim illi pater recti in primis amans) ex virtutis præſcripto primam ætatem conſumpſerat: vale dixit poſteà iuſtitiæ, & ſobrietati, in longinquam profectus regionem, factus ſceleratiſſimus, ille quondam optimus: At, quamuis vitiorum cœno, & in primis meretriciis amoribus ſe altè immerſerat; ſed quoniam in pueritia virtutibus aſſuefactus eſt, non fuit difficile ad priora remeare iterum: inde eſt, quòd Chriſtus Luc. 15. Dominus apud Lucam cap. 15. narrata iſtius adoleſcentis pœnitentia, nequaquam admirabundus exclamauit, quemadmodum aliàs nonnunquam fecit: non enim mirandum erat, reuertere ad mores, quos in primæua ætate didicit; imò mirabile foret, ſi ad hos non rediiſſet iterum: Mulier autem illa, quæ exploratores admiſit, à primis annis ſub Veneris meruit vexillo, Dodonæa caſtra mollia ſequuta: hanc autem poſt relictum turpem, quæſtum, rurſum ad antiqua, & quibus iunior aſſuefacta eſt non rediiſſe, ſed caſtam manſiſſe in finem vſque, non tantùm prodigij inſtar eſt, ſed miraculorum maximum: idcircò Paulus hoc in primis oſtento omnipotentiam diuinam cognoſcendam exiſtimauit. Fauet Theodoretus ad caput 11. Epiſtolæ ad Hebræos: *Eſt autem* Theod. *iure admiranda* (ait) *Apoſtolica ſapientia, vel potiùs eſt laudanda diuini Spiritus operatio, quòd Moyſi, Abraham, & Noë, & Henoch, & aliis, alienam, & meretricem coniunxerit: vt & fidei oſtenderet potentiam, & Iudæorum deprimeret ſupercilium: ſexcenta enim eorum millia propter infidelitatem conſumpta ſunt in deſerto: hæc autem quæ ab Abrahæ quidem cognatione procul aberat, à lege aliena impudicè magnam vitæ partem tranſegerat, per fidem ſalutem eſt conſequuta.* Miratum itaque Apoſtolum in hac fœmina putat Theodoretus, quòd cùm priores vitæ annos in impudicitiis triuiſſet, per fidem ſalutem ſit conſequuta, in qua & perſeuerauit, Iudæis labentibus in paganiſmum, adorato vitulo, vincente illos muliere & ethnica & fornicaria: hæc autem ideò commemorata à Gentium Præceptore, vt fidei oſtenderet potentiam: non enim aliud diuinæ & infinitæ virtutis excelſius argumentum exiſtimauit, quàm feciſſe, ne fœmina aſſueta ab adoleſcentia de corpore quæſtum facere, eas poſtquàm artes ſemel reliquit, ad eaſdem iteratò non reuerterit.

42. Denique, quantùm valeant, non dicam, crebri, aut repetiti actus in pueritia, aut adoleſcentia, ad ſubſecutura adultioris vitæ tempora; ſed 4. Reg. 3. 11. vnum tantùm facinus illius ætatis, ex Regum 4. capit. 3. non difficulter eruemus: Congregatis Iſraël, Iudæ, atque Edom tribus Principibus cum numeroſo milite vt pugnarent contra Regem Moab, deuenerunt ad loca arida & inaquoſa; tumultuantéque vulgo pro aquarum inopia, Rex quoque Iſraël in primis contriſtatus eſt. *Heu! heu!* (inquit) *congregauit nos Dominus tres Reges, vt traderet in manu Moab!* Contriſtato exercitu, quòd ſine ſanguinis effuſione, degeneri morte occumberent, ſiti conſumpti, en quiſpiam benè ſperare iubet; adeſſe namque Eliſæum Prophetam, quo interueniente viro, haud dubium non defuturos latices erumpentium aquarum, vel in ſolo ſitienti & inaquoſo. Sed, quibus verbis ſpem ſuam fundat iſte, præſtat audire: *Eſt hîc* (ait) *Eliſæus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ.* Quid ad præſens inſtitutum, quòd Eliſæus aquam manus lauaturo Eliæ miniſtrauerit? Egregia ſanè laus! quaſi id quicunque de tota hominum collectione facere non valeret. Nónne præſtabat magis dixiſſe: Ne timueritis, non deficient flumina: habemus quippe in noſtro comitatu virum ingentium meritorum, qui apud Numen omnipotens propter morum ſanctitudinem plurima gratia pollet; prodigiorum inſignis ille operator, vincet naturam, ſi opus ſit, & ex ſilice faciet emanare torrentes aquarum, de quibus ad ſatietatem potemus: Hæc & ſimilia recreare poterant mœſtitiam aridarum faucium: verùm dixiſſe: *Qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ*, neſcio, quantam ſpem generare poſſit de laticibus: Sed poterant tamen illa verba ſitientium animos prudenter recreare: Quod vt oſtendamus, ſciendum, Eliam 3. Regum, capit. 18. 3. Reg. 18. Iſraëlitis de pluuiarum paucitate iam diu conquerentibus, abundantes imbres iis impetraſſe: id autem cùm per ſacrificium adeptus eſſet, cui circunſtantes plures aquarum hydrias ſuperfuderunt, tradere Rabbi Salomonem docet Lyranus Lyra. ad dictum locum, *vnum de effundentibus illas hydrias, Eliſæum fuiſſe, qui venit illuc cum alio populo, quamuis nondum eſſet Eliæ diſcipulus: & effundendo hydriam ſuam effudit aliquam partem eius à caſu ſuper manus Eliæ, & tunc aquæ fluere cœperunt de digitis eius miraculosè ſicut de fontibus abundantibus.* Eliſæus itaque, cùm nondum eſſet ſub Eliæ diſcipulatu, admodum probabile eſt iuuenem fuiſſe, & in adoleſcentia feciſſe, vt ad eius effuſionem vndæ copioſæ ſtillarent de Eliæ digitis: Cùm igitur mortalium exiſtimationi inſitum ſit, iuuentutis mores poſt ſeros annos iterum redire, memores, Eliſæum adoleſcentem etiamnum, aquam Eliæ palmis aſpergentem, lymphæ vt abundarent, facere valuiſſe; eo iam adulto ſatis perſuaſum habent, reuerſura eadem, quibus in adoleſcentia aſſuefactus eſt: atque ita ab his, quæ iuuenis perpetrauit ſibi ſolidè argumentari arbitrantur, vt prouectus eadem committere poſſit, inde illud: *Eſt hic, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. Quaſi dicat* (inquit Nicolaus ad eum locum cap. 3. Reg. 4.) *Iſte eſt aptiſſimus ad ſupplendum nobis aquæ defectum, qui iam antè cùm à caſu funderet aquam ſuper manus Eliæ, aquæ multiplicatæ fuerunt miraculosè.* Sic ergo, vnde exierunt, iterum reuertuntur mores: & illa melioris quondam Principis ipſa quoque bona conſors, in vetera, quæ abieciſſe penitus videbatur, tandem prolabitur, ad Ægyptios iterum reuoluta ritus filia Pharaonis.

SECTIO VII.

Nulla in hac vita tam conſummata virtus, quæ ſi à mortificatione tantillùm deſiſtat, non periclitetur.

REVERSAM ad veteres ſuperſtitiones 43. Pharaonis filiam doluimus ſectione elapſa: ſed id ſeriùs contigiſſe, canis non diſtantibus longè annis, inſinuauimus: accidit

enim, quò tempore Salomonis cor deprauatum est: is autem, cùm senex esset, deceptus est per feminas, *vt sequeretur Deos alienos.* Reg. 3. c. 11. Verùm, siue mariti, siue sponsæ in colendis impuris Numinibus perpendamus miseram sortem, id ego indiscussum relinquere veritus sum, cur aut nondum finita geniali pompa, aut non diu post conflatas nuptias in detestandum barathrum prolapsi sunt; sed tot emensis Monarchiæ annis? Certè sub initis nuptiis, hísque proximiori tempore, amor nouorum coniugum vehementior erat, licentia maior ad peccandum in adolescentia, pulchritudo illibata & vernans, denique spiritus acriores à sanguine iuuenili: tum, si Pharaonis filia superstitiones Salomoni persuadere cuperet, erant, quæ adiuuabant, recensita omnia; Quare itaque his vniuersis bellum facientibus inimicum, in adolescentia, neque ille, neque illa cecidit? deficientibus autem iisdem, cùm leuior pugna esset ad senectutis ianuam, priorem gloriam fœdissima labe commaculârunt? Mihi huius fuisse causam, visum est, quòd Salomon in iuuentute cautus admodum & vigilans fuisset:

3. Reg. 3. 3. *Dilexit enim tunc Salomon Dominum, (* Reg. 3. cap. 3.*) ambulans in præceptis Dauid patris sui:* Itaque non perfunctoriè perfectioni acquirendæ studebat; sed omnem conatum ponebat: quæ eadem, Reginam fecisse arbitror, siue optimi mariti stimularam exemplis, siue quòd recenter ad religionem veram conuersæ Spiritus sanctus largiter indulgebat, & bibens illa de sacrarum consolationum nectare cupiebat ardenter, dulciter visitanti eam, in minimis etiam placuisse: At procedente ætate, cùm absoluta templi, & regiarum ædium fabrica, gauderent Principes ampla pace, cunctáque ad nutum essent, quæ mortales beata compellant, cœpêre de spiritu & perfectionis studio remittere, voluptates non spernere, carnis desideriis conniuere; vno verbo, mortificationi vale dicere: irrepsêre per hæc, vitia, à quibus paulatim animæ vires consumptæ. Heu pestem inuisam, quàm ingentibus Viris insidiata? Quot magni Heroës, quorum per longos annos vita summis Ecclesiæ ædificatoribus par esse potuit, tandem in scelerum chaos prolapsi, quod mortificationis studium, quod totis viribus in adolescentia amarant, progredientibus annis segniter sequuti sunt? Nemo præteritis fisus, dormitet & torpeat; euellat, destruat, dissipet semper vsque in nouissimam horam: non si in tertium rapiatur cœlum, à mortificandis, quæ super terram sunt, membris cesset.

44. Iacob Patriarchâ quis vnquam de palæstritis animosior? ausus in arenam cum Deo ipso descendere, & per integram luctari noctem, Gen. 32. 28. Genes. cap. 32. & potuit superasse: nam *inualuit ad* Osee 12. *Angelum*, teste Osea cap. 12. *& confortatus est.* Cuius fortitudinem miratus is, cum quo luctabatur, de nomine percunctatur, & audita voce Iacob: *Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum; sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?* Ergo mandatum dedit, ne Iacob in posterum vocaretur: Obseruatúmne hoc? Minimè quidem: nihil enim crebriùs sequentibus narrationibus, quàm vox Iacob vbique: Quid igitur? Perfunctorium fuit præceptum illud, aut indignus, qui iubebat, ei vt auscultaretur? Nihil horum: verùm animaduertisse est, nomen Israël cum denotare, qui Deum videat, & ciuibus fortunatis extra periculum positis par sit: Sic accipio Augustinum

Israël nomẽ quid significet? Auguſt.

quæstionibus super Genesim, quæst. 14. tom. 4. *Quæritur autem, cùm semel dictum sit: Non vocaberis vltra Iacob, cur legatur postea Iacob vocatus? Nam hoc mirum est; quibus enim semel dictum est, amplius eos non vocari, quod vocabantur; sed, quod eis nomen nouum imponebat; omninò amplius aliquid non vocatos, nisi quod eis impositum sit: istum autem per vitam suam appellatum esse Iacob, cui non semel Deus dixerat: Non iam vocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum: Nimirum ergo nomen hoc ad illam rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur Deus, quomodo non est antea Patribus visus, vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis; & Dei visio summum erit præmium:* Cùm igitur Iacob per luctam & mortificationem, eam in hac vita requiem consequutus fuisset, atque à passionibus immolestiam, quæ Beatorum pacem imitari videretur, iussus est vocari Israël: verùm, ne superbum hoc nomen, & securitatis plenum, oscitantiam pugili crearet, Iacob nomen sæpè repetitum est post datum monitum, ne alio, quàm Israël vocabulo nuncuparetur; propterea quòd vox Iacob, à luctando, siue supplantando deducta sit, quem-admodum loquitur Rupertus, & alij apud Lippomanum: Quasi diceretur Patriarchæ: Israël visus es vocari, abolito priori nomine; & tamen te vocamus Iacob: Quamobrem putas? Vt tibi luctam & certamen in memoriam vocemus: quantuncunque enim Israël dicaris, quòd eam de passionibus victoriam reportaueris, quæ patriæ statum æmulari videatur; tamen quia in hac vita adhuc versaris, luctandum tibi continuò est. Noli te immunem à lucta arbitrari, quoniam Israël es: etiamsi Israël, etiamsi videns Deum quodammodo; tamen donec in hac vita manes, nisi indefessè arma mortificationis arripueris, vt pugnes cum concupiscentiis tuis, proculdubio descendes ab Hierusalem in Hiericho, & incides in latrones, qui vtinam semiuiuum relinquant, & non penitùs occidant. Ponamus Aloïsij Lippomani de hac re explanationem ad cap. 35. Genesis, quoniam cum nostra cognationem aliquam habere putauimus: *An fortè & in hoc mysterium illud designatur, quòd qui ab actione ad contemplationem transeunt, necesse sit, prius in campo actionis probari? & quando contra passiones rationem perturbantes fortiter præualuerint, ac tunc demum ad ipsius contemplationis arcem conscenderint, éxque Iacob Israël facti fuerint; non omninò ipsam deserendam actionem; sed in ea pro loco & tempore exercendos esse: ne per huiusmodi cessationem passiones eædem iterum insurgant? Vnde ad hoc insinuandum, postquam Iacob vocatus est Israël, iterum vocatus est Iacob.*

Iacob vocabulum luctam denotans.

Lippom.

Quamuis igitur tribuum parens Israëlis titulo donatus sit, connumeratúsque inter cœlicolas quodammodo, nempe, cùm Deum videns sit: tamen quoniam adhuc non in triumphanti cœlo; sed in militanti lucet, pristini nominis Iacob, quod luctam & concertationem denotat, oportet sæpiùs meminisse, & in eo se Olympo splendescere, de quo stellæ nonnunquam cadunt; certè vt nimiùm retrogrediantur nonnullæ: qua de re cum elegantia Anastasius Sinaïta lib. 4. Hexameron, prope finem: *Habet hoc firmamentum* (ait) *virginem stellam, nempe, Sanctam Virginem, & eos, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum: habet Geminos, stellam, Thomam, qui dicitur Geminus: habet Leonem, nempe, Lucam: stellas etiam Pisces habet hoc firmamentum,* 45. Anastas.

quos

quos piſcati ſunt Petrus, & Iacobus, & Ioannes piſcatores: habet etiam Lyram, ſapientiſſimum Paulum: habet & Cancrum; rurſus Petrum; duplici enim greſſu in eo ambulauit Sol, qui cadit ſub intelligentiam, nempe, antè, & retro: habet & ſeptem Planetas, ſeptem Diaconos. Ecce quale cœlum nobis depinxit Sinaïta Anaſtaſius. At quis in huius cœli vertice niſi Petrus? Ipſe Princeps cæterorum, ipſe ſublimiorem cœlorum locum occupans: cecidit tamen magnus ille, & Cancrum imitatus retrò vertit: ſanè cecidit, quia IESV crucem, & mortificationem à longè ſequebatur. *Neque enim negare potuiſſet* (ait Ambroſius lib. 10. in Lucam) *ſi Chriſto proximus adhæſiſſet: vnde acceſſerat, vt calefaceret ſe; quia, clauſo Domino, calor mentis etiam in ipſo refrixerat: denique ad carbones ſtabat Petrus, quia algebat affectu.* Nemo itaque non timidus, etiamſi in cœlo poſitus: In Zodiaco leones, fateor: ſed etiam ibi cancer, & de cœlo, de' perfectionis vertice retroceditur; & Chriſtus negatur ab illo, qui in cœli cacumine conſtitutus, qui propter firmitatem lapis nuncupatus eſt, ſtatim ac ille IESVM à longè ſequi incipit.

Ambroſ.

46. Sciebat hoc Virgo Beata: & ideò, quamuis in gratia ſtabilita, etſi vndique Sole iuſtitiæ circumamicta, *vt fuerit candidiſſimus pariter & calidiſſimus huius mulieris amictus*, (ait Bernardus ſerm. 1. de Natiuitate Virginis,) *cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea, non dico tenebroſum; ſed obſcurum ſaltem, vel minùs lucidum; ſed ne tepidum quidem aliquid, aut non feruentiſſimum liceat ſuſpicari*: Talis illa, & beatis Spiritibus maior, nunquam non carni inimica, quoad vixit, domãs ieiuniis, ſomno breui comprimens, veſte vulgari, aliiſque modis velut ſi auſtura contra Matrem Domini niti caro fuiſſet. Nihil magis in Virgine demiratus Epiphanius Conſtantienſis in Cypro Epiſcopus, ſerm. de laudibus Beatæ MARIÆ: *Quid dicam* (ait,) *aut quid loquar de præclara, & ſancta Virgine? Animus hortatur, & metus deterret. Cum ergo ab vtroque diſtinear, expedit mihi, vt ſermonem habeam de percelebri, & ſancta Virgine*: At poſt longa exordia, poſt captam Auditorum beneuolentiam, quid tandem? *Dico enim, illam* (inquit) *eſſe cœlum, thronum, ſimul & crucem: extendens enim ſanctas vlnas Dominum portauit.* Itáne, Sancte Antiſtes, poſt tam accuratam dicendorum meditationem, & diu conſiderata, quæ pronuncianda eſſent, in hæc tam diſcordia protumpis: *Dico enim illam eſſe cœlum, ſimul & crucem*? Vide, obſecro, quos maritas terminos! non enim poteſt eſſe coniunctio cœli, & crucis! Crux tormentorum ſeminarium eſt: ibi malleus, & clauí, & lancea perforans, crurifragium, myrrha cum felle. Cœlum amœna ſtatio eſt; vbi Deus *abſterget omnem lacrymam ab oculis* charorum, *& mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà.* Quo pacto itaque, ſi cœlum Virgo, crux quoque eſſe valeat? Verùm ſapienter loquutus Epiphanius: denotat enim, Virginem in hac vita eum perfectionis gradum conſequutam, Deum vt intenſiùs amaret, quàm qui ardentiſſimè eum diligunt ex hominum, Angelorúmque triumphantium numero. Maior extitit charitas in Beata MARIA, nondum claro Dei intuitu donata, quàm in Seraphim, qui non ceſſant die ac nocte clamare: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*: Sed, cùm ſic arderet amando, cùm ea puritate niteret, qua maior ſub Deo eſſe non poſſet; non contempſit mortificationis ſtudium, tanquam ſuperuacaneum charitatis apicem tenenti: imò tanto conatu ſui victoriam per aſpera quæque aggreſſa, vt non mortificatam diſceres, non crucifixam; ſed crucem ipſam. *Dico enim illam eſſe cœlum, ſimul & crucem*, inquit Epiphanius. Nominibus enim abſtractis vtimur, quoties ſummum aliquid ſignificamus: ſummam itaque Virginis mortificationem denotat Epiphanius, cùm MARIAM crucem appellat: & hoc illa non alio potiùs tempore, quàm illo, quo per amoris magnitudinem, cœlum dici poterat, quin & cœlum vniuerſum ſuperans: vt diſcant illi, qui intra ſepta morantur religioſa, num liceat quauis de cauſa, primis mortificationibus ſuperſedêre.

Bernard.

Epiphan.

Nominum abſtractorũ vſus.

47. Putáſne, & vbi pax ſumma eſt, omnem exuperans ſenſum, & ſecuritas perfecta, beatæ illæ mentes quaſi omnem depoſuêre proficiendi ſollicitudinem? aut non timent, aut non verecundantur, ſi fortè ſatis ardent, ſi tepidi, ſi negligẽtes ſunt in amando? Nota Seraphim ſoliũ gloriæ circunſtantia apud Iſaïam, cap. 6. *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Proh! quantùm volabũt tantis pennis ſuffulti? Sed non ipſi ſe volare ſatis arbitrantur, tardos ſe culpant, & à pudore ſancto pennas diſtribuentes, *duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Hebræa habent, vt aduertit Lyranus, *duabus velabant faciem ſuam*: Vt non tam Dei vultus, aut pedes abſcondiſſe, quàm potiùs ſuos, concipiamus: Sed, quorſum faciem velant non viſuri ſic eum, cuius deſiderio languent, & tabeſcunt? Ideò ſanè, quia præ amoris exceſſu languentes; parum tamen ſe amare, parum ambulare, & erubeſcunt, & timent: *Quòd ſi aliter faciem velare intelliguntur* (inquit Galfridus apud Tilmanum ad cap. 6. Iſaïæ) *quaſi ne videant: timor & pudor poſſunt non inconuenienter intelligi: metuunt enim, & erubeſcunt ad vultum gloriæ magni Dei*: Ergo illi Spiritus Deo viciniores, quibus ab ardore nomen, iam extra pugnam, iam extra diſcrimina, timent adhuc (ſic dicamus) & verecundantur, ne ſatis ament, ne ſatis ambulent: & tu inter ſyrtes adhuc poſitus, quoniam clauſtri multos annos numeras, periculi nihil inſtare arbitraris, ſi non tam citus ambulas, ac in iuuentute; non tam feruidè diligis, non ſenſuum cuſtodiæ tantùm inuigilas, & licere carni aliquid indulgere, tutum opinaris?

Iſaïæ 6.

Lyran.

Galfridus.

48. Sed inquiẽs: Si aliquantùm remittimus, id facimus, poſtquàm portauimus pondus diei & æſtus; licet poſt exantlatos tot labores paululùm feriari, & priſtinos rigores moderari: non æqua debet eſſe ſors tyronis, ac veterani militis. Verùm tu, qui hæc aſtruis, *Nunquid maior es Patre Abraham*? Ipſe Religioſorum protoexemplar: iuſſus namque Geneſ. 12. exire de terra ſua, de cognatione, de domo patris, quibus tres abrenunciationes mundum deſerentium figuratas ad longum oſtendit Caſſianus collat. 3. cap. 6. quæ non per aduerſa iactatus Heros ille? quas non expertus peregrinationes? Certè mortificatus tota die propter Deum: an hoc in adoleſcentia tantùm, an in virili putas ætate? *Poſtquàm nonagintanouem annorum eſſe cœperat* (ait Moyſes Geneſ. cap. 17.) *apparuit illi Dominus, dixitque: Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circuncidetur: tam vernaculus, quàm emptitius circuncidetur.* Sanè circunciſio, qua ſuperflua, ſed

Geneſ. 12.

Caſſian.

Geneſ. 17. 1.

cum dolore reſecantur, mortificationis ſymbolum eſt. Sed eſto, expediat, mortificationi incumbant Iſmaël, & ſimiles imperfecti adhuc; quicunque etiam ſeruus eſt, & cupiditatibus obtemperat, ſiue vernaculus, ſiue emptitius: verùm, num quoque circunciſioni ſubiacet Abraham, Pater ille excelſus, in perfectionis culmine poſitus? & ſaltem in tali ætate nonagintanouem annorum tanquam emeritus non quieſcet; ſed iiſdem parebit legibus, quibus Iſmaël, & incipientes quique? Ita ſanè: non enim in tali ætate, non poſt tot immortalia facinora, & initum cum Deo fœdus Abraham ſuæ ſaluti conſultũ exiſtimauerit, niſi eandem, quam infans octo dierum, ille circunciſionem experiatur, & eaſdem veteranus exerceat mortificationes, quas tyro exercuerat: Quis tribuat, vt talibus abundent Cœnobia? O Domine, viſita vineam, quam plantauit dextera tua, & fac miſericordiam cum ſeruis tuis, vt de iſtis Viris portendentibus nunquam deficiat ſemen in domo tua. Sed audiamus Interlinearem apud Lippomanum ad cap. 17. Geneſ. *Quòd autem tulerit Abraham Iſmaël filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, & vniuerſos, quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ, & circuncidit carnem præputij eorum; præfigurauit, quia ad omnem profeſſionem ſpiritualis pertinet circunciſio. Abraham nonagintanouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij ſui; & Iſmaël filius eius tredecim annos impleuerat tempore circunciſionis ſuæ.* Aptè illud: *Quia ad omnem profeſſionem pertinet circunciſio.* Siue enim Abraham nonagenarius, ſiue Iſmaël nondum ephebus; omnes, quæ circuncidant, habent; nulla ætas, nulla profeſſio à mortificatione immunis: periclitabitur etiam centenarius, ſi ſuperflua reſecare negligat.

Interlin.

49. Sed velles periculum ex neglecta mortificatione, quia tam immane eſſe dicimus, & viris ſpiritalibus in primis formidandum, exemplo aliquo commonſtrari eius, qui in magna perfectione conſtitutus; ceciderit tamen hac de cauſa. Placet ſatisfeciſſe, vocatis in medium Iobo, & primo generis noſtri auctore: Equidem, vt fuerit perfectiſſimus Iobus, & qui diuinis ſuffragiis approbatus: *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra?* tamen excellentioribus donis ornatum Adamum haud dubium eſt: Iam verò, quæ non adiumenta Adamo, vt ſtaret? Fauebant vniuerſa, ſtatus iuſtitiæ originariæ, ſcientiæ conſummatæ, locus, creaturæ, omnia denique: Iobus verò vt caderet, quot faciebant? bonorum amiſſio, filiorum dirus occaſus, vlceratum corpus, vxoris maligna ſuaſio, amicorum & ciuium deſiderata fides in aduerſis: Quomodo itaque Huſſitarum Rex inter tot impellentia ad ruinam conſtans, & cedere neſcius decumanis tentationum fluctibus? Adam verò tantis ſuffultus, ne rueret, infeliciter ſuccumbens, & ſe, & poſteros perdidit? Pulchrè id depinxit Arnoldus Carnotenſis tractatu de opere ſex dierum: *Non eruheſcebat Iob, nec ad occultandam plagam ſuam diuerſorium quærebat, nec pauebat à facie Dei, coram quo de innocentia gloriabatur, & interrogatus ſecuriſſimè reſpondebat: Adam longè aliter ſe habuit in Paradiſo, vbi omnia profectui cooperabantur, ipſe nec percuſſus, nec atritus defecit:* Cauſam ego lapſus Adam non aliam puto, quàm quòd ne tantillùm mortificare ſe voluerit, & vxori grauis eſſe: Præclarè Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad litteram: *Vxorem igitur, quæ iam ſeducta manducauerat, delicias ſuas noluit Adam contriſtare, quam credebat à ſe alienatam tabeſcere, & ſine ſolatio interire; non quidem carnis concupiſcentia; ſed amicabili beneuolentia qua ſæpè Deus offenditur, ne offendatur amicus:* Quia itaque mortificare & ſupprimere noluit nimium erga ſponſam affectum ex negligentia leuis mortificationis, præcipitio lapſus eſt de ſummo & honoris, & voluptatis, & ſanctitudinis loco: Videſne, vt etiam perfectis & conſummatis, & quibus innumera ſubſidia firmitatis ſunt, non dicam, congruum ſit, ſed penè neceſſarium vel leuiſſimarum mortificationum genera non ſpreuiſſe; cùm fieri poſſit, vt earum contemptu, quemadmodum Adæ contigit, ruant in damnum non minùs ingens, quàm irreparabile? Et tantam quidem malorum ſeriem protogenitori peperit, ſocordem eſſe in ſupprimendis deſideriis, appetitúque ſuperando nimio placendi vxori: At non ita robuſtus Iob, thalami ſociam ad praua trahentem feſtinus repulit, non veritus, ſi feminea mens, aut excandeſceret, aut profundiùs contriſtaretur: *Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es,* inquit. Expendit probè Bonæ V allis Abbas, vbi ſupra: *Ibi* (ſermo illi eſt de Paradiſo) *potuit Diabolus & tentare, & vincere hominem: at multò robuſtiorem poſteà experius eſt Iob ſcatentem vermibus, ſedentem in ſtercore, quàm illum Adam in loco voluptatis conſtitutum, manente integra & perſona & ſubſtantia: nec deerant Iob linguæ feminæ ſtimuli; ſed irriſit mens ſolida nugas vxorias, & modeſtiſſima increpatione præſumptionem muliebrẽ virili dignitate exercuit:* Ergo Iob cum mortificatione tutus inter ſexcenta pericula: Adam, quamuis innumeris recreatus præſidiis, quia tamen ſine illa, diſcrimini obnoxius, & tandem deiectus, & illiſus: Sic igitur Salomonis, eiuſque ſponſæ, inopinata ætate grauiſſimi lapſus nos admonent, perpetuas excubias agere: vt ſi quando contingat venire Dominum, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia, aut nouiſſima vigilia, paratos reperiat, & moriatur anima noſtra morte iuſtorum.

Amicitiæ particularis magna periculà.

Arnold.

Arnold.

Auguſtin.

SECTIO VIII.

Otium viris ſpiritalibus, & in dei famulatu permanere cupientibus, maximè fugiendum.

50. QVAMVIS anteriori Sectione Pharaonis filiam, eiúſque conthoralem Salomonem propterea non in ætatis flore lapſos; ſed ad vitæ metam dixerimus, quòd in adoleſcentia cauti procederent, ſpiritalíque profectui diligentes incumberent; maturis autem annis mortificationis exercitationem negligerent: puto tamen, præter hanc, aliam extitiſſe cauſam momenti & ponderis; nempe, Salomonem, eiúſque ſponſam ſub primis connubiorum annis curis diſtractos fuiſſe, vt feriandi, otióque indulgendi minimè locus eſſet: nam ſtatim poſt initam cum Pharaone affinitatem, peractámque nuptiarum celebritatem, cogitarunt noui conuiuges de templi ſtructura, quam ſubſecuta eſt regiarum ædium fabrica: quibus operibus ipſi viginti anni conſumpti: hoc igitur tempore, otium cùm ſublatum eſſet, perière cupidinis artes

tes; non adamauit Salomon ardentissimè alienigenas, non filia Pharaonis occasio pristinas repetendi superstitiones: at his subtractis, compositisque Chananæis montis Libani, qui imperium detrectauerant, successit alta regnorum pax; tum non bella curæ Salomoni, non ædificia, non aliquid negotiosum, itum per voluptates omnes, nihil quod desideraſſent oculis negatum, nec prohibitum cor, quin deliciis frueretur vniuersis: sic viuentem, totum sibi Venus faciè vindicauit; facilè à Pharaonis filia decipi potuit; vt sciens Deorum vanitatem, coleret tamen. *Nec Salomonem, credibile est* (inquit Augustinus 14. de Ciuit. cap. 11.) *errore putasse idolis esse seruiendum, sed blanditiis femineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum:* Sed iuuat Chrysostomum audisse homil. 26. in epist. posteriorem ad Corinthios: *Quòd si hominem vnum priuatim intueri libet, Salomonem tibi animo proponam: nam cùm hic in cura, & perturbatione versaretur, de gente, videlicet, illius imperio, atque gubernatione consilia agitans; dignus habitus fuit, cui visio illa contingeret: cùm autem luxui, & deliciis se dedidit, in ipsam vitij voraginem deuolutus est.* Ergo Salomon, dum ab otio vacans in domo Dei stare potuit, in spiritali via proficere; à curis expeditus, & nihil operans continuò à Dei famulatu relegatus, vitiorum seruus factus est.

51. Protohomines postquàm formauit Deus nudos reliquit: non illis vestes ad gloriam & ostentationem necessariæ, cùm nulli essent inspectores: non ad superandas temporum acerbitates; etenim

——— Ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Non ad honestatem; non enim tunc pruriebat caro, & ipsi suam ignorabant paupertatem, quando post delictum aperti sunt oculi, vt se nudos esse cognoscerent: At fuerint vera isthæc omnia: sed neque honestati, nec loco beato iniuria fuisset facta, si tegerentur: quorsum igitur sine amictu? Sanè pugilum morem fuisse ad certamen descendentium nudatis pectore & humeris arenam ingredi, & propterea à Iobo conscissos amictus animaduertit Origenes (siue alius potiùs Auctor imperfectæ explanationis in Iobum) lib. 1. *Ob hoc conscidit, vt illa quæ impediunt, à se proiiceret; vt tanquam audacissimus prælior, & tam singularis monomachus, aduersùs innumeros inimicos singulariter immobilis perstitisset. Nam & verè talis mos est in aliquibus gentibus, vt cum ad durum prælium venerint, currant contra aduersarios intemperanter nudo pectore, cum fiducia se offerentes, vt est Syrorum gens: Item aliæ gentes spoliantes se, atque in ipsis tunicis se præcingentes, nudo pectore atque scapulati viriliter eunt in prælium:* Archihominem igitur Adamum, dum Creator absque vestimento in Paradiso collocat, significat, velut ad luctam & certamen eum in loco voluptatis positum: Sic Nilus in Ascetico: *Quandiu enim restitit aduersariis suadentibus, vt Dei mandatũ violaret, nudus vt luctator in stadio stetit: victus verò, & seruus effectus, deposita, simul cum certandi habitu, nuditate; indutus:* Verùm, quibuscum pugnandum in ea regione, vbi nullus hostilis timor, vbi cuncta obediunt? factus enim homo, vt præesset piscibus maris, & volatilibus cœli, vniuersæque terræ; Sanè qui stadio se cõmittere audebãt athletæ, siue cursus occasione, siue luctæ, alteriúsve ludi gratia, non solùm ipsius concertationis tempore, sed etiam longè anteà, ab iis omnibus vacabant, quæ viribus & agilitati nocumento esse possint: sic accipio Paulum priori ad Corinthios cap. 9. *Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: Quid est, Ab omnibus?* (inquit Chrysost. hom. 23. in eam Epistolam.) *Non ab hoc quidem abstinet; in alio autem peccat: sed & ingluuiem, & litigationem, & temulentiam; & vt semel dicam, omnia vincit vitia.* Et idem homil. 67. ad populum Antiochensem: *Nullus athleta generosus* (ait) *balnea quærit, aut mensam cibis & vino redundantem; hoc non est athletæ, sed delicati: athleta namque pugnat puluere, Solis ardore, sudore largo, tribulatione, & angustia:* Igitur athletarum, qui, aut stadio luctantur, aut currunt, aliisve exercentur, vita omnis semper in laboribus est, nunquam illi feriantur: nam ante certamen in abstinentiis est totum tempus, in macerationibus, & vmbratili pugna: sub ipso certamine sudor & angustiæ: victoria autem non otium parit; sed ad acerbiora toleranda incitat: ita vniuersa ætas in agendo semper est, & otio locus nullus: Iam facile est coniectari, cur Adamum, tanquam in procinctu ad luctam, nudum in Paradiso incedere voluerit Creator: quando enim eum in iustitia originali condidit, & perpetuæ contemplationi vacare voluerit, diuinitati famulantem semper, ne quando de beatis sedibus indignus extruderetur; voluit operosum semper esse, athletarum adinstar, & ne vnquam otio succumberet, lapsurus proculdubio quàm citò feriari vellet.

52. Atque hoc ipsum adumbratum illis verbis Genes. cap. 2. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum:* Quæ hostium formido, vt præsidiario milite opus sit, cùm extra Paradisum nulli viuerent mortales; bestiæ autem parerent hominis nutui? Quid terram colere necesse sit, iuuare naturam artibus, quando

Ipsa quoque immunis, rastróque intacta, nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis?

Sanè illa omnis operatio eò tendebat, ne Adamus otio torqueret, cui si locum dedisset, minimè permansisset in eo, quo conditus est statu, cùm Deus otiosos in familia sua non sustineat: Excipe cum multa eloquentia disserentem Moysem Barcepham prima parte de Paradiso, cap. 28. *Quid ergo sibi volunt illa verba: vt coleret, & custodiret? Respondemus non id significare, fodiendus illi fuisse scrobes, in quibus plantas consereret, vt Noe vineam, aut laboriosis ipsum instrumentis operando molestiam vllam subire debuisse: sed in eo positum fuisse cultum illum, vt inibi locum sibi pro habitatione aptaret, viásque, ac semitas, quibus commodè possit obambulare, complanaret; ne, scilicet, otiosus esset, quando ex otio plurima enascantur mala:* Tantis igitur præsidiis communitum Adamum, agriculturæ vacare voluit Creator: *Quid enim abhorret à vero* (inquit Augustinus lib. 8. de Genesi ad litteram, cap. 9.) *si credamus, hominem ita in Paradiso constitutum, vt operaretur agriculturam, non labore seruili, sed honesta animi voluptate?* Voluit quidem, ne nimia felicitate elatus, otio indulgens, quemadmodum Salomon, Dei familiaritate exclusus, præcipitem se, suaque daret: *Ideircò, sicut clemens pater tenero filio* (inquit Chrysostomus homil. 14. in Genesim) *omni copia fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat: sic & Dominus Deus Adæ operationem, & custodiam præcepit, vt, vnà cũ voluptate, multáque securitate ac delectatione, hæc duo*

1. Cor. 9. 25. Chrysost. Augustin. Chrysost. Georg. Origen. Palæstritarum ritus. Nilus. Athletarum quantus labor, quanta abstinentia? Ouidius 1. Metam. Barcepha. Augustin. Chrysost.

duo haberet, quæ aliquantulùm procliuitatem illius morarentur, & impedirent.

53. Iam, quid illa ſcala Iacob arcani portenderit, non arduum eſt coniectari: Illud in primis demiror cum Bernardo, quòd in ſcala illa poſiti nunquam, ne tantillum, feriantur: *Vidit ſcalam Iacob* (ait ille epiſtola 254.) *& in ſcala Angelos, vbi nullus reſidens, nullus ſubſiſtens apparuit; ſed vel aſcendere, vel deſcendere videbantur vniuerſi.* Quis hic tam durus exactor, vt famulis ne parum aliquid indulgeat, & ab irrequietis itineribus vacare patiatur vel per momentum? Vbi illæ promiſſiones ſpecioſæ: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos?* Egregia quidem refectio, non pati, vt vel ad horam requieſcant: Sanè reficiet ſupra quàm promiſit, & inebriabuntur ab vbertate domus eius dilecti; ſed reficiet in patria, non in via, quam ſcala illa repræſentabat: Dum in via ſumus, excutiendum otium, ſemper petgendum, non datur per ſcalam euntibus dixiſſe: *Sic volo manere*; id eſt, neque deſcendere, aut ad conuexa ferri; ſed ſedere, & otiari: quicunque talis eſt, deſcendet abſque dubio, præcépſque feretur per ſcalas: *Nemo proinde dicat* (inquit Bernardus epiſtola 241. *Satis eſt: ſic volo manere: In via reſidet, qui eiuſmodi eſt; in ſcala ſubſiſtit, vbi neminem Patriarcha vidit non aſcendentem, aut deſcendentem:*

Rom. 9. Etenim Paulus 9. ad Romanos loquens de Iacob:

Malach. 1. *Sicut ſcriptum eſt* (nempe, Malachiæ 1.) ait, *Iacob dilexi: Eſaü odio habui*, id eſt, quemadmodum

Anſelm. declarat Anſelmus: *Vnus eorum eligitur, alter reprobatur: vnus ſuccedit in hæreditatem, alter exhæredatur:* Iacob igitur cùm Deus in charorum numerum elegiſſet, vidit dormientem in itinere: & quamuis ſomnus ille athleticus, durus, nempe, quando ſub dio, ſine ſtrato, lapideo puluinari ſoporem conciliante; ſed dormitio tamen erat, & otium: non tulit in eo, quem iam elegerat, ſuæque deſtinauerat familiæ; erectáque ſcala, *in ea Iacob myſticè corporatam Domini ſpeciem vi-*

Euſtath. *dit*, (vt loquitur Euſtathius Antiochenus apud Lippomanum,) *& triumphale Dominicæ Crucis ſub figura ſcalæ trophæum contemplatus eſt:* Quaſi loquatur de ſummitate graduum Dominus: Hæc porta cœli, non eſt hîc aliud, niſi domus Dei. Ego te elegi, quem his ſedibus donarem aliquando; verùm, quoniam per merita coronandus, apage ſomnum, pelle otium & indulgentiam: ad hæc amœna, non dormiendo, ſed aſcendendo triumphale Crucis trophæum, venitur: Vis perfici in te electionem meam, déque meo eſſe ſatellitio? gradere per ſcalam: ſic itur ad aſtra, non quieti indulgendo, non per otium & tranquillitatem: Reminiſcere vterini ſtatris Eſaü, quem odio habui, de quo pronunciaui, quia maior ſeruiet minori: otium illi miſeriarum occaſio fuit. *Otioſus amiſit primatus benedictionem*

Ambr. (Ambroſius epiſtola 82.) *quia maluit cibum accipere, quàm quærere.*

54. Accipe ab his elucidatum Paſchaſium libr. 9.

Paſchaſ. in Matthæum ad illud cap. 20. *Exiit primo mane*

Matth. 20. 1. *conducere operarios in vineam*, &c. *Sed omnes ſimul, qui vocantur ad vineam, vna Eccleſia ſunt, vnáque vinea de vite, quæ Chriſtus eſt, propaginata: in qua, & ad quam, qui intrant, vel qui conducitur, nemo otioſus; ſed omnes operarij eſſe debent:* Ecce Corbeienſis Abbas vineam hanc vult eſſe vniuerſalem Eccleſiam, quæ in terris eſt; & rectè quidem; in hac enim tantùm pondus dici, & æſtus, & plurimus labor: At, quo pacto veritas ſit in hanc Eccleſiam de otioſis neminem intrare, qui fodere valeant, putare, ſudorem & ſoles tolerare debere eſſe cunctos? nónne claudorum bona pars in populo? nónne ægrotantium copioſa meſſis? Quid facturi in vinea ſenes viribus deſtituti? quid feminæ, quid puer, & illi, qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum, qui tenui ſudant in cyclade? Omnes iſti intra vineam, nullus non otioſus; fodere enim neſciunt, putare erubeſcunt? arbitror, non negauerit Paſchaſius, intra vineam otioſos multos eſſe; ſed intra vineam neminem ex otioſis admitti, qui vocandi ſint in veſperam à vineæ patrono, quibus ille, cùm denarium perſoluat, lætus dicat: *Intra in gaudium domini tui.* Hoc de iis qui feriantur, & quieti ſeruiunt, nemo audiat, ſit ille claudus, ſit ex tabeſcentium caterua, ſit femina, ſit puer: Sed quæ in his culpa, inquies, quando, ſi vellent, laboribus vires nullæ? Quòd ſi de cultura myſtica intellectum velis, ab hac quoque maior pars mortalium abſtinet ſine vitio: non enim docti ſunt; ſed nec docere expedit feminas; non laïcos reprehendas, ſi à prædicatione, cæteriſque eccleſiaſticis functionibus vacent: Quorſum igitur iſti omnes propter otium denario careant? Equidem, quòd ſe ipſos colere potuerint, vineámque ſuam cuſtodire: ab hoc non aliquis gradus liber abſque noxa. *Omnes operarij eſſe debent*, (proſequitur Paſchaſius) *quia nemo eſt, etſi non alios, qui ſe ipſum exercere, & excolere non debeat, vt fructum ferat in Chriſto, & in vite maneat:* O nimis beatam vineam! ô verè florentis reipublicæ faciem! vbi nemo ab operando excuſatus: non dives, non mancus, non puſilli, non feminæ imbelles, non ſenes exhauſti, & decrepiti: nemo vineam ingreditur animi laxandi gratia, vt ſpatietur; venatus, conuiuij, voluptatis ergo: vniuerſi in cutis, & operibus, ſine intermiſſione à mane in veſperam: quicunque aliter feciſſe inuentus de patrisfamiliâs contubernio eiicitur, ligatis pedibus, manibúſque, quòd otium ſectatus fuerit, in tenebras exteriores.

55. Neminem itaque otio incumbentem, cùm in regno ſuo partem habere paterfamiliâs, qui Deus eſt, ſinat, inde arbitror, Petri ſocrum, hæc quoniam non ignorabat, ſtatim ac à febri liberata eſt, Chriſto apud Simonis domum cœnanti miniſtraſſe: *Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans* (ait Marcus cap. 1.) *& ſtatim dicunt ei* Marc. 1. 30. *de illa: & accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis.* Opinabuntur quidem alij, his indicatam paupertatem Simonis, quod præter ſocrum non eſſet, qui miniſtraret in domo, adeò tenuis familia, & tam paucos numerans: Mihi id difficile: puto enim ex deliberato inuitatum Chriſtum, vt apud Petrum refectionem ſumeret: paratas autem eſcas autumo, antequàm ſocrus ſanaretur, & qui parauerant, menſæ aſſiſtere poterant: Quid quòd ibi non exigua diſcipulorum portio, præter Petrum, Andreas, Iacobus, & Ioannes? miniſtrare Chriſto debuerant, & non ſinere feminam nuper ab ægritudine liberatam vexari, ni ipſa exorſiſſet? Aliqui dicturi ſint, miniſtrare voluiſſe, quò eo obſequij genere vtcunque grati animi ſigna exhiberet, nec voluiſſe beneficij compenſationem in craſtinum differre: Erit & quorundam cogitatio, cùm magnum apud ſe Prophetam haberet, indignum ratam fuiſſe, ſi ancillis miniſtrandi opus committeret,

Beneficiorum recompenſatio celeriter eſſe debet. Chriſto in eius membris cuicunque ſeruire gloriosum.

Ecclesiasticorum aulæ, & domus quales.

mitteret, quando homini Deo ministrandum esset: Denique Petri aulam laudabunt Viris ecclesiasticis in primis imitandam: non in ea calamistrati iuuenes, & imberbis turba, non puellarum greges circumornatarum, non symphoniaci, non ioculatores, & cætera, quæ gentes inquirunt, & Sacerdotes dedecent supra modum: vna sola femina legitur in domo Principis Apostolorum extitisse, & illam annosam fuisse probabile est, cùm iamdiu Petrus filiæ eius copulatus esset: Hæc omnia cum ingenio & veri repræsentatione dici non diffiteor: ego feminam existimasse arbitror, dona Dei otio & pigritiæ facilè amitti: quare quò apud Christum mereretur adeptæ sanitatis confirmationem, æquum iudicasse, non interposita mora aliqua, continuò ac liberata est à febre, labori incumbere: Hæc igitur causa fuit, cùm ancillas haberet, aut filias, ipsa vt Christo, cæterîsque hospitibus ministrauerit, rata sanitate priuandam citò, ni hanc in Christi, & proximorum obsequiis impenderet. Suggessit interpretationem Victor Antiochenus ad cap. 1. Marci: *Socrus Petri à febribus liberata, suum vicissim ministerium, & seruitium exhibet: nos per hoc erudiens, ne sanitatis beneficium frustrà, aut præposterè à Deo expetamus; verùm eo præcipuè animo, vt sanitatem iam adepti, præceptis illius accuratius parere, sanctisque eiusdem necessaria vitæ præsidia facilius ministrare valeamus:* Timuit pia femina coram Christi occulis posita otiosa esse, exsurrexit celeriter de strato opus ministrandi aggressura.

Victor Ant.

56. Non nimius otij in creatura vindex Deus, quando & in se otium non sustinet: *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Genes. cap. 1. Conuocatio est omnium diuinarum personarum ad hominis constructionem, quemadmodum ex multis Patrum pronunciatis ostendit Lippomanus ad recitata verba: Sed, quid opus tanto conatu? omnia per Verbum facta sunt, cœlum, & terra, ignis, grando, spiritus procellarum, oues, & boues, & vniuersa pecora campi; ipse dixit & facta sunt: Verbum itaque cætera sine conamine producens, non posset hominem sine adiutorio formare? Et certè, quando operarum socio indigeret, nõ sufficeret de tribus personis vna? Sanè non opem desiderantis vox est: *Faciamus*, sed nolebant cæteræ personæ otiosæ videri: verecundabatur quodammodo Pater cum Flamine, soli Filio relictos labores, & ipsos quiete gaudentes nihil agere: Cape à Zenone Veronensi singularem expositionem serm. 3. de Genesi: *Videtisne, Fratres dilectissimi* (ait,) *quia nullus exercè hic alteri iubet? In opere nullus otiosus est; O sancta æqualitas, ac sibi soli dignissima indiuiduæ Deitatis!* Verùm, si Zenoni tanta commendatione dignum visum sit, neminem ex diuinis personis otiosam esse, dum cõderetur homo; at, cur eædem personæ otiosæ, dum reliqua producebantur: facta enim sunt reliqua per Verbum tantùm? Fortasse lucem dabit Gregorius Romanus sic inquiens lib. 9. Moral. cap. 36. *De solo igitur homine dictum est: Faciamus, cùm de aliis creaturis legatur dixisse Deum, vt fierent, & facta sunt: & hoc, quia rationalis creatura condebatur:* Etenim Deus condens hominem rationalem, faciebat eum ad imaginem & similitudinem suam: Quid inde? Certè Trinitatem referens homo, si Trinitas otiosa fuisset, haberet, quo otium suum defenderet: non enim repræsentatio excellere debebat rem, quæ significabatur: at homo natus ad perennem felicitatem, & indeficiens æuum, quo pacto tam grandia per otium & quietem consequeretur? Nihil horum ad alias creaturas attinebat: neque enim Dei imago sunt; neque, si laborant, immortalia bona eos manent; neque, si feriantur, supplicia fine caritura. Quoniam igitur oportebat, hominem, Deum prototypum habentem, à primo exemplari discere, illúdque referre; ideò in hominis formatione tota Trinitas laborans; ne si quieti vacans, quando otium sectaretur homo, conaretur sibi non esse vitio vertendũ, cùm nec in otio quidem ab eo recederet exemplari, ad cuius similitudinem compositus fuisset. Hæc si obseruasset Salomon, quæ multis operum suorum partibus tradidit salutaria documenta, quæque otium fugere monent; fortasse nunquam ab impuro amore superatus fuisset: nec homo alta mente præditus in tantam delatus fuisset dementiam vanissimis vti Numinibus procumberet, & thura daret.

Genes. 1. 26.

Lippom.

Zeno Ver.

Gregor.

SECTIO. IX.

Humana felicitas manca semper; cælo tantùm integrè gaudere datum.

QVID non gaudiorum consequuta Pharaonis filia per nuptias cum Salomone? 57. Abundabant voluptates & deliciæ omnes filiorum hominum: certabant in marito, quæ plus vinceret, & conferret, fama, diuitiæ, sapientia, oris decor, regnorum tranquilitas: Inter hæc tam gaudiosa putásne Reginam mœrore vacuam semper? At nunquam non tristabatur inter tam iucunda: Prolem desiderabat anxiè; & quoties cogitabat, Roboamum Naamæ Ammanitis sobolem imperij successorem, femineæ inuidiæ flammis succensa, dolore confecta inconsolabili, mulierum se infæliciſſimam sæpiùs dicebat, à lacrymis solamen aliquod acceptura, si quando has ad satietatem fundebat. Quid miramini Reginam sui impotentem præ sobolis desiderio, quando magnus ille Abraham, Ismaëlem habens, adhuc nihil se à Deo recepisse putat quodammodo, si ex Sara hæredem non suscipiat? Dixítque Abraham: (Genes. cap. 15.) *Dominus Deus, quid dabis mihi?* quasi certè non pluribus donasset in eum diem! Sed, quæso, Abraham, vide, quid dicas! Quis enim, nisi Deus, illam tuam tam copiosam familiam, quæ trecentos vernaculos numerat, tot camelos, tot asinos, tot boues, tribuit? & tamen etiamnum noua æstuas: *Quid dabis mihi*, inquis? Sed, quandiu ex primaria vxore hæres non est, sordent cætera omnia: *Ego vadam* (ait) *absque liberis, & filius procurator domus meæ iste Damascus Eliezer*: Egregiè Chrysostomus homil. 36. in Genesim: *Postquam merces sibi valdè copiosa promissa, exponit animæ suæ dolorem & mœstitiam propter prolis inopiam, quæ interim in pectore eius toto illo tempore fuit, dicens: Domine, quid dabis mihi? ecce ego vsque ad senectam perueni, & prole carens dimittor:* Abraham igitur vnius filij genitor, quoniam non duorum patet dicebatur, afflictabatur, nec dolori mederi poterant vastæ possessiones, non amplum patrimonium, non famulantium caterua ingens: quid femina absque prole vlla? Non poterant consolari festiuæ plaudentium populorum adorationes, non dulcis & beata opulenti imperij pax, nõ vermiculata pauimenta, & parietes de Insecto elephantis

Sterilitas magni luctus occasio.

Genes. 15. 2.

Chrysost.

dente, auri, argentíque venis intermixtis : inter epulas, & ad plectri ſubtiliores ſonos, profundiores gemitus : Huc, ô qui circuitis mare, & aridam, opum, & honoris, voluptatúmque cauſa : videte, ſi eſt dolor, qualis huius Reginæ mœror, & diſcite huius mundi gaudia manca, nihil apud illum plenum, ſed immatura eſſe vniuerſa ; lætis ſemper triſtia admiſceri.

58. Certè Chriſto de virginali vtero egreſſo plauſère cœlum, & terra : vtrobique iucunditas, & læta facies; ſed diuerſa tamen : Olympum ſi inſpicias, Angeli tripudiant, ſydera clariores radios emittunt, Luna fulgentiores amictus induit ; nox pullata ſemper & funerea, diem æmulata, luminoſa & candida, tanquam ad lætitiam compoſita procedit : ergo æthera contemplanti nihil occurrit ſubtriſte : terra autem & ipſa ſubridet naſcenti, exultant colles, montana gaudioſis reſonant clamoribus, ducit agmen modulantium paſtorum Tityrus, & reſponſant nemora atque valles diſparili auenæ : iam & de Eoo littore mouentur dromadarij Madian, & Epha, Reges de Saba veniunt, aurum & thus deferentes : ſurge, Hieruſalem, illuminare, leua in circuitu oculos tuos, & vide : omnes iſti congregati ſunt, & venerunt tibi : Sed non illa conſurgit niſi ad perdendum Puerum : ſequitur Herodem magis, quàm Chriſtum, & turbatur cum illo ; & ſi modò parcit infanti, neceſſariò parcit, quoniam non inuenit : Ergo in cœlis ſecura ſunt omnia, plena & perfecta lætitia, non Angeli, non ſtellæ, non ipſa nox aduerſatur : in terris à paſtoribus, à Chaldæis plurimum gaudij ; ſed quoniam, quæ ſub cœlo eſt, lætitia claudicat perpetuò, & extrema luctus occupat, ecce Magorum aduentum, ecce poſtorum modulamina ſequitur Herodis acerbum odium in eum, qui non venerat erepturus mortalia regna ; ſed daturus cœleſtia : Sed iuuat Galfridum audiſſe in Allegoriis triginta Patrum apud Tilmanum ad cap. 2. Matthæi: *Magnitudinem Paruuli* (ait) *qui natus eſt, nobis cœlum indicat, terra cognoſcit : ſed cœlum penitùs illum glorificat tam per rationales creaturas, quàm per rationis expertes, vt Angelos, & ſtellam : terra autem ex parte : nam Herodes turbatur, & omnis Hieroſolyma cum illo : in illo nobis indicat Chriſtus, quòd cœleſtis gloria tutior : nam terrena gloria periculoſa ſemper eſt, & plena diſcriminis.*

Galfridus.

59. Quibus ante oculos poſitis, haud impoſſibile fuerit, difficilem aliquibus viſam magni Baſilij ſententiam tutari : is enim hom. 5. in Hexameron, & hom. de Paradiſo, in ea cogitatione eſt, roſam in Paradiſo, & antequàm homines peccauiſſent, aculeis caruiſſe : Confortabat itaque tum odore, pulchritudine reficiebat contemplantes ; ſed non pungebat decerpere volentem : cæteri autem flores non ſubitò marceſcebant, quemadmodum nunc contingit ; ſed & colorum venuſtatem, & odoriferum halitum in longa tempora protrahebant : His aduerſabuntur, quibus perſuaſum eſt, & mente ſedit, eandem eſſe naturam plantis, cæteriſque creaturis modò, ac fuit, antequàm generis noſtri auctores peccarent : neque enim peccato mutationem accepiſſe rerum eſſentias & proprietates : Sic Pererius noſter lib. 1. in Geneſ. ad verſ. 11. Salianus ad annum 1. mundi, die tertia, num. 25. Verùm certè roſam, qua nunc potimur, ſpecie differre ab ea potuiſſe, quæ intra Paradiſum creata eſt, ſi quis aſſerat, non eum abſurdi quidpiam dixiſſe arbitrer : quemadmodum balſamum, quod in Europæas prouincias ex India occidente defertur, ſpecie diſtat ab eo, quod Alexandria, & Cayrum tranſmittunt per Pharmacopolas, vt rectè aduertit noſter Acoſta lib. 4. naturalis Hiſtoriæ Indiarum, cap. 28 : Porrò ex his roſarum generibus, illud attuliſſe beatum ſolum tantùm, quod aculeis caret, cùm quæſtio ſit de facto, non de eo, quod eſſe potuerit, probabiliter opinabitur, qui id putauerit, cùm pronunciati tutelares habeat magnum Baſilium locis iam indicatis : Ambroſium lib. 3. Hexameron, cap. 11. Damaſcenum lib. 2. de fide, cap. 10. Procopium in cap. 1. Geneſis : nec diſſentit Auguſtinus lib. 1. de Geneſ. contra Manichæos, cap. 13. Hæc præter morem : neque enim concionatorium argumentum, quo inpræſentiarum verſamur, res ad exactam ſcholarum trutinam expendi poſtulat : ſed, quando Baſilij opinionem de roſa, aliiſque odoratis plantis ſuſtineri poſſe docuerimus, quærendum ſupereſt, cur, de roſarum generibus, illud tantùm voluptatis horto enaſci voluerit Creator, quod ſuauia & placentia haberet vniuerſa ; ad nos remiſerit pungentes roſas? Sanè prima illa hominis habitatio referebat per omnia beatarum mentium ſedes, puris deliciis læta, cùm abeſſent ea omnia, quæ moleſtiam aliquam generare poſſent : hîc autem, vbi nos verſamur, exilium eſt : ergo, quoniam Paradiſus cœli imago ; quemadmodum in cœlis lætitia eſt numeris omnibus abſoluta, vinum merum abſque fæcibus, aut commixtione : ita, quæ intra Paradiſum erant plantæ, defectu omnia carere debuerant ; nihilque aduehere, quod tædium pareret ; proinde & cùm roſis non ſint ſpinæ coniunctæ, & cætera odorata non marceſcant, amatoréſque fallant momentanea gloria, ſed in æuum ſuauitatem, fragrantiámque conſeruent : hîc autem, in exilio, nempe, nec omninò gaudioſis ſpoliemur, ne ſub tanto malorum cumelo feſſi occumbamus ; nec tamen gaudia plena ſint, quoniam peregrinationis locus eſt : habeamus itaque à roſarum & odore, & contemplatione lætitiam ; ſed lætitiam minuant punctionibus, vt imperfectum eſſe, quod hoc loco præſtant, gaudium, indicent. Iam ipſe Baſilius loquatur : *Verum roſa tunc ſpinis carebat* (inquit homil. 5. in Hexameron :) *poſteà verò pulchritudini floris adiuncta ſunt ſpinæ, vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamento propinquo afficiamur dolore recordatione delicti, cauſa cuius factum eſt, vt ſpinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret.* Sic ibi de roſis : Et de non marceſcentibus floribus homil. de Paradiſo : *Et hîc quidem tranſitoria, ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc deſiderantes deſtituit : nondum enim ab illorum collectione domum reuerſi ſumus; & ecce in ipſis adhuc manibus noſtris conſtituti marceſcunt : in Paradiſo verò florum ſplendor non eſt momentaneus, ſed conſtantem habet iucunditatem, nunquam deſiturum oblectamentum, inſatiabilem fragrantiam.*

Baſil.

An roſa, quæ nunc fruimur, ſimilis Paradiſi roſæ?

Pereira. Salian.

Balſami variæ ſpecies.

Sed de terreſtri Paradiſo tranſeamus ad Empyreum : & ſciamus à Ioanne, qualem ibi gloriam intuitus ſit : *Et conuerſus* (inquit Apoc. cap. 1.) *vidi in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis : & facies eius ſicut Sol lucet in virtute ſua.* Quæro, quid ſacramenti habeat particula : *Sol in virtute ſua* : Nunquid enim non ſufficiebat dixiſſe, *Sicut Sol*, vt ſatis radioſum & refulgentem intelligeremus vultum ? Verùm notare eſt, Solem, quando robuſtè illuminat, omnem vmbram expellere ; idcircò ſub meri-

60. Apoc. 1. 13.

Acoſt. Ambroſ. Damaſ. Procop. Auguſt.

diem

Vmbræ quãdo, & vbi à Sole extinguuntur omninò? Plinius.

diem vmbræ minores, & vbi Phœbus ardentissimus est, vmbræ nullæ, putà vbi torridior cœli plaga: Discè à Plinio lib. 2. cap. 73. *Traduntur in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiorum Solstitij die medio nullam vmbram iaci, puteúmque eius experimenti gratia factum, totum illuminari: quod & in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem Onesicritus scribit: rursus in Meroë insula, quæ est caput gentis Æthiopum, bis anno absumi vmbras:* Scio experientia doctos iuniores Cosmographos; veteres in describenda torrida zona in multis hallucinatos fuisse: vide Acostam de natura noui orbis. lib. 1. cap. 9. & 10. & lib. 2. cap. 8. & 9. & Thomam Maluendam lib. 3. de Antichristo, cap. 14. Sed credamus Plinio de vmbrę absumptione differenti, & ex eius fide declaremus, quid Ioannes significare intenderit: etenim Christi gloriam iam ad Patris dexteram sedentis, cœlestem proinde, innuere volebat ad differentiam humanæ gloriæ, & eius, quæ infra cœlum est: cùm igitur vtriusque illud sit discrimen, quòd humana manca sit & defectum sustinens, hanc quidem Sole adumbrari concipere possimus; sed eo Sole, qui non vniuersa illuminat, verùm vmbras esse aliquas adhuc patitur, nempe, quòd humana gloria nunquam ex toto luminosa & festiua est, sed cum lumine tenebras admiscens, tristitiam, scilicet; at gloria illa, qua fruitur Filius hominis in cœlis locatus, tota splendescens est, quoniam cœlestia gaudia integra sunt, nullam malorum admixtionem sustinentia. Et fortasse hac de causa Matthæus cap. 19. transfigurati candores describens Seruatoris, de vultu cùm dixisset: *Et resplenduit facies eius sicut Sol*; non addidit, quemadmodum Ioannes, *cùm lucet in virtute sua*; Quoniam Christus adhuc in loco exilij, & infra cœlos agebat, quo loco & ipsa immortalis gloria quodammodo imminutionem sui patiatur pro natura regionis; ita vt hanc claritatem Euangelista Soli cum omni virtute splendenti comparare ausus non sit: At iam afferamus de Commentario Richardi Victorini in eum Apocalypsis locum: *Nota, quod dicit: Cum dixisset: Facies eius sicut Sol lucet; statim addidit: In virtute sua: quod potuit, dixit: si plus potuisset, plus dixisset: Nam, si in rebus visibilibus lucidiorem substantiam ad significandam vlteriùs eius gloriam inuenire potuisset, per eam vtique illam significasset: Clarissimam ergo creaturam ad exprimendam claritatis suæ gloriam posuit, dum faciem eius, sicut Solem, lucere dixit: Sed, quoniam nequaquam hoc sufficere; sed adhuc se plus dicere posse cognouit, cùm dixisset, sicut Sol lucet, protinus adiecit, in virtute sua: Sol autem in virtute sua lucet, quando circa meridiem nubibus ablatis, aëre purificato, per eiusdem aëris spatia clarissimo fulgore splendet: Perpendat ergo, qui potest, qualis sit immensa & æterna claritas, incomprehensibilis, atque ineffabilis diuinitatis, si tam mirabilis fuit apparens similitudo suscepta & glorificata humanitatis?*

Acosta. Maluenda. Matt. 17. 2. Rich. Vict.

61. Nil igitur tenebrosum & nubilum, quódque tristitiam repræsentet, cùm non patiatur cœlestis gloria, hinc natum opinor, vt panes illi propositionis, qui super mensam Sanctuarij collocabantur, diuersam haberent speciem à vulgato pane, quibus ad cibum mortales communiter vtuntur: hanc autem sanctorum panum peculiarem formam ex Hebræa origine elicio: nam, vbi noster textus pronunciat Exodi cap. 25. *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Exod. 27. 30.

Hebræa dicunt: *Panes facierum.* Placet Alphonsi Madrigal verba dedisse, quæst. 29. ad relatum Exodi cap. 25. *Aliter dicitur, & melius, quòd isti erant panes faciei, quia non erant panes isti figurati, sicut panes vulgares: nam panes vulgares, cum in fornace coquuntur, in parte inferiori, quæ pauimento clibani appropinquat, aduruntur: in superiori autem, quæ solo calore tangitur, albiores sunt, & non ita exusti, partibus inferioribus nigredinem quandam ex adustione contrahentibus: panes autem propositionis, siue facierum, vt in Hebræo habetur, erant eiusdem figuræ superius, & inferius: quia non coquebantur in clibano, sicut panes vulgares; sed in quibusdam ferreis, siue aureis vasis ad ignem, sicut hostiæ fiunt in ferreis ad ignem:* Itaque tota Abulensis descriptio in eum scopum collimat, vt eiusmodi fuisse panes propositionis intelligeremus, qui omni ex parte candidi essent, nullum ab adustione nigrorem trahentes, quemadmodum quæ in Missæ sacrificio offertur hostia, vndequaque immaculata est: At, cur de panibus Deus tam sollicitus? Sanè panis Dei non aliud est, quàm vita æterna, & gloria parennans: Vide Hieronymum Lauretum in Allegoriarum Sylua, verbo, *Panis.* Hac immortali gloria pascuntur beatæ regionis ciues, non altera eis alimonia, non alius cibus, & satiantur & esuriunt simul à pane suauissimo omne delectamentum in se habente: Decuit igitur panes cœlestem repræsentantes gloriam, ex omni parte mundos esse, & integro candore perfectam lætitiam indicantes: panis autem, quo homines vulgariter vti consueuêre, vnam de faciebus alacrem præfert, candidam, nempe, & sine labe; altera fuliginosa est, & à nigredine subtristis: quoniam certè in humana gloria voluptatis & dolorum inseparabilis est societas; & vt vna sit facies læta, huic proxima sit necesse est altera atrata, & mœsta.

Panes propositionis quales? Abulens.

62. Quoniam Sanctuarium semel ingressi sumus, non vna panum cogitatione contenti fuerimus: illud & disquirere libet, cur super Propitiatorium Cherubim expandunt pennas, & non magis Seraphim, aut certè vterque ordo? Dicat quispiam, Propitiatorium eum in finem constructum, quo, velut de sacra tripode, Deus oracula funderet: *Inde præcipiam, & loquar ad te* (Exodi cap. 25.) *supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, quierunt super Arcam testimonij*: Cùm itaque de Propitiatorio Creator docturus esset populum, congruum erat, non alias beatas mentes, quàm cherubicas, locum doctrinæ pennis velare, quando Cherub plenitudo notitiæ interpretatur: & qumadmmodum amor, ardórque ad Seraphim pertinet; sic ad cherubicos spiritus scientia, & eruditio: At sanè hæc, si quid probauerint, monstrabunt solùm, debuisse quidem Cherub depingi; sed non solitarium, sed sociis seraphicis mentibus: nam certè scientia sine charitate, & ardore magis inflat, quàm prodest: Ad hæc, Propitiatorium, vt nomen ipsum sonat, misericordiam promittebat: ista autem virtus ad voluntatem potiùs, quàm ad intellectum attinet: Conueniens itaque erat, simul coniungi cherubicam scientiam cum amore seraphico; Equidem, vt istis cedamus, debuisse Seraphim in Sanctuario delineari; sed aliud vetabat tamen: Seraphim, nempe, de Spiritibus ij sunt, qui solium maiestatis, & incomprehensibilis gloriæ circunstant: Habes apud Isaiam cap. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elenatum; & plena erat domus à maiestate eius, &* Exod. 25. 22. Isaiæ. c. 6.

ea,

ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum: Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, &c. Cherub autem Deo pro vehiculo eſt, dicente Pſamiſta: *Qui ſedet ſuper Cherubim.* (Pſalmo 78.) ; Quoniam itaque ſeraphicum munus eſt. gloriæ Conditoris aſſiſtere, quæ gloria perfecta eſt, atque modis omnibus integra, operæpretium fuit intra Sanctuarium non depingi, aut alia templi parte, ne fortè qui deſcriptos contemplarentur, putarent in fabrica admiranda magnæ Baſilicæ diuinum aliquid inèſſe, certè plenam beatitudinem contineri, vbi tantum eſſet ſplendoris, à gemmis, à marmoribus, ab auro, argentóque vndequaque radiantis; cùm tamen iſthæc omnia integrè conſolari nequeant: In hunc ferè morem philoſophatus Abulenſis quæſt. 19. in cap. 25. Exodi: *Quidam* (ait) *reſpondere voluerunt; ſcilicet, quòd Cherubim ſunt ad miniſterium Dei, videlicet, vt alis ſuis velarent ſedem Dei: Seraphim autem ſunt ad gloriam. Quod patet, quia Iſaiæ ſexto capitulo dicitur: Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius: in præſenti autem vita non eſt nobiſcum gloria: ergo non debebant fabricari Seraphim ſuper Propitiatorium; ſed Cherubim.*

Pſal. 78.

Abulenſ.

63. Sed iam relinquamus veteris Eccleſiæ Baſilicam, & gradum faciamus ad Catholicæ & iunioris Eccleſiæ templa: Illa quidem Sponſi ſui memor quotannis, qua poteſt pompæ imitatione, Dominica Palmarum repræſentat Chriſti ouationem, quando ille triumphans Hieroſolymam ingreſſus eſt ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis: Sed, quòd Mater Eccleſia inter lætam triumphi repræſentationem admiſceat paſſionis memoriam, cùm aliquorum dierum interuallum extiterit inter ouantem, & patientem Seruatorem, hiſtoricam de Chriſti crucifixione ſecundùm Matthæum narrationem cantans, Bernardo non modico ſtupori fuit ſerm. 2. Dominicæ in Ramis Palmarum: *Quid ſibi vult mirabilis iſta coniunctio, aut quid cogitauerunt Patres noſtri paſſionem addentes proceſſioni? Nam proceſſio quidem meritò repræſentatur hodie, quæ facta eſt hodie: paſſio verò, cur addita eſt, quam ſexta feria conſtat eſſe ſequutam?* Verùm, vt Bernardus miretur, coniunctam triumpho paſſionem ab Eccleſia; non minor nobis admiratio, poſt pompam decantari patientis Chriſti hiſtoriam: debuerat enim paſſio præceſſiſſe gloriam: quando per labores ad gloriam itur? Hinc cogitaueram, Eccleſiam exiſtimaſſe, hoc Chriſti triumphali ingreſſu adumbrata potiùs humana, quàm ſuperna gaudia: ſic enim ſæculorum omnium experientia compertum, perpetuóque vſu: quæ apud homines gaudia ſunt, fines amaros habere, à lætis incipere: è diametro cœleſtes voluptates initiis conſtant difficillimis, & laborioſis, exitus capiunt dulciſſimos: Iam igitur Mater Eccleſia, cùm in Chriſti ouatione ſimilitudinem humanorum gaudiorum legeret, (alioquin non poſt pompam paſſionis lugubrem narrationem, ſed ante inceptum triumphum cantaret,) putauit in humanæ gloriæ repræſentatione nimium interuallum inter læta, atque amara, ſex dierum tempus: coniunxit igitur eadem luce: quid dicam intra eundem diem? Non horam paſſa præterire, antequàm de alto crucifixionem intonaret: arbitrata quippe humanæ gloriæ non tantùm id proprium, vt tandem aliquando in acerbis deſinat, & luctuoſis; verùm, ne poſſe exiguo tempore homines integrè gaudere, (ſi tamen integrum aliquid momentaneum gaudium:) ſed ſtatim ac gaudendi occaſio datur, tam citò ſuboriri mille lugendi cauſas: ergo non ſextum diem, ne in craſtinum quidem triumphus, humanæ gloriæ imago amarorem differat: vix gaudia, & ecce ſubitò luctus; vix erigunt victoriales palmas, & aures ociùs percellit triumphatoris miſeranda imprimis ſors, dum Barabbæ poſtponitur ille, cui paulò anteà *Oſanna* clamatum; *Opportunè vtique proceſſioni coniuncta eſt paſſio*, (Bernardus vbi ſuprà continuat,) *vt diſcamus, in nulla lætitia huius ſæculi habere fiduciam; ſcientes, quoniam extrema gaudij luctus occupat: Ab eodem populo, in eodem loco, & ipſo tempore, pauciſſimis diebus interpoſitis, primò cum tanto triumpho ſuſceptus, poſtea crucifixus eſt: O quàm diſſimile eſt, Tolle, tolle, crucifige eum. & Benedictus, qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis!* Salomonis igitur ſponſa, etſi beatitatis culmen aſcendiſſe videbatur; acerbam tamen vt vitam inter mœrores duceret, vna faciebat ſterilitas: quippe erat illa tantùm humana felicitas, quam integrè gaudere impoſſibile eſt: etiam in Salomonis voluptatum pleniſſima aula, ſuus luctibus angulus.

Bernard.

Cœleſtis & humanæ gloriæ differentia.

SECTIO VIII.

Euchariſtia, Sacramentum pacis, & reconciliationis: Deus poſt eius inſtitutionem quaſi mitior factus.

64. SALOMON ſub regnorum initiis planè immitis: Adonias moritur, Abiathar ex amiſſo ſacerdotio pœnas luit, Ioab cadit, Semei de medio ſublatus: & talis Salomon, donec affinitate coniunctus eſt Pharaoni Regi Ægypti: accepit nanque filiam eius: ab his autem nuptiis nihil deinceps in Salomone ſanguineum & crudele, nulla poſt Ægyptiæ puellæ thalamos exilia, nullæ proſcriptiones, nemo interfectus: *Verùm Iuda & Iſraël innumerabiles* (Regum 3. cap. 4.) *ſicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes abſque timore vllo cunctis diebus Salomonis:* Fuit & cùm Princeps ille pacis, Deus fortis, Pater futuri ſæculi ſæuiret: Fugiebat Adam ad vocem deambulantis: clamabat populus: *Non loquatur nobis Dominus*; & etiam Petrus, *Exi à me*, inquit: totum poſſedêre ſtupor & trepidatio; ſed poſſedêre vſque ad nuptias. Indica mihi, quem diligit anima mea, connubia beata, quoniam iniquitates ſupergreſſæ ſunt caput meum, & timor & tremor venerunt ſuper me à facie iræ vultus tui; Sed ad felix nuncium reſpiro, ſciens, quia poſt has nuptias non adiicies, vt interficias adhuc: Fortè nuptiæ ſunt, quas pridie, antequàm patereris, celebraſti cum his, qui permanſerunt tecum in tentationibus in cœnaculo magno ſtrato: quando data carne in cibum, & ſanguine in potum, factum eſt, vt duo eſſent in carne vna pro nubentium ritu: *De hoc ſpirituali connubio Apoſtolus loquens* (inquit B. Iuſtinianus Laurentius ſerm. de Euchariſtia) *ait: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, qui tradidit ſemetipſum pro ea, vt exhiberet ſibi ſpõſam Eccleſiam, non habentem maculam, neque rugam: Huic caſtiſſimæ ſponſæ nedum in virginali adhæſit vtero, vt eſſent*

3. Reg. 3. 4.

Laur. Iuſtin.

essent duo in carne vna; verùm etiam in Corporis, & Sanguinis sui Sacramento, quatenus sint duo in vno spiritu; si tamen spiritualiter manducetur: Quando igitur constat, per Eucharistiæ institutionem Christum maritali fœdere coniunctum Ecclesiæ fuisse, superest inuestigemus, an ab his nuptiis mitis, atque suauis factus sit, vt iam liceat peccatori confidenter appropinquare, acturo deinceps cum eo, qui etiam calamum quassatum non confringet, nec linum fumigans extinguet: etsi forsan aliquando irascatur, statim atque ad mensam sederit, iucundabitur anima eius, recordabitúrque misericordiæ, & scelera atque delicta post tergum proiiciet.

65. Vide, quàm seuerus Pacificus noster, antequàm Corporis, & Sanguinis Sacramenta instituerit: Ecce mulier Chananæa à finibus Tyri, & Sidonis egressa, clamabat: *Miserere mei, Domine fili Dauid: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Matthæi cap. 15. Et ne respondere quidem miseræ dignatur, qui post Eucharisticas epulas in cruce ad primam latronis vocem Paradisum reserauit: rogant & Apostoli; non flectitur: venit iterum genitrix, & adorat, quò vel sic moueat; nondum mitis, sed ipse tamen mulieri suggessit, quo vincat: *Non est bonum* (inquit) *sumere panem filiorum, & mittere canibus:* Eia, mulier, loquere verbum vnum de panibus, & superabis absque discrimine vllo: *Etiam, Domine,* (ait illa:) *nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensis dominorum suorum.* O efficacem feminæ ratiocinationem! quod non potuêre suspiria, non clamosæ querimoniæ, non fletus largior, non adoratio & humilitas, non denique charorum discipulorum oratio, potuit de panibus memoria: Non distulit vlteriùs Christus, & coërcuit duritiem: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis!* Et nondum venit hora eius, qua ascendens in superiora domus, recumbens cum amicis, eos suis de carnibus saginaret: ideò tandiu moratus Syrophœnissam consolari: sed mox vt panis nomen in auribus sonuit, ob reuerentiam futuri connubij depositi iras illicò, & indulsit benignus, quantùm voluit: Sanè eucharisticis epulis totam de Chananæa narrationem adaptat Gerson. 3. parte, tract. 9. super *Magnificat.* explanans illa verba: *Esurientes impleuit bonis,* &c. Eius verba sunt: *Curre iam, ô anima pœnitens: clama post Christum cum Chananæa: qui si fortè à matre comite rogatus, vt dimittat te, fileat, & præcedat; irrue festinatione tota, præueni faciem eius in adoratione, dicens: Domine, adiuua me. Si rursus opposuerit confundens te: quia panis filiorum non est dandus canibus: respondè tota fiducia: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum: Tandem mereberis audire: Fiat tibi sicut vis.*

Matth. 15. 22.

Gerson.

66. Iam expedire est, cur illa de turpitudine famosa, Marthæ & Lazari soror, Simonis domum ingreditur, non verita importunum conuiuij tempus, vulneribus quęsitura remedium: nam ad epulas non inuitatum accessisse, inuerecundum est: feminam verò virorum cœtibus admisceri, ea præsertim hora, qua à vino calescunt corda, & minùs sobrietatis etiam sapientibus est, dedecet planè: sed vltra inuerecundiam temeritas, velle in loco deliciarum, pœnitentiæ & fletibus vacare: Adam extra Paradisum propulsus, vt lugeret: Petrus crimen ploraturus aulam reliquit, *& egressus foras fleuit amarè:* Baptista, pœnitentiæ hortator, in desertis commoratur: Quid tam contraria? ieiunium, & mensa plena? planctus, & cachinni epulantium? vox fracta ad mœrorem, & conuiuij citharista? Sed non his omnibus flectitur Magdalena iam tota Dei: Nouerat illa facilem ad Christum viam quibuscunque diei horis: vespera inuentum à quærentibus eum: manè adstare animæ sitienti illum: Sed ille ipse, qui ad Filium traxerat, Pater suasit, non alio tempore adiret, quàm inter mensalem apparatum: Erant iniquitates feminæ super capillos capitis eius, & verebatur cum tantis sceleribus coràm apparere sine patrono, & auxiliatoribus: Certè si alia hora accessisset, cùm nondum Christus instituisset pacis & reconciliationis arrham, Sacramentum dominici Corporis & Sanguinis, fortè repulisset, aut non tam citò admisisset: ergo, cùm ipsum nondum extaret Sacramentum, de vmbra eius sibi patrocinium quærit, nec fefellit spes: accepit plenam condonationem: adeò iam tum vel imago viuifici Panis salutaris. Sed his auctoritatem præstet, eodémque tract. 9. super *Magnificat.* idem, qui suprà Parisiensis Scholę Cancellarius: *Accedas, ô pecatrix anima Christiana, nulla te verecundia prohibeat: nullum in peccando modum tenuisti: sta, maneas retrò secus pedes recumbentis in hac sacramentali Cœna: laua lacrymis, terge capillis meditationum sanctarum: iunge oscula charitatis: sic age, vt tandem merearis audire, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.*

Gerson.

67. Verùm iuuat, perfectam eius, de qua agimus, rei ideam ex Ioseph Patriarchæ gestis depromere: Descendunt ad eum fratres post longam absentiam: nullæ in ipso germanitatis notæ: *Quasi ad alienos durius loquebatur* (Genes. cap. 42.) *interrogans eos: Vnde venistis?* Exploratores dicit, & saluti communi inimicos; tandémque in tres dies custodiæ mancipat: & sic ille quidem. Quousque tandem? Iubet parari conuiuium in meridiem vocari Hebræos, sedere ad mensam: Ah quàm mutatus ab illo tetrico & irato Ioseph iste conuiuans! Nunc totus mitis & iucundus, quin & profusus: adorantes clemèter resalutat: percunctatur de genitore. *Sanúsne est pater vester senex?* lacrymatur præ teneritudine ad Benjamini visum, totus officiosus, totus humanus. Descripsit disertissimè Petrus Cellensis Abbas tractatu de panibus, cap. 1. *Vbique, gratiosus Ioseph; sed in conuiuio magis multóque amplius iucundus: in conuiuio etiam venditoribus non negat negatam sibi germanitatem: in conuiuio non retinet iniuriam, extendit munificentiam: in conuiuio iuxta Scripturam cibando inimicum, extinguit inuidiam, & sanat maleuolentiam:* Vis contemplari, quàm terribilis fuerit noster Ioseph ante conuiuium, & institutum Sanguinis, & Corporis Sacramentum: *Percussit de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent Arcam Domini* (Reg. 1. cap. 6.) *& percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis:* Oza similes pœnas dedit, ipse quoque aura & luce hac spoliatus tum quidem, cùm gratiam promereri videretur, quòd ruenti Arcæ auxilio esse conatus fuisset: Sed & Deo quondam cum Moyse fabulante vulgo præceptum: *Cauete, ne ascendatis in mõtem* (Exodi cap. 19.) *nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur:* Sic ante institutam Eucharistiam dominator ille omnipotens, terribilis planè super filios hominum, Deus zelator: quis poterit stare ante conspectum eius? Tempestas valida in circuitu illius: At post nouissimum celebratum Pascha, tam mansuetus deinceps, tam patiens iniuriarum

Genes. 42. 7.

Pet. Cellen.

1. Reg. 6. 19.

Exod. 19. 12.

iuriarum, vt iam nimia dissimulatio haberi possit: Ipsis recentibus Sacramentis sacrilegè manducat buccellam Iudas; nec moritur: cùm tamen venturos nepotes eius supplicio edoceri cõgruum videretur, quemadmodum leuioribus de causis Ananiam, & Sapphiram Petrus subitaneo exitu percussit: Apostatæ discipuli audaciam quot sequuti de Catholicis: nam Hæreticorum contumelias quis referat? Tacet tamen ad hæc omnia: nec desunt, qui vltionem sumere possent: *Ambiunt* (inquit Paschasius Prologo tractatus de Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini,) *electorum sexaginta fortes ex fortissimis supernorum, si quis supercilliosus, inuidus, vel indignus accesserit, vniuscuiusque ensis super femur vibrat, vt talium retundat audaciam.* Sed quàm serò, quàm rarò retundunt? Vides igitur, quàm asper Ioseph ante conuiuium, quàm post conuiuium clemens, & mansuetus: Citemus iam tertiò Gersonem, & non fraudemus Auctorem huius cogitationis gloria: Is nominato tract. 9. super Magnificat. *Contemplabatur, quanta erat patientia Christi, quanta Angelorum beatorum hîc assistentium, dum tolerarent indignitatem pertractantium hoc Sacramentum, cùm illi tanta seueritate puniebantur accedentes ad montem Sinai: vnde & bestia, si tetigisset montem, obruebatur lapidibus. Sapè autem potest in hoc Sacramento conqueri Christus: Manus tradentis mecum est in mensa, & illud: Iuda, osculo Filium hominis tradis.*

Paschas.

Gerson.

68. Silet igitur Christus ad iniurias suas in Eucharistia; & quod maiori admirationi est, silet ad Sanctorum iniurias: de his enim non rarò consueuit seueriorem vindictam sumere, quàm de suis: *Et cùm aperuisset sigillum quintum* (inquit Ioannes Apoc. cap. 6.) *vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant; & clamabant voce magna dicentes: Vsquequò, Domine, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra?* Quodnam hoc altare, sub quo animæ morantur? Augustinus sermone 11. de Sanctis (si tamen eius, nam, reiiciunt Louanienses Theologi:) *Rectè sub altari iustorum animæ requiescunt, quia super altare Corpus Domini offertur:* Bernardus serm. 4. in Festo omnium Sanctorum, non aliud putat huiusmodi altare, quàm ipsum dominicum Corpus: *Porrò altare ipsum, de quo nobis habendus est sermo, ego pro meo sapere nihil aliud arbitror esse, quàm Corpus ipsum Domini Saluatoris: Credo autem, quòd & ego super hoc sensum eius habeam; præsertim cùm audiam eum in Euangelio promittentem: Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ:* Verum, si vel in hoc altari Corpus Christi; vel magis, altare non aliud, quàm humanitas Seruatoris, cùm, vti monstrauimus, hoc sit Sacramentum pacis, & propitiationis, quamobrem Sancti vltionem cupientes sub hoc altari collocantur, quando in vindictam non aliquid minùs idoneum, quàm Christi caro? Fortasse ob hoc existimauit Bernardus, verba illa: *Vindica sanguinem nostrum*, &c. non esse animarum, quæ vltionem expectant; sed, quæ citam corporum resuscitationem postulent Eius sententia est serm. 3. in Festo omnium Sanctorum: *vnde & dicant: Vindica, Domine, sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est, non tanquàm vindictæ cupidi, nec de propria vltionis zelo; sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporum suorum; quam, nimirum, vsque in diem iudicij differendam esse non dubitant:* Sed sanè, vt reipsa sermo ille iniuriarum vltionem non prætendat; tamen vindictæ speciem præferre, attento vocum externo sono, nemo dubitauerit: Itaque ibi saltem est aliqua vmbra vindictæ, & irarum: ob hoc puto dicta animabus, quæ statim subiungit Ioannes: *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Sanè tempus istud, in quod vltio differtur, atque vindicta statuitur, iudicij tempus est, quemadmodum explicabat Bernardus: At, quorsum in diem magni Iudicij differtur vltio? Equidem tum, sicut militans Ecclesia accipiet finem; sic & eius Sacramenta quoque finem capient: Eo itaque tempore, sicut reliqua; ita Eucharistiæ desinet Sacramentum: ergo in id tempus concinnè differtur vltio, quo iam Sacramenta dominici Corporis, & Sanguinis transierint: donec enim hæc steterint vsque in Iudicij diem, non erit vindictæ opportunitas: cùm Sacramenta hæc non vltionis gratia instituta sint; sed potiùs, vt per ea omnis ira, atque vltio tollatur.

Apoc. 6.6.

Augustin.

Bernard.

69. De his colligo, quamobrem in horto Gethsemani voluit comprehendi Christus ab his, qui ad eum, tanquam ad latronem, exierant; & non potiùs in domo illius, apud quem Pascha fecit: an, quia protoplasti in horto, & se, & posteros damnarunt, atque conueniebat ex horto quoque malorum remedium prodire, vnde læsio emanarat? Ita sanè Glossæ ordinariæ Auctor ad c. 28. Ioānis: *In horto capitur, vt deleret peccatum commissum in horto deliciarum, in quem huius sæculi torrentem transiens discipulos introduxit.* An, ne crearet periculũ domus possessori, & hospiti fuisset onerosus? Mihi illa cæteris potior causa. Erat cœnaculum illud, quo nuptiæ eucharistiales coagmentatæ sunt: ibi celebratum conuiuium illud *pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ*, pignus pacis, & duraturæ reconciliationis. Quoniam igitur, quæ Christum comprehensura erat *turba multa cum gladiis & fustibus*, ventura fuerat, belli & discordiarum non dubiis signis, eúmque in scopum, vt iniurias à Seruatore illatas vlciscerentur; quando Sacramentum ipse propterea instituisset, vt vindictæ & iniuriarum memoriam omnem aboleret; dedecere existimauit eum vltioni locum destinari, qui propter institutum in eo Sacramentum, pacis arrhabonem, paci ipsi singulariter deinceps consecratus fuerat. Hortum igitur destinauit, quo à Iuda traderetur: cœnaculum, quo cum eo in gratiam rediret proditor, si vellet. Paschasius Abbas lib. 12. in Matthæum: *Nec enim conueniebat eo, loco traderetur* IESVS, *vbi cum discipulis Pascha manducabat: sed talis eligitur locus, per quem iste mundus significetur, in quo Dominus traditus est.*

Christus in horto cur captus?

Gloss. ord.

Paschas.

70. Ecce iam, quid portendant illa apud Matthæum capit. 8. Adit Iesum Centurio: supplicat pro ægrotantis pueri salute: & Seruator ad eum: *Ego* (inquit) *veniam, & curabo.* At ille: *Domine*, ait, *non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Sed quare indignus hic Centurio, cuius limen terat Christus? Num quia Gentilis? At *secessit in partes Tyri, & Sidonis.* Matth. cap. 15. qui erant de paganismo. Non minùs familiaritatem cum Samaritanis, quàm cum Ethnicis vetuit eiusdem Matth. cap. 10. *Inviam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis,*

Matth. 8. 8.

Matt. 10. & 15.

Et

Et tamen ipse diu cum Samaritana colloquutus Ioannis cap. 4. quin & biduum mansit apud eos. Num, quia peccatis irretitus etiam publicis, & scandalum patientibus? *At factum est discumbente eo in domo* (Matth. cap. 9.) *ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum* IESV, *& discipulis eius.* Puto non aliquid istorum causam, quòd Centutionis lares non peteret; verùm id potiùs quod ab ipso Centuriæ ductore indicatum est: *Nam & ego homo sum habens sub me milites; & dico huic: Vade. & vadit: & alij: Veni. & venit.* Igitur, quòd atria milite completa essent, quòd castrensia signa de ædibus proeminerent, quòd Bellonæ domus illa esset, Christus ab ingressu abstinuit. Certè, Christo in terris viso, futurum prædixerat Isaias cap. 2. vt mortales *conflarent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit* (inquit) *gens contra gentem gladium, nec exercebũtur vltra ad prælium.* Cum igitur hæc per Christi aduentum adimplenda essent, fortè dedecebat ea ingredi tecta, in quibus adhuc penderent de alto, & scuta, & gladij, & lanceæ, reliquúsque belli apparatus. Opinor quidem, hoc Centurionis facto quidpiam adumbratum Eucharistiæ Sacramenti: sanè prolata ab eo formula vtimur, quoties ad sacram Mensam accedimus. Consentit nobiscum Origenes homil. 5. in diuersos: *Quando manducas* (ait) *& bibis Corpus, & Sanguinem Domini; tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur: & tu ergo humilians te ipsum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine, non sum dignus,* &c. Quando itaque Christi in Centurionis lares ingressu, eiusdem sub panis, & vini speciebus latentis in fidelium pectora illapsus repræsentatur; certè non mirandum, si Christus gentiles ad colloquium admittat, si cum publicanis, si cum peccatoribus familiariter agat; Centurionis tamen fugiat ædes: nam apud priores illos peccata quidem sunt, & scelera, & vsuræ, atque idololatria; sed non Martis instrumenta, quemadmodum apud Centurionem: Sacramentum autem Eucharistiæ, cùm pacis & concordiæ sit Sacramentum, non tantùm ipsum; sed quæcunque eius vmbra solùm & pictura, procul esto à locis paci, & tranquillitati oppositis, quales Centurionum lares, vbi omnis paratura ad bellum, & discordias est, non ad quietem; ad vindictam, & sanguinem: non ad amicitiam, & iniuriarum remissionem. Bellè Adamantius loco superiùs indicato: *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: alienigena sum, gentilis miles gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens; & ob hoc non sum dignus, vt intres sub tectum meum.*

Matth. 9. Isaiæ 2. Origen. Adamant.

71. Locus igitur huius conuiuij, cùm nihil patiatur hostile, & vltioni affine, inde putauerim, Regem, qui fecit nuptias filio suo, tanta humanitate alloquutum de conuiuis temerarium vnum, ausúmque lacero & indigno amictu ad Principis mensam sedere: *Amice*, (inquit Matth. cap. 22.) *quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Sed, quæso, tales amicos habet tantus Monarcha, attrita lacerna, disruptis vestibus, malè olentibus à mendicitate, ab extrema etiam inopia? Nónne, qui in domibus Regum sunt, *mollibus vestiuntur*, vt inquiebat Christus Matth. 11. 8. hic autem non tantùm de domo, sed Regi quoque ab arcanis tam pannosus? Quòd si certè amictu illo ornato, animæ vitia intelligamus, eum, nempe, qui sub maculis sit grauioribus, quemadmodum communis interpretatio fert; quo pacto Deus Rege illo adumbratus istiusmodi amicum appellet? Sanè, si ad hominem attendamus, eiúsque indumentum, non ille verè amicus; sed de capitalioribus hostibus. Quoniam autem contingit, eum lacerum apparere eo loco, quo conuiuium, Eucharistiæ symbolum, celebrabatur; locus autem ille hoc ipso paci consecratus erat, & iniuriarum obliuioni dicatus; ideò Rex humaniori sermone vsus, non propter conuiuæ meritum, sed ob loci reuerentiam, cui debitum erat, vt ne verbis quidem hostile aliquid, & vltioni cognatum exerceretur. Sic Galfridus intellexisse visus apud Titelmani Allegorias ad cap. 22. Matthæi: *Sanè propter Sacramentum amicum vocat, cuius propter peccata habitum culpat.* Atque ob hanc eandem causam, nempe, propter loci reuerentiam, cùm acres pœnas pendere iusserit sceleratum; non tamen eo, quo peccauerat loco, exoluit, cùm aliunde congruum videretur, vt quo loco delictum commisit, eodem pœnitentiam ageret: verùm locus ille, quoniam Eucharistiæ dicatus, non sustinebat etiam ex iustitia plecti aliquem, proinde extra aulam rapi mandat, & ligatis pedibus & manibus mitti in tenebras exteriores.

Matth. 22. 12. Matth. 11. 8. Galfrid.

Neque solùm religio erga locum; sed etiam erga tempus, quod sibi vendicant illa, de quibus hoc Sactamentum conficitur. Excutiamus Cardinalis Damiani sententiam Opusculo 41. cap. 2. *Legibus* (inquit) *cautum est, vt tempore messis, vel vindemiarum, nequaquam causarum litigia ventilentur: & temporum ratio fert, vt, quidquid tunc in tribunalibus Iudicum definitur, irritum censeatur.* Sanè vix aliquid in humana vita est, ex quo tot pullulent inimicitiæ ac vindictæ, atque ex litigiis forensibus. Nam, cùm honor, aut substantia apud Iudices plerunque in discrimen vocetur; pauci sunt de his, qui superantur, apud quos æquitatis, aut iustitiæ ratio in pretio est: sed aut bonorum, aut famæ amissione saucij, odium in victores conuertunt, vltionémque moliuntur; Iudicibus etiam dira quæque imprecantur. Tantarum igitur irarum fomenta iussa cessare per messis, & vindemiæ tempora quorsum? An saluti consultum, quoniam tum Phœbus ardentissimus, & vapor omnia consumit? An magis vtilitati mortalium prouisum: quia, si Iudicum subsellia paterent, & essent, qui causas perorarent, maior pars hominum à colligendis vino, & frumento abstinerent, litigiis distracti? sic autem nationes laborarent penuria eorum, quæ maximè vitæ necessaria sunt? Nõ spernẽdæ hę causæ. Sed altior nobis assurgit cogitatio: quippe materiã remotã Eucharistiæ esse panẽ triticeũ, & vinũ ex vite, elementares Theologi norunt: ex his conuersio fit in Corpus, & Sanguinem Christi: sed eius conuersionis qui fructus? Pax profectò, amicitię redintegratio, mors iniuriarũ. Ergo decebat, quo tempore ea colliguntur, de quibus conuersio fit, pacis & reconciliationis procreatrix; tranquilla esse omnia, & amica: at nõ fuisset, si illo tẽpore forẽses causæ audirentur: igitur propterea per messis & vindemiæ tempora forum iudiciarium silet, ne etiam remota Eucharistiæ materia lites & dissensiones quoquo modo patienter toleratæ videretur, & non omnis discordia ad eius præsentiam statim hisceret, corámque stare timeret. Salomon ergo sub regnorum exordio sanguinarius & ferox, post nuptias filiæ Pharaonis mitissimus euasit: Deúsque Sabbaoth, cui nemo appropinquare ausus, quoniam ignis ante ipsum, & tempestas valida in circuitu eius, vt celebrauit nuptiale conuiuium

72. Pet. Dam. *Vindemia & messis tempore non fiebãt iudicia.*

dato Corpore in cibum, atque in potum Sanguine; deinde tam dulcis apparuit, quem ne paruuli, & inter mortales timidissimi metuant.

SECTIO XI.

Affectus voluntatis si nimij, & vehementes fuerint iudicij, & rationis aciem obcæcant.

73. PHARAONIS gnatam, reliquáſque à quibus ſubuerſus eſt feminas Salomonem ardentiſſimo proſequutum amore Regum tertius memorat liber cap. 11. verſ. 2. ô ſi non ardentiſſimus Amor! ſi temperatæ cordis flammæ! at laxauit paſſioni habenas, hæc frænum & Rectorem neſciens ſapientiſſimum mortalium ita obtenebrauit, vt non erubeſceret diis ligneis & ſtupidis thura adolere: ô magni ingenij noctem! ô ruinam doctrinæ! ſic incompoſitus & vehemens affectus perturbat; Vrebatur Sichem, & Dinæ potiri amplexibus nimiùm cupiebat, nec modus aliquis in deſiderio, ait ad Genitorem, fratréſque Virginis: *Inueniam gratiam coram vobis & quæcumque ſtatueritis dabo; augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis; tantùm date mihi puellam hanc vxorem* Geneſ. cap. 34. verſ. 12. ô improuide Adoleſcens, & dabis quæcumque ſtatuerint inimicis tuis? Quid ſi regnum ambiant? quid ſi vitam periclitari rogent? quid ſi religionem mutari velint? Quid ſi omnia diuina, humanáque iura confundi inſinuent? ad tam monſtruoſa parebis? Verum iam nihil eſt quod facere recuſaturus ſit; iudicium & rationem paſſionis abſtulit exceſſus; ratione autem obturata, in quam non prolapſurus amentiam? Chriſoſtomus hom. 59. in Geneſ. *vide quantum ſit inuentum malum quando rectæ rationis fræno caret: vidit Sichem Virginem, & totus propter affectum captiuus factus eſt:* vt circumcideretur poſtulatum ab eis: quantæ in vna petitione difficultates, cum vulnus intentaretur corpori, & violanda eſſet maiorum religio animæ? placuit tamen oblatio eorum; *nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur, expleret; amabat enim puellam valdè:* perpende; *quin ſtatim expleret:* at in re grauiſſima cur tam ſubiti motus? quando vocandus cætus, audienda ſapientum monita, deliberandum niſi in ſimilibus euentibus? ſed ecce amabat puellam *valdè*; quid eſt *valdè*, niſi extrà menſuram? cum igitur affectus eò vſque proceſſerit, vt repagula, & metas effregit; conſilij & rationi nullum relinqui locum, mirum non eſt.

Geneſ. 34. verſ. 12.

Chriſoſt.

74. Edocti à Magiſtris ſuis Phariſæis atque ſcribis Iudæi Templum impensè colebãt, quamobrẽ Chriſto mortẽ dari procurabant, quod diceret poſſe ſe templum deſtruere, & in triduo reædificare illud Matth. ca. 26. verſ. 61. & cap. 27. verſ. 40. ſed alibi lego ab iiſdem præceptoribus edoctos, nihili faciendum iuramentum cum templi inuocatione, ſed quod per templi aurum & donaria fieret: *Væ vobis duces cæci, qui dicitis; quicumque iurauerit per templum, nihil eſt; qui autem iurauerit in auro templi, debet:* Matth. c. 23. verſ. 16. ſed nonnè irreligioſius eſt peieraſſe, quam comminari deſtructionem templo, præſertim cum pauper & deſpectus ſit, qui ruinam promittit? ſed nec de marmoreo templo Chriſtus loquutus, verùm de ſui corporis

Matth. 23. verſ. 16. *Ardentiſſimum, in Chriſtum, ſaium quã-*

fabrica, & innuebat reſurrectionem; quorsùm itáque abſoluitur periurus, & Chriſtus in mortem acerbiſſimam condemnatur? nempè ardebant efferatis in Seruatorem odijs; cum igitur peruerſiſſimo affectui nimiùm permiſiſſent, denoctatus eſt rationis vſus, atque ita inconſtans animus pro affectus lubito, modo Templum zelat, modò non æſtimat: ſed percunctemur, quare impium deteſtandumque ſit iurare per aurum templi; nullius autem fuerit noxæ in ipſum iuraſſe templum? pulchrè interrogat Ieſus, arguítque falſos doctores: *Quid enim maius eſt aur, an templum, quod ſanctificat aurum?* Nam ſi per aurum iurare idcircò abominandum, quod ſanctum ſit, piíſque deſtinatum vſibus; quantò grauius erit per templum iuraſſe, à quo aurum habuerit, vt ſanctum putaretur? intellige aſtutiam Phariſæorum: Qui iurabat per ea, quæ in templo offerebantur iuramento violato cogebatur talia perſoluere, qualia in iuramentum aſſumpſerat, ouem, columbam, ſiclum, ſed ad templi precium immenſum cuinam diuitiæ? nihil itaque emolumenti ex peierato Templo Phariſæorum auaritia capere valebat; ecce quorſum deſpiciebatur iuramentum illud; Non enim rationi & iudicio Phariſæi attendebant, ſed affectu regebantur, à quo conſilium perturbabatur; Quia ergo opum immoderato affectui vtile erat iuramentum per templi munera, inutile autem per ipſummet templum ideo diſcurſus nullam habentes rationem cæco errore docebant, eius ſolius iuramenti ſcrupulum æſtimandum, qui per templi dona fiebat; ita ab affectu prædominante iudicium ſupprimitur; Theophilactus in nominatum Euangeliſtæ caput: *etenim aurum in templo, & Cherubin, & aureum vrceum præferebant templo; ideò & multos docebant quòd nihil ſit per templum iurare, ſed per aurum in templo iacens, quod tamen propterea venerabile erat, quia in templo continebatur; & dona, quæ in altario ponebantur digniora dicebant altario ipſo; atque adeò Phariſæi ſic docebant, vt ſi quis iuraſſet per aureum vas, vel bouem, vel ouem oblatam in ſacrificium, & deinde peieraſſet, ſimilia perſoluere; quod ſi quis per templum iurans peieraſſet, non potuiſſet ſimile templo ædificare, & propterea abſoluebatur, videbatúrque poſtea leuius eſſe iuramentum per templum propter Phariſæorum auaritiam.*

tùm Iudæos excæcauit.

Cur apud Iudæos neſas iurare per aurum templi non per ipſum templum?

Aſtutia Phariſæorum, & cæca cupiditas.

Theophylact.

Saturauit famelicos Iudæos Chriſtus pane humano, & poſtquàm eximium Prophetam, verúmque celebrauerunt, Regem creare aggreſſi ſunt; Ioh. c. 6. v. 15. At quare nunc Propheta, & ſceptro dignus? nùm propter miraculum excreſcentium paucorum panum in tantæ multitudinis eſurientium? Verum nonnè antè hoc in plurimis fulſit prodigiis, ſeu dum lymphas in vina tranſmutat, ſeu dum tumentes ſedat fluctus, ſiue dum morbos propulſat, & defunctos vitæ reſtituit? cur igitur diſtulêre Monarchiam offerre quoniam non rationi affectus obſecundabat, ſed rationem affectus confundebat; venter illis Deus; quem ventri commodiorem putant, Regem optant, quia penes ventrem affectus eſt: Chriſoſtomus in catena Græca, in illa: *Hic eſt verè Propheta* &c. *ô nimium ventris ſtudium! innumera hiſce maiora miracula operatus eſt Ieſus, neque id vnquàm confeſſi ſunt niſi nunc exſaturati;* ſed pergamus; & inſpiciamus eodem Ioannis ſexto capite alterum excellentiorem panem, quo Chriſtus donat; *ego* (inquit verſ. 41.) *ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi; contemnunt*

75. *Non miraculorũ fulgor, ſed proprij cõmodi vtilitate allectus populus, Chriſtum creare Regem voluit.*

Chriſoſtomus.

ſpirita-

ſpiritalem cibum panem Angelorum, & indignantur, atque immurmurant dicentes: *Nonnè hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* ecce paulò anteà vates & Propheta inſignis, & à Deo miſſus; modo in deriſum obiectantur natales obſcuri: Nonnè quidem eo celſior Propheta, quòd de cælo lapſus? Nonnè potior Rex, cui olympus patria? Quamobrem itáque tum recuſant, cum maximè optaſſe debuiſſent? nimirum quia ab affectu vehementi materialis, & humani panis obnubilata eſt ratio, atque ideò in omnibus præpoſterè agunt: cum Regem creare debuiſſent, repudiant; cum non deberent, eligunt: idemmet Chriſoſtomus dicta Græcorũ catena, & hom. 46. in Ioh. *Nam cum panem præbebat, & vẽtrem eorum exſaturabat; & Prophetam appellabant, & Regem creare cogitabant: Nunc verò cum ſpiritalem cibum, ac vitam æternam edocti, & à ſenſu abducti, de Reſurrectione, & rebus altioribus differentem audiuerunt; cúmque maximè admirari eos oportuerat, tunc murmurant, atque reſiliunt.*

Chriſoſt.

Corporaliũ, nimius affectus ſpiritalium parit faſtidium.

76. Et quidem tum, cum Regem facere conſtituiſſent, proripuit ſe Chriſtus, & aufugit, imperij quoquo modo faſtum auerſatus; nihilominus de regni ambitu coràm Pilato Iudæi accuſant: *Hunc* (inquiunt Luc. c. 23. verſ. 2.) *inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dare Cæſari & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe:* ô ſtultam ad condemnandum iniquitatem! Nonnè palam contradixit cum vltro diadema populares offerrent? vbi qui ſuſpicionem generaſſent affectati imperij, diuitiarum theſauri, militum legiones, confederatio Principum? eſto quod alias oppoſuerint Templi deſtructionem Nam toto quanquàm aberrarent cælo ob non intellectos Chriſti ſermones; veruntamen æquiuocationis excuſatio aliqua cum abſolutè pronunciaret, Templum licet deſtrueretur, in triduo reædificandum; ſed quid abſurdius, principatus obiectare cupiditatem ei, qui ſemper in egeſtate vixerit ſpontanea? erat impotens deſiderium necis Chriſti in cordibus Iudæorum: Quoniam igitur affectus cum ſuperuehemens eſt rationem obtundit, exæcati ſunt; in cæcitate itáque verſantes non vident accuſationum capita, quibus Chriſti mors cum aliqua veriſimilitudine perſuaderi queat, ſed id quod ſummè repugnaret, quodque omnium falſiſſimum eſſet, imputant; nimirùm voluiſſe Regem appellari: Baſilius Seleucienſis orat. 24. *An non creare Regem voluiſtis, & fugit? numquid ſine lare, & tecto, ſine poſſeſſione vlla vitã traduxit abiectam, & ingloriam? hæc dicebant, non id expectantes, ſed inuidia perciti:* & paulò inferiùs: *Vides dicta iſta plena fuiſſe ſimulationis. Nam quid tale monſtrauit? numquid ſatellite claudebat latus, & vehiculo trahebatur? nonnè deſertos loros captabat? Numquid non Chriſtus manſuetudinem docuit? non lætiùs, promptiúſque iniuriam pati, quàm inferre? Hæccine ſunt tyrannidem conſtituentis, an euertentis? Verum inuidentia cernit nihil, animos occæcat.*

Luc. 23. v. 2.

Baſilius Seleuc.

Spontanea Chriſti egeſtas conuincit ipſum nunquã ambiiſſe principatus dignitatem.

77. Guſtauit de interdicto pomo Adamus, né quid vxori denegaſſe videretur, quam ſummè diligebat; vocatus ad quæſtionem à Numine, & de culpa interrogatus, inhumana timiditate miſeram accuſat conſortem, inquiens; *mulier, quam dediſti mihi ſociam, dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi*; Geneſ. cap. 3. num. 12. vide *ſingula* penitùs inuerſa! Nam cum ad pomi eſum alliciebat, fortiter repuliſſe debuerat; cum angebatur infauſta iudice examinante, defendere eam; audiamus cum dulcedine de his ſcribentem Bernardum Serm. 1. in feſto omnium Sanctorum: *Iam verò fratres Adæ crudelitatem hæc ſententia tangit, qui videbatur vxoris amore peccaſſe: ecce enim ſcimus ô Adam, quia os de oſſibus tuis, & caro de carne tua eſt, & eius amore peccaſti: opponere diſcrimini propter illam, & dic: Domine, mulier infirmior eſt, mulier ſeducta eſt, mea eſt iniquitas, meum peccatum, in me ſolum vindicta procedat; ſed non loquitur ſic: mulier, inquit, quam dediſti mihi dedit mihi de ligno &c. ô peruerſitas! pœnam pro ea ſuſcipere refugis, & culpam admittere non recuſaſti? quomodo prôh dolor omnia confudiſti perniciosè crudelis, vbi miſericordiam impendere oportebat? nam delinquere propter illam nullo modo, ſatisfacere verò pro ea libenti animo debuiſti:* Quorſum itáque Protoplaſtus vniuerſa confundit, atque permiſcet; & obtemperans & repugnans, vtrumque cùm non debuerit? ſcilicet, dominabatur ſemper paſſio, quæ rationem denoctabat; in Paradiſo Amor nimius iudicium tranſuertit; poſt lapſum, vel metus vehementior, vel odium acerbum in eam, ob cuius gratiã deliquit; ſic igitur affectu prævaleſcente Rationem caligo obtexit; atque idcirco cum reprehendere æquum eſſet, adblanditur; cum mulcêre iuuaret, & defendere, condemnat.

Bernardus.

Adæ in vxorem culpam reiicientis crudelitas.

78. Cum ob adoratum vitulum né in populum ſæuiret iuſtiſſima vltione Numen deprecaretur Moyſes, aiebat; *Né quæſo dicant Aegyptij; callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terrâ; quieſcat ira tua* &c. Exod. cap. 32. verſ. 12. ſed nunquid tam ſtulti Hebræi vt tàm inſana meditarentur? quaſi tam imbecillis Creator, vt non niſi ex inſidiis adorſos inter montium cauitates occidere valeret? At numquid non in Ægypto Primogenitos ſuos interfectos ab Angelo planxerunt? quare igitur non & Hebræi in Ægypto interfici poſſint? erat grauiſſimum Ægyptiorum odium contrà Deum Hebræorum; licet ergò nihil faciliùs eſſet quàm ab extinctis primogenitis ratiocinari, & Hebræos de medio tolli potuiſſe, ſed quia ab odij vehementia quaſi extinctum fuerit lumen rationis; nè hoc, quod tam apertum, manifeſtumque erat, diſcurſu conſequi poterant, adeò iudicium affectus potentia ſubuertit: ô dominatores terræ, ô iudices cauete ab affectu nimio: niſi enim temperatus extiterit animus, atque indifferens, & nigra candida apparebunt: & alba ſubfuſca videbuntur: Abulenſis quæſt. 18. in relatum Exodi caput: *Quia tamen ipſi valdè inuidebant Deo Hebræorum, qui eis tantas plagas inflixerat: ideò comperta occaſione ſaltem leuiſſima, licet omnia falſa cognoſcerent: quæcumque tamen poſſent in Deum Hebræorum probra coniicerent: ſic enim eſt modus inuidorum detrahentium, vt quotidiè experimur.*

Exod. c. 32. verſ. 12.

Vehementiſſimũ Aegyptiorũ odiũ, cõtra Deum hebræorum.

Abulenſ.

79. Mortem, quam paſſurus erat ſub ænigmatibus obſcuriori ſtylo ſignificabat Chriſtus Iudæis, inquiens Iohan. capite 12. verſic. 32. *& ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum:* continuò licet velatam Hieroglyphico, ſermonis vim penetrauerunt nam demirantur mortem ſuſtinere poſſe Chriſtum, quem ſempiternè duraturum arbitrabantur: *Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* loquebatur idem Seruator cum Apoſtolis de necis genere clariſſimis verbis Luc. capite

Luc. 18. v. 32.

Gen. 3. v. 12.

pite 18. versiculo 32. *ecce ascendimus Ierosolymam & consũmabũtur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis, tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum &c.* Quid huiusmodi oratione manifestius? & tamen subnectit Euangelista: *& ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur*: Numquid acutiores discipulis surdæ mentis Hebræi? an non sunt, quos Asino & Boue tardiores in intelligendo memorat Isaias. capite 1. versiculo 3? quomodo igitur nunc arcanam phrasim detegunt? Discipuli verò in apertissimis hæsitant? contemplare si vspiam, hoc sanè loco, affectus suprà rationem imperium; cupiebant vehementissimè longam optimo Magistro vitam Apostoli; clausit desiderium istud tam magnum oculos discursui; & ita quamquam nihil manifestius dictione, qua Christi interfectio perhibebatur, in patentibus cæcutiunt, neque aliud capere valent nisi quod affectio dictat; Iudæi autem licet rudi in primis cerebro essent, Hieroglyphica & symbola vincunt, non ob acumen, sed propter vehementiam affectus; cum enim dies noctésque machinarent Christo necem, quicquid proponebatur, de illius interpretabantur excidio, atque ita exaltandum à terra audientes, neci affectus applicauit, quanquam externa verborum facies repugnaret; quid enim obscurius quam vt exaltatus à terra, omnia ad seipsum traheret? Venerabilis Beda in caput 18. Lucæ: *Quid est ergò, quod discipuli toties explicatum dominicæ passionis arcanum intelligere nequeant? at Iudæi ad vnum verbum, & tam obscurè positum, vt hoc expositione dignum Euangelista ducat; hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte esset moriturus; mox, quia crucis exaltatio significetur, intelligunt? nisi, quia discipuli, cuius vitam maximè desiderant, eius mortem audire non poterant, neque hoc ita vt sonabat intelligendum, sed amore dictante ad aliud quid allegoricè referendum credebant: Iudæi verò, quia in eius necem conspirauerant, quicquid de eius morte, vel cruce loquebatur, intelligebant; hoc enim loquebatur; quod ipsi summopere fieri optabant.*

Cur Iudæi cito penetrarunt arcana verba quæ Christus protulit de sua passione, quæ ipsius discipuli nullatenus intellexerunt?

Beda.

80. Altercantes Pharisæi cum cæco à natiuitate, cui visum Christus restituit, inquiunt; *Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus: nos scimus, quia Moysi locutus est; hunc autem nescimus vnde sit* Ioan. capite nono, versu vigesimo nono, sed obsecro, qualem habent de Moyse notitiam? an non ex fide maiorum? an non de scripturarum Historia? verum totum hoc de auditu est; sed Christum quotidiè oculis intuebantur; patriam viderant, atque parentes; iam si Moyses tàm apud eos præclarus, quod stupenda miracula operatus sit, quod legem docuerit; & Christi inaudita fuerant prodigia, & melioribus erudiebat documentis quàm Moyses; quamobrem itáque audita visis præferunt, & cum à multis sæculorum ætatibus à nemine Moyses conspicatus sit; Christus luminibus obuersaretur quotidiè; dicunt nihilominùs, Moysem notum esse, Iesum peregrinum? videlicet, odio habebant Iesum, diligebant Moysem, discursus autem non rationem, sed affectum sequebatur: Quia igitur pro Moyse erat affectus, caligat ratio, & non quod verum sit diiudicat, sed quod affectui beneplacitum est, Moyses, qui longissimè distat, est quem velint, nolint, oculi contemplantur; Christus qui coràm est, ignoratur; Theophylactus in Ioannem; *Non dixerunt autem, Nos audiuimus, sed nos scimus, quod Moysi locutus sit Deus; quamuis à parentibus suis audissent, exactam se habêre scientiam dicebant de ijs, quæ per auditum receperant; eum autem, quem oculis viderant miracula facientem, & quem audierant diuina, & superna loquentem, impostorem vocabant; vides insipientiam à malitia profectam.*

Ioã. 9. v. 29. *Moysen quamquàm visus, cognitus tamen à Pharisæis; Iesus autem, illis ignotus & peregrinus.*

Theophylact.

Fama de præclaris Iesu gestis vbique increbrescente, tandem & Herodis aulam inuasit; nec tamen Iesum esse credit, de quo tam illustria prædicabantur, sed Baptistam: *Hic est Ioannes Baptista* (inquit Matthæus capite decimoquarto, versu secundo:) *ipse surrexit a mortuis; & ideò virtutes operantur in eo*: quare de Ioanne omnis cogitatio? num mala trepidat conscientia? sed credamus Herodi opinanti tantam Præcursoris fuisse virtutem quem tumba continêre non posset, quem Mors diù retinêre vereretur; cur huius sententiæ homo necem inferre tentauit? nam si ex mortuis cito rediturus, quid iuuat interemisse? dominabatur Herodi impotens ergà saltatricem puellam, eiúsque matrem amor; Quanquam ergò non latebat confusioni & erubescentiæ futuram Præcursoris necem, sed cum ab effectu obcæcata esset ratio, non quod dignum factu esset considerauit, verum à concupiscentia abripi se passus est; Chrisologus Serm. 173. *Si resurrecturum Ioannem nouerat, cur insanus occidit? si ad totius diuinæ virtutis culmen, si ad totum quicquid est potestatis insigne tali morte sciebat eleuandum, cur se tantæ mortis esse fecit Auctorem? semper febrit impietas, à phrenesi semper crudelitas obtinetur, carêre dementia furor nescit*; igitur Salomon dum nimium affectui indulget, ex sapientissimo stultus & vecors redditus; quid enim vecordius falsorum adoratione Numinum?

81.

Matth. 14. vers. 2. *Vnde Herodes tam altè sentiens de Præcursore illum neci addixit.*

Chrisol.

Sectio XII.

Nemo resupinè procedat in via Domini ob confidentiam sanctitatis loci, in quo versatur.

Incredibile subsidium, feliciter oportunitate vti scientibus, à loco sancto: Quis enim tam irreligiosus qui ad piorum exempla non compungatur? quem assidua ante oculos virtutum præclarissima facinora non excitent? velle tamen solùm alienæ gloriæ communione niti, & segnem intereà reddi ad imitationem, periculosum est; nam saluatur prophanus nonnunquam, & iustus decidit ab arduæ conuersationis sublimi vertice; quò nec ille desperet, neque iste vltrà modum præsumat ob tonsuram & habitum; ecce Moyses in Ægypto; ecce filia Pharaonis in Ieruslem: stat ille ad idololatriam; stimulantibus Ægyptiis voce, blandimentis, terrore; hæc labitur cum non esset qui impelleret, verùm infinitis contrà ruinam adiuuantibus subsidiis: Quamobrem vates precabatur; *esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias*: Psalmo 70. versu 3. sed nonnè Deus locus est omni

82.

Psal. 94. v. 3.

est omni creaturæ, quando ipse vniuersa adimplet potentia & diuinitate? At Rex speciale Dei adiutorium implorat; sciens, quia nisi dominus specialiter nobiscum sit ad protegendum, non sufficere contra aduersarium, qui omnia circuit quærens quem deuoret, loci tantùm reuerentiam; diligentes igitur simus & vigilemus, quò loci prodesse valeat sanctitas non remissè agentibus, vt quidem prodest in infinitum; sanctus Gregorius hom. 9. super Ezechielem: *Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur Parens, qui in Paradiso cecidit; vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse cernens, quæsiuit locum quo fugeret, sed sine Deo inuenire non potuit munitum; ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, dicens; esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias* &c.

Gregorius.

83. Acceptum ab Angelo librum Ioannes ore dum masticat, mellis instar dulcis apparebat; simul atque in ventrem traiecit, amarum sensit Apoc. cap. 10. vers. 10. Cur alteratus in ventre sapor? cur non suauis stomacho, qui palato iucundus? Rupertus Abbas hoc significatum volumine arbitratur eum, qui Numerorum est codex à Moyse conscriptus, vbi recensentur nomina filiorum Israel, qui de Ægypto prodierunt; Quidnã ergo denotet tomum in ore placidum, in pectore acerbum? equidem læta fuêre initia cum domum seruitutis, idololatriæ & vitiorum matrem Ægyptum destituerent atque hoc eum in scopum, vt in eremum proficiscerentur, quo liberè Deo & pietati vacare possint; sed intuere quemadmodum ea regione, qua optimos fuisse decebat, loci ipsius opportunitate non tacitis clamoribus adhortante, ibi pessimi redditi sunt, exacerbauerunt Deum in inaquoso & inuio peccata peccatis addentes, quamobrem in deserto prostrati sunt, nec optatæ telluris beatitate potiti, hinc igitur in ventre amaritudo amarissima; citatus Doctor ad cap. 1. lib. 1. Numerorum: *Hic enim* (inquit) *est liber Domini, quo omnes filij Israël iubente Domino recensiti sunt, & tamen in terram promissionis non introierunt; hoc est vnde amaricetur venter hominis spiritualis quicumque librum prædictum studiosè deuorauit; quid enim amarius quàm quòd in hoc libro Numerorum prosternuntur?* Et quidem secundum vulgatam Patrum allegoriam exitus ille filiorum Israel de Ægypto in solitudinem magnam, Monachorum de sæculo transeuntium ad locum sanctum claustri, fugam designat: quid illa fuga dulcius óninò? quamtarũ cõsolationũ sub illis exordiis vbertas? sed heû processu temporis extrema gaudia luctus occupat, si quando vel Pelagius, vel Lutherus, vel similia degenerant monstra; & considera funestam metamorphosim! etiam in Ægypto commorantes diuites fuerunt, nam acceperunt vestem plurimam, & vasa auri & argenti; in eremo vel deesse pepones & allia conqueruntur: prôh si quando ob nostram remissionem & ingratitudinem accidat, vt memorantes dies antiquos sæcularis conuersationis, meliores reperiamur, quàm in Paradiso Dei, quàm in loco sanctorum? itáque perite & decidere eiusmodi mirum non est; *igitur* (concludit Rupertus) *cantantes quidem quia dulcia faucibus meis eloquia tua Domine super mel & fauum ori meo, de vocatione nostra gaudeamus; sed de incertitudine cursus, aut comprehensionis nostræ amaricemur.*

Numerorum liber est volumen dulce & amarum.

Rupertus.

Exitus de Ægypto religiosæ professionis symbolum.

84. Venerunt ab oriente Magi longinquo itinere, ad noui Regis incunabula, & Ierosolymã, introgressi, percunctantur; *vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Matth. c. 2. vers. 2. planè quæstio ignorantium de loco natali; alioquin vt sciuerint, quamobrem disquirunt? diuersa tamen Chrysologo sententia; neque enim ignorantium interrogationẽ fuisse admittit, sed obiurgantium increpationem, ait serm. 1. de Magis; *non interrogant, sed insultant, negligentes arguunt, seruum Domino non occurrisse causantur: nam quid ab hominibus quærunt? qui per Deum nouerunt quid quærebant?* Iustissimè quidem reprehenduntur; vos qui in Ierusalem vrbe sancta habitatis? vos qui populus segregatus & electus? vos, penes quos oracula Prophetarum? vos, qui propè in foribus Bethlem tam lenti, & segnes in quærendo Seruatore? vt quid templum & sacrificium, & legem frustra occupatis cum tanta inertia? ô iudiciorum Dei arcanum! ô metus ô palloris causam quibuscumque spiritalibus! Gens superstitionibus dedita in medio nationis prauæ ad criniti vnius syderis emicans iubar desertis vxore, amicis, laribus, vastis se itineribus committit, nec tutæ ambulationi, vt Redemptori occurrat; & semen Abrahæ, ciues inclyti Sion, Magistri in Israël non quærunt nisi ad perdendum, & vt interficiant? Theophylactus in cap. 2. Matth. *quare Magi veniunt? in condemnationem Iudæorum: Nam si Magi homines cultui idolorum dediti crediderunt; quam postea defensionem prætexent Iudæi?* Deindè expendens, vt è remotis Prouinciis iidem venerint, nimirùm ab oriente, subdit, *& hoc ad condemnationem Hebræorum pertinet; illi enim per tantum spatium venerunt: Hebræi verò Christum, quem apud se habebant, persecuti sunt.*

Interrogatio Magorũ non ignorantiũ, sed obiurgãtium fuit increpatio.

85. O semper pigros & auersos Iudæos! vtinam non & aliquando in typum quorumdam Christianorum! Sanauit Iesus simul decem leprosos post recuperatam valetudinem, de tot vnus solùm reuersus, qui gratias haberet: sed qualisnam iste? *& hic* (ait Lucas c. 17. vers. 16.) *erat Samaritanus*; Verum quamobrem de patria aduertit Euangelista? profecto ad stuporem ingratitudinis cæterorum; Nam illi quidem Iudæi erant veræ Religionis disciplina imbuti, loco educati sancto & sub religiosis præceptoribus; hic Samarita, virorum scilicet qui vnà cum Hebræorum Numine ementitos colebant Deos: admiratur ergo pium fuisse alienigenam, & schismaticum; nulliúsque reuerentiæ tactos metu, quos obseruantiores esse ob tam varios decebat titulos: Accõmodat præclarè sacris hominibus Bernardus, vt rubor sit vinci à prophana nonnunquam turba claustrum inhabitantes; inquit serm. contra pessimum ingratitudinis vitium: *Heû, heû non inuenitur qui redeat, & agat gratias Deo nisi hic alienigena! quam multos enim videmus, & plangimus fratres, qui dummodò maneant habitus & tonsura, salua sibi omnia arbitrantur, non considerantes miseri quemadmodum ingratitudinis vermis interiora corrodens, ob hoc tantùm, corticem quem vident transforare dissimulat, ne fortè recogitent & erubescant, ipsaque verecundia emendentur: Vides ergo, non omnibus prodesse, quòd à lepra sæcularis conuersationis, cuius peccata manifesta sunt emundantur; sed nonnullis peius in occulto ingratitudinis vlcus oriri, quod tantò periculosius sit, quantò interius? fœlix samaritanus ille, qui cognouit se nihil habere, quod non accepisset; idcircò conseruauit depositũ, & cum gratiarũ actione ad Dominum est reuersus* &c.

Luc. 17. v. 16.

Professione religiosi plerũque à prophanis hominibus in pietate vincũtur.

Bernardus

86. Refert Matthæus, vtì cum eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis; hócque enarrato pietatis eximiæ geſto cum quibuſdam circumſtantiis, addit: *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes ad principes Sacerdotum* &c. Matth. c. 26. verſ. 15. Quidnam eſt: *Tunc abiit*? magni Sacramenti verbum; ſcilicet, *Tunc* cum ſi vmquam cópungi & erubeſcere, maximè oportebat; nam quale prodigium oculis contemplabatur! mulierem à libidinibus famoſam anticipare funeris honorem ſeruatori; ipſum de mortalium pauciſſimis ad culmen Apoſtolatus ſubuectum, in loco ſanctitatis commorantem, necem Dei filio moliri? Nam vt a concepto ſcelere alia non reuocaſſent; tamen in proſtibula adeo excellens religio confundere debuiſſet: ô horrorem, ô materiam formidinis! Diſcipulus vadit, vt Magiſtrum triginta vendat argenteis ad crucifigendum eum; atque *Tunc* potiſſimum abit, atque diſcedit, quando meretrix quæ in ciuitate erat peccatrix ob turpidinis immanitatem, in gratiam præceptoris trecentorum denariorum ipſo fatente Iuda precium nobiliſſimi vnguenti largita eſt; illa pietatem, hic inſidias meditatur vno eodem tempore: peroptimè Theophylacti commentarius: *Cum aliena mulier meretrix tantum exhibueret honorem, tunc diſcipulus abiit proditurus illum; non enim fruſtrà adiicitur; Tunc abiit, ſed vt oſtendatur impudentia Iudæ.*

Matth. 26. verſ. 15.

Iudæ proditoris impudentia, eiuſdémque & Magdalenæ meretricis perelegans antitheſis.

Theophyl.

87. Diuiſêre ſibi ruris opera primi duo fratres: *fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola*: Geneſ. c. 4. verſ. 2. vter laborioſior vitæ modus? proculdubio, qui vomere terram findebat, atque ideò Protoplaſto dictum: *in ſudore vultus tui veſcêris pane* Geneſ. c. 3. ver. 19. Nam ſi aut frigora inſtent, vel ſol adurat, habent opiliones antra & mapalia, quibus protegantur; cum autem zephyri ſpirant, & blanda arridet tempeſtas, in luſitationibus & modulatione conteruntur dies; verum agricolæ ſub dio ſemper agendum, & ſeu grandinum, ſeu inimici iubaris, patientiæ ſuperadditur horridum onus, glebæ videlicet prociſſio; itáque maior contentio agricolæ, quam paſtori; Quamobrem ergo qui in laboribus minor eſt Abel, Caino prælatus fuerit? nempè, quod in ſacrificando Cain indiligens & remiſſus extiterit fortaſſe auſterioris vitæ nimium confiſus meritis; horum itaque duorum fratrum tam diſparis gloriæ exitu præfigurati in Eccleſia Dei qui ſæcularis conuerſationis ſunt, qui monaſticæ; poſteriores religioſis conſtricti nexibus duriora perferunt: Quæ enim comparatio eſt laborum vitæ mundanæ cum aſcetica? denique illi ſunt qui mortificantur tota die; Quos locus, quos norma quos exercitatio ad ſanctitudinem vbique ſtimulat: ſed ô ſi veniente filio hominis ad iudicium, reprobetur Religioſus nonnunquam, laudetur ſæcularis! Heû iactutam ponderis diei & æſtus! Heû non profecturos tantæ diſciplinæ, tam rigidæ fines! ô conſiderate electum genus! nolite ſoli loco credere, nolite ſolis ſtatutis quanquàm admirandæ perfectionis; niſi enim & veſtra cooperatio accedat tepore excuſſo, ſi diſſolutæ manus fuerint, honor veſter ſæculari dabitur, illóque in gaudium Domini intromiſſo, vos eiiciemini in tenebras exteriores: rectè Lippomanus ad cap. 4. Geneſ. *Ambo quidem habuêre ſancta exercitia, ſed Abel ſine mandato Dei vt videri poterat, Cain autẽ operã dat obediẽtiæ; dixit enim Deus patri ſuo, vt operaretur terrã, de qua ſumptus fuerat; & nihilominùs præfertur Abel ipſi Cain: Cain ſanctiori operi, & rei magis neceſſariæ operam dat, grauius laborat, & pœnam humano generi decretam diligentius ſuſtinet, ſed fide, ac deuotione, quam Deus intuetur, minor fuit, quam Abel: ſimiliter & Religioſi ſanctiori operi ex obedientia intendunt, quam ſæculares, ſed multi fide, ac deuotione minores ſunt iuxta illud, Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei; & multi ab oriente venient & recumbent* &c. *filii; autem regni eiicientur in tenebras exteriores.*

Gen. 4. v. 2.

Gen. 3. v. 19.

Quare in laboribus minor Abel, Caino prælatus ſit?

Lippoman.

Cain operam dat obedientiæ

Fidem ac deuotionẽ intuetur Deus magis quàm ipſa opera.

88. Perpendamus iterum de Iuda proditore, de quo nuper; latro, cuius in rapina & homicidiis vitæ tranſacta interualla ſub vltimam horam ſolo Chriſti aſpectu abſque prædicationis verbo conuerſus eſt; Iudas, qui dicentem cœleſti eloquentia toties audierat, in præcipitia malorum abit: coniungit Niniuitarum pœnitentiæ Chryſoſtomus, quam ad vnius Prophetæ vocem obſtupeſcit inductam, cum tot vatum oraculis, tot ſignorum attentis ſaxea Hebræorum corda reſtiterint; ait igitur in *Demonſtratione, quòd Chriſtus ſit Deus* &c. *Nam Iudæi licet ſigna, & plurima miracula haberent, nunquam tamen per ea meliores euaſêre; Niniuitæ vna tantum voce audita, vitam mutarunt à peccatis liberati: Iudas, quanta doctrina admonitus factus eſt proditor: latro autem qua admonitione incitatus, in cruce Chriſtum confeſſus eſt, & eius regnum prædicauit?* ſed nihilo ſic attoniti reddamur atque verbis Ioannis cap. 13. verſ. 27. de Iuda: *& poſt buccellam introiuit in eum Satanas*; hoc eſt poſt acceptam Euchariſtiã, Auctoribus Chryſoſt. hom. de proditione Iudæ, Iſidoro Peluſiota lib. 3. epiſt. 364. Paſchaſio de corp. & ſang. Domini. c. 8. S. Odone lib. 2. collat. c. 30. & aliis multis veterum; animaduertit egregiè Hieronymus in illud. c. 4. ad Epheſ. *nolite locum dare Diabolo* &c. *ſimúlque & hoc diligenter attendite, quòd non inuenerit Diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam anteà percuſſerat, niſi in conuiuio ſaluatoris*: quæ enim ſummam quamdam, & maximè exquiſitam continent medicinam, in prima origine, primiſque natalibus virtutis ſpecialiora exhibent documenta; Quare lignum, quod ad conuerrendum orbem deſtinabatur, Diabolo latronem ſurripuit; cum igitur nihil efficacius ad emolliendos animos Dominico corpore ecce nihil operatur in Iuda Apoſtolo; cruce ſceleſtus mutatur, & poſt buccellam Satanas introiuit in Iudam: quid mage expauescendum?

Niniuitæ ad vnam vocẽ meliores euaſêre: Iudæi nec ad plurima miracula vitam mutarunt. Chryſoſt.

Ioan. 13. ver. 27.

Chryſoſt. Iſidor. Pelu. Faſchaſ. Hieronym.

Non inuenit Diabolus locum introeũdi in Iudam niſi poſt ſumptionem Euchariſtiæ.

89. Quid ſublimius, quid formoſius arbore ea, de qua vaticinatio Danielis c. 4. verſ. 8. *magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum; aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ: folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea* &c? Quis non putaret dignum longiſſimo æuo talem ſtipitem? Quis non contra flabra ventorum, contra æſtatis ignes duraturum arbitraretur? ſed ecce ſanctus & vigil de cælo metuendam intonat ſententiam fortiter clamans; *ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & diſpergite fructus*, ô triſtem ô miſerandam ruinam gloriæ nemoris, arboris incomparandæ! At perpendamus atentè, quonam vigil ille & ſanctus, qui iuſtè iudicauit de nobiliſſima arbore, trãſiit, vt quaſi

Dan. 4. v. 8.

in

in throno sederet? equidem olim à Moyse auditus de medio rubi vociferans: ô domine tam vili tã crudeli & pungẽte delectaris ligno! Quis nouit sensum Dei Sabaoth! quam inuestigabiles semitæ illius! arbor syluæ frondosæ honor & delitium repellitur, rubus voluptati est: At certè quidnam spinosa denotat arbor nisi peccatorum aculeos? quid floridum & iucundum lignum nisi virtutum plurimarum ornamentis conspicuos in Dei Ecclesia? & quidem in deserto Rubus; in nemore exculto & vallato lignum pulchritudinis: At non prodest locus; cadit iustus ob negligentiam & teporem suum; & peccator sanctificatur; & in tantam procedit iustitiam, vt né Moysi concedatur terram in qua rubus sit premere, nisi calceamenta prius deponat; auscultemus parumper Richardi Victorini de arbore Danielis expositioni lib. 2. de eruditione hominis interioris, capite 19. *Recolamus ergò qualis superiùs ex mystica arbore describitur, qui hic præcidi iubetur; & tunc meliùs agnoscimus in qualicumque virtutis fastigio constitutis, morum ruina quàm iustè timetur: in magnitudine arboris miramur modum fortitudinis, in altitudine eius profunditatem subtilitatis, in aspectus dilatatione magnitudinem auctoritatis, in pulchritudine foliorum facundiam sermonis, in nimietate fructuum multitudinem eruditionis, in esca vniuersorum doctrinam ædificationis, in subiectione bestiarum rigorem seueritatis, in cohabitatione volucrum prouidentiam circumspectionis: Quis ergò nisi insanus in tanto mutabilitatis ancipiti sibi securitatem promittit, si verè aliquando talis fuit, qui postea succisus cecidit? verè vt scriptura dicit: Beatus homo qui semper est pauidus, nescit enim quid futura pariat dies;* huiusmodi ex parte filia Pharaonis, quæ post longam religionis veri Numinis apud Iudæos professionem, in loco sancto existens Vrbis Sion, postremum relapsa est, iterum ad antiquas Vanorum Deorum superstitiones reuertens.

Quid significari quod Moysi non licuit inuolutis pedibus terrã premere in qua est rubus?

Rich. de S. Victore.

SECTIO XIII.

Qui sacra violant & prophanant derisu, schismate, superstitionibúsque eorum fama, & memoria aboletur.

90. PHaraonis filia ex præcipuis occasionibus Salomoni, vt infinito cum Israëli scandalo, thura ementitis Numinibus offerret; credibile est huius tam immanis sceleris in pœnam Deum permisisse, ne sobolem ediderit, quæ post genitorem regnaret in Iudæa, matrisque perpetuaret lineam in nepotibus, sic enim vapulant Principes, qui schismatum Auctores, & contra Religionem veram audent; id quod de Henrico octauo nequissimorum omnium teterrimo obseruatum à nonnullis cuius sine prole filij, gnatæque extincti; præclarum schema in Michol Dauidis vxore; cum enim in festiua arcæ fœderis pompa piissimus non erubesceret Monarcha lineo præcingi Ephodo, & totis viribus saltare coram arca; more filiarum sæculi, quibus sacra contemptui unt, superba fœmina maritum despexit, tanquam vnum de scurris reputans sapientissimum Regem; qui non ex simplicitate intellectus ita fecerit, sed ex deuotione; Verum quidnam de Michol sacer admonet Textus? *igitur Michol filia Saul* (inquit Reg. 2. cap. 6. vers. 23.) *non est natus filius vsque in diem mortis*; optimè sterilis reddita, ac prouidè eius oblitterata recordatio in futuris generationibus, quòd Principis deuotionem, & in sacra piam affectionem, irridendo contemnere non metuerit; concinnè Ambrosius lib. 4. exa. 30. ad Sabinum: *Non erubuit igitur Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est, ludebat enim Domino puer suus, & ideò amplius placuit, quia ita se humiliauit Deo vt regale posthaberet fastigium, & vltimum exhiberet Deo quasi seruulus ministerium; denique illa, quæ saltationem huiusmodi reprehendit sterilitatis damnata non edidit sobolem regiam, né superbos crearet, & quod verum est, nullam est adepta posteritatis suæ, meritorúmque successionem.*

Michol quare fuerit sterilis?

Reg. 2. c. 6.

Principes diuinorum irrisores succedere desituti.

Ambros.

Referebat Iesus de Diuite, & mendico, qui ad eius fores vlceribus plenus iacebat, sed pauperis nomen expressit *Lazarum* appellans, locupletem innominatum reliquit; qua de causa? num quia substantia mundi effluens? sed hanc & Iobus plurimam retinebat, eius tamen nomen declaratum. Vide locupletem istum in eam superbiæ amentiam deuenisse, vt cum nimio fastui parum arbitraretur prophanis vti vestium formis, ausus sit temerariè sacerdotalibus procedere cum ornamentis in magnum planè Sacerdotij contemptum, & in Religionis ignominiam; sic verò fecisse constat qui dicitur purpura & bysso indutus fuisse, nam byssus ad Sacerdotium spectat; audiamus ex Magno Basilio ex Catena Græca nostri Corderij in Lucã: *& per excessum deliciarum insultans sanctis, in luxuriosa sua vita circumferebat vestem extimam ad imitatiuam similitudinem vestis Pontificiæ eiusmodi vestimentis indutus, quibus Sacerdotes induti introibant sancta pro mundo supplicaturi, quæ suis coloribus elementa referebant, ex quibus constant: & quidem byssus pro terra ponitur &c. hisce assiduis delicijs dies potiùs deformatus erat quàm decoratus*; Cum igitur Sacerdotij factus sit derisor dies iste in religionis magnum opprobrium, venustè quòd eius nomen atque memoria deleatur; contemptorem enim sacrorum nec quoad vocem & appellationem superstitem remanêre, æquum penitùs est.

91.

Dives Epulo Sacerdotalibus ornamentis, impiè vsus est.

Basilius

Poposcit Deos nouos Israël vecors, & vitulum de auro conflatum adorauit impiè; concitatus ad iracundiam Moyses, *vitulum combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aqua, & dedit ex eo potum filijs Israël* Exod. capite 32. versu 20. Quamobrem non in vsum aliquem seu prophanum, siue sacrum, metalli pretiosi conuertit massam? Bruno apud Tilmannum in Allegoriis; *bibunt* (inquit) *aurum idoli, quia idololatræ & sacrilegi*: Ast quid iuuat idololatras aurum liquare? scilicet volebat Moyses ad pœnitentiam conuertere ex suppliciorum metu; conatus igitur per vitulum demonstrare quali pœna digni qui in apostasiam prolabuntur, & erga sacrata impij sunt; vadat ergo aurum detestandæ superstitionis in secessum, nullis proficiat vsibus, deleatur memoria eius; sic discent homines; debitam eis pœnam qui à vero recedunt Numinis cultu, & contra diuina blasphemi existunt, vt eorum fama & recordatio de medio tollatur

92.

Exod. 32. v. 20.

Bruno.

Vitulus aureus in puluerem versus, memoriam impiorum in nihilum redigendam designat.

Augustinus.

tur: Augustinus in Psalm. 37. *ô ira Prophetica, & animus non turbatus, sed illuminatus: quid egit? mitte in ignem, vt forma ipsa prius confundatur, minutatim comminue vt paulatim consumatur:* rectè admodum; *vt forma ipsa prius confundatur*; nam ex forma turbata, lineamentisque destructis sequitur in posterum sciri non posse, qualis fuerit is, cuius figura oblitterata; itaque ad eorum seriem redigitur, quorum haberi cognitio nequeat; cúmque hæc societur vindicta eos, qui religionem & sacra violarunt, optimè quod & hanc pœnam vitulus soluat. Lege super his differentem perbellè Hieronymum Epistola ad Fabiolam.

93. Cum ob filij nuptias homo Rex splendidum præparasset conuiuium, intrauit, & accubuit vir non habens vestem nuptialem; subitratus epularum Dominus, iussit ligatis pedibus & manibus mitti in tenebras exteriores Matth. capite vigesimosecundo, versu decimotertio, non de vltione miror, sed quæro tamen quamobrem istius viri nomen ab Euangelista historiæ insertum non fuerit? quid Scribi vetabat quonam diceretur pacto? credo hominem istum illos denotasse qui Christianæ professioni ignominiam afferunt, dum fidem vel Schismate deturpant, vel irreuerentia in diuina & sacra quæque; innuit Theophylactus aiens; *At vita eorum, qui ingressi fuerint posthac non indiquisita erit, sed examen valde magnum faciet Rex eorum, qui post ingressum ad fidem in sordido habitu inuenientur; horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides; non solùm enim nuptiis eiicitur, sed & in ignem mittitur*; qua oratione Theophylactus adsignificare videtur, sordidum illum hospitem, & perfricti vultus eos adumbrasse Hæreticos, qui fidem absque bonis operibus ad vitam sufficere æternam noxio imprimis errore docebant; si ergo Hæreticorum vir ille typus, benè quod nomen eius supprimatur, nè qua de illo memoria supersit: eorundem & fuisse imaginem ficum eam appareat, quæ foliis onusta fructum Christo denegauit; nam fidem sectarij verbis passim crepant, operibus vacui sunt ita explanauit Origenes hom. 16. incaput vigesimumprimum Matth. *Si autem venerit Iesu esuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habens nisi professionem tantummodo fidei, quid est folia sine fructu, mox exsiccatur* &c. quali ego maledicto Christus arborem inuisam castigauit? *nunquam* (ait) *ex te fructus nascatur in sempiternum* Matth. capite vigesimoprimo, versu decimonono, quamobrem non alio persequutus supplicio? nimirùm, symbolum erat fidem & sacra violantium, quorum vltio sterilitas non ad interuallum, sed perpetuæ damnationis, quò eorum funditùs intereat memoria.

Curvirè vestem nuptialem non habentis nomẽ tæceatur?

Theophylactus.

Ficus infructuosa hæreticorũ Symbolum.

Origenes

94. Quam mali duces illi, de quibus Nahum capite tertio, versu decimoseptimo, *custodes tui quasi locustæ; sol ortus est, & non est cognitus locus earum vbi fuerint?* mali pastores isti, & de mercenariorum numero, qui cum intuentur venientem lupum, fugiunt, & non ponunt animam suam pro ouibus suis; tales in Hæreticorum castris falsi Antesignani, de quibus Glossæ auctor interpretatus est; *& custodes, id est, præpositi tui fuerunt quasi locustæ erigentes se ad volatum Hæresis*: verum quare subiungit Propheta, *& non est cognitus locus earum*? quarum? an materialium locustarum? sed nonnè hæ corrodunt & vastant agros, vt saltem ab effectibus earum satis vbi commoratæ sunt, noscatur; intelligamus ergò Hæreses esse, quorum *non est cognitus locus*: at quomodo hoc? nónne enim scimus vbi exortæ Hæreses, à quibus prognatæ, & quo terrarum angulo? Nouimus quidem, sed ex Catholicorum libris & disputationibus aliquid; nam nisi Orthodoxorum defensionibus inclusa fuissent nomina earum, nec de his constaret, adeò euanuerunt; sic enim congruebat vt impiorum contrà veram fidem Apostatarum nullius famæ nisi ad confusionem remanerent vestigia: Quamobrem Augustinus disertè admodum hyemalibus aquarum vorticibus comparat, qui per brumam sonitu & fluctibus ad horam terrent, æstate adueniente nè viarum periti docêre queunt vbi torrentes inundauerunt, perierunt consumpti, obliuioni traditi sunt; ait Beatus Doctor in illud Psalm. 57. *ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens &c. Non vos terreant fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur; nolite timêre, post paululum transit, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt: multæ hæreses iam emortuæ, cucurrerunt in riuis suis quantùm potuerũt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorũ memoria reperitur vel quia fuerint: spernentur tanquam aqua decurrens.*

Hæreses ad horam solùm terrent.

August.

95. Producamus Marcionis impugnatorem Tertullianum, & videamus vt Hæreticum aduersùs Christi carnem blatterantem coarguat: libro de carne Christi, capite secundo, inquit: *his opinor consilijs originalia instrumenta Christi delêre Marcion ausus est, ne caro eius probaretur: en qua oro te auctoritate? si Propheta es, pranuntia aliquid: si Apostolus, prædica publicè, si Apostolicus, cum Apostolis senti, si tantummodo Christianus es, crede quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim, morere: nam mortuus es, qui non es Christianus, qui cum fuisses, excidisti rescindendo quod retrò credidisti:* sed quænam consequentiæ ratio est, vt *moriatur*, qui Christianus esse desiit? imò quidem perfectorum Christianorum est quotidiè mori, quniam corpus castigando salutem eneruant: qui autem Christianitatem abnegauit, idcircò repudiauit vt viuat & delicietur, quando non iam ampliùs sub lege esse velit. Deindè, quod affirmet qui ex Christiano non Christianus redditus est *mortuum* censeri, æquè & in Christianos quadrat, nam & inter hos quicumque lethaliter peccando gratiam sanctificantem deperdunt, spiritaliter mortui sunt: quæ igitur comminatio est dummodo apta tamen contra eos, qui â fide defecerunt, vt *mortui* reputentur? Dicamus sanè extinctorum plurimam esse obliuionem apud mortales: itaque bustum, quod oculis surripuit, mox etiam paulatim cordi surripit, vt nulla sæpiùs maneat recordatio, tanquam si non fuissent nati aliquando: indicaturus ergo similibus puniri modis, qui deficiendo à Religione Christiana, eam infamarunt: iubet illum, qui Christianus esse contempsit post Baptismi professionem, tanquam de mortuis vnum se connumerare, proindè addidit, *nam mortuus es, qui non es Christianus.*

Tertull.

Qui gratiam sanctificantem perdit, spiritualiter mortuus est.

Glossa

Permi

96. Permisit Iehu vt sepeliretur Iesabel eò quod filia Regis esset; cúmque proficiscerentur conquisitum defunctæ membra, *non inuenerunt nisi Caluariam, & pedes & summas manus* Reg. 4. cap. 9. vers. 35. reliqua canes deuorarunt; quamobrem hæc inflicta pœna est? nempè, quia Sacerdotes & Monachos persequebatur, & quàm poterat contrà sacros Ministros tyrannidem exercebat; sed cur huius sceleris vindicta negatus Iezabeli funeris honor? nempè in Palestina communiter non sicut in alijs regionibus corpora defunctorum concremabant, sed vnguentis & aromatibus condiebant; cúmque pigmenta illa vim haberent contrà vermem, aduersúsque corruptelam, quæ sic præparabantur cadauera durabant nonnunquam in ætates, itáque post obitum superstabat adhuc longo tẽpore seu viri, seu fœminæ corpus integra faciei dispositione & lineamentis cum reliquis membris, eratque monimẽtum diuturnum veterum gestorum & famę, atque ideò priscorum multis tanta cura extremæ pompæ; perseueraret itáque memoria Iezabelis si more solito tumularetur; atquin aboleri recordationem eius oportebat, quæ pios veri Numinis cultores infectata est, & bellum religioni intulit; igitur, ne vel de sepulchro saltem ei fama aliqua, ne condîri aromatibus valeat cadauer, fiat canibus præda, nihilque inueniatur exceptis inutilibus quibusdam fragmentis Caluariæ, pedum, manuúmque; Drogo Hostiensis: *Hæc sanè est impiorum sepultura, hæc digna retributio, quod ex eis non nisi manuum summitates remanent &c.*

Reg. 4. 9. vers. 35.

Apud Palæstinos corpora defunctorum non cremabantur, sed aromatibus condiebantur.

Iezabel propter impietatem insepulta, vt nulla illius superesset memoria.

Drogo Hostiensis.

97. Filij Aaron Nadab & Abiu thurificaturi Domino, de igne alieno sumpserunt; excanduit Numen, *egressúsque ignis à domino deuorauit eos* Leuit. capite 10. versu 2. quidnam ignis alienus spiritaliter? scilicet potestas diuersi fori, quando nempè rectores sęculi diuina & sacrata inuadunt, polluúntque debitam religioni & altaribus reuerentiam: si quis tam procax perpendat vltionis huius & magnitudinem & celeritatem! aptè Saluianus lib. 1. de prouidentia Dei: *porrò autem etiam ex hoc consulere Deus voluit nostræ correctioni per censuram salubris exempli, vt omnes Laici intelligerent, quantùm iram Dei timêre deberent, cum à præsenti pœna filios Sacerdotis nec meritum parentis eriperet, nec ministerij sacri priuilegium vindicaret:* sed quamobrem non alio trucidati more, aut dehiscente terra, aut morbo subitaneo, vel gladio, patibulovè? equidem figurabatur igne prophano, vt dicebamus sęcularium audacia contra diuina & sancta instrumenta; vel vt Isychius & Beda in Leuiticum docent, Cyprianus quoque Libro de vnitate Ecclesię, Hæreses & fidei opposita dogmata; iam verò ignibus conditio est, prorsus cõsumere, & in cinerem, fauillámque reducere, vt pristinæ formæ nulla remaneant argumenta; quia igitur hæresum & superstitionum Auctores, & sacra violantes, pœna velut à tergo sequi consueuit, nè quæ supersit illorum memoria apud homines, flammæ contrà illos armantur: & quamquam ob Genitoris fortassè solatium vt consumeret, pepercit; sed tamen à quo luerent elemento, quod natura sua vorax sit, commendatum est; vt priuilegium fuisse, nè penitùs delerentur, attenderemus; iusta ergò Numinis sententia, quæ Salomonem vt à veræ Religionis discederet cultibus impulit, sterilis facta est gnata Pharaonis, obiítque, nulla relicta progenie, quæ matris continuaret memoriam.

Leuit. 10. vers. 2.

Saluianus

Nadab & Abiu cur diuino igne, & non alio quodam supplicio consumti.

ANTELOQVIVM III.

Qui nubentes apud Salomonem iuxta historiam? qui secundùm spiritum? Totius Cantici acoluthia repræsentata.

PROLICITI ad calcem primi Anteloquij, tertio isthoc Præludio ostendere, quos tandem nubentes sacer accinat Hymenæus, quando non Salomonis formam, non Pharaonis filiæ pulchritudinem efferat: lubet promissis stetisse. Dicamus priori loco de sponso secundùm historiam, eiúsque nupta.

SECTIO I.

Quis nubens iuxta literam, quæ eius nupta? qui per geniales dies memorabiles euentus?

NE huius Sectionis longitudo tædium pariat Lectoribus breuitatem amantibus, placet distribuere in Subsectiones aliquas.

SVBSECTIO I.

Coniugum origo, patria, mores, acta vsque in sponsalia.

DVm apud Palæstinos omnia florerent sub Principe Salomone Dauidis filio, adolescens domo Hierosolymitanus, nomine Salomon, secta & patria Hebræus, id est, veri Numinis adorator, nobilitare, forma, opibus in paucis clarus, regia dignitate

tate vni ſupremo Monarchæ ſolùm cedere facilis, ſæpè Libani iuga petere ſolitus; ſiue illum amœnitas ſemper odorati, & ſuaue halãtis montis trahebat; ſeu venari aprum, leonem ſternere, feras omnes exagitare maior voluptas, quàm apud Solymos aulæ deliciis frui; ſiue Tyri, & Sidonis nundinis illectus, nationúmque varietate ad celeberrima emporia confluentium; ſeu ora maritima, delectatus: quibuſcunque demùm cauſis libanum ſæpe inuiſens, dum vagatur, & errat in multis partibus vidit, & amauit paſtricem ſub arbore malo conſpectam; ſiue ille facie captus; ſeu cantus dulcedine: nam *vox eius dulcis, & facies eius decora*: certè vultum non contemplatus, tegebat pudica, & propterea *vulneratus in vno oculorum, in vno crine colli eius*: ſtupebat ad tantam verecundiam inter nemora, & ſyluas, vbi nullæ populorum frequentiæ, nemo formæ inſidiator, & priſca ſimplicitas omnia occupabat: fraus in vrbibus, ſynceritas in villa eſt: ſed negata pulchritudo ſtimulauit magis: atque vt erat ad omnem honeſtatem compoſitus Princeps, noluit Virgini grauis eſſe: percunctatus proinde monticolas, & quibuſcum illa familiariter agere conſueuerat, didicit ſequutura.

Quæ amoris ſponſi occaſio.

Cant. 2.

Cant. 4.

2. Puellam eſſe tantillùm quidem *nigram*, & ſubfuſcam, non à natura; ſed, quòd fratres aduersùs eam iniquiores compellerent vineam cuſtodire, hœdos ad paſtum abigere; proinde ab ardentiori Phœbo decolorem redditam: quamuis & huius nigredinis ſatis incerta fama; paucis nanque vultus intueri conceſſum: peruagato rumore ſparſum, eſſe illam *totam pulchram, & ſine macula* aliqua; atque hæc quidem *abſque eo, quod intrinſecus eſt*: nam, cùm ea præſtet forma corporis, *vt pulcherrima* inter mulieres nominetur, & velut *inter ſpinas lilium* comparatione aliarum virginum; excedere tamen animi dotes, & longè formoſiorem mente, quàm facie ob geminum decorem, delicias eſſe ruris & camporum: patriam ei Libanum, quo non beatior alius inter montes, qua parte in Tyrum, atque Sidonem excurrit: ſtirpis antiquam, ſed tenuem domum, propè Tyrum, aut Sareptam habêre inter Sidonios: matrem etiam inter agreſtes plebeiam: non certi illi lares de more locupletum: non pauperibus etiam permiſſa tabernacula, non quod omnibus paſtoribus mapale, & tuguriolum: coactam parere ſub vmbra pomiferæ arboris: Cæterùm apud quoſdam famam vagari, genitorem non de ſylueſtri turba; ſed vnum de Principibus; propterea ab aliquibus *filiam Principis* nominari: quippe de optimatibus quempiam, dum venando ferociora animalia perſequeretur, in matrem eius incidiſſe, quæ & ipſa pulchræ filiæ formoſa genitrix fuit; inhumanè violaſſe ſub eadem arbore, ſub qua poſteà gnatam in lucem dedit: *Ibi corrupta eſt mater, ibi violata*; Aſſererе pleroſque, nullam deinceps Principi de matre, filiáve memoriam: quanquam & eſſe qui affirment, genitoris ſecreta iuſſione in ſyluis ſine pompa educatam; ventura tamen citò tempora, in quibus ignotam de tenebris eruat, mutaturus ruralem chlamydem in purpuram auro, gemmíſque intextam: Hæc, atque alia paſtores ſpargere; an ex fabuloſa narratione, præter vnam puellæ genitricem, cæteros latêre? certè in eum diem matris exemplum in omnibus ſequutam quoad ſacra, profanáque; Baal, & Aſtartem colere pro Chananæorum, Phœnicúmque ritu; doctam agnos, hœdóſque compeſcere; vineis, & pomœrio excubias agere; purpura lanas tingere; venando mitiora animalia perſequi, *capreas, ceruóſque camporum*; canere ſuauiſſimè, ſed coram familiaribus tantùm, in hortis, *vbi amici ſolùm auſcultant*; nihil ſupra eius ingenium eſſe: atque tantas naturæ diuitias, coniunctas cum incredibili modeſtia, feciſſe, vt locupletes quique villici ambirent, peterent ſæpè à genitrice: non eos retardauit pauperтas, non obſcuri natales, non inhonora educatio, non vitæ ignobilis conditio: ſupra aurum *mulier fortis: procul, & de vltimis finibus pretium eius*: Sed & fuiſſe de vrbana multitudine, qui poſtularent: quin & inter procos, annumeratos Dynaſtas aliquos eſſe, niſi ſyluæ mentiantur: Virginem iam nubilem eſſe, & thoro maturam: hæc eſſe, neque plura, de quibus Regem docere poſſint.

artibus.

Cantic. 2.

Cantic. 8.

Sponſa nuptias ambiunt plures.

Prouerb. vlt.

Audiebat lætus Salomon, & iam maritus animo alloquutus genitricem, conſanguineóſque, inſperati gaudij magnitudine penè obruit viles, & agreſtes animos: ſibi Virginis formam placere, in primis moribus attractum, dignam regio thalamo puellam, non aliam regnorum conſortem quæſiturum; atque vt deinceps pro patriæ conſuetudine plures accepiſſe vxores oporteret, futuram hanc, quam præ cunctis vnicè adamaret, Reginarúmque Reginam in perpetuum. Intercluſerat genitricis ſpiritum inopinatum nuncium: & cùm oculis, vultu, totóque geſtu ſatis loqueretur: ore tamen loqui non poterat: ſed, quibus robuſtior animus, de cognatis aliqui poſt exhibitas cumulatas gratiarum actiones, cùm timerent, ne ſubitæ fuiſſent Principis cogitationes, neque verbis fides reſponderet, cupientes magis conſanguineam agricolæ vxorem fuiſſe, quàm Optimatis ſcortum, ab ætatis infantia mutuatis excuſationi coloribus, quod alia poſteà occaſione dicturi, fortaſsè & nunc pronunciantes: *Soror (inquiunt) noſtra paruula, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, qua alloquenda eſt?* Expecta, ô magne Princeps, donec adoleſcat, ſuíque compos ſit, quæ nunc virguncula eſt: non ſinet ætas pro meritis æſtimare connubium, quod nec quidem in mentem aliquando aſcenderet, & vix etiamnum nobis ipſis credimus. Quid faciemus in die, *qua alloquenda eſt*, & marito tradenda? Non aulico ſermone pollet, non moribus: qualis apparebit inter Hieroſolymitanas Heroïnas è mapali, mulgendíſque hœdis ſubitò vocata ad pompam? Patere tantiſper, inſtruamus: interim ſartam, tectam cuſtodiemus: *Si murus eſt*, fortíſque aduersùs pudicitiæ ſubſeſſores, adhuc adiiciemus munimen; ædificabimúſque ſuper eum *propugnacula argentea*: ſin oſtium extiterit, rimámque aperuerit formæ adoratoribus, *compingemus illud tabulis cedrinis*.

Melùs, eſſe paſtoris vxorem, quàm Regis ſcortũ.

Cantic. 8.

Cantic. 8.

3.

Hæc dum conſanguinei dicerent, & pro Virginis honore agerent, Virgo tota in Principem defixa, ſtaturam, lineamenta, ſermonem, geſtus omnes obſeruabat. Audierat de hoc ipſo Principe iam dudum, quæ penè fidem ſuperarent, opes ſuperbas, ſtemma ingens, Palladis & Mauortis artibus æquè excellentem, ſuperiorem neminem habentem, parem ſi aliquem, rarum illum: intuebatur à vertice ad pedes vſque ſine næuo totum *deſiderabilem, electum ex millibus*: ſed illam non ſpecies rapiebat: at pulchro veniens in corpore virtus gratior apparebat: non vna illi virtus, chorus vniuerſus circundabat. Iam colligebat ex

4.

Cantic. 5.

Sponſa mater plebeia, genitor de Optimatibus.

Sponſa pagana.

Sponſa, quibus polleret

bat ex lineamentis, & notis faciei, ipſum eſſe, de quo per montana tot diuulgabantur: pollicebatur ſibi de adoleſcentis indole & modeſtia, non vana fore, quæ ſpondebat. Quare rata conſanguineos zelo duci honeſto, & laudabili magis, quàm prudenti, & vtili; amouit peplum, vultúque integrè monſtrato, quoniam marito ſe oſtendere putabat, tupit tandem ſilentium: *Ego* (inquit) *murus, & vbera mea, ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem habens.* In nubili ætate ſum, ô Principum decus, *quippe intumuerunt vbera mea, & ecce tempus amantium.* Nónne quidem intumuerunt, cùm ſint velut *duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis? Statura mea aſſimilata eſt palmæ, & vbera mea botris.* Maturos annos hæc indicant vniuerſa. Vtinam, vt ſatis annorum eſt, nonnihilque formæ, & venuſtatis, ſi vera meus mihi narrat Apollo; ſic aliquid eſſet probitatis, déque virtutibus portio vel exigua ſaltem: his ego te traxiſſem celerem ad mea vota. Si tamen aliquid eſt deſideraſſe ſobriam, modeſtámque fuiſſe; non aliud vnquàm concupiuimus. Teſtabuntur, qui adſunt, & Libanus vniuerſus adſentiet: Tyrij, atque Sidones pronunciabunt, quibuſcum viximus: & quoniam iuſtitiæ nos ſemper amor habuit, te quoque vt amaremus, iuſtitia, & æquitas fecerunt: amamus caſtè: tu noſtri amoris miſerere: non alius vnquam mihi erit præter te dilectus, *donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.*

Cantic. 8. Ezech. 16. Cantic. 4. & 7. *Sponſæ amores caſti.* Cantic. 2.

5. Tum Salomon ad circunſtantes puellæ cognatos conuerſus: Non vnius horæ partus hæc noſtra cogitatio, ô affines: ſic enim lubet nominaſſe: diu meditatum ſuper his connubiis; & de Virgine iampridem ſatis diſquiſiuimus, ſatis edocti ſuimus: ſtat corde, ſtat firmiter, non aliam duxiſſe ſponſam. Vna religio animi conſtantiam opprimere poterit: propter vxorem & *patrem relicturus ſit homo, matrémque*; ſed non Deum: nobis Hebræis vetitum cum alienigenis, Chananæis præſertim, nuptias inire, niſi ad Iudaïſmum conuerſis. Sic donec naturæ perſeuerabat lex, magnus ille generis noſtri auctor Iſraël vxores duxit filias Laban idololatræ; Ioſeph copulatus eſt Sacerdotis Ægyptiorum gnatæ; Moyſes Æthiopiſſam accepit: poſt autem acceptas legis tabulas, promulgatáſque, Salmon Hierichuntinam meretricem non ſpreuit; Dauid Regis Geſſur filiam ad licitos thoros admiſit; noſtérque demum Monarcha Pharaonis genet factus eſt: Ego, qui auorum gloriam æmulor, qui ſuperaſſe velim, vt in grandibus imitari coner, ſic imprimis in iis, quæ ad Deum ſunt; Iudaïſmum, ô Virgo, ſi mens eſt amplexari, veríque Numinis cultricem eſſe, habe me ſponſum: ſufficit tibi ſecundas poſt Deum apud amorem noſtrum occupaſſe.

Genes 2. *Hebræis illicita matrimonia cum gentibus.*

6. Non ad obſtacula turbata eſt iam ferè tanto marito coniuncta puella; non mœſta oculos deiecit; magis gauiſa eſt: quid enim de tam religioſis amoribus non ſperaret ominoſum, fauſtúmque? Et iam illa inaudierat à nonnullis; quàm bonus Deus Iſraël his, qui ſeruant teſtamentum, & mandata; quomodo eduxit populum ſuum in virtute multa, ſubmerſo Pharaone, & exercitibus eius, confregítque dorſa inimicorum; & quia non eſt alius Deus præter ipſum: Vtque erat alto prædita ingenio, nulliſque irretita cupidinibus, facilè ceſſit veritati, meditabatúrque ante cognitum Principem ad Moſaïcos ritus tranſire: quare nullo negotio paruit roganti, promisítque duraturam fidem Deo Hebræorum: quibus ſupra lætatus Princeps non diſtulit vlteriùs ſponſalia: eóque ipſo, quo conſederant loco, nempe, ſub pomifera arbore, vbi ſponſæ genitrix violata eſt, eámque peperit, dexteras dederunt & ille, atque illa: *Sub arbore malo ſuſcitauit eam*, & ad apicem gloriæ euexit per certam nuptiarum promiſſionem. *Sponſa Iudaïſmū amplectens.* Cantic. 8.

SVBSECTIO II.

Prologus ſacri dramatis; quid ſponſa in dilecti abſentia locuta, aperit.

7. POſt nuptiarum ſponſionem abeundum fuerat Principi Hieroſolymam; paraturus quippe debitam regalibus nuptiis pompam: ſed potiſſimùm familiares, atque parentes conciliaturus, qui impatienter laturi erant inſolitum connubium: Stetit magnò cognatorum viciſſe animos rebelles: ceſsêre tandem, quibus æquitatis potior, quàm ſanguinis ratio, & virtutem puellæ, ſtemmati prætulêre: ſed alij furore abrepti pollutæ nobilitatis per nimium inæquales nuptias, coniurauerant aduersùs Principis caput, exitiúmque moliebantur. Fuit ingens diſcrimen illud: ſed reſtitit vſque ad ſanguinem penè, pro ſponſa vitam profuſurus libenter: quoniam pro moribus Virginis non pro forma decertabat: Itaque certè dilectio egregia fuit quando non ab amando propoſita ab aduerſarijs nex reuocauit. Non poterat breui morâ tot, tantáque conficere: interim mittebat crebras ad dilectam epiſtolas: ibant frequentes Legati; ſed non omnibus ſatiata, quæ nimiùm amabat: Clamabat ad abſentem: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Veniat ipſe, videam, alloquar illum: adſtringat me brachiis ſuis, *quæ meliora ſunt vino*, quippe vnguentis optimis delibuta, fragrant ſuper condîtum muſtum: non ſufficiunt amanti literæ, non Legati: Aut, ſi venire nequeas, ô quem diligit anima mea, *Trahe me, poſt te curremus* ego, & quæ morantur mecum virgines, *in odorem vnguentorum tuorum.* Quidni? *Oleum effuſum nomen tuum*: totus pacificus, totus ſuauis es, & iucundans. *Sponſus ob nuptias ſponſæ dura patitur.* Cantic. 1. Ibid. v. 1 3.

8. Miſit & ante ſe Princeps variam, atque operoſam ſupellectilem in Libanum, pro nuptiarum gloria: hanc vt Sympoſiarcha, & epularum Rex ſponſæ monſtrauerat; exultabunda illa, quòd videret tam magnifica congeri pro ſuis nuptiis, conuerſa ad ſocias: *Introduxit* (ait) *me Rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te*: Et ſciebat, varium eſſe de ſponſo apud vulgus ſermonem; pleriſque de plebe indignum vilum, quod patrarat: ſed tamen apud maturos quoſque commendatum, quod mores nobilitati, opibúſque præpoſuiſſet: *Recti* (inquit) *diligunt te*: illi factum approbant: de plebe non ſit cura: Atque, quoniam non latebat, Hieroſolymitanas Heroinas, longè poſitam vellicaſſe ipſam, quòd aut adeò formoſa non eſſet, aut illiberalibus exercitiis addicta, vineas cuſtodiret; vtrunque repellit: nigredinem, ſi quæ eſſet, à Sole eſſe, citò abituram: quòd in vineis maneret, fratrum inhumanitati tribuendum: *Nigra ſum* (ait) *quia decolorauit me Sol: filij matris meæ poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Ibid. 3.

9. Et rurſum morarum impatiens, diémque nuptialem

ptialem exoptans ſolennem: *Indica mihi*, dilecte
Cantic. 1. 6. (ait) *vbi paſcis, vbi cubas in meridie?* Quando erit prandium illud, quod ſtabili, & duraturo fœdere nos iungat? Hìc autem, cùm neſcio quid obaudiſſent conſanguinei, quaſi illa alium maritum amatura, ſi ſponſus moras necteret: aiebat enim: *Ne*
Ibid. 7. *fortè incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum:* aſperè tulerunt, velut neſciuerit ad quantæ felicitatis culmen ſublata fuerit, de ſtercore ad ſolium decoris, & diadema gloriæ vocata, futurum, vt indignatus ſponſus ſinat paſtoritiam, quam eum in
Ibid. diem profeſſa ſit, vitam continuare: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, abi poſt veſtigia gregum tuorum, paſce hœdos iuxta tabernacula paſtorum.*

10. Itaque vniuerſa iſta, à ſponſa, in abſentia eius, quem amauerat, prolata, eum cùm teneret Sion, vrbs pulchritudinis, & perfecti decoris; hæc cùm in Libani iucundiſſima amœnitate moraretur: Atque hic Epithalamij, quod pariter Drama eſt, quaſi Prologus; continens varios affectus ſponſæ poſt dilecti abſceſſum: nunc optantis celerem reditum: nunc refutantis, quæ filiæ Hieruſalem, quę alij de populo opponerent: nunc ad genialem ſupellectilem viſam, gaudentis: nunc deniquę diem ipſum connubij, & fœderis auidè anhelantis: Et quidem iſthæc cuncta, à verbis primordialibus capitis 1. Canticorum: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, &c. ad ea verba eiuſdem capitis: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c.

SVBSECTIO III.

Prima Actio, apparatum connubialem, primúmque epulum, complectens.

11. Ibid. v. 8. ADeſt ſponſus tandem *in curribus Pharaonis*: veniebat quippe nobilium, & virorum, & feminarum innumera caterua ſtipatus; qui, aut nuptiarum ſodales, aut conuiuę futuri: placuit autem in gratiam ſponſæ, apud Libanum, eius patriam, geniálem celebrare pompam: fortaſsè, & ne Hieroſolymis turbæ à cõſanguineis excitarentur, ferentibus ægrè ſponſam adeò obſcuram, & humilem: Statim ac in ſponſæ præſentiam venit dilectus, dixit, quidem ſe conatum; neſcire, an aſſecutus fuerit, vt hæc pompa nuptialis quàm proximè ad eam accederet, qua Pharao Rex Ægypti admirationi fuit Hieroſolymitanis propter quadrigarum multitudinem, cùm ducta eius filia, ſupremus Palæſthinæ Monarcha Salomon Dauidis gnatus illi affinitate coniunctus fuit: *Equitatui* (inquit) *meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea*: Cúmque illicò res nuptialis vrgeretur; & de nympha ornanda in diem connubiorum, déque cætero apparatu tractaretur: faciem ſanè, neque collum adſcititiis ornamentis egêre,
Cant. 1 8. facetè loquutus ſponſus; quòd *genæ* eſſent, *ſicut turturis*, quæ ſunt vultus ornamenta: *collum* eſſet,
Ibi. v. 9. *ſicut monilia*: naturam dediſſe, quæ ars præſtare poterat.

12. Ibid. v. 10. Ibid v. 11. At amici, *murænulas aureas* promittunt, *vermiculatas argento*: Sponſa, paratum ſe habere quidquid vnguentorum ſit requiſitum, *dum, Rex ſit in accubitu*, & epuletur cum amicis: neque nardum deeſſe, neque pretioſiora quæque, ſtacten, videlicet, & balſamum ex vineis Engaddi. Et quoniam epulæ paratæ erant hoſpitibus, ſedente ad conui-

Præparatio ſponſæ in diem nuptiarum.

uium Principe, *dum eſſet in accubitu ſuo*, nardino oleo, quod ſuis ipſa manibus compoſuerat, perfudit ſponſa, dixitque blanditias, *faſciculum myrrhæ* Ibid. v. 12. & 13. appellans, *botrúmque cypri*. Rependit ille, *bis pulchram* appellans, & ad nuptialem apparatum iterum rediit ſermo: Docuit autem ſponſa, thalamum genialem compoſitum eſſe, floridúmque: domus fabricam abſolutam; ſuperiora ex politiſſima materia eſſe; tigna nanque de cedro; laquearia ex cupreſſo: ſponſus, munia coniugum diſtribuens, ſe tanquam *florem campi*, & agrorum, omnium conſpectui poſſe patere tempore nuptiarum: eam à feminarum gynæceo non diſceſſuram, iis vallandam, tanquam *lilium ſpinis* circumambitur: ſed illa lilij comparatione, ſe feminis omnibus à ſponſo prælatam intelligens; ipſum viris omnibus antepoſuit, inquiens: *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.* *Mariti, & vxoris officia.* Cant 2. 3.

Ergo ab illis verbis cap. 1. Canticorum: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. vſque ad illa 13. verba capitis 2. *ſub vmbra illius, quem deſideraueram*, &c. deſcribuntur aduentus ſponſi ex vrbe Solymitana in Libanum ſponſæ patriam, cum equitatu plurimo; apparatúſque in diem feſtiuum nuptiarum; thalami, vnguentorum, monilium, triclinij, nouorum coniugum blanditiæ; primúmque epulum, non nuptiale quidem, ſed venientibus ad genialem celebritatem hoſpitibus paratum ad veſperam nuptiarum; ſolenne tamen ipſum ſatis, & propter nubentium, & propter aduentantium ſummam auctoritatem.

SVBSECTIO IV.

Secunda Actio ſponſum nubit; ex epulis ſecundum, luſitationes amantium, ſponſi primam amiſſionem, & ex amiſſione lætos fines exhibet.

14. IAm omnia parata erant; nubunt: itur ad primum geniale conuiuium: hoc eſt introduci ſponſam *in cellam vinariam*; vt prælibato latice, Cant. 2. 4. ſcyphoque nouo marito porrecto, nuptiæ confir- Ibid v 3. marentur: *ſedere ſub vmbra illius, quem deſiderauerat*; ſiue, quia de Hebræorum more ſponſus extrema pallij parte caput ſponſæ operiebat; cùm matrimonio iungebantur; ſiue eſt alluſio ad epulum connubiale, quoniam in aperto loco diſcumbebant, in domate, nempe, & ſolario, ſub iiſdém- *Sponſa deliquio affligitur.* que frondibus propter Solis ardores ſedebant ſponſus, atque ſponſa; & vna, eadémque vmbra vtroſque defendebat. Sed dum cæteri menſæ lautitiis fruuntur, auocabant ab eſcis, totáque conuiuij iucunditate nouam nuptam maiora gaudia: dum illi bibunt, & inebriantur, ferebatur illa cogitatione ad præterita, cum his præſentia conferebat: contemplabatur antiquam miſeriam; iámque optatiſſimum finem ſortita illa intuebatur, de quibus ſi cogitaſſet anteactis temporibus, ſomnia, atque delubria dixiſſet cogitationes ſuas: Ante omnia ſubiit animum charitas illa ſponſi, qua maior eſſe non poſſit, qua voluit animam ſuam ponere pro amica, & formoſa ſua, quando intentantibus mortem conſanguineis, ſi hanc ducere pergeret; ſpreuit pro dilecta, aperta pericula. Hoc illud: *Ordinauit in me charitatem*, ſiue, vt alia le- Ibid. v. 4. ctio eſt:

ctio est: *Vexillum eius super me charitas*: tum enim, si vnquam, charitas verè triumphauit, victoriæ indicem, vexillum erexit. Itaque ab insperato tantæ felicitatis euentu turbata est tota, præque gaudiorum affluentia amisit spiritum, Ibid. v.5. stratúmque & puluinar inuocans: *Fulcite* (ait) *me floribus, stipate me malis; quia amore langueo*: Atque cùm pediſſequæ celeres accurrerent; qualem ipsa aueret lectum, significauit illicò, sponsi, nempe, amplexus: Ibid. v 6. *Læua* (inquit) *eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Porrexit ille manus libens, cúmque aliquandiu tenuisset, strato reposuit, sollicitúsque pro ægrotantis quiete, Ibid. v.7. adiurauit *filias Hierusalem per capreas, ceruósque camporum, ne suscitarent dilectam*, quoad ipsa somno saturata, sponte expergiscereturi.

15. Sed intereà meditabatur, quibus delinire modis ægrotam valeret, & recreare spiritum deliquij violentia fessum; cernens igitur florum desiderio capi, ad colligendum singularem manipulum iguotatum plantarum petiucundè halantium, abstrusa montium cacumina superat; reuersus, cum adstantium turbam submisse licet de valetudine iacentis percunctaretur; vocem amantis femi- Cant.2. v.8. næ acris persensit auditus, & ait, *Vox dilecti mei*, &c. demiratáque festinum regressum, capreis, hinnulísque ceruorum comparauit; cúmque ille ad valuam & fenestras ludificaret, & allatas florum corollas appenderet, licet absconditi tentaret, velati Cant.2.v.9. non potuit, atque ita inquit; *En ipse stat post parietem nostrum*, &c. & quoniam veris iucundissima regnabat temperies, ver autem in vnum Libanum, simul omnes diuitias congessisse visum, Ibid.v.10. adhortatur vt foras prodeat: *Surge propera amica mea, formosa mea*, &c. illa obsecundat, & viæ se accingit.

16. Tandem in vineam ventum: ibi sponsus dilectam, vt aliquid accinat, obtestatur: illa lætior, vinearum operariis præcipit de vulpeculis interficiendis, quoniam florenti vineæ animal, quantumcunque pusillum, noxium est: sponso ab Cant. 2. 17. eius latere discedente, orat, reuertatur citus: *Similis factus capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bether.* abeuntéque sponso cum virorum comitatu, illa, matronis, virginibúsque enarrat, quid ei per visa monstratum, dum post languorem Cant cap.3. somno concessit: *In lectulo meo* (inquit) putabam v.1.& 2. me quærere sponsum, & non inuenisse: surrexi, *& circuiui ciuitatem per vicos, & plateas, quærens quem diligit anima mea*: Tandem, cùm inuentum affirmaret, nec dimittendum, donec introduceret *in domum matris suæ*; rursùm exanimata est, siue à gaudio propter repertum sponsum; siue à formidine ex somnio concepta; quòd ne quidem cogitare posset de amissione dilecti, etsi per fabulam, & phantasiæ ludibria: atque secundò quieti cùm indulgeret, iterùm sponsus filias Hierusalem adiurauit, ne dormienti obstreperent.

Somnium sponsæ primum.

17. Euigilantem autem cùm extra vineam ad patentiora spatia duxissent, vestimentorum incredibilem fragrantiam à gutta, casia, stacte, domibus eburneis miratæ in loco vastæ solitudinis, Ibid.v.6. prætereuntium turbæ: *Quæ est ista* (aiunt) *quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Et quò se recrearent matronæ, atque virgines, sermonem instituêre de apparatu solennissimo eius diei, quo Hierosolymam in lares sponsi deducenda esset: non enim poterat femineus animus non erigi ad tam fastuosa: comparant autem præsentis pompæ geniale feretrum, cum lectica in diem traductionis præparata: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel; omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*, &c. Vides hunc tam superbum præsentis spectaculi ornatum, & stipatam flore militiæ nuptialem rhedam? Sed, quid huius carrucæ opus cum illius fabrica, qua vehêris, cùm ad sponsi penates perferenda fueris? Ibid. v.7. & 8. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ, ascensum purpureum; media charitate constrauit propter filias Hierusalem.* Ac, velut habeant ob oculos diem ipsum traductionis, iámque coram, & in conspectu esset pompa admirandæ gloriæ: Ibid. v.9. & 10. *Egredimini* (aiunt) *filiæ Sion, videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius.* Tanquam dicant: Tunc vnicè tempus egrediendi: nam hæc, ad quam Ibid. v.11. modò egressæ estis, pompa, charáque reliquistis domos, Libani eremum toleraſtis, illi si comparetur ostentationi, vix pompæ assimilatio fuerit. Et quoniam propter deliquium sponsæ nuptiale conuiuium interruptum fuerat? Hymenæúsque, qui sponsi, eiúsque nuptæ laudes præcipuè tangit, cantari non poterat; iussi apud vineam, omissum conuiuio geniale carmen instaurare, nubentésque altiori musa attollere: illi encomia aggressi coniugum, iis tantùm Canticorum quartum caput absumunt, variis hinc inde ductis similitudinibus mirificè elegantibus, quibus nubentium, & quæ animi, & quæ corporis sunt dotes, politè describunt: atque in Principis fauorem, sponsam hortantur, vt Hierosolymitanum splendorem, Libani vastitati, & fragositati præponat: *Veni de Libano, sponsa mea; veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon*, &c. Cant. cap.4. v.8.

Ferculi, quo traducenda sponsa, descriptio.

Atque istis absoluitur secunda Actio Epithalamij, & dramate & comœdia mixti: quæ comprehendit matrimonium sponsi, sponsæque; epulum secundum ex-memoratis hoc Cantico, primum ex nuptialibus, potissimúmque; sponsæ bina deliquia, sponsi amatorias ludificationes, progressum in vineam, somnij, in quo sponsus amittitur, narrationem, prætereuntium stuporem de sponsæ fragrantia, vehiculi nuptialis picturam, nubentium denique laudationes, & encomia: quæ omnia vendicant sibi à verbis illis capitis secundi: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, &c. vsque ad posteriora verba capitis quarti Canticorum. 18.

SVBSECTIO V.

Actio tertia conuiuium offert: sponsus amittitur iterum ob sponsæ culpam: inuenitur cum labore: laudibus mutuis certant noui Amantes.

AB initio capitis quinti Canticorum inchoat tertium epulum: hoc quidem non intra domum, quemadmodum quod præcesserit sympoſion, celebratum ipso fœderis, & coniugij die; sed in horto in primis amœno, quem Musici, dum Hymenæum canerent, descripserant sub calcem antecedentis capitis quarti: *Hortus conclusus, fons signatus: emissiones tuæ, Paradisus ma-* Ibid. v.12. 19.

lorum punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo, &c. Rogat sponsa dilectum principio capitis quinti, ne differat hortum inuisere:
Cant. 5.1. *Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructũ pomorum suorum*: Inuaserat enim feminam cupido spatiandi per tam cultum viridarium: Paret amatæ votis, anteit sponsus: & discedente ex vinea (qua confederant suprà sub finem capitis secundi) cum omni comitatu nouâ nuptâ, præstolabatur ad fores pomœrij venientem dilectus, vtque appropinquantem sensit, obuiam procedens: Ecce, inquit, ego *veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis*: de quibus epulantes coronæ discumbentium texerentur: habeo vniuersa parata: nec repuli, quæ obtulerunt agrestia dona ruricolæ cum pastoribus, *fauum cum suo melle, vinum cum lacte: Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi*: Postquàm opiparè cœnatum fuerat, noctisque transacta pars bona; gaudio ipso ludisque fessi, cubitum iuêre tandem.

20. *Sponsa secundum somnium.* Postera luce, surgentibus de strato omnibus, sponso quoque, vna in thalamis remansit sponsa: accurrêre, visendi gratia, matres, atque nurus, innuptæque puellæ, salutatáque Regina, mœstam contemplatæ, an benè dormiisset percunctantibus: Ibid.v.2. *Ego* (inquit) *dormio, & cor meum vigilat*. quippe terruerant eam horribiles amanti visus, & iteratò soporatæ obiectum sponsum amissum fuisse, & dolebat eò magis, quòd ipsa abeundi causas dedisset: Certè (inquit) ô amicæ meæ putabam, illum animæ plusquàm dimidium intempesta nocte ad meam ianuam pulsitasse: ego autem mulierum ingratissima aperire
Ibid. v.3. renuens inquiebam: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illâ? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos*? Exsurrexi tandem: sed ille iustè iratus abierat: quæsiui absentem per tenebras, per theristri spolium, per plagas & vulnera; non inueni, neque nunc præsentem intueor; non surgentem de accubitu sensi: Heu! si non somnia hæc,
Ibid.v.8. sed veritas: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt nuncietis ei, quia amore langueo:* Terrebant feminæ mentem de sponso amisso tam crebræ imagines, quoniam felicitati suæ nondum satis credebat: putabat fieri non posse, quin grandis aliqua tempestas exoriretur, quæ etiam firmata connubia dissolueret: de hoc cum interdiu frequentiùs cogitaret, redibat nocturna imaginatio ad diurnos actus, vt moris est: qui autem circunstabat feminarum chorus, totus ex nobilitate, cùm probè scirent, nulla re sic recreandum spiritum languentis, atque auditis dilecti laudibus; cùm turbatam aliquantùm viderent ab amore, timoréque simul; neque satis vigilẽ ad ea, quæ dicerentur, fingunt se nescire, qualis sit dilectus illius, ab eáque edoceri velle:
Ibid. v.9. *Qualis* (aiunt) *est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum, quia sic adiurasti nos?* Ad ista sui satis compos subitò facta, describit eum,
Ibid.v.11. quem amabat à vertice ad plantas: *Caput eius aurum*, & cætera, quæ claudũt caput quintum Canticorum: Cúmque iam ad se integrè reuersam cernerent ob celebratum sponsum coram lectissima corona, tacitósque audientium plausus, vt non aliud quàm somnia fuisse mentis cogitationes planè animaduerteret, ipsam interrogant,
Ibid.v.17. quis habeat sponsum locus, enarret: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum*? Vt, quæ se Magistram adsciri ab omnibus, quæ reperiret amatum, perspiceret, certò nosset, non amissum illum; sciebat illa quidem, sed amor tenebras manifesta in luce attulerat, & vt nouerat, ita docuit: *Dilectus meus descendit in hortum, ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & colligat lilia*. Quæ cùm proloquuta fuisset, exurgunt vniuersæ, relictóque cubili descendunt è campestri domo ad pomœrium. Cant 6.1.

Interim de his omnibus, quæ in sponsæ thalamo acciderant, delatus ad sponsum rumor 21.
non fictus: atque ille, partim, quòd afflictam erigere cuperet; partim, vt & dolori de sua absentia, encomiisque pares gratias rependeret, vt vidit descendentem sponsam, proximiùs accessit, elogiúmque dixit, compendiosum quidem; sed quod breui epitoma, præcipua quæque feminarum encomia contineret: *Pulchra es, amica mea, decora sicut Hierusalem*: Aliáque, quæ Ibid. v 3.
caput 6. Canticorum suppeditabit: Sed illud supra modum confortauit sponsam, quòd eius amor potissimas sedes apud sponsi affectum occuparet: non adolescentularum aliquá, non de concubinis; sed nec Reginarum quæpiam ad hanc accessura: *Vna est columba mea, perfecta mea; vna* Ibid.v.8.
est matri suæ, electa genetrici suæ. Sponsi exemplum sequutæ matronæ, atque virgines, laudauerunt pariter & ipsæ: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi* Ibid. v.9.
aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Exigua sententia, sed mysteriis grauida, sponsæ vsque in eam diem incrementa complexa: quibus tot, tantísque laudationibus illa pristinæ integritati penitùs restituta lætissimam eam lucem agit cum sociabus Heroïnis.

Atque hic finis tertij conuiuij, atque Actionis, quæ quidem exordium habuit à verbis illis capitis quinti initialibus: *Veniat dilectus in hortum suum*, &c. finiuit ad verba illa capitis 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora*, &c. Claudebat epulas intra viridarium celebratas, somnium sponsæ secundum de amisso compare, & vix inuento: encomium dilectæ à nuptæ ore: huius rursus elogia, laudatore sponso, laudatricibúsque tota nobilium feminarum caterua. 22.

SVBSECTIO VI.

Actio quarta dat ex conuiuiis quartum: sponsam terret bellorum rumore: præbet triumphi speciem: sponsa prolem optat; deliquio exanimatur.

ALtera iam aderat dies: & quoniam abeunte Aquilone Auster mitior ventus perflabat hortum, fluebant aromata, & omnis voluptas in pomœrio erat, accusabatur nox, quòd tardior iret, & tam pulchram telluris varietatem absconderet: Descendit itaque sponsa *in hortum nucum, vt videret poma conuallium, &* Cant. 6.10.
inspiceret, si floruisset vinea, & germinassent mala punica: Sed descendit nunquam flebilior, quam tum non iam terrebant insomnia, sed verum nuncium: Quippe Salomon Palæstinæ Imperator, & Regum multorum Rex, *expletis viginti annis, postquàm ædificauit domum Domini, & domum suam* (vt 2.Paralip. cap. 8. scriptum) *abiit in Emath Suba, & obtinuit eam: omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, &* 2. Paralip. 8.1. *Salomon Chananæorum reliquias deleuit.*

Pherezæis,

Pherezæis, & Heuæis subiugauit Salomon in tributarios vsque in diem hanc. De qua belli expeditione Iosephus libr.8. Antiquit. cap.6. *Salomon Rex* (ait) *reliquias Chananæorum, quæ Libanum montem vsque ad vrbem Amathen incolebant, & imperium eius detrectabant, sub ditionem suam redactos, tributum pendere coëgit:* In hæc igitur tempora, quibus Libani incolæ rebellionem aduersùs Salomonem cogitabant, verosimile est sponsæ genialem incidisse lætitiam: quoniam autem illa sæcula ferebant ex quadrigis in acie dimicari, *misit Princeps populi*, Salomon, videlicet, currus, atque equitatum contra refractarios, atque
Ibid.v.12. *hæ quadrigæ Aminadab*, id est, *Principis & ducis populi*, quæ sponsam conturbarant: nisi fortasse Irami Tyriorum Ducis hęc bella fuerint, quem in castra sponsus sequeretur, de cuius pugnis Iosephus eodem lib.8. cap.5. Sed quid illa dolebat? Patriæ suæ excidium fortasse, & non profuturos Chananæorum conatus aduersùs potentissimum Monarcham? Mouebant hæc sanè; sed vulnus
Sponsa bellorum rumore conterrita. hoc ferendum; intolerabile illud, cùm cogitaret sponso ex necessitate in bella abeundum: neque enim eius stemmatis nobilitas, neque ipsius virtus; sed nec fides, amórque in Regem aliud sustinebat: Sciebat quidem de fortissimis Israel, & *in millibus electum*; sed pensitabat incertos belli euentus, & non rarò strenuissimos duces infortunatè ad ictum imbellis militis cadere: Ergo quadriga Aminadab turbauit; Quidni enim? *Nescius* quippe; vix cognitus mihi sponsus; vix didici, qualis sit; & ecce auellitur à nobis, fortè nunquam reuersuras: Me miseram priùs viduam, quàm coniugem! Sic illa & de lugentium more solitaria petebat pertinax, vt semel atque iterum
Cant.6.12. reuocasse necessarium fuerit. *Reuertere, reuertere, Sulamitis; reuertere, reuertere, vt intueamur te:* Atque hîc primùm prodit nomen proprium sponsæ; hactenus enim per appellatiua nuncupata est, *columba, soror, amica, dilecta, pulcherrima mulierum*, & similibus aliis vocibus monstrata; quanquam non hoc nomen, quod ab initio illa sortita; sed à marito Salomone dicta est Salomonia, & honoris causa, & in beneficiorum memoriam; nomen autem priscum potuit esse, quod Septuaginta
Sponsa duo nomina. Seniorum versio correctior præfert: *Sunamitis*, nempe, à nominis significatione, quod apud Patres aliquos *despecta, & captiua* intelligitur: vel, vt alij fortasse aptiùs, *coccineam* interpretati sunt, quòd cocco paludamenta, vestésque alias inficere nouerit.

24. Igitur à mœrore victam cùm matronæ, sociæque virgines animaduerterent, belli formam fingunt, quò hilarescceret, triumphatricémque
Cant. 7.1. ad sponsum ferunt, quem sic alloquutæ? *Quid videbis in Sulamitide, nisi choros castrorum?* An non comitatus bellicus, magis quàm puellaris, ô Princeps? Cantant deinde ad longum victricis laudes à vestigiis exorditæ: quibus maior pars septimi capitis absumitur. Sed, cùm illa sponsum contuita, non adeò hilarem vidisset, cognouit à suo dolore mœstum: finxit igitur citò alios vultus: & postquàm in crastinum destinauit vi-
Ibid. v.12. neas petere, quò sciret, *si floruissent, si flores fructus parturiuissent, si florebant mala punica*: inuitat ad conuiuium: parauerat autem epulas in domus vestibulo propter vernam temperiem: atque ab odore mandragoræ propè adesse epulis
Ibid.v.13. destinata loca intelligens: *Mandragoræ* (inquit) *dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi:* Hîc inter epulandum vt marito blandiretur, iam sibi ad felicitatis cumulum nihil deesse ait, nisi vt fausta & beata proles virilis ex tam fortunato connubio nasceretur, & certè talis omninò, quæ patrem ad viuum exprimeret: *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,* &c. Atque vt illa multùm dissimulauit mœrorem, quem incusserant quadrigæ Aminadab, ne sponsus contristaretur: at non tanto mœrori ferendo satis virium femineo animo nimiùm amanti: succubuit tandem, sed cum arte, ne toties genialem lætitiam interturbaret: & finxit vinci à sopore: cùm tamen à deliquio superata fuisset, tertióque in sponsi sinu requieuit: brachia eius postulans: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me:* Admouit ille pectori placidè, & soporatam sentiens, quoniam Solymitanæ nurus in primis de eius sanitate sollicitæ erant, adiurauit *per capreas, ceruósque camporum:* ne nimia cura molestæ essent, & aut vocibus, aut ambulatione, & discursibus per thalamum suscitassent, donec ipsa vellet: nisi potiùs ab exultatione hic languor, quoniam absoluta fuisset nuptiarum pompa, & gaudiorum apex, traductio in domum sponsi, iam propè in ianuis esset.

Cant.1.3. Ibid. v.3. Cant.8.4.

Atque his iam clauditur quartum, nouissimúmque huius Cantici symposion: tertia quoque sponsæ turbatio à quadrigis Aminadab, cum alias duas somnia peperissent. Habuit hic Actus initium à verbis illis cap. 6. Canticorum: *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium:* Accepit coronidem à verbis illis cap. 8. *Adiuro vos, filiæ Hierusalem:* Compactus ex fine capitis 6. initio octaui, & toto septimo capite: inuoluit consternationem sponsæ à quadrigis, & equitatu Principis populi: triumphum sponsæ inter Heroïnas nuptiarum comites, & profusam earumdem laudationem, epulas in domus adito & ingressu, prolis masculæ votum: somnum denique inter dilecti sui brachia.

25.

SVBSECTIO VII.

Epilogus Canticorum, populorum de sponsæ gloria stuporem repræsentat; sponsæ data monita aduersùs formæ insidiatores: vineam dotalem commendat: nuptialem conuentum aispergit.

26. POstquàm è somno expergefacta sponsa, in apertiorem auram, liberiorémque ducendam existimauit vir eius, quò spiritum recuperaret: neque enim latebat eam malè habere: ergo ad alios paradisos & pomœria iter accingunt omnes, ad quos vt deuenerunt, posteà sponsam dilectus ad canendum prouocauit, quoniam intra hortum res erat, non in publico, & amici tantùm auscultabant: sed antequàm viridarium attingerent, placuit per montem, eremúmque aliquandiu vagari: & certè Reginas etiam, & quantuncunque delicatas, teneráque, gradientes pedissequæ solùm suffulcire solitæ: De Esther habes cap. 15. *Assumpsit duas famulas, & super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:*
Esther 15.6.

nens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Sponsus igitur, quò amoris erga dilectam magnitudinem palàm faceret vniuersis, non aliquam de Heroïnis quidem, quæ fecissent ex animo; non de Optimatibus quempiam passus sponsam iuuare euntem per solitudinem; ipse brachiis se suppossuit, ipso innixa ferebatur deliciarum plena: Magno fuit hæc res stupori nobilibus, & inuidebant Heroïnæ omnes tarum in maritis affectum: sed prætereuntium turicolarum turbæ in primis admirabantur, tam teneram modò, tam non ambulare valentem, nisi Principis humeris incumbentem, quam nouerant non multò anteà Soles pati scientem, & hœdos ad pastum ducere, & vineis excubias agentem: Attonitæ itaque nationes: *Quæ est ista* (dicebant) *quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectũ suum?* Ne autem à tanta populorum admiratione superbiendi occasionem captaret, reuocauit sponsus in memoriam vitæ exordia, primósque natales pauperes satis atque obscuros, fortasse acceptâ ingeniosè ansâ à pomifera arbore, sub qua inter ambulandum paululùm consederant: *Sub arbore malo* (ait) *suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.*

Cant. 8. 5.

Ibid.

27. *Sponsæ monita aduersùs procos data.*

Et quoniam iam genialis pompa in occasum pergebat, stabátque tempus, quo ex Libano Hierosolymam transferenda esset noua nupta in mariti domum: putauit adolescentulam teneræ ætatis, & aulæ fraudibus inassuetam, præceptis communiendam aduersùs vrbanos, Palæstinos præsertim, pudicitiæ acerrimos oppugnatores: *Pone me* (ait) *vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*: totam te possideam solus intùs, foris que: Et quidem ille de feminæ probitate satis confisus; sed aulicorum artes, & faciei peregrinus decor timidum faciebant.

Ibid. v. 6.

Helena Paridi.

De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Et ne in vanum formidare putet, procorum quàm sit vehemens flamma graphicè delineat: cui neque mors terrori sit, non Inferorum domus, non vnquam satietur, quæ flocci faciat omnem substantiam profudisse, si per bonorum absumptionem concupitis potiri liceat: *Quia fortis est, sicut mors, dilectio; dura, sicut Infernus, æmulatio: si dederit homo omnem substantiam domus suæ*, &c. nisi iis verbis, zelotypiæ non ferenda vis, magis expressa; neque posse apud Moysis sectatores adulterium delitescere; sed infami adulteræ morte palàm fieri vniuersis, Numerorum cap. 5. *Et inflato ventre computrescet femur, erítque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo:* Quæ quoniam illa, nondum satis docta ritus Hebræorum, adhuc forsan ignorabat, declarauit asperâ & vrgenti phrasi, & ad terrorem compositâ sponsus; non posse quippe via aliqua liberari ab infami, enormíque supplicio, quæ adulterio consensisset.

Ibid. v 6. & 7.

Adulterij pœna apud Iudæos.

28. Audierant sermonem sponsæ consanguinei, & affines, déque non committendo adulterio illi securi quidem sua æstimatione; nouerant enim retroactam cum omni sobrietate & modestia ætatem; sed timebant à repudij libello, quem non rarò, ob non nimiùm graues causas ab Hebræis datum vxoribus, audierant: quid, si Princeps pertæsus amorum facilè dimisisset? Ausi igitur sunt postulare, ne tam subitò Hierosolymam, suásque in ædes ferret; sed relinqueret cognatis erudiendam adhuc: víque nunc eadem eloquentia, quâ sponsi animum vincere conati sunt ante iuratas nuptias, vbique falsâ immaturæ specie ætatis decipere aggressi, iterant modò: *Soror nostra parvula, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Quòd si Principi fixum sit, non diutiùs Libano stare, sed necessarium sit Metropolim petere; facturos eos, vt sponsa sarta, tecta sit, neminíque ad eam pateat aditus: quippe firmanda omnia, obstruendáque, & propugnaculis murum, & ostium cedrinis tabulis, quæ fissuram, aut rimam non admittunt, muniendum: At sponsam pudebat de affinium conatibus; neque opus esse custodia, vigilibúsque, ex quo pacem, felicitatémque, coram tali Principe illa consequuta sit: *Ego* (ait) *murus; & vbera*, molliíssima mei pars, turritam fortitudinem induent.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 10.

Sic, dum sermocinarentur, & Princeps, & noua nupta, & consanguinei illius; non iter illis longum, non hora prolixior; fefellerat omnia colloquium, & apparet inopinatò viarum meta, alter, quem petebant, hortus vineæ coniunctus: erat autem vinea hæc, quam pro dote sponsæ dederat Princeps: sic enim ferebat vsus, maritum dotem pendere: Qua præter spem conspecta: non enim tam prope esse putauerat; *Vinea* (ait) *mea coram me est.* Atque sponsi erga se amorem, liberalitatem pariter summam commendare volens, describit celeberrimam in vniuersa Palæstina vineam, quam sponsus ad Hierosolymitana suburbia positam habebat, quippe *vir affert pro fructu eius mille argenteos*: at potiorem hac donatam se vinea, cùm præter *mille argenteos*, quos possessor colligeret, *ducentos* lucrarentur illi, *qui custodiunt fructum eius*: Sponsam igitur in eam contulisse quidquid in possessionibus optimum & præclarissimum haberet, vt non mirandum, si tam magnifico benefactori fidem indemnem perpetuùm seruaret: Vineam introgressi, ad hortum delati sunt, quòd ea pars agrorum cultior, & speciosior esset: hîc cùm amœno loco accubuissent, sponsus luminibus in omnem partem versis, cùm non adesse aliquem de exteris conspicaretur, sed domesticos esse cunctos, atque amicos, sponsam obsecrauit, vt dulce aliquid & iucundum cantillaret: *Quæ habitas in hortis* (ait) *amici auscultant, fac me audire vocem tuam:* Illa paruit hilariter, & astutè simul: nam, cùm nõ aliud tam cupere sponsum sciret, atque vt noua nupta obliuisceretur populum suum, & domum patris sui, cúmque eo Hierosolymam ouans & victorialiter traducta pergeret, hoc ipsum sibi cordi esse finxit; & velut moram sponsi reprehensura, quòd nimiùm apud Libanum pausaret: *Fuge, dilecte mi* (ait) *& assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum:* Fuge, dilecte mi; dissolue cœtum nuptialem, accelera, festina; & sponsa tua dulcissima comitatus, instar hinnuli ceruorum, qui charam genitricem ambit, quocunque illa pergat; transcende Libani iuga, relinque eremum, & posthabe Salomonis aulæ gaudenti, opulentæ, nobili: tædet vlteriùs in loco isto stare, loco horroris & formidinis, vbi *cubilia leonum, & montes pardorum:* anhelat illuc animus, vbi cum Rege pacifico commorantur iustitia, & pax, opes superbæ, & deliciæ filiorum hominum: millia millium ministrant ei: & cùm satellitum infinitus sit numerus; nulla tamen est in multitudine confusio: verùm tam mirabilis ordo, vt præ stupore Sabæorum Reginam penè spiritum amisisse referant.

29. *Vinea, quæ sponsæ dos.*

Ibid. v. 11.

Ibid. v 13.

Ibid. v. 14.

Cant. 4. 8.

referant: Duc me (animæ meæ delicium) in hanc beatam regionem: fuge, propera, vince celeritate *capreas, hinnulósque ceruorum*; vince Euros, & sagittas: moriar si tantillùm moreris. Ita illa cantauit, & ad eius musicam genialis pompa finita est, Epithalamium siluit.

30. Cuius hæc nouissima portio, quæ catastrophæ vicem gerit, incepit ab illis verbis capitis octaui, atque vltimi: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens*, &c. traxit secum vsque in postrema capitis eiusdem verba: clausit admirationem gentium de sponsæ deliciis, iter in nouum pomœrium, sponsi monitionem ad nuptam nouam de cauendis aulicorum insidiis contra formam, & pudicitiam eius, vineæ dotalis cum Hierosolymitana æquiparantiam: denique cantum sponsæ intra hortos, & cum vocis eius silentio totius apparatus finem.

SECTIO II.

Salomonis Cantici spiritale & mysticum propositum quale, quàm varium?

QVONIAM hæc Sectio, quod varia amplecteretur, quæ sine incommodo diuelli non poterant, nimiùm excreuit; quemadmodum antecedentem Sectionem in plura membra partiti sumus, sic & hanc diuidere operæpretium duximus.

SVBSECTIO I.

Quis Ecclesiæ sponsus? & qualis ipsa, antequàm desponderetur Christo?

31. *Ecclesia Catholica sponsa Canticorum.*

SVb Tiberij Cæsaris imperio, procurante Pontio Pilato Iudæam, adolescens *speciosus forma præ filiis hominum*, natione Hebræus, lare Bethlehemiticus, Virgine, Deóque prognatus; Christus, quia vnctus; Salomon, quia pacificus, dictus; dignitate Rex Regum, & Dominus dominantium; hic tantus, talisque, *postquàm pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos*, à ligno pendens, supérque arborem vitæ positus *dilexit Ecclesiam, & se ipsam tradidit pro ea, quam acquisiuit sanguine suo*: Erat autem hæc coniux eius, *provt Expositores Catholici communiter dicunt, Ecclesia, quatenus diuiditur contra Synagogam*; patria sponsæ Libanus, *mons arduus apud Phœnices superbo imperio gentiũ comparatus: vnde vel maximè sponsa hæc euocatur audiens vocem Christi dicentis: Veni à Libano, sponsa: veni à Libano, à cubili leonum, à montibus leopardorum, scilicet, vt horrentem idololatriæ syluam deserens, ac stabula immanium ferarum, Dæmonum quippe cubilia derelinquens, ad omnipotentis Dei cultum properet, eiúsque amplectatur fidem.* Genitrix illi superstitio: *Sub arbore malo peperit eam, ibi corrupta est mater eius, ibi violata est. Aut, si quis artifex faber de sylua lignũ rectum secuerit, & huius, quod ad nullum est vsum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui*

Ephes. 5. & Actor. 20.

Lyran. ad v. 1. Cant. Gaudent. tract. 8.

Sap. c. 11.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

ex animalibus comparet, perliniens rubrica, in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat, sciens, quia non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutorium: & pro sanitate quidẽ infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutilem inuocat. Hęc idololatriæ origo & natiuitas, nónne sub arbore quidem?

Genitor eius Princeps superbus, *qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus*: conatus sedere in monte testamenti, & in lateribus Aquilonis; officio meretrix & fornicaria assueta in hortis habitare, & vineas custodire, vbi *sub omni ligno frondoso prosternebatur*: & in omni colle sublimi, & inter syluarum nemora atque lucos pascebat hœdos lasciuientem gregem atque petulcum genus, *ædificans lupanar in cunctis plateis, ad omne caput viæ signum prostitutionis attollens*, abiénsque post greges sodalium, meretrix proinde spiritaliter quemadmodum & colore super carbonem denigrata, inops & esuriens adeò, vt cuperet de siliquis saturari, & nemo erat qui dabat: nomen vetus derelictæ & sterilis atque prostitutæ; nouum honoris & gloriæ à Christo *Christiana* dicta. At, quomodo tam sapiens, tam formosus iuuenis, nudam, adulteram, fœdam concupiuit: próque ea se tradidit in mortem acerbam? *Sanè vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed, vt sit sancta & immaculata. Amata est fœda, ne remaneret fœda; non enim verè fœda amata est, quia non fœditas amata est: nam si hoc amaret, hoc seruaret: euertit fœditatem, seruauit pulchritudinem. Ex captiua libera, ex peregrina ciuis, ex vilissima Regina & sponsa Creatoris, Verbi Dei Christi benignitate affecta. Laceris quondam obsita pannis, nunc in vestitu deaurato Regi assistens.*

32. 2. Thess. 2.

Ezech. 16.

Ephes. c. 5.

Aug. in Ps. 44. initio.

Et inuidebant cognati omnes, sorores, atque fratres ex matre Synagoga: acerbè loquebantur, quoniam Æthiopissam duxisset, eam, quæ Dæmones anteà miserè coluisset, eorúmque cultu fœdata nigrum colorem contraxisset; veriti, ne propter hanc à Moyse recederet, *quoniam lex per Moysem, gratia & veritas per Iesum Christum*: potuitque tandem odij magnitudo formosissimum iuuenem Barabbæ postponere, & *lignum mittere in panem eius*; sed non charitatem erga sponsam minuere, nedum extinguere; pro qua trigintatribus annis seruiuit *in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate*; & videbantur ei pauci præ amoris granditate; & hæc, quæ ille patratat vsque in diem desponsationis, & lætitiæ cordis, quando sæua nouerca coronauit diademate ludibrij flagellatum priùs, spinis sacrum verticem transfigentibus.

Apponius lib. 1 in Cant. initio. Theod. ad illa cap. 1. Cant. *Nigra sum.*

33. Theod. ibid.

SVBSECTIO II.

Proœmium Ecclesiæ varios affectus in triduo mortis Christi ostendens.

SEd abiit ille liberaturus populum, qui sedebat in vmbra mortis, rediturus ad nuptias cum stola immortali victor tumuli, & mortis; Nec diu sanè moratus, nisi amaret, quæ expe-

34.

ctabat,& amanti nulla breuis mora. Leuabat igitur manus puras ad Patrem ſponſi orbata coniux,& orabat humilis: *Non dabis ſanctum tuum, Domine, videre corruptionem*: Quin magis pro eo, quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur, & erit *ſepulcrum illius glorioſum, & dominabitur à mari vſque ad mare, à flumine vſque ad terminos orbis terrarum: omnes gentes ſeruient ei*: Iam ſatis dormiuit: veniat deſideratus Gentibus,
Cantic.1. *& oſculetur me oſculo oris ſui*! Non,ſi ad me Moyſem, aut aliquem de Prophetis mittas, Pater, ſatiabor: non, ſi Angelus de cœlo euangelizet:
Ibid. v.2. *quia nemo ſic locutus eſt ſicut ille: Diffuſa eſt gratia in labiis eius*: Illius vbera concupiſco,*quia meliora ſunt vino*, & duritie legis, *quippe fragrantia vnguentis optimis*, ſuauitate delibuta: Quidni & oſculo & vberibus dulciſſimus, cuius *oleum* effuſum, nomen? Propterea *adoleſcentulæ*, imperfectæ etiam & nouitiæ animæ, quæ omnia metuunt, dilexerunt illum: Quòd ſi nondum venit hora, qua ſolutis inferni doloribus glorioſus procedas ex monumento, ſaltem hoc annue di-
Ibid. v.3. lectæ tuæ, vt pergam ad te: *Trahe me*: ibimus per mortem, per ſepulcrum, vt tecum iungamur: *curremus in odorem vnguentorum tuorum*: quia melius eſt nobis mori apud te, quàm viuere ſine te: Atque hæc dicebat illa, *plorans in nocte, & lacryma in maxillis eius*, cùm miſeratus Rex ſponſi Genitor, *introduxit eam in cellaria ſua*, quæ ſunt Scripturæ ſanctæ: ibi contemplata eſt,quemadmodum dilectus veniens veniret, & non remoraretur: ſed poſt triduum rediret diues & abundans, accepturus omnem poteſtatem *in cœlo*, & *in terra*, vt in nomine eius omne genu flectatur: gauiſa eſt, nec potuit voluptatem non exprimere: *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.*

35. Sed audierat neſcio quos contumeliæ ſermones aduersùs abſentem ſponſum: ſeductorem enim
Matth. 27. vocabant: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit*
v.63. *adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam*: & velut conſolatura eum, quem amauerat: *Recti* (ait) *diligunt te*: Sufficit, ſi ament boni: laus eſt malorum inuidia: Verùm & ipſam, quæ de circunciſione erat, congregatio mordebat acriùs: ſui quoque
Cant.1.4. defenſionem aggreſſa: *Nigra ſum* (inquit) *ſed formoſa*: neque enim apud gentes vllo tempore defuerunt vero Numini, qui famularentur: Sunt apud nos & pelles ſpecioſæ Salomonis, quamuis maxima portio de Cedar & tenebroſis: habet tamen culpa noſtra, quod gratiam aliquam concilliet: errauimus quidem; at ſecuti ſumus Aſtrorum Deum, mundi oculum, Planetam fulgentiſſimum. *Decolorauit nos ſol*: non ſicut vos vitulini capitis adoratores ſtupidi fuimus: Ad hæc Philo-
Ibid. v.5. ſophi, *filij matris meæ, poſuerunt me cuſtodem in vineis*, vt inter lucos, intérque nemorum opaca Diis, quos fecerant manus hominum, ſacrificarem: ipſi, qui ſcientiæ clauem habuerunt, dece-
Rom. 1. perant me; *propter quod reuelata eſt ira Dei de cœlo ſuper impietatem eorum, quoniam veritatem Dei in iniuſtitia detinuerunt, quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis.*

36. Sic diſputabat pro dilecto, pro ſemetipſa; cùm rurſum tædiorum impatiens pro die nuptiarum ſupplicat, Paracliti, nempe, luminoſo, calentíque
Cant.1.6. aduentu: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Idque tantoperè auet ab ignorantiis cupida liberari, plenéque edoceri à gratiarum largitore: *ne incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum.* Sed amici monuêre, per Scripturarum lectionem, ſeniorúmque doctrinam, atque per creaturam mundi, Dei inuiſibilia cognoſci; nec fore vt labatur, ſodaléſque falſi fratres in errorem trahant, modò ſe ipſam noſcat, humiliſque ſit, & non *exaltetur cor, neque elati ſint oculi eius*: non poſſe ſemper ab ipſius ſponſi ore diſci vniuerſa; hunc ſecurum tramitem, donec peruenìamus ad eum, & videamus *in*
Ibid. v.7. *lumine eius lumen: Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

Atque his continetur Prologus Salomonis Cantici iuxta myſticam de Eccleſia interpretationem: à verbis quibus caput primum inchoat: *Oſculetur oſculo oris ſui*, vſque ad verba ea eiuſdem capitis: *Equitatui meo*: quibus clauſa Eccleſiæ, quam ſibi Chriſtus in paſſione deſpondit, ab eáque per mortem abierat, deſideria de celeri ex mortuis ſponſi ſuſcitatione, eiuſdem conſolatio ex Scripturarum intellectu citam eius, quem ardebat, promittentium reuerſionem; ſparſorum in dilectum, ínque ipſam conuiciorum refutationem; genialis diei anxia vota, & amicorum ſalutaria monita; Eccleſiæ (inquam) contenta ratiocinia illius, quæ *noua, Catholica, ex gentibus* nuncupatur: *noua* ſanè, quòd à morte Chriſti originem accepiſſet, deletis Synagogæ ritibus: *Catholica*, quia vniuerſalis eſſet, *& illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*; non quemadmodum prior illa vnius Prouinciæ limitibus circumſcripta: ex *Gentibus* denique; quoniam, etſi Apoſtoli, primíque ductores eius de circunciſione fuerant, propterea Patres non rarò Synagogam eius vocent matrem; tamen quia ſubintrauit illicò plenitudo nationum, & illi ipſi primi ductores non Synagogæ cæremonias, legéſque ſequuti; verùm illas, quas ſemper amplexata Eccleſia de gentilitate conflata, ideò de Gentibus ad differentiam Synagogæ nuncupata. 37.

SVBSECTIO III.

Actus primus ſacræ comœdiæ primum epulum, apparatúmque nuptialem complectens; & potiſſima Chriſti geſta ab anaſtaſi vſque in diem, quo aſſumptus eſt.

EXurgit tandem ſponſus, quia à morte teneri non poterat, ſponſámque alloquutus: *Equi-* 38.
tatui (ait) *meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te,* Ibid. v.8.
amica mea: Aut, quia certè, vt quondam Pharaonem & exercitum eius demerſit in profundum; ſic modò triumphator redibat morte ſubacta, *mors mortua namque eſt*: aut, quia Sanctorum caterua comitatus, Regum Ægyptiorum pompam in quadrigarum multitudine referebat: Matth.
Nam monumenta aperta fuerunt, & multa corpora 27.53.
Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt: & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Prima autem ſponſi ſtatio apud Matrem fuit: & quoniam in terris remanſurus erat adhuc per quadraginta dies loquens de regno Dei, agens de Sacramentis, de Hierarchiis, de ritibus inventura tempora, imprimiſque tractans de ornanda ſponſa, cæteróque geniali apparatu in diem nuptiarum; hanc continuò adortus curam, genas,

nas,collúmque satis decorata aiebat,neque adscitiis artibus indigere: *Pulchræ sunt genæ tuæ,sicut turturis: collum tuum,sicut monilia.* Intelligebat autem Genitricem suam, pulcherrimam Ecclesiæ portionem, collúmque, per quam omnis gratiarum esca in corpus deriuatur: Huius, ipsæ genæ, turtures,seu faciei ornamenta; nam talia turtures: collum, monilia; id est, natiuus decor artificis opus superans: Quare, cùm in hac nihil inornatum,ad alia membra apparatus transferēdus: quoniam autem principia illa, in quibus cum gentilismo dimicandum erat, egebant feruidis in primis verbi Præconibus, & qui tanquam carbones desolatorij, sagittæque ignitæ pertingerent vsque ad diuisionem animæ, pollicentur amici, videlicet,aut Angeli tutelares,aut Apostoli, *auri*, id est, feruoris, charitatísque, cum prædicationis argentato eloquio fidam coniunctionem: *Muranulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

Cant. 1.9. *Christus resurgens Matri apparet.* Ibid. v.9.

39. Sed quodam die,cùm Simon Petrus,aliíque de nouellæ sponsæ Principibus ad Tiberiadis vada piscarentur incassùm per noctem,manè videndum se sponsus obtulit,inuitauítque ad mensam: *Venite,* (ait) *prandete: Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est*, propter reuerentiam Magistri: De his epulis sponsa: *Dum esset* (ait) *Rex in accubitu suo*, prandens,nempe,cum discipulis: *nardus mea dedit odorem suum:* placuit quippe ei humilitas,atque reuerentia erga eum, qua non ausa sum per quempiam filiorum, qui accumbebant rogitare: Tu quis es? Deinde refert, vt Sacramentum Pœnitentiæ in lapsorum gratiam instituit,cùm insufflauit Apostolis, & dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseriois peccata, remittuntur eis; & quorum retinuerutis,retenta sunt:* Declarauit autem eleganti metaphora à myrrhæ natura postulata,quæ amara est, & cruciatum potaturis generās, nisi ad aculeata folia,ramósve potior allusio: *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Atque vt corporis sui Sacramentum arcanum exhibuit euntibus in Emaüs, qui cognouerunt illum in fractione panis: *Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi:* His tam pretiosis accumulatam donis iam non dubitauit sponsus bis pulchram, & conspicuam nominare: *Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es:* Et,quidni formosa, quæ botrum cypri possidebat? *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* At specialiùs tamen ob internam,externámque iustitiam; columbis assimilat ob fecunditatem in multiplici sobole bonorum fidelium.

Apparitio Christi ad vada Tiberiadis. Ioan.21.12. Cant.1.11. *Sacramenti Pœnitentiæ institutio.* Ioan.20.22. Cant. 1.12. Ibid.v.13. Ibid.v.15. Zachar. 9. 17.

40. Sed illa stupefacta admirabilem dilecti sanitatem,quem fuerat contemplata virum dolorum,& non habentem speciem, & velut leprosum reputauerat; nunc supra Solis claritatem, radiosum & micantem cernens; adeò,non hominem crederent de discipulis aliqui, sed existimarent se spiritum videre,turbati & conterriti ad fulgores immortalis æui & decoris: *Ecce*, inquit, *tu pulcher es,dilecte mi.* Verè tu solus formosus: Non tibi, quo dormieras,mortis soporem, crucis insuaue stratū, non sepulcralis rupes corruptionem attulit; sed florem iuuentæ,& immarcessibile robur: *Lectulus noster floridus est:* Vniuersa cedrina atque cupressina sunt immortalitatem spirantia:quomodo enim aliter ingressus fuisses vna Sabbathorum, cùm fores fuissent clausæ? *Tigna domorum nostrarum cedrina,laquearia nostra cypressina:* putredo, abito; procul esto,vermis & corruptela.

Christi ex resurrectione gloria. Cant.1.15. Ibid. v.16.

41. Et iam propè aderat tempus, vt ad Genitorem reuerteretur sponsus, alloquutúsque discipulos: *Euntes* (ait) *docete omnes Gentes,baptizantes eos in nomine Patris; & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis:* Non enim ampliùs in solo Israel,notus Deus; sed in omnem terram exibit sonus eius, & cognoscetur in populis & nationibus: *Ego enim flos campi, & lilium conuallium*; cunctis mei copiam in posterum facturus: Venite ad me, omnes, qui laboratis,& onerati estis, sine vllo discrimine Iudæi, aut Græci, aut Barbari: *Vos autem sedebitis in ciuitate,quoadusque induamini virtute ex alto:* Quare,ô dilecta,pete Hierosolymitanum cœnaculum, ibique latita paululùm, *Sicut lilium inter spinas*; sic ego relinquo te Synagoga vndique cinctam: Sed non terreamini,neque tu, neque pusillus tuus grex:quia complacuit Patri vestro dare vobis tandem regnum & victoriam: *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis: Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum: Ibat autem tinctis vestibus de Bosra, formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ:* Millia millium ministrabant ei,& decies centena millia assistebant ei: neque triumphi iucundior pars illa,qua ducebat captiuam captiuitatem; sed eminebat inter tantos ipse ab humero, & sursum *& non erat ei similis in omni populo:* Quare abeuntem iis encomiis prosequuta sponsa: *Sicut malus inter ligna syluarum: sic dilectus meus inter filios:* Quasi enim infructuosæ arbores, & sine honore videbantur,Angeli,hominésque beati,huius si feminæ sponso iungantur.

Matth. 28.19. *Mittuntur Apostoli ad prædicandū.* Cant.2.1. Luc. 24. 49. Matth. 28.20. Luc. vbi supra. Isaias 63. 2. *Ascensio in cœlum Christi.* Cant. 2.3.

42. Atque istis absoluitur prima Canticorum pars, præparationem, & ornatum sponsæ pro die connubiali complectens à verbis illis capitis primi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis,&c.* vsque ad ea verba capitis secundi: *Sub vmbra illius, quem desideraueram,*&c. quibus comprehēduntur præcipua Seruatoris gesta ab anastasi ad ascensum in cœlos,videlicet, sanctorum corporum de monumentis suscitatio,Virginis Matris laudes, Præconum verbi partes, epulum cum piscantibus Apostolis,Pœnitentiæ Sacramenti institutio, panis in dominicum Corpus apud Emaüs transubstantiatio, sponsæ stupor de gloria & immortalitate dilecti,mandatum de Christo vbique annunciando, ascendentis denique pompa & triumphus.

SVBSECTIO IV.

Actus secundus prodit nuptias Ecclesiæ; eiusdem propagationem; secundum conuiuium; Imperatorum iras & persequutionem; pacem sub Constantino; sub eodémque felicissima incrementa.

43. POstquam igitur, videntibus Apostolis, Iesus eleuatus est, vt sederet ad dexteram Patris, *& nubes suscepit eum ab oculis eorum,tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte,qui vocatur Oliueti;* & cœnaculum intrantes perseuerabant vnanimiter in oratione, donec optata Pentecostes luce exoriente, Ecclesiæ cum Christo nuptiæ cum sono

Actor. 2. *Spiritus sancti super Apostolos descensus.*

& clamore valido innotuêre, descendente cum ignibus connubiorum Parocho, Patris, Filiique sempiterno amore: Et quoniam tantis ardoribus mortalis impar infirmitas, obumbrauit nouellam Ecclesiam virtus Altissimi, quò sufferre possit:

Cant.2.3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo:* Nec tamen sic confortata plenitudinem conuiuij sustinere valens: nam, vt *in cellam vinariam* introducta est, & bibit, & inebriata est de torrente voluptatis, scilicet; musto saturatam dixêre, cùm *nondum hora diei esset tertia:* Sui impotens, gaudiorum multitudine obruta, in deliquium & languorem incidit;

Ibid.v.4. primúmque illud beneficium agnouit, *ordinatam in se charitatem:* quippe Synagogæ charitas sine ordine ferebatur, quòd non amatum diligeret; sed munera: ergo anhelabat tota ad filiorum generationem; maledicta quippe habebatur sterilis in Israel: omnis gloria & felicitas in possessionibus, vineis, oliuetis, atque substantia huius mundi. Ad hæc, quæ apud eius studiosos plurimos iustitia, omnis in superficie erat, & quæ hominum plausus aucupatetur:

Matth.23.27. *Mundantes quod intus est tantùm calicis, & paropsidis, similes sepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.*

Synagoga ab Ecclesia Catholica discrimen. Ecclesiæ igitur charitas ordinata, sponsum nõ se quærere docta, virginitatem continuò professa, *floribus fulciri auet*; temporalia denique & peritura, *lauâ* adumbrata sub se, æterna *dexterâ* significata super se habere: *Læua eius sub capite meo, &*

Cant.2.6. *dextera illius amplexabitur me:* Nec tantùm caduca ista capiti; sed pedibus etiam suppositerat:

Act.4.34. *Quot enim possessores agrorum, aut domorũ erant, vendentes afferebant pretia eorum, & ponebant ante pedes Apostolorum.* Habuitque noua nupta ad tempus pacem, sponso adiurante *filias Hierusalem per capreas, ceruósque camporum.* id est, per quæ erant eis chatiora; *ne suscitarent, neque euigilare facerent dilectam.* Sic enim condecebat teneram adhuc non subitò, & in ipso limine conturbari.

44. Et iam cœperat dilectus expeti etiam ab inimicis;

Act 2.41. *Et appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia,* ad vnam Petri vocem, & verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valdè; multa etiam turba

Samariæ conuersio Sacerdotum obediebat fidei: & factus est numerus credentium virorum ob aliam concionem quinque millia: sed & Samaria verbum recepit: Videns igitur sponsa ad fidem venientium ingentes populorum cateruas, & in his de Principibus,

Cant.2.9. Sacerdotes, nempè, læta exclamat: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis dilectus meus capreæ, hinnulóq; ceruorum;* Verùm ad-

Euangelij ostia referãtur Gentilibus. huc Iudæam & Samariam non extra progressus, & Gentes sponsi hæreditas, de quibus Pater ad

Psal.2. eum: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.* iacebant in vmbra mortis, & dilectum non nisi obscurè nouerant: viderant enim tantùm

Cant.2.9. per cancellos: *En ipse* (ait) *stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos?* Sed non diu intercluſa Gentibus ianua,

Cornelij Baptismus. Simone ad Cornelium destinato; Antiochensium plurimis ad veritatem traductis, vbi primùm discipuli Christiani dicti; diuisis pariter Apostolis per

Ibid.v.10. omnes mundi plagas: *En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera, amica mea: iam hyems transiit, imber abiit, & recessit: Flores* (ait) *apparuerunt in*

Prospera initia prædicationis Apostolorũ. *terra nostra:* Nam hoc mirabile est, cùm terra illa inuia esset, & inaquosa, maledicta etiam, ac proinde tribulos & spinas productura solùm; *suam* vocat: quia Gentes hæreditas filij, vt dicebamus ex Psalmo secundo: *Tempus putationis aduenit:* regnat mortificatio Christi, vbi Venus, & Bacchus dominabantur: ibique *turturis*, hoc est, castitatis vox audita, vbi etiam pueri prostituebantur: *ficus*, damnata arbor, *grossos* produxit: denique & *in foraminibus, & in macerijs* non ingrata habitatio.

Et sanè Marcus Essenorum choros instituit apud Alexandriam, & Ægyptum: de primis illi 45.

Primi Christianorum Monachi. Philo de vita contempl. Baron.tom. 1.ann 64. Christianorum Monachis, *cantabant hymnos in laudem Dei compositos, variis metrorum, carminúmque generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non sine decoris, ac religiosis gestibus, & accentibus:* Pro his rogat sponsam: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Nónne enim formosi illi, qui candidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores? Sed, quoniam Simon Magus, Hæreticorum Antesignanus, pessimo contagio facem præluxit, viuénsque asseclas assequutus, & mortuum imitati, Menander, Saturninus, Basilides, Carpocrates, Cerinthus, Ebion, Nicolaüs, Marcion, in initiis extinguendam luem salutari & opportuno consilio monuit sponsa:

Simon Magus Hæreticorum Antesignanus.

Ibid.v.15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.* Et volebat illa cũ dilecto quiete gaudere: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur*

Ibid. v.16. *inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ:* Sed, heu! non tempus quiescendi est: ecce iam abiit ille totum tuum solamen: *Reuertere* (inquit abeunti) quàm citò! vide, ne moreris! *similis esto*

Ibid. v.17. *capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bether!* O si tu scires, sponsa, in hac die, quæ tibi ad pacem est, quantæ malorum te manent myriades! O si

Decem persecutiones Imperatorũ Gentilium. nosses, quàm serò dilectus ad te reuersurus sit! Ecce, ô dulcissima, illæ decem persequutiones iam ad limen sunt, iam pulsant, ad quarum solam narrationem, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit.

46. *In lectulo meo* (ait) *per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* Non fuit vna nox illa; sed multæ,

Cant.3.1. & productæ noctes per trecentos ferè annos, *ex quo primus Nero in hanc sectam tum maximè Romæ orientem Cæsariano gladio ferociuit*, vsque in

Tertull. in Apolog. Constantini lætum, diuinúmque imperium: *Quæsiui* (inquit) *& non inueni.* Ah! quomodo non in-

Cant 3.1. uenisti illum, qui etiam à non quærentibus inuẽtus est? *Sed tantis Gentilium pressuris sponsa hæc*

Beda lib. 2. in Marc. ad cap.6. *non solùm afflicta, sed etiam fœdata est, vt (si fieri posset) Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur: vnde est illa vox eius inter vndas, procellásque tentationum deprehensæ: Vt quid,*

Cant 3.2. *Domine, recessisti longè: despicis in opportunitatibus, in tribulatione? Surgam, & circuibo ciuitatem* (addit:) *per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni:* Credo quidem: quid enim tunc inuenisset in plateis & loco venali, nisi edicta Principum formidanda, proscriptionem bonorum, exilia, *Crucibus & stipitibus*

Tertull. in Apolog. *imponi Christianos, vnguibus deradi latera, ceruices poni ante plumbum, & glutinum, & gomphos; ad*

Martyrij varia forma. *bestias impelli, ignibus vri, in metalla damnari, in insulas relegari. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt*

Cant. 3.3. *ciuitatem:* & pessimè lacerarunt sanè Consules, atque Imperatores Romæ, quæ vrbs & ciuitas absque addito nuncupata. *Num, quem diligit anima*

Ibid. *mea, vidistis?* Quem interrogas, mulier? Vigiles ciuitatis obsecras? Planè illos rogat. Et ab eis de lecto percunctaris, qui omni studio Galilæum tuũ de medio tollere nituntur, apud hos reperire putas? Et tibi constas, quando sic putas? Putat profectò

fectò in carceribus ipsorum: namque cum Martyribus in foueam descendit, & in vinculis non reliquit eos: *Si enim vobiscum non introisset (ô beati testes) nec vos illic hodie fuissetis.*

Tertull ad Martyres.

47. Eia lætare, Mater Ecclesia: non deficiet *hæc secta à tyrannorum impietate, quæ tunc magis ædificatur, cùm cædi videtur.* Modicùm iam, & apparebit dilectus: *Paululùm* (ait) *cùm pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.* Sed ecce, quàm sublimia pollicetur femina hæc? *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Nam, quænam huius sponsæ (quam Gentilitatem fuisse monstrauimus) parens, nisi Roma? *Hæc namque ciuitas ignorans suæ prouectionis auctorem, cùm penè omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem; quia nullam respuebat falsitatem.* Ergo in Romanas arces sponsum introducere, audet promisisse? Nónne ita? cùm transacto momentaneo & leui tribulationis pondere pax magna per Constantinum data, qui & noua condita apud Byzantinos Roma, veterem Christo apposuit, vt iam deinceps publicè profiteretur Iesum Christum, & hunc crucifixum; *Attende gloriam: iam in fronte Regum Crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt.* At, qui de semine crucifigentium erant, Christianæ propagationis inuidiâ, postquàm disputando cùm Syluestro nihil profecerunt, ad arma & seditiones conuersi, turbas commouerunt: sed repressit temeritatem Catholicus Princeps Constantinus ad sponsi hortatum: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, cerúosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam.*

Idem ad Scapulam.

Cant 2.4.

Ibid. *Roma omnes Deos colebat.*

Leo Papa serm. 1. in Nat. Apost. Petri & Pauli.

Roma Christo subiugata.

Aug. in Ps. 54.

Baron. ad an. Christi 315.

Cant. 2.5.

48. Etiam euocauerat Archiantistitem Christi Legatum à Soractis deserto, & specubus, vt de cryptis ad Romanum splendorem, & lucem exiret Ecclesia, quæ à Principe incredibilibus locupletata denariis, cùm in auro, & gemmis sacrificaret agnum immaculatum, redolérentque altaria & lychni à balsamo, à myrrha, à nardinis, omníque pretioso suffimento, demiratæ nationes subitam dexteræ Excelsi mutationem, & vna hora cohonestatam pauperem: *Quæ est ista* (dicebant) *quæ ascendit per desértum,* (nam à Soractis antro venerat) *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Iam ex illo tempore crescere Pontificum gloria, etiam quoad visibilem apparatum, vt simul Rex esset, atque Sacerdos visibiliter, & de more Magnorum, qui sunt in terra, excubias habere: *Sexaginta fortes, qui ambirent lectum eius ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimos.* Quippe donauerat Syluestrum, & successores Prochristos Lateranensi Palatio Constantinus: Sed nihil sic recreabat eam, quæ sub persequutione fuit, atque propter sponsum patrem, & matrem dereliquit; *fratribus quoque dixit: Ignoro illos:* quàm, non contentum dilectum ad humanæ ambitionis fastigium sustulisse; præter centuplum hoc, vitam quoque æternam possidendam præbere: Vt igitur geminarent gaudia exultabundæ, nuptiarum sociæ & amicæ; Parum est (aiunt) quòd dilectus mamilla Regum te lactauerit, & in superbiam sæculorum posuerit; prouinciarum substantia locupletauerit: quid isthæc, & quæcunque Constantinus contulerit, ad eam pompam, quæ exeuntem de hoc sæculo decoratura sit, cùm finita hac geniali lætitia, ad domum sponsi transuehenda sis? Nos describemus vtcunque: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas,* &c. Tum etiam Virtutes cœlorum commouebuntur ad spectaculi magnitudinem: Quid non illæ vident, quæ videntem omnia contemplantur? Desiderabunt tamen ipsæ prospicere: *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem,* &c.

Syluester deserit antrum Soractis.

Romana Ecclesia splendor.

Ibid. v. 6.

Romani Pontificis maiestas.

Ibid. 8.

Bellarm. libr. 2. de Rom. Pont. cap. 17.

Constantini erga Ecclesiam Romanam liberalitas.

Ibid. v. 10.

Ecclesia sub Constantino felicissimus vultus.

49. Deinde pergunt Epithalamij cantores felicissimum Ecclesiæ statum sub Constantino Principe ad miraculum depingere: nam sub eo Antonius, Monachorum Pater, Cœnobitarum chiliades ducturus, genimine sancto repleuit breui Palæstinam, Syriam, Asiam minorem, Pontum, Armeniam, aliásque regiones immanitate barbaras, multitudine infinitas: *Hi illi dentes Ecclesiæ, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro:* Pachomij quoque sanctissimi Abbatis, qui & ipse contemplatiuis studiis cum innumera sobole excellebat, soror castarum Virginum regebat Gynæcitidem, quàm propè infinitæ sequutæ feminarum turmæ, muliebrem ementitæ imbecillitatem, *velut hortus conclusus, fons signatus,* &c. Sub eadem tempora Nicææ congregati trecenti decem & octo Episcopi, probarũt collum huius sponsæ, turris instar, se habere, validissimæ, vtpote, *quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Difficile est cuncta conscribere: Quamplurimæ siquidem ciuitates ad Christianam religionem tunc temporis cum fiducia accesserunt, vtróque, Imperatore nihil præcipiente, templa sua, & statuas demolitæ sunt, & domos oratorias ædificarunt: Cùm autem hoc pacto Ecclesia per vniuersum Romanum imperium creuisset, ad barbaras quoque etiam religio Christiana peruenit. Christianismum receperunt, quæ ad Rhenum habitant Gentes, Gothi, Celtæ, Galatæ, Iberi, Armenia, apud Indos quoque disseminatum Euangelium:* Hæc illa vocatio Gentilitatis à Libano: *Veni de Libano, sponsa, veni de cubilibus leonum, de montibus Pardorum. Elegantèr Libani vtique montis mentione facta, qui thuris vocabulo est penes Græcos; de idololatria enim sibi sponsabat Ecclesiam:* Cuius in montis vertice sublime Veneris fanum, impudicitiæ cloacam Constantinus diruit: sed Christi Basilicas, aut iniuria temporum, aut persecutorum scelere laceras, & inhonoras redintegrari præcepit & vbi necessitas postularet, nouas extrui, prouinciarum Magistratibus necessarios sumptus ministrantibus, quibus ad amussim speciosa reddita Ecclesiæ facies, vt eam intuitus sponsus clamare non dubitauerit: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.*

Cant. 2.42.

Antonij, atque Pachomij Monachismus.

Ibid. 12. Conc. Nic.

Ibid. v. 4.

Sozom. lib. 2. c. 5. & 6. Socrates lib 1. c. 15.

Indorum sub Constantino conuersio.

Tertull cõtra Marcionem, lib. 4. cap. 11.

Euseb. lib. 2. de vita Cõstantini.

Cant. 4.7.

50. Hanc capitalia gesta capitis quarti Canticorum: quo absoluitur capite, secunda pars Hymenæi sacri, cùm ordiretur à verbis illis capitis secundi, *Sub vmbra illius, quem desideraueram,* &c. inuoluens nuptias sponsi cum Ecclesia per Flaminis descensum in Hierosolymitanum cœnaculum; multitudinem credentium primùm intra Solymorum arcem tantùm; deinde apud Samaritas; postremò confluentium Gentilium, ad Baptismum, aceruos Apostolis in omnem orbem dispersis; persecutionem Romanorum Imperatorum; pacem per Constantinum ad fidem traductum Ecclesiæ præstitam, eiusdémque Ecclesiæ & amplitudinem, & faustissimâ incrementa.

SVB

SVBSECTIO V.

Actus tertius hæreses describit, & confutat; sponsum secundò amittit; tertium ex epulis apparat: sponsam contra hæreses armat.

51. *Catholicorũ ex pace tepor.*

CVm igitur per Constantini virtutem iustitia, atque pax dexteras dedissent, & à Solis ortu vsque ad occasum cognitum esset magnum Dei hominis nomen; sponsa, vt se palam ostendat, dilectum rogat, neque ampliùs in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ lateat, quemadmodum procellæ, & insequentium temporibus: Cant. 5. 1. *Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum:* Paret amicæ postulatis: & quoniam viuifici Panis salutaris esca, non in specubus & solitudinibus paucis quibusdam angustiatis & afflictis proponebatur; sed iam apud Christianorum delubra patebat vniuersis, Ibid. ad huius mensæ conuiuium inuitat: *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi:* Ebrietatis autem vocabulo frequentem accessum ad sacras epulas denotat, vt prima Ecclesiæ ætate, Act. 2. 46. *quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem*: Deferbuerat enim sacri pabuli esuries: Sed qualiter frequentanda mensa, in qua Deus ipse sumitur, monet; nempe, præuia exomologesi, & carnis, quæ aduersùs spiritum conflictatur, maceratione per mortificationis, & Pœnitentiæ exercitationem continuam & sedulam: Cant. 6. 1. *Messui* (inquit) *myrrham cum aromatibus:* & sic amarore priùs gustato, *comedi fauum cum melle meo; bibi vinum cum lacte meo.* Sed à tanta prosperitate incrassatus est dilectus Ecclesiæ populus: *Incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo:* Origo tantorum malorum tepor & pigritia, quibus non aliud peius monstrum Ibid. v. 2. incubat spiritali agone contendentibus: *Ego dormio, & cor meum vigilat:* Vtinam, aut perfectè dormires, aut perfectè à somno suscitata: Non placet mihi *calix iste mixtus ex hoc in illud: sed quoniam tepida es, incipiam te euomere:* Nondum Ibid. euomuit: voluit priùs excitare. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi, soror mea, amica mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: Intuere, ô sponsa: verticem spinis coronatum, profluentibus per maxillas innocuas sanguineis stillis: sic oportuit, eum, in quo Pater sibi complacuit, intrare in regnum: Nunquid tibi per rosarum molles corollas cœli patebunt? Consurge, & robusta esto, sicut in diebus antiquis: ignauum pecus à præsepibus arce.

52. Ibid. v. 3.

Sed iam ad medullas lues venerat, & tota pigritans: *Expoliaui me tunica mea* (ait) *quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quoniam igitur sponsus tam ingratam contemplatus est, & ab ipsis beneficiis immemorem, percussit eam plaga pessima, hæreses permittens; quarum orum ab Arrianismo ducimus: *Quia, tametsi complures certè hæreses ante illorum ætatem exortæ essent, quæ quidem extra modum audaciæ enagatæ ad extremam dementiam sunt tandem prolapsæ: isti tamen, vtpote ad Antichristum propiùs accedentes, omni sua oratione, Verbo diuinitatem auferre molientes, illas hæreses priscorum errorum impietate victas esse, quodãmodo declararũt*: Nulla hac diuturnior, cuius & in hodiernum diem reliquiæ; nulla, quæ palmites sic extendit, *cùm totus orbis se penè Arrianum esse ingemuerit*; nulla tam sæua & truculenta, si Hugonottas & Lutheri asseclas excipias: Timuit ab immani Harpyia sponsa, dilecto significante aliquid, *cùm misit manum per foramen, & venter intremuit ad tactum eius.* Surrexit itaque, vt aperiret: *pessulum ostij aperuit: at ille declinauerat, atque transierat.* Ah! quantos per labores quærendus nunc sponsus? O si appareat tandem! Certè non lego nunc, quemadmodum cùm suprà abierat: *Paululum cum pertransissem, inueni, quem diligit anima mea. introducam eum in domum matris meæ:* Iam & vulneratur, & pallium deperdit, quarum nihil iniuriarum suprà, & omnia nunc in deterius abeunt. *Maiorem tunc persecutionem Dei populus passus est, quàm illa iam superiùs dicta vsque ad tempora Constantini: maius est enim in corpore, & anima, quàm in solo corpore persecutionem pati: Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum*: Quid enim aliud theristri ablatio, quàm illa vestis discissa; quâ cum sponsus Petro Alexandrinorum Antistiti apparuit, & ab Arrio diuulsam testatus sit? Quid percussiones, & vulnera, nisi eiusdem insanæ hæresis infanda rabies, quæ sacra & profana omnia demolita est sub Constante Arriano, impióque Monarcha? *Quando homines iumentis similes* (sic enim per visionem magno Antonio ostensum) *crebris calcium ictibus sancta Christi dissipabant?* Sed non vnam Arrij sectam delineauit sponsus: vniuersas subsequutas describit: Heu! quantæ à Donatistis strages? quis furor Manichæorum? quo Iconomachorum insania? qualia bella Albigenses, qualia Hussitæ mouerunt? Et Lutheranorum, Caluinistarúmque immanitates, quæ vnquã natio sub barbaris experta? O semper sanguinolentam hæresim, & sacris infestam! Et tanta quidem incommoda permisit dilectus, vt sponsa, quæ tepidè diligebat, arderet in amando, consequutúsque: nam vsque ad deliquium & languorem videas amantem: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, si* Cant. 5. 8. *inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.*

Theodor. lib. 1. Hist. cap. 2. *Arrij infestissima hæresis, & omnium vt prima?*

Maior ab hæresi persecutio, quàm à tyrannis. Cant. 5. 4. *Eusebi Gallic. hom. in illud Lucæ 22. Erunt signa, &c.* Cant. 5. 7. *Christi apparitio Petro Alexandrino.* *S. Athan. in vita S. Antonij.*

53. *Hæresum variarum dogmata.*

Quoniam verò hæresis Pseudochristos plurimos quotidie pariebat, per milléque variabat formas sponsum, nunc diuinitatem minuens, nunc auferens penitùs, nunc duas personas constituens, nunc vnam tribuens tantùm operationem: sollicitæ amicæ de tanta confusione, sponsam obtestantur vera de sponso oracula promat. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima* Ibid. v. 9. *mulierum?* Venustè quidem ortis de sponso quæstionibus, non præter sponsam eius alium Delium consulunt; ipsa est Ecclesia, quæ per Conciliorum, Pontificúmque Sanctiones indubitatas edit sententias? Illa igitur de summis colligens capitibus fecit verbum abbreuiatum eorum, quæ per decem & octo Concilia vniuersalia approbata hactenus locuta est, quæve in posterum pronunciatura: sic exorsa sermonem: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Hominem simul atque Deum significans: refutans Ebionem, & Cerinthum, qui purum hominem prædicabant. *Electus ex millibus.* nempe, oleo lætitiæ præ consortibus vnctum denotans: quia non ipse filius adoptiuus, quemadmodum illi, sicut Felix, & Elipandus mentiebantur: sed filius naturalis Dei,

Romanus Pontifex Iudex controuersiarum. *Concilia generalia approbata decè & octo.* Ibid. v. 10. *Ebionis, & Cerinthi hæresis.* Ibid. v. 10. *Felicis, & Elipandi error.*

Dei, melior cæteris effectus, cùm nemini etiam Angelorum dixerit Pater: *Filius meus es tu, ego hodie genui te, Caput eius aurum optimum.* Nam certè diuinitas auro descripta, summa atque præstantissima est, non suffert imparitatem. Quare Filius, cùm Deus sit, Genitori æqualis est, quantumcunque blatteret Arrius; & Spiritus cùm Deus quoque sit, creatura nequeat esse, vti Macedonius stolidè promebat; nec potuit non à Patre, Filióque procedere, quidquid Græcia incassum vociferetur; hoc est, omnem diuinitatem, aurum primum esse; nihil secundi, & imparis ordinis in ea esse: *Comæ eius*, attributa diuinitatis atque arcana opera, atque consilia; nigræ, sicut coruus: credat Hæreticus, quoniam si sapientiam comprehendere conetur, opprimetur â gloria: *sicut elatæ palmarum*, depressæ exurgunt, & fugiunt magis: *Sic exaltata est scientia tua à me, & non potero ad eam: Oculi eius sicut columbæ, quæ lacte lotæ sunt, & residentiuxtà fluenta plenissima.* Ministri Sacramentorum & Rectores Ecclesiarum sunt, qui velut columbæ, atque instar Spiritus gratiarum largitoris, per Sacramenta, fidelium corda donis, quæ de sursum sunt à Patre luminum, replent non parca & auara manu: residet quippe iuxtà abundantia stagna, *iuxtà fluenta plenissima*: quantumcunque Vvicleffus, Hussitæ, & Lutherana colluuies obganniat. Nec refert ab impio Hus vocatam Ecclesiam, Synagogam Satanæ, nullis Hierarchiis, nullo ordine constantem, & pulchra officiorum variatione: Sponsa audienda; non illi, quorum os abundauit malitia, & iniquitate: *Genæ eius sicut areolæ aromatum, consitæ à pigmentariis:* Quasi iucundus hortus docti artificis manu compositus, vbi quæque suis locis aptè distributa; non diuersitas, non multitudo deformat: *Labia eius lilia distillantia myrrham primam*; Romani Pontifices supremi, controuersiarum Iudices; ac si loquatur sponsus ipse, os eius, labiúmque illi; velint nolint Græcorum populi, Vvaldenses, Hussitæ, Lutherani, Caluinistæ: *Manus eius tornatiles*; illæ, quæ supra tornum faciles in producendis orbibus: *Ipse dixit, & facta sunt: Plenæ hyacintis*. nam, quidquid Dei manus fabricauerunt, pretiosum & decorum fuit: *Vidit omnia, & erant valdè bona:* Non igitur vnus Creator bonus, & alter malus, vti somniabant Gnostici, Marcion, Manichæus, Albigenses: *Venter eius eburneus:* caro, nempe, eius singulariter casta, quia ex Matre Virgine, *& distinctus sapphiris*; hoc est, diuinum aliquid habens & cœleste: vnitam sibi diuinitatem, videlicet; licèt euomat Nestorius MARIAM Theotocon, & Deiparam non fuisse: *Crura illius, columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt suprà bases aureas.* Nimirùm, gressus ipsius, actáque in terris, candida, Parij instar marmoris, & sine labe; sed theandrica & Dei virilia, fundata super diuinitatis aurum, ita vt non solius Dei, soliúsque hominis essent; sed ab homine Deo, reclament quamuis Monothelitæ: *Species eius, vt Libani*; nempe, templo (quod Libani sæpè vocabulo dictum) altaribúsque adoranda, & Corpus in magno Sacramento, & Imago, & Crux, fremat etsi Leo Isauricus, cæteríque Iconoclastæ: *Electus vt cedri*, ex morte incorruptus resurgens, quemadmodum & nos incorruptionem induemus aliam ab ea, quam somniarunt Chiliastæ, Carpocrates. Origenes: *Guttur eius suauissimum*; quia sub Scripturarum cortice latent dulcissimi sensus mysticí: negauerit licèt Iudæos sequutus Theodorus Mopsuestensis: Vbi igitur sponsum ab impostoris defendit, nihilque in eo esse non summè commendandum probauit, subiicit congruè: *Et totus desiderabilis, talis est dilectus meus; & ipse est amicus meus, filiæ Hierusalem.*

Ibid. v.11. — Macedonij blasphemia. — Ibid. — Ibid. v.12. — Vvicleffus. — Hus. — Ibid. v.13. — Vvaldenses. Ibid. v.14. — Gnostici. Manichæi. Albigenses. Ibid. v.15. — Monothelitæ Ibid. v.16. — Leo Isaur. Iconoclastæ Ibid. — Chiliastæ. Carpocrat. Origenes. — Theodorus Mopsuest.

54.

Postquàm à sponsa instructæ, qualis esset dilectus illius, quærunt prætereà, vbi commoretur? nam de hoc quoque rixæ apud Donatum, contendentem in sola Africa, partibúsque Donati veram esse Ecclesiam, ac proinde ibi solùm inueniendum sponsum: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum, & quæremus eum tecum? Dilectus meus* (respondet illa) *descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat:* Videte, ô sociæ, qualis illa Ecclesia, vbi cuncta dispositamirificè, vbi bonus odor Christi ab aromatum fragrantia, vbi virginum, continentúmque lilia; ibi sponsus, apud Catholicam, nempe, Ecclesiam, quæ his abundat: nam Hæreticorum cœtus, agri sunt, quos spinæ & vepres repleuerant; ibi nihil Arabiæ, fœtor intolerabilis à vitiorum putredine, & corruptela; denique nunquam in campis illis lilia visa, *Quia Hæreticum sine femina viuere tam impossibile est, quam non est possibile, hominem non esse.* Et iam propè aderat sponsus tandiu quæsitus à dilecta: quam ille aduersùs hæresim salutaribus præsidiis communire aggressus: *Pulchra* (ait) *est amica mea, suauis, & decora, sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.* O sponsa, primùm quidem blandire Hæreticis; in funiculis Adam, in vinculis charitatis attrahe, quoad fieri possit; sin contumaces extiterint, apprehende scutum & arma, ignis ante te, & tempestas valida in circuitu, quæ rebelles absorbeat: Sis suauis quidem, *sicut Hierusalem*; sed quoque *terribilis* adinstar instructæ aciei: Institue fidei Censores, verendúmque Tribunal. Fugiant à facie arcus Apostatæ omnes, & ab acribus flammis: Deinde hos, qui Scribæ docti sunt in populo, hortare, ne scrutatores sint mearum viarum, quæ inuestigabiles sunt; sed intellectum in fidei obsequium captiuent: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Hoc vnicum aduersùs hæreses antidotum.

Cant.cap.6. vers.1. — Donatus Hæresiarc. — Hæreticorũ incredibilis luxuria. — Lutherus tom.5.serm. de Matrim. habito anno 1522. Ibid.v.3. — Cum Hæreticis vt procedendum. — Ibid. v.4. — Sanctæ Inquisitionis tribunal.

55.

Atque his effatis, deinde auxiliares turmas pollicetur inuictæ militiæ: *Capilli tui, sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad:* Pontifices hi sunt, Ecclesiarúmque Pastores, qui capiti proximiores, quemadmodum cęsaries: Dabo tibi strenuissimos populi ductores, qui per fragosa & horrida currant, seu per rupes capræ Galaaditicæ, Ambrosios, Augustinos, Basilios, Athanasios, Cyrillos, Fulgentios: quanti illi aduersùs hęresim bellatores? *Dentes tui*, Religiosorum niueæ & immaculatæ cohortes, *quæ ascenderunt de lauacro*; exorientę hæresi vehementiori, nascentur & ipsæ: Exurget Arrius; & vnà prodibit Antonius, Pachomius, aliíque Monachorum Patres: Pelagius orietur; & ducet aduersùs eum Augustinus conduplicatum agmen Eremitarum, Canonicorúmque. Abaliardus docebit gradus inæquales in diuinis personis; & refutabit Bernardus: Suscitabunt Manichæorum deliramenta Albigenses; ibunt obuiam Dominicus, & Franciscus: Euomet sub Luthero Infernus scelera omnia, & renascentur sub vno hoc omnium ætatum hæreses; producam de nomine meo Sodalitium, *Hæreticorum excidiis clarissimum, & vnus Franciscus Xauerius plura tibi cumulabit, quàm*

Ibid. v.4. — Doctores Ecclesiæ. — Ibid. v.5. — Religiosorũ Ordines varij — Thom Bozius tom.3. signo 20.

quàm totus Septentrio abſtulerit: Dabo & quæ ſanguinem profundat purpuratam Martyrum legionem, ſicut *cortex mali punici*: Nónne aſpicis ſtagnantem cruore ſub Arrianis Ægyptum, ſub Donatiſtis Africam, ſub Iconomachis Græciam, ſub Huſſitis Boëmiam, ſub Lutheranis Germaniam, ſub Hugonottis Galliam, ſub vtriſque Angliam, Hyberniam, Scotiam?

56. Poſt hæc enumerat Principis Dæmoniorum Reginas. concubinas, & pellices, hæreſum longam ſeriem; ac primùm præcipuas, potioréſque hæreſes ad eam excreuiſſe multitudinem, vt *ſexaginta* inueniantur; minùs famoſas ad octoginta accedere; plebeias, & non multi nominis vix ad ordinem redigi poſſe; tantæ illæ, & hæc
Cant. 6.8. vna, ſoláque: *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Sed, quomodo *perſequebatur vna hac mille, & fugabat decem millia?* Non mirum; *Electa eſt genitrici:* Petra mater eius, ſupra quam fundata eſt, &
Ibid. portæ Inferi non prævalebunt aduersùs eam: *Viderunt eam, & beatiſſimam prædicauerunt, Reginæ, & concubinæ laudauerunt eam:* At, quo pacto extollunt Reginæ & concubinæ capitales aduerſariæ, declaratique odij? Nempe, tam mirabilis eſt huius feminæ virtus, vt etiam ab hoſte
Ibid. v. 9. laudem extorqueat: *Quæ eſt iſta* (aiunt) *quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Duo ſtupeſcunt: primum, à tot inimicis
Eccleſia inter aduerſa fortitudo ſtupenda. vnam, & inſociatam vinci non poſſe, non minùs quàm diſpoſitæ turmæ ſuperari nequeant: alterum, cùm hæreſis id in primis conetur, errores inducere, veritatem, lumenque de medio tollere; Eccleſiam per hæreſes adeò non caligaſſe, vt profecerit magis ſapientia, quantùm diſtat Phœbi matura claritas ab Auroræ imperfectis radiis:
Caſtro de hæreſibus lib. 2. cap. 2. *Proficit enim, vt in virtutibus, & bonitate; ita in ſcientia & doctrina, Deo eam quotidie plenius illuſtrante: nimirum, progreditur Aurora, conſurgítque Sol, effunditque ob oculos noſtros lucis ſuæ vberiores radios: quò fit, vt multa nunc ſciamus, quæ à Patribus, aut dubitata, aut prorſus ignorata fuerũt.*

57. Sed cum iſtis iam claudamus tertiam Canticorum partem, & ab exordio quinti capitis vſque ad verba illa capitis ſexti. *Deſcendi in hortum nucum*, &c. quibus comprehenſa, epulum ſponſi vocantis ad Corporis ſui ſacrum pabulum; ſponſæ tepor erga dilectum; amiſſio eiuſdem dilecti per hæreſim; hæreſum catalogus earúmque confutatio; ſtrages editæ ab Apoſtatis fidei; erectum Tribunal Iudicibus in Religionis cauſis; Doctores, Martyres, Regularium Patriarchæ, qui contra hęreſim peculiariter dimicarunt; Eccleſiæ inter tantas procellas inconcuſſa ſtabilitas: eiuſdem denique mirabiles in ſapientia profectus.

SVBSECTIO VI.

Actus quartus tangit ſchiſmata ab Antipapis, bella à Sarracenis, maliſque Imperatoribus: Academiarum, Ordinúmque principia: Indorum conuerſionem, Hebræorúmque: nouiſſima tempora deſcribit: quartum conuiuium exhibet.

58. *Ab anno Chriſti 700.* REſpirauerat Eccleſia poſt Iconomachorum hæreſim cruentam per ducentos, plúſve annos, quibus nulla ferè grauior hydra caput erexit: Voluit igitur per otium diruta & collapſa reſtituere per omnem populum: *Deſcendi* (ait) *in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* plebem, ſcilicet, Chriſtianiſmi abiectiorem partem, quæ in depreſſis & humilibus moratur: Qui ergo eſſent huius plebis mores, it viſitare: Deinde *ad vineas*, quæ ſunt particulares Eccleſiæ, progreditur: *Et inſpicerem, ſi floruiſſet vinea:* Poſterior cura de Religioſis eſt, qui intra ſepta Monaſteriorum egregiè clauduntur, ſeu grana intra Punici mali corticem: *Et germinaſſent mala Punica.* His dum incumbit ſedula Mater, ecce
Ibid. v. 11. noua conſternatio, noui tumultus: *Neſciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Diximus, litteram explanantes, his verbis ſignificata duo; nempe, ſchiſma: nam volebant Líbani incolæ Salomonis imperio abſolui, & alium creare Regem: prætereà, hinc exorta vtrinque bella, vaſtationes, incendia: Hæc eadem mala *Pſeudopontificum ſchiſmata.* Eccleſiam ſub hæc tempora & ſubſequuta ſæcula nimis diu vexarunt, & adhuc vna pars moleſtat; ſchiſmata, nempe, Pſeudopontificum: quæ etſi hac ætate anteriora; ſed nunc ſæuiunt magis, *à Sergio Romanæ Sedis inuaſore, cùm meretricum arbitrio res agerentur:* Reclamatum quater præci- Ann. Chriſti 908. apud Baron. puè contra diuiſionem, Lateranenſi primo, & quinto Concilio, quæ ex approbatis; Conſtantienſi, & Baſilienſi Synodo: *Reuertere, reuertere,* Cant. 6.12. *Sulamitis; reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Mirantur enim tantùm diſcordiarum in Sulamite, quæ *pacifica* interpretatur: & tandem toties vocata rediit in priſtinam quietem.

59. At, præter ſchiſmata, bella etiam à Sarracenis; qui etſi longè ante hæc ſæcula ſub Mahumethe exorti; verùm non multò priùs quàm Sergij ſchiſma pullulaſſet, Ioannis VIII. Pontificatu miſerandas ab Agarenis clades paſſa Eccleſia, *Bellum à Saracenis & Mahumetanis.* *Quas omnia ligna ſyluarum, ſi vertantur in linguas, enarrare non valeant; redacta eſt terra in ſolitudinem, & ablatis hominibus ferarum ſaltus effecta eſt: ſed & venerabilia loca deſtruentes, altaria Domini ſuffoderunt, Miniſtros, & ſeruos eius occiderunt: ſedet in triſtitia Domina orbis* (Roma, nẽpe) *Mater Eccleſiarum, Magiſtra Gentium: non eſt, qui adiuuet; non eſt, qui conſoletur eam:* Sed, neſcio, an grauiora altera bella, quæ ſubſequuta: quoniam, ſi inimicus maledixiſſet, ſuſtinuiſſet vtique; nunc verò domeſtici & amici lacerant, imò filij, & quibus ipſa imperium dedit, occidentales Imperatores, *Henricus IV. & V. Otho IV. Fridericus I. & II.* vt omittam minores Principes: Turbatur itaque ſponſa, & penè inconſolabili obruitur paſſione propter quadrigas Aminadab; hoc eſt, ob ſchiſmata inter Romanos Pontifices, ob Agarenorum bella: dolebat enim in primis, loca Chriſti veſtigiis calcata ſub impiæ gentis poteſtate eſſe; proptérque Chriſtianorum Imperatorum quorundam in genitricem barbaram inhumanitatem. Ioan. VIII. ep. 21. & 35. *Sarracenorũ impietas & ſæuitia.* *Chriſtianorũ Imperatorum contra Eccleſiã odia.* Bellarm. de Rom. Pont. lib. 5. c. 9.

60. Sed non amicas ſponſæ terret malorum tanta congeries: plures enim pro illa dimicare cernunt; quin, nihil intra Eccleſiæ ſpatia præter armatorum legiones intuentur: *Quid videbis* (inquiunt) *in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Tet- Cant. 7.1. rent Sarraceni: ſed dabit Philippos, Carolos, Ferdinandos Hiſpania, qui profligent; Luſitania Ioannes, Emmanueles, Sebaſtianos; Ludouicos, & Balduinos Gallia; Sigiſmundos Polonia; Cæſares Germania; dabúntque omnes prouinciæ & nationes militares Ordines, Templarios, Hieroſoly- *Militares Ordines.*

rosolymitanos, Theutonicos, Christi, Andreæ, Iacobi notis conspicuos; & eripietur Hierusalem de manibus inimicorum: Formidini sunt, Henricus, Fridericus, Otho: excitabit Pontifices magnanimos, Gregorios, Leones, Alexandros qui pro domo Dei stare nouerint, *donec ponant inimicos scabellum pedum suorum*: Sed vereris, per schismata, & Bellonæ inquietos fluctus sacrarum scientiarum incuriam, cæterarum disciplinarum obliuionem? At vocabit ex Hybernia, atque Anglia Sponsus, qui Parisinam Scholam condant; iidémque Hyberni Patauinam, Colonienſem, Oxonienſem Academiam proferent; quorum imitati alij exempla, dein plurimas instituent generales studiorum nundinas, quódque attollat caput Salmanticense Lyceum: Times inter procellas ingentes, Cœnobiorum nitelam deturpandam, defuturósque, qui sæculo valedicant? At nunquam tam læta seges: ipse magnus Pater Benedictus emittet nouam prolem; Cluniacenses, Camaldulenses, Vallem Vmbrosam, Cistercium, Cœlestinos: virebit Augustini eremus simulque Canonicorum fulgentes turmæ; refloreſcet Carmelus; exurgent Franciſci duo; Dominicus ingens nomen; & qui captiuos redimant, qui Hieronymum sequantur: denique producet & Clericorum Ordines, *Atque in his nouum quendam Spiritualem intellectum, siue etiã promissionis filios, & prolem præ cæteris Spirituale*m; *hoc est, ipsum Ordinem, quem designat* IESVS, *qui, videlicet, Ordo præ multis aliis, qui præcesserunt eum, amabilis & præclarus*: Veniet & in spiritu Eliæ, Virago agmina agens virorum, feminarúmque.

Ioan. Marquez de orig Eremitarum, c. 15. §. 5. *Academiarũ fũdationes.*

Ioachimus Abbas ad c. 3. Apoc.

61.

Quoniam autem nec tantis incrementis erigebatur sponsæ animus, subtristis adhuc, & deiectus; procedunt ad describenda extrema Ecclesiæ tempora: vt, cùm similes videat nouissimos fore his, qui sub prima ætate floruerunt, mirandum in modum recreetur spiritus: Hinc non à capite encomium exordiuntur: sed à plantis: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Quoniam posterior hæc Ecclesiæ pars, prioris cum gloria quasi certare possit; nimirum, hic status ille, quem futurum prædixit Euangelij tuba, Vincentius Ferrerius, *Virorum Euangelicorum nihil cogitantium, aut loquentium, aut saporantium, nisi solum* IESVM *Christum, & hunc crucifixum, & per conuersationes imaginari debes eos ipsos, vt cantantes Canticum Angelicum cum iubilo citharizantium citharis cordis sui: Hæc imaginatio ducet te, plusquam credi potest, in quoddam impatiens desiderium aduentus illorum temporum: Quare dubitandum non est, diuinitus seruandos in illa tempora Viros excellentissimos, atque ipsius Apostolicæ gloriæ propemodũ æmulos: quemadmodum in acie, vt solet esse præcipua gloria primorum; ita secunda, vel par extremorum, qui totum agmen absoluunt, & muniunt*: Atque hi in omni professione & vitæ conditione: A coniugatis principium ducunt, qui feminibus adumbrantur: *Iunctura feminum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*: quorum conuersationem ob præstantiam monilibus politè elaboratis comparant. *Vmbilicus tuus*, seminalis, nempe, sedes, & Prædicatores denotans, qui Christo sobolem multiplicant, *velut crater tornatilis, nunquam indigens poculis*: nam tornus hispida omnia absumit, & calici specialem quandam gratiam conciliat: *Venter tuus, aceruus tritici, vallatus liliis*, ipsi sunt Religiosi, *lilia* propter immaculatam virginitatem; *triticum*, quia sicut granum frumenti cadunt in terram, & moriuntur propter Christum tota die: *Duo vbera tua*, nouum, vetúsque Instrumentum, *sicut duo hinnuli gemelli capreæ*, tanta velocitate dissẽminatum per illos, quorum pedes specioſi sunt, pacémque euangelizant; & vt nubes, atque tanquam columbæ volant: *Collum tuum, sicut turris eburnea*; Principes sunt, diuitésque, qui temporalem escam Ecclesiæ ministrant; quia dignus est operarius mercede sua; candidi, atque impolluti, qualis elephantis dens. *Oculi tui*, Patriarchæ, & Episcopi, animarúmque Rectores; mundi, pellucidíque, *sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis*: ipsi nanque sunt ciuitas supra montem posita in quam totius multitudinis oculi respiciunt. *Nasus tuus*, Imperator singulariter, & quisque de Catholicis Monarchis, *sicut turris Libani, quæ respicit Damascum*, vt defendat à bibentibus sanguinem, quod Damascus significat. *Caput tuum.*, scilicet, Romæ Antistes sanctus, *sicut Carmelus*; mons, cuius fragrantia inæstimabilis à floribus suaue halantibus, nempe, odor ipsius, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, *Comæ capitis tui*, videlicet, Cardinalium cœtus, velut purpura dibapha, omniúmque dignissima, *sicut purpura Regis vincta canalibus*: Tam ornatam in omnibus membris, dum contemplantur, exclamant: *Quàm pulchra es, & quam decora, charissima, in deliciis!* Verè grandis facta est, verè proceræ & stupendæ magnitudinis: *Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris*: Concupiuit Rex tam formosam, tam auctam & maturam, dixítque: *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ*: Non lac præbebunt, quod paruulorum potus est; sed perfectorum pocula, vinum: nihil enim in te non integrum, & suis numeris absolutum. Et quoniam tam perfecti odoris es, quidquid loqueris, mihi iucundissimum est: *Odor oris tui, sicut odor malorum; guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiúsque & dentibus illius ad ruminandum*: nam laus ab ore peccatoris specioſa non est, nec grata.

Cant. 7. 1.

Posterioris Ecclesiæ quãta gloria?

S. Vincent. Ferrer. libello de vita spirituali.

Acosta lib. 3. de temp. nouissimis.

Cant. c. 7. v. 1.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 9.

62

His tam sublimibus de extrema sæculorum ætate auditis pollicitationibus, gauisa est sponsa, mœrorémque depositi: nec iam ampliùs cantatura lugubre desiderij carmen: *Quis mihi det vt sim iuxta menses pristinos: sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando erat Omnipotens mecum*? Sciebat enim adesse sponsum, sicut à principio: vnde secura inquit: *Ego dilecto meo; & ad me conuersio eius*: Et iam tempora illa non nimiùm distare præsentiens, post extincta schismata Antipontificum, post edomitas Imperatorum iras, post expulsos de melioribus Europæ prouinciis ferè Agarenos, ad Indorũ longè positas regiones, atque orbe diuisas totoveterũ opiniones, Sponsum inuitat: sciebat enim post publicatũ vbique Euangelium mundi instare interitũ, nouissimáque non posse sæcula esse procul: *Veni* (inquit) *dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in villis*: Cógruè cõparatione Christianismi, qui hortus est, & ciuitas, loca illa agrũ, villámque nominat: *Manè surgamus ad vineas*: nam, etsi diluculò petamus, erit, in quo diem integrũ laborando absumamus; inculta quippe sunt vniuersa, & multa seges tam paucis operariis: *Ibi dabo tibi vbera*. nam erit, cui lac præbeamus, innumerabilis soboles: *Mandragoræ dederunt odorẽ*: Planta illa, quæ steriles adiuuat, ipsa odore suo inuitat, & fœcunditatem pollicetur.

Iob.

Cant. 7. 10.

Ibid. v. 13

63. His effatis, vocat ad epulas : *In portis omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.* Erant autem appositæ escæ ex illis, de quibus quondam ad discipulos : *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me; vt perficiam opus eius.* Certè animarum conuersionem : nam & tum Samaritanæ instruendæ incumbebat : *In portis* igitur, id est, in vltimis mundi finibus, seu in extremis sæculorum temporibus, *poma noua & vetera seruauit dilecto : Noua* quidem; quoniam occidentis Solis habitatoribus Peruanis, Mexicanísque incolis, cæterísque per longos terrarum tractus diffusis nunquam Euangelium innotuisse plurimi autumant : *Vetera* autem ; quia apud Orientales Thomas laborauit; Sinenses Christum audiêre ; Æthiopia quondam Catholica fuit : Sed & hîc de nouis fructibus, Iaponiorum insulæ, Martyrum fœcunda gleba : ignoramus enim, an IESVM ante Magni Xauerij prædicationem sciuerint : Latent etiamnum regionum spatia, & telluris incognitæ portio multa : at nobis latent, non Sponso ; sed & nobis quotidie apparebunt, prodibunt citò : nam Sponsus mittet egregios multos venatores, *& venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum*: Quæ enim non dabit vinctas post terga manus natio, quando Æthiops mutat pellem? Vnius anni circulo traxit Ignatij Soboles ad Christi ouile supra ducenta millia de Æthiopum populis.

Ibid. — *Ioan. c. 4.* — *India orientalis, & occidentalis conuersio.* — *Turselin. in vita B. Xauerij, lib. c. 8.* — *Ieremiæ 16.* — *Anno 1628.*

64. Postquàm igitur sponsa vidit plenitudinem Gentium subintrasse, orat pro Iudæorum reditu : sic enim sciebat, *Quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Quis mihi det te, fratrem meum, sugentem vbera matris meæ?* Vocat autem fratrem suum, Israëliticum populum, Synagogæ filium, quæ & parens Ecclesiæ ex Gentibus fuit : initium enim habuit in Sion, & Hierusalem : quoniam autem terra sancta sub finem temporum recuperanda est, & publicè lex gratiæ apud Solymitanos profitenda; hoc concupiscit in primis, vt Hierusalem mater eius audacter, & in facie populorum Christum colat & deprædicet; hoc est, *Vt inueniam te solum* (solus enim restabat Israël tunc, qui conuerteretur) *foris : & deosculer te; & iam nemo me despiciat.* Nam Gentibus, & Israël reductis, à quibus poterat ampliùs Ecclesia contemni, quando omnes tribus & nationes colla inclinassent? *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quia ante aduentum Antichristi, Christiani de pluribus terris venient in Iudæam, & capient eam; & ibi pacificè habitabunt ad tempus* : Florente autem ibi vera religione, confluent Hebræi ad priscam genitricem: ducet tum *in domum matris*, quæ est Hierosolyma; *& in cubiculum genitricis*, quod est templum Hierosolymitanum : *Ibi docebis*, Messiámque palàm defendes: *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, sacrum Christi sanguinem à Iudæis, & in templo Hierosolymorum adorandum, potandúmque : *& mustum malorum granatorum*; cruorem, videlicet, Martyrum, qui cum Antichristo pugnabunt pro templo, & fide Mediatoris: *Licèt enim Antichristus veniat ad vastandam vbique Ecclesiam; tamen specialiter veniet in Hierusalem, vt in templo Dei sedeat, tanquam sit Deus, vt dicitur 2. Thessal. in cap. 2.*

Hebræi ad finem mundi conuertendi. — *Roman. 11.* — *Cant. 8. 1.* — *Ibid v. 2.* — *Lyran. ad c. 28. Ezechielis.* — *Lyran. Ibid.*

65. Iam igitur sponsa videns consummata omnia, & prædicatum vbique Euangelium ; quodque *plenitudo Gentium intrauit, & saluus fiebat Israël*- quemadmodum sub felicibus Euangelij initiis, gaudio delibuta præ consolationum abundantia, se ipsam ferre non valens incidit in deliquium, & languorem, inquiens : *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo :* supponendáque fuit deficientis capiti læua Sponsi pro ceruicali; *dextera* desuper tegenda erat : ita nunc ad lætissimos Euangelij exitus, cùm spiritum tenere non valeret, & viribus destitueretur, implorauit eadem : *Læua eius* (ait) *sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me* : Quoniam autem de Iudæis erunt, qui malè ferant Christo adhærere contribules, belláque & seditiones moueant; compescit maleuolos Sponsus: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.*

Cant. c. 8. v. 3. — *Ibid.*

66. Afferunt autem hæc verba capitis octaui metam quarto huius Hymenæi membro, cùm exordiũ accepisset à verbis illis capitis sexti : *Descendi in hortum nucum*, &c. clausit varia, admirandáque ; sponsæ dolorem à Pseudopontificum schismatis ; à Saracenorum, Imperatorúmque Christianorum aliquorum rabie aduersùs Ecclesiam ; Vniuersitatum, Religionúmque fundationes ; Ecclesiæ sub vltimis temporibus felicissimum æuum ; Indorum, Hebræorúmque populos ad Christum vocatos ; propagatum per omnes nationes Dei verbum ; denique suauem, iucundissimámque ecstasim, viriúmque amissionem propter bonorum tam ingentem cumulum, & compressos à voce sponsi inquietos Hebræos.

SVBSECTIO VII.

Epilogo contenta Antichristi sæuitia; Iudicij magni, & vniuersalis descriptio; Epithalamij, rerúmque finis.

67. IAm igitur toto orbe Euangelij radiis illustrato, conflatáque ex Gentibus, & Hebræis vna Ecclesia ; sponsa dilecto suo innixa de virtute in virtutem ibat : quam lætè gradientem demirati nuptiarum sodales; *Quæ est ista* (inquiunt) *quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* At iam ad ostium pulsabat Antichristus, quippe aderant Elias, & Henoch, à quibus, Elia præsertim, Iudæi ad Christi agnitionem tracti : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres, ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate :* Volens itaque dilectam sponsam armare aduersùs tribulationem magnam, *qualis non fuit ab initio mundi : & nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro:* reuocabat ei in memoriam, quanta pro illa sustinuerit, pro qua se tradidit manibus nocentium, & humiliauit vsque ad mortem Crucis; simúlque obscuros ipsius natales ; vt, quàm ex vili loco erecta fuerit considerans, beneficium iustis ponderibus libraret : *Sub arbore malo suscitaui te*; hoc est, à ligno pendens, acquisiui te per vulnera & liuores: Sponsa sanguinum tu mihi es. *Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua*; nempe, superstitio, & idololatria, quæ te genuerunt : sub stipite, quem Deum fecerunt, pepererunt

Cantic. 8. 5. — *Malach c. 4. Vide Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 25. & 30.* — *Elia, & Henoch aduentus.* — *Cantic. 8. 5.*

Ezechielis cap. 16.

pepererunt te: Non despexi ego tam obscuram indignámque; sed *expandi amictum meum super te* (hac cæremonia Sponsam faciens) *& operui ignominiam tuã, & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byssο, & indui te subtilibus.*

68. Quando igitur in te tanta contuli, & animam posui pro te, tu redde vicem, & dilige me tota virtute: *Pone me, vt signaculum, super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* non aliud cogites, non aliud opereris; intus, foríque volo possidere totam: vt sic ames, non nimiùm diliges: Ecce instat æmulatio, & dilectio Antichristi, infida illa dilectio, quæ perdit, quos diligit: sæua tamen, & vinci nescia, ita vt in errorem inducantur (si fieri possit) etiam electi: quippe *fortis est, vt mors; dura, sicut Infernus. Nam recusantes imperium ipsius, pœnis incomparabilibus, acerbissimísque tormentis, & machinis absumet; qualia nũquam fuerunt, nec auribus homo percepit, nec oculis mortalium conspecta sunt: Lampades eius lampades ignis atque flammarum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam:* Quantuncunque enim laceretur Martyr, & sustineat vniuersa tormentorum nomina, non satiabitur crudelis hostis, tantùm ardet Christi abolere memoriam, Satanæ amplificare imperium: Hæc charitas eius, & mala dilectio: *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione* veræ religionis Antichristo, atque huius mundi opes, tanquam stercora habeat, quasi nihil despiciet argentum & aurum: non enim ditescere vult homo ille peccati, sed à Christo auertere: quin ad hoc ille largitionibus, & honore, si quando minæ non sufficiant, alliciet: *Multiplicabit enim gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuitò:* Hunc igitur inimicum tam formidabilem, qui non vult solùm destruere corpus? sed etiam perdere animam in gehennam, si superare desideras, ô sponsa, ama validè. *Pone me super cor tuum, super brachium tuum.*

Cantic. 8.6.

Antichristi crudelitas.

Ibid. Hippolyt. lib. de Antichr.

Cantic 8 6.

69. Hæc dum audirent socij, sponsam miserti, fortasse Henoch, & Elias, loquuti cum sponso: *Soror* (inquiunt) *nostra paruula, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Nempe, ex Antichristi aduentu colligebant, propè esse tempora, quibus in domum sponsi deducenda esset ad triumphantem Ecclesiam transferenda, qui allocutionis dies futurus erat: Et quidem non ita pridem dixerant, *staturam eius assimilatam palmæ*, & vbera botris vuæ: nunc autem paruam, & sine vberibus compellant; quoniam, quæ in pace grandis apparebat, & giganteæ molis, sæuiente tam ferociter Antichristo pusilla videtur: sunt enim exiguæ vires tam valido turbini: Sed optimum assequuti consilium muniunt contra inimicum bellè: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis:* Duplicibus itaque vallant & muro, & propugnaculis, & ostio, & insuper cedrino tabulato, hoc est, præceptorum, consiliorúmque obseruantia: quicunque enim euangelica consilia attendat in præceptorum munimen, ne illum vel Antichristus cum Tartaro vniuerso superet: Sed animosior sponsa, non timere se ait nebulonis iras; sed forti & robusto esse animo: quoniam in adiutorio Altissimi habitat, & in protectione Dei cœli, qui est sponsus illius: *Ego murus* (ait) *& vbera mea turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens: ipse mihi pollicitus, quoniam portæ Inferi non præualebunt aduersùs me.*

Cantic. 8.8.

Aduersus Antichristiũ arma.

Ibid. v. 10.

Cur igitur *timebo in die mala? Etiamsi exurgant aduersùm me castra, inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis salua ero: Egredietur ipse in salutẽ populi sui, in salutem cum Christo suo, qui interficiet impium spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui:* Deleto Antichristo per IESVM veniet calamitatis & miseriæ dies amara nimis sceleratis & infandis: nam *iusti respicient & leuabunt capita, quoniam appropinquat redemptio.* Stantibus autem omnibus *ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit, siue bonum, siue malum,* aperientur libri, & erit quæstio super vineæ custodia, atque cultura: *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos*, nempe, in hoc mundo: nam cœlum desertum est, vbi dimisit Pastor bonus nonagintanouem ex ouibus, & iuit ad vnam, quæ perierat, donec inuenit eam: Hanc vineam *tradidit custodibus*; scilicet, vitæ vniuscuiusque spatium, vt in eo operarentur, dum lux est, & tenebræ non comprehenderent eos: *Vinea mea coram me est:* nam in hoc Iudicio præsentia habeo tempora omnia, ætatésque vniuersas: certè in hac vinea & Dominus ipse vineæ Christus IESVS laborauit, fructúsque amplissimos sudorum retulit, infinito præmio donatus: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos: mille tui pacifici,* Nam tam ingens merces ex puris creaturis nemini concessa nisi pacifico & Salomoni, qui sponsus est, solùm: Cæterùm *ducenti his, qui custodiunt fructus eius*: quæ ipsa satis cumulata, & glorioſa remuneratio est: seruos autem, qui vineam non custodierunt; sed *cœperunt percutere conseruos suos, manducare & bibere cum ebriosis, imò & apprehensum hæredem eiecerunt extra vineam, occiderunt; malos hos malè perdens*, mandabit in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius: atque compensatis bonorum laboribus, punita impiorum licentia. dissoluendus iam ille cœtus vniuersalis: Quoniam autem Iudicio electus locus, vallis Iosaphat: *Consurgent nanque gentes in vallem Iosaphat: ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu:* ibi, vbi quondam horti morantem sponsam, vt receptui canat, rogat sponsus: *Quæ habitas in hortis, amici te auscultant, fac me audire vocem tuam:* Illa læta super omnibus diebus vitæ suæ paret continuò: *Euge, dilecte mi,* (ait) *& assimilare capreæ hinnulóque ceruorum super montes aromatum*: Eamus celeres, quali solent capreæ, hinnulíque ceruorum rapi festinatione, cùm amissam genitricem implorant, transcendúntque volucres inaccessa; non cursus ille, sed volatus: sic eamus; possumus nanque; non enim iam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: sed eamus ad montes aromatum, ô ad vitam illam felicissimam, *O ad regnum verè beatum, carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum; vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus; vbi victor miles illis hymnidicis Angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione Canticum de Canticis Sion, nobile perpetua caput amplectente corona.*

Iudicium finale.

Ibid v. 11.

Acosta lib. 4. de nouissimis temp. c. 23.

Ecclesia in sponsi lares traductio. Aug. tom. 9. lib. Medit. c. 22.

SVBSECTIO VIII.

Conferuntur inuicem duæ explanationes, mystica, atque historica: quanta in his vniuersim germanitas quærenda?

70. QVoniam verò vigiliis nostris principem scopum præfigimus, germanum huius Epithalamij

thalamij mysticum intellectum, qui de Christo, & Ecclesia præcipuè est, vna omnium attestatione, quoad eius fieri valeat, prodere; nempe, hæc medulla, & succus Operis; hoc, in quo sibi potiùs complacet diuinus Hymenæi Auctor; placuit breuiter conseruisse inter se spiritalem, atque historicum sensum: quippe is demum solidus inter mysticas significationes sensus est, qui litteræ cognatus est, atque cum ea similitudinem, proportionémque habet: quæ dotes, si in ea, quam nos exhibemus, explanatione non mediocriter eluceant, erit spes, vt genuinam Canticici huius interpretationem attigisse videamur, pro qua vna re votum nostrum omne & desiderium.

71. Ergo sponsus, iuxta historiam, ætate adolescens, patria Iudæus, vrbe Hierosolymitanus, dignitate Rex, nomine Salomon, siue Pacificus. Totidem in Christo reperias: Hierosolyma, quæ sursum est, patria, qua parte Deus est; inferior & dici quoque patria queat, cùm in ea haberet consanguineos & affines, plurimam nobilitatis partem: cætera constant. Vxor sponsi secundùm litteram professione Gentilis, ortu extra Palæstinam, nata sub arbore; vineis commorans, hœdos pascens, sola indole honesta, præter faciei pulchritudinem, & moribus commendabilis. Splendent in mystica sponsa eadem? religio, gentilismus, natiuitas; vltra Iudææ limites in lucem edita sub arbore, nempe, sub idolo, quod ex arbore artifex adaptauerat; sub arbore quoque Crucis desponsata, quemadmodum alteram illam sponsus sub arbore malo suscitauit; officium, in vineis sacra Priapi, & Veneris facere; in collibus & excelsis hœdos, id est, lasciuiam pascere; eidem Veneri delubra constituens, quibus omnis turpitudo exerceretur. Sata vna Principe, qui matrem eius oppressit: & violauit: sata altera eo, de quo pronunciatum: *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam:* Tantùm dissimiles sponsæ, quòd alterius laudatissima vita si tamen ob virtutes morales encomio digna cuius sub ethnicismo professio: quomodo bona quæ pagana & idololatrix? alterius, quæ à Christo adamata est, per omnes spurcitias transacta ætas, & si quid in Philosophis sobrium, ex apparentia solùm; Verùm conueniebat ita, vt Christi charitas magis emineret, qui nec probosam & spurcam dedignatus: Denique vterque sponsus ab affinibus & consanguineis plurimùm molestiarum passi, quoniam alienigenam, & ethnicam puellam patriæ feminis anteponerent; & vterque post nuptiarum sponsionem, antequàm matrimonio iungerentur, abiêre à conspectu dilectarum.

72. Iam sponso à liminibus sponsæ, quam littera efformat, semoto, illa ab initialibus capitis primi Canticorum vocibus vsque ad verba illa eiusdem capitis: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. suspiria fundit pro absentia amati; gaudet introduci in supellectilis domum, nempe, in cellaria, refutat rumores vanos de sua, déque sponsi fama; exoptat auidè diem nuptiarum, & stabilis atque mansuri fœderis: hísque absumitur velut Prologus Epithalamij: Singula hæc etiam perlucent in mystica explanatione, quemadmodum experiri cupientibus patebit: Inchoat primum, siue conuiuium, siue membrum, & pars, seu denique actus, aut scena Hymenæi ab iis verbis capitis primi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* durat vsque in verba illa capitis secundi: *Sub vmbra illius, quem desideraueram:* ambit epulum hospitibus datum, comitatum ingentem Principis cum pompa ad nuptiarum solennia venientis, & in primis de ornanda sponsa in lucem publicæ lætitiæ agitur seriò, déque vniuerso apparatu geniali: Hæc, neque alia, iisdem versibus complectitur spiritalis expositio: A verbis illis capitis secundi: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi,* &c. orditur secundum conuiuium, siue secunda carminis portio; extenditur vsque in nouissimam capitis quarti sententiam: claudit matrimonij cæremonias, & ex genialibus epulis reliquis præstantius primum nuptiale conuiuium; sponsæ deliquium à gaudio, & ab amore: recreat eam sponsus variis spectaculis post languorem: deinde, quin abeundi occasionem exibuisset aliquã sponsa, elabitur: mœret illa, & lacrymatur nimiùm elapsum; lustrat diligenter, & tandem reperit: mirantur insolitos sponsæ honores, qui abiectam cognouerant: comparant nuptialem pompam cum ea, quæ in traductionis ad sponsi lares diem reseruatur, gloria: adiurat dilectus bis filias Hierusalem ne soporem sponsæ interrumpãt: demum toto capite quarto depingitur nubentium felicitas, pulchritudo, maiestas: Paria offert mystica declaratio: introducit primùm nuptias ipsas, & epulum abundans spiritalium consolationum ad diem Pentecostes; lætitiam deinde Ecclesiæ de Hebræorum ad Christum adiunctione, déque eodem inter Gentes anũciato: ad hæc tam læta subsequitur tristissimus casus sæuissimæ & diutinæ Imperatorum persecutionis, amisso sponso, probationis causa, non quoniam illa offendisset: inuenit tandem, quem deperit, & amat: mirantur nationes inassuetos Ecclesiæ sub Constantino honores: comparatur illorum temporum prosperitas cum eius diei fastu, quo in domum sponsi ad triumphantes ciues transferenda sit: Hebræi seminis populi semel, atque iterum prohibentur, ne graues sint Ecclesiæ tranquillitati: postremò pulcherrima Ecclesiarum facies sub Constantini imperio, toto capite, quarto graphicè aperitur.

Succedit tertium conuiuium, tertiúsque Hymenæi actus: Præbent initium prima capitis quinti verba, & absoluunt verba illa capitis sexti: *Descendi in hortum nucum*, &c. Habet discubitum intra hortum, appositis melle cum fauo, & vino cum lacte: succedit sponsæ pigrities, & tepida charitas: abit cum ira sponsus; vix inuenitur à sponsa post vulnera, & amissam chlamydem: laudat & describit dilectum sponsa: illam & sponsus, & quæ in comitatu erant Optimatum Reginæ, atque concubinæ extollunt: His æqualia parturit interior expositio: proponit ante cætera conuiuium dominicæ Mensæ: deserit sponsam, propter eius negligentiam, dilectus, & finit per hæreses affligi, ita vt tæderet viuere: post exquisitos conatus reperit amissum: laudat, & in laudibus refutat diuersorum sæculorum hæreses per Concilia in Spiritu sancto aggregata: sponsam dum euehit dilectus encomiis, simul præsidia salutaria offert contra hæresim, à Doctoribus, à Martyribus, à fundandis Religionibus, ab instituendis fidei causarum Iudicibus: mirantur deniq; nuptiarum sociæ, & amicæ Sponsã per hæreses adeò non exinanitam, & quassatam, vt magis creuerit ad miraculum, pulchra effecta *vt Luna, electa vt Sol.* 73.

Quartum conuiuium, siue genialis carminis quartum membrum, cœpit à verbis illis capitis sexti: *Descendi in hortum nucum*, &c. continuatur vsque ad verba illa capitis octaui: *Quæ est* 74.

ista

ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, &c. In limine illius consternatio sponsæ à quadrigis Aminadab, hoc est, à schismate populi, & diuisione, & à bellis: quam vt consoletur sponsus, aut ipse, aut nuptiarum, siue amici, siue sociæ virgines, dilectam longiori encomio celebrant, à vestigiis exorditæ laudationem: itur in hortum, epulis accumbunt, optat prolem sponsum referentem, vincitur ab ecstasi, & deliquio, somno acquiescit, & prohibentur filiæ Hierusalem, ne suscitent, neque euigilare faciant: Pro istis exhibet mystica explanatio turbatam quoque Ecclesiam in ipso vestibulo, & non nisi à schismate Antipaparum: bella quoque horrida, quæ Sarraceni inferant, quæ aliqui Imperatorum occidentalium: solatur sponsus, & quòd satis armorum ipse præbeat, aduersùs qualescunque hostes; & quòd nouissima Ecclesia, quæ latè depingitur, pulchra nimis futura sit: affertur pabulum ex Indorum conuersione: succedit Hebræorum ad Messiam reuersio; hæc proles, quam desiderabat sponsa dilecto similem, id est, eiusdem patriæ, & de eodem semine Abrahæ: incidit in languorem sponsa præ exultatione, & lætitia: Iudæi, qui sociis Christo adhærentibus molesti esse volebant, supprimuntur.

75. Succedit Operis Epilogus. Sumit exordium à verbis illis capitis octaui: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens*, & finem eundem habet, quem totus Hymenæus: Eo comprehensa præcipuè monita salubria sponsi, quibus sponsam communit contra aulicorum artes, eorúmque omnium, à quibus venustior forma timere debeat: offerunt amici, & cognati puellam sartam tectam habere: describuntur prouentus à vineis, & sponsi, & dilectæ: postremò canit receptui sponsa, & dissoluit ad nuptialem lætitiam conuocatos: Ad horum imitationem spiritalis sensus describit sponsum, qui Ecclesiam communiat aduersùs Antichristi immanissimam rabiem: quo omnium, qui vixerunt, nequissimo de medio sublato, succedit generale mortalium Examen, déque vineæ cultura, habitâ in Comitiis vniuersalibus quæstione; cùm boni laudem, & coronas; mali supplicia recepissent; cantat vltimum vale sponsa, & itur cum incredibili gaudio in perpetuas æternitates.

76. Possem ego non exiguo exonerari labore, & diligentia, si litteræ, atque mystici sensus præcipua tantùm capita, partésque contulissem, minutiora relinquens: quare, si in omnibus historiæ allegoria non responderet, veniam prudens Lector facilem daret, cùm sciat, meliores ex veteribus, nouísque Scriptoribus sentire, allegoriam non nimiùm vrgendam esse; & in parabolis plura esse, quæ Emblemata solùm sunt, & vnius ornatus causa apponuntur: Docuit Tertullianus libro de pudicitia, cap. 9. *Nec valdè laboramus* (ait) *omnia in expositione torquere, dum contraria quæque caueamus*: Basilius ad interrogationem 154. in Regulis breuioribus: *Sanè, quæ afferuntur similitudines, nequaquam ea omninò singulis earum rerum, ad quas allatæ sunt partibus respondent; sed illud agunt, vt mentem ad id, de quo agitur argumentum, dirigant.* Celebre est Augustini documentum lib. 16. de Ciuit. ad Marcellinum, cap. 2. *Non sanè omnia, quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt; sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, afferuntur: solo enim vomere terra proscinditur; sed, vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria: ita in prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant; sed quibus adhæreant, quæ significant, & quodammodo religentur*: Chrysostomus homil. 65. in Matthæum in eadem opinione est, quemadmodum & Theophylactus ad cap. 16. Lucæ: Priscos duces sequuti Maldonatus ad cap. 18. Matth. Iansenius Concordiæ cap. 79. ad illud: *Ego sum Pastor bonus*, &c. & cap. 87. ad illud: *Et vos similes hominibus*, &c. Pererius lib. 14. in Genesim, tom. 2. num. 209. Lauretus præfatione ad Syluam Allegoriarum: & huius Cantici Interpretes Luysius Legionensis initio primæ explanationis capitis primi Canticorum: Sotomaior in præfatis, pagina 57. Delrius Isagogæ cap. 4. §. *Notanda deinde*, &c. Gisserius præfarionis cap. 7. num. 17. His ego contentus, fortassè curis supersedere potui: malui tamen ad examen & libram cuncta referre, ni decipior; vel quia putarem vniuersa mysteriis grauida esse, cùm audiam Chrysostomum differentem initio homil. 21. in Genesim: *Neque enim vel syllaba, vel apiculus est, in sacris Litteris, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus*: Vel, quoniam eo modo allegoriæ maiorem fidem conciliarem, cuius etiam minuta, cum historia proportionem haberent: vel denique, quia mysticum sensum litteralem simul esse docuissem Præloquutione 1. Sect. 4. num. 24. Et quamuis *tropologia libera sit* (Auctore Hieronymo in cap. 1. Habacuc, ad illud: *Ecce ego suscitabo Chaldæos.*) *historia tamen stricta est, & euagandi non habet facultatem.*

Regula: *Allegoria non nimiùm vrgenda*

Regula: *In parabolis multa ornatus solius gratiâ.*

Tertul.

Basil.

Augustin.

Chrysost. Theophyl.

Maldon. Iansen.

Pereira.

Lauret.

Legion. Sotomaior.

Delrius. Gisser.

Tota Scriptura mysteriis grauida. Chrysost.

Tropologia laxa est, historia stricta

Hieron.

SECTIO III.

Qui surgunt scrupuli aduersùs tradita primâ Sectione de historiæ filo, & consequutione?

NE historiæ narrationem insuauem redderemus, crebris digressionibus, & hiatibus, quibus, emergentibus difficilium salebris, satis erat faciendum necessariò; rejecimus in hunc locum; seorsim obiectiones proposituri.

SVBSECTIO I.

Num vera, quæ secundùm historiã pronunciamus; & quali patrocinio suffulti docemus? Sponsus domo Ierosolymitanus, potentiâ Rex; Sponsæ genitor Dynasta; vxor ob virtutem magis quàm ob prosapiam & opes ducenda: Sponsa canticorum ignobilis: Num huius libri gesta, tacta aliis Scripturarũ voluminibus?

77. PLacet mihi, quod homo acris ingenij maturæ eruditionis, & in hoc interpretando Cantico de principibus, noster animaduertit Sanctius prologo ad Lectorem, argumentum huius Epithalamij iuxta literam aliquid esse, quod aut contigisset in Hebræorum republica, aut solitum fuisset nonnunquam euenire: Hæc mihi sufficiant: nam, vt possibile fuerit accidisse, satis habemus: sic enim historiæ campus aperitur, & litterali significationi, quæ cum mystica non confunditur: sed tamen perpetrata fuisse, rerúmque verè gestarum ordinationem esse, atque seriem,

Gaspar Sanctius laudatus.

Canticorum volumine cõtentum aliquid, Hebræorum reipublicæ accidere solitum.

quid si quispiam dicat? Habet ille pro se plura veteri, nouóque Instrumento dispersa exempla, quæ cùm difficiliores multò euentus contineant; veras tamen iudicatas historias à classicis Scriptoribus, monstrauimus Anteloquio 1. Sect. 3. Habet, non aliud documentum pro dignoscenda historia frequentiùs tradi à Scripturarum Versatoribus, quàm si nomina personarum narrationi intexantur: Egimus ex deliberato de canone isto, eodem Præludio 1. sect. 7. num. 49. At Salomon diuino Hymenæo non vnum nomen coniugum offert; natales, educationem, patriam, ætatem, pluráque alia memoranda describit: Habet denique (vt parabolam esse concedamus) parabolarum plerumque materias ex verè gestis assumi, vt ostendimus eadem sectione 7. num. 53. *Nemo enim* (inquit Alcazarius noster notatione 15. ptoœmiali ad Apocalypsim) *ficta vtitur narratione, quando veram nouit historiam, quæ æqualiter eidem instituto possit conducere:* Et sapienter ille: quorsum enim labor in fictis, vbi vera abundant, & æquè deseruiunt? His itaque stimulari poterunt, quibus placuerit existimare, narrationem esse rerum apertè gestarum: nobis sufficiens est potuisse vniuersa contigisse.

Alcazar.

Fictarum narrationũ in Scriptura rarissimus vsus.

78. Sed nihil horum apud alios Scriptores? Imò omnia. Nam, quòd non Salomon sponsus; ille, inquam, Dauidis soboles, quàmmulti docuêre, de quibus adi 1. Anteloquium, sect. 10. num. 80. esse autem adolescentem ex Hierosolymitana nobilitate, scribit noster Sanchez prolegom. 2. & satis insinuant voces eiusdem ad Sionides, quas ter adiurat *per capreas, ceruósque camporum, ne dilectam suscitent, & euigilare faciant.* quarum gratiâ quoque vehiculum illud operosum, diuésque, cuius columnæ argenteæ, reclinatorium aureum, ascensus purpureus, *media charitate constrauit*: Vinea quoque fuit illi, & possessio insignis, non alio situ, quàm *in Beelamon*, vt habent Septuaginta duo; aut in ea, *quæ habet populos*, vt interpretatur vulgatus, quem situm Hierosolymæ explicat Ch[illegible] Paraphrastes: Abenezra nomen loci asserit prope Solymorum muros positi, éstque vtraque sententia, quarum vnam, alterámve sequitur ferè omnis Interpres: Regiam in sponso eminentiam indicat, qua sæpè vocatur, Regis appellatio: probant meliùs comitatus insignis lectuli, siue quo ferebatur in carpentis, & essedis, siue quo dormiebat intra thalamum, & excubias agebant *sexaginta ex fortissimis Israël.* Ferculi genialis & materia & fabrica insignior; confluebant quippe pretiosa quæque, aurum, purpura, argentum, gemmæ; tigna ædium de cedro, laquearia ex cupresso: caput ex auro optimo propter diadematis præstantiam, thorax eburneus distinctus sapphiris, digiti pleni hyacinthis: sandalia ex auro, super quibus basibus fundantur crura tanquam columnæ marmoreæ, byssо, scilicet, splendenti & candida tecta: Iam illæ tot vineæ, tot horti, quorum *emissiones Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo, crocus, fistula, cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis*: Denique Regem fuisse, illi non dubitauerint, qui Salomonem Dauidis successorem fuisse sponsum autumant: sunt autem hi neque pauci Auctores, neque obscuræ famæ, reperies Prælocut. 1. Sect. 9. num. 68. Sed de his nunc raptim actitamus: si pleno ore haurire libet, consule Anteloquium quintum.

Sanchez.

Sponsus Cãticorũ Hierosolymitanus.

Chald. Abenezra.

Regia maiestate pollens sponsus.

Sponsam autem miserè natam fuisse, in syluis sub arborum frondibus, hœdos ad pastum ducere, vineas custodire solitam, Salomoniam à viri nomine appellatam, idola Chananæorum in cultu & honore habuisse, patriam Libani eremum fuisse, tempus, locúmque nuptiarum, singula monstrauimus citata 1. Prælocutione, sect. 7. num. 51. Addimus modò ex probabili coniectura, eam Principe satam, quamuis mater etiam de ruris plebe fuerat: Idipsum existimauit Sotomaior ad verba illa cap. 7. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Proindè quidem, non qui genitricem sponsæ primariam, secundariámve haberet vxorem; sed, qui violentè oppresserat, dum fortuitò venanti in Libani verticibus occurreret. Si enim legitima Dynastæ quoquo modo vxor, non passus fuisset, vt vel sub arborum edidisset ramis, quòd laribus caruerit; vel obscurè educauerit, seu in vineárum, seu in agrorum pastibus; Quòd si equidem Auctoribus caruissemus, qui ea scripsissent, quæ nos docemus; debuisset tamen æquus Lector id in primis contemplari; an ea traderemus, quæ cùm inter se consequentiæ, & vinculi plurimùm haberent, casta quoque essent: & honestis auribus conuenientia: quas si nostra interpretatio secum attulisset conditiones, ferenda esset, quando plerisque huius Cantici Explanatoribus post Christopolitanum Antistitem, contingit, nouas inire vias, & superiorum vestigiis non calcatas, vt dicebamus Prolegomeno 1. sect. 5. num. 33. 79.

Sponsa genitor, Princeps. Sotomaior.

Sed inauditum est, inquis, certè nimis peregrinum, Principem à supremo Monarcha secundum, rectæ indolis, compositæ mentis, patriæ virginibus desertis, in quibus cum summa nobilitate certabant ingens pulchritudo, opes, honestas; ducere voluisse alienigenam, vilem, despectam, pauperem! Nec iuuat dixisse, per Scripturarum vasta æquora occurrere frequenter rara, atque inusitata exempla compertarum historiarum: his enim assentimur captiuantes intellectum in obsequium fidei: vbi autem Scripturarum textus non vrget, nec fidei reuerentia stimulat, sobriè cogitandum est, eáque in medium proferenda, à quibus communes rerum leges non abhorrent, alioqui figmentum magis, quàm historia existimabitur, quod proponitur: Respondeo, non paucas à nobis descriptas historias difficilis & implexæ connexionis Prælocutione 1. sect. 3. num. 18. & sect. 5. num. 39. quas vt credamus, fides non vrget: credimus tamen cum quadam probabilitate: quia eruditi & diligentes Interpretes sic docent; & inprimis, quia cum eo interpretandi genere mirificè cohæret textus: Ex hac igitur historiarum norma dicimus, illam esse, quam Salomonis Epithalamium celebrat. 80.

Sed veniamus ad inauditum, nimísque peregrinum de impari coniugio pronunciatum: Assero itaque, sponsum Hebræas puellas posthabuisse Syrophœnissæ virgini, & alienigenæ: quoniam hæc, quæ peregrina erat, & non de Iudæis; etsi diuitiis, maiorúmque gloria illis impar; vincebat tamen modestia & virtute, quantùm illæ superabant nobilitate & substantia: Hoc sanè rarum est, atque insolens, modestiam in vxore plus quæsitam á marito, quàm possessiones & gazam: sed hoc quoq; pauciſſimis cóceſſum, asſe quutus noster spõsus, quoniã Princeps erat iustitiam, probitatémque plus diligẽs, quã externa ornamenta: Æmulabatur ille prisca Heroum tempora, & gloriabatur potiùs imitatatione Patriarcharũ, quàm nominibus: Audi 81.

Sponsus Cãticorũ duxit vxorem ob probitatem eius.

Chry

Chrysost. Chrysostomum loquentem de nuptiis Isaac cum Rebecca hom. 48. in Genesim: *Et attende, quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot, & tot, non externæ venustatis formam; sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem: Vidisti, quomodo magis animæ generositatem, quàm opum abundantiam inquirebant?* Ambrosius lib. 1. de Abraham Patriarcha, cap. 2. *Non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius, & gratia delectat virum: Qui suauitatem quærit coniugij, non superiorem censu ambiat, non monilibus ornatam; sed moribus:* Atque ex Ethnicis Legislatoribus Lycurgus ille, referente Plutarcho, *caudum percunctanti, quam ob causam lege cauisset, vt sine dote Virgines eloarentur: Virginquit, neque propter inopiam vllæ relinquerentur innuptæ, neque ob diuitias expeterentur: sed vt inuenum quisque ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem: eadémque de causa fucos, & ornamenta, quibus alia formam, vel fingere, vel commendare solent, ex vrbe submouit.*

Patriarcharum veterũ vsus in deligenda vxore.

Ambros.

Plutarch.

Rectè Seneca in Octauia, Act. 2.

Seneca.

Probitas, fidésque, coniugis mores, pudor.
Placuant marito: sola perpetuo manent.
Subiecta nulli mentis, atque animi bona.

Hæ igitur causæ mouerunt sponsum, vt inopem, & plebeiam duceret, relictis locupletibus, quoniam animi dotibus excellebat, quæ possessiones, & thesauros non habebat: Quemadmodum propè ob similes rationes Traianus ad imperij culmen euectus, de quo Dion Cassius in Nerua: *Caterùm in hoc bonitas Neruæ, & studium in Rempublicam maximè apparuit: nulla intercedebat cum adoptato cognatio: imo verò propinquos, & cognatos quamplurimos habebat: publica tamen vtilitati, atque saluti societatem sanguinis postposuit: neque eo deterritus, quòd Traianus genere Hispanus, aut ex Italia oriundus non esset, quódque ante eum peregrinus, & alienigena Romanum imperium non tenuisset. Virtutem hominis, non genus, aut patriam spectari oportere existimauit;* Insigniter Nerua: *Plato quippe aiebat* (inquit Seneca epistola 44.) *neminem Regum non ex seruis esse oriundum, neminem non seruorum ex Regibus: omnia ista longa varietas miscuit, & sursùm, deorsùm fortuna versauit: Quis ergo generosus? ad virtutem benè à natura compositus.* Sed de his quamplurima apud Stobæum sermone 70.

Dion Cass.

Traianus ad imperiũ euectus propter virtutes.

Seneca.

Initia etiam Regũ obscura, & vilia.

Stobæus.

82.

Verùm non sine exemplari, & quin haberet, quos sequeretur, tale consilium amplexus: Salomon enim, cùm de Hebræorum Optimatibus esset, Hierichuntinæ cauponariæ thalamos non est dedignatus simili motus desiderio, quo noster sponsus; nempe, feminæ probitate allectus: Transcribamus incerti Chrysostomi verba hom. in Matthæum: *Cum esset Salomon nobilis inter filios Israël, & quia de tribu Iuda erat, & quia filius Principis, vidit Rahab illam fidelem sic conuersam ad bonum, & à Deo dilectam, & computatam inter filios Israël, quasi magnam aliquam illam constitutam, meruit Salmon accipere in vxorem:* Sic & Booz, cùm agris & possessionibus diues esset, non contempsit Ruth Moabitidem pauperem, & inhonoram. *Itaque considera* (inquit Chrysostomus hom. 3. in Matthæum) *ea, quæ in Ruth facta sunt: hæc enim erat alienigena, & in extremam delapsa pauperiem: sed videns eam Booz, qui nec ob ipsius paupertatem despexit, nec ob impietatem gentis exhorruit: sicut etiam & Christus Ecclesiam suscipiens & alienigenam, & magnorum laborantem egestate bonorum, suo consortio copulauit.* Daquid quoque quales vxores habuit? Nam, vt sanè regia editam stirpe acceperit Michol, Gessur etiam Regis filiam; duxit tamen Abigail viri agricolæ, quamuis potentis & locupletis, coniugem Nabalis, scilicet, & duxit ob feminæ præstantes animæ dotes, quemadmodum probè aduertit Salianus tom. 3. anno mundi 2977. num. 43. quarum egregium specimen dedit, cùm incensum aduersùm barbaram mariti inhumanitatem, Dauidem facilè placauit submissione & eloquentia: At Bersabæa, quam primariam vxorem habuisse coniectamur eò, quòd Salomonem eius filium, regnorum hæredem nominauerit; nónne illa priùs nupta priuato militi Vriæ Ethæo, & quidem Ioabi militiæ Ducis armigero, vt libro 7. cap. 7. prodit Iosephus? sed tamen insignis materfamilias ipsa, vti Salomonis educatio commonstrat, pro qua consule Pinedam lib 1. de rebus Salomonis, cap. 10. num 15. & sequentibus: Denique veteres omnes Hebræi duo vxorum genera obtinuêre: alterum earum, quæ Reginæ & primariæ vocarentur, quarum filij hæredes paternorum bonorum stabilium: alterum illarum, quæ concubinæ, & secundariæ dicebantur, quarum posteritas ex genitoris testamento dona solùm accipiebat: Vnde est illa querela Iudic. cap. 9. *Et constituistis Regem Abimelech, filium ancillæ eius, super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit:* Vtrumque genus legitimi thori, & fœderis: Ex his itaque vt concedamus, primarias vxores, paris cum marito fuisse nobilitatis, & honoris: sed erant secundariæ illæ ancillæ tantùm, & ignobilis portio. Chrysostomus hom. 3. in Matthæum: *Propterea igitur & duodecim Patriarcharum intulit mentionem, vt hinc quoque humiliaret immodicam de progenitorum nobilitate iactantiam: multi enim eorum ex ancillis matribus nati sunt:* nempe, ex duabus Iacob concubinis, & secundariis vxoribus, Bala, & Zelpha: Verùm & quam primariam habuit vxorem post obitum Saræ Abrahamus, Cethuram videlicet, longo tempore ancillam fuisse, cum Delrio asserit Salianus tom. 1. anno mundi 2179. num. 6. ergo sponsus alienigenam proletariam, & inopem accipiens thori consortem, non à Maiorum imitatione, non à gentis suæ consuetudine recessit: adeò non inauditum aliquid aggressus est.

Salian.

Vrias, cuius fortuna homo.

Ioseph.

Vxorum duo genera apud Hebræos.

Iudic. 9. 8.

Chrysost.

Cethura Abrahæ vxor primaria.

Salian. Delrius.

Denique in hoc Epithalamio Salomon cecinit Dei & Ecclesiæ nuptias, vt est omnium Catholicorum Interpretum perpetua & constans opinio: Siue autem Ecclesia hæc vetus illa Synagoga est, siue noua & de Gentibus assumpta congregatio, certè Patrum communis delineatio est (qui in his Scripturarum genuina sensa sectantur) Ecclesiam pauperem, mendicam, ignobilem repræsentare: sponsum verò, nempe, Numen ipsum immortale, maiestate, gloria, diuitiis sublimem: Sic in hoc Cantico explanando ad illa verba Cantic. 1. *Nigra sum, sed formosa,* &c. Sponsæ ab æmulatricibus ignobilitatem obiectam existimauit Auctor 4. homiliarum, sub Origenis vocabulo, homil. 2. sub initio; Theodoretus egestatem significari putat; Eusebius, siue Athanasius, in Synopsi, barbaram, fœtidam, putridam indicari: Bernardus homil. 30. in Cantica, vile ministerium subintelligi excubiarum in vineis. Sed verba illa capitis 6. Canticorum: *Reuertere, reuertere, Sulamitis,* &c. plures ex antiquioribus, cùm aliter legerent, nempè, substituerent pro *Sulamiti, Sunamitem*, eam vocem sic interpretati sunt, vt *despectam, & captiuam* denotare arbitrarentur, quam

83.

Ecclesiæ, antequã Christo desponderetur, ignominia, egregiè in sponsâ Canticorum delineata.

Origen. Theod. Euseb.

Sponsa Canticorum cur nuncupata captiua?

sequuti etymologiam verborum, sponsam abiectæ & deploratæ conditionis, qualis fuit semper mancipiorum, faciunt, omnémque nobilitatis honorem adimunt; super his inspeximus Gregorium Romanum ad ea verba (si eius sit Commentarius, dubitat namque Posseuinus in Apparatu sacro, verbo, *Gregorius*: nam germanam explanationem flammis absumptam putat ex maleuolorum inuidia;) Vidimus Bedam, Anselmum Cantuariensem, & Laudunensem in Glossa paruula & interlineari, Honorium Augustodunensem, Guillelmum Abbatem, Philippum quoque Abbatem, Hugonem de Sancto Victore Miscellaneorum 2. lib. 3. titulo 9. Cassiodorum, Apponium, Vvolberonem, Rupertum, Philonem Carpathiorum Episcopum; S. Thomam, Petrum de Alliaco: & ferè latini ita semper. Non disputo modò, an hæc à Patribus tradita nominis declaratio cum originario idiomate satis consentiat: mallem enim in his Hieronymo adhærere, qui epist. 2. ad Nepotiam, Sunamitem, *coccineam* interpretatur, quem sequitur Cardinalis Halgrinius ad cap. 6. Canticorum: Mens fuit ostendisse, Patres in ea fuisse sententia, vt Ecclesiam aliquando pauperem, ignobilem, de more ancillarum, seruorúmque extitisse existimauerint, quo pacto loquutum Chrysostomum monstrauimus numero anteriori: Loquutum Augustinum ad illà Psalmi 122. *Sicut oculi ancillæ*, &c. Loquutum Hieronymum lib. 15. in Isaiam ad illa cap. 54. *Paupercula tempestate conuulsa*, &c. At Bernardi omisisse mellita verba, religio fuerit. Is itaque sermone secundo in Dominicam 1. post Epiphaniam: *Multum enim hæc sponsa sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate: attamen propter Æthiopissam istam de longinquo filius æterni Regis aduenit, & vt sibi desponsaret illam, etiam mori pro ea non timuit: vnde tibi tam inæstimabilis gloria, vt eius sponsa merearis esse, in quem desiderant Angeli prospicere, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, ad cuius nutum vniuersa mutantur?* Sed, quid moror? cùm Augustinus libro de catechizandis rudibus, capite 20. tom. 4. doceat, quæ de Hierosolymitana vrbe in Scripturis referuntur, in typum Ecclesiæ pronunciari: Hieronymus idipsum apertè profiteatur lib. 1. in Hieremiam ad illa cap. 4. *A voce equitis, & mittentis sagittam*, &c. De Hierosolymis autem Deus per Ezechielem, cap. 16. manifestè testetur: *Et eras nuda, & confusione plena; & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho:* Cùm igitur constet de Ecclesiæ mendicitate, de conditione & stemmate ex populi fæce, rursúmque de sponsi amplitudine; verosimile, Spiritum sanctum Epithalamij Scriptori inspirasse, eiusmodi vt historiam genialem caneret, quæ maximâ cum re significata proportionem, & similitudinem indueret: At, vt huiusmodi texeretur narratio, debuit coniuges proponere diuitiis, nobilitate, gloria longè inæquales: Igitur, quòd imparem marito in scenam producamus vxorem, id ex Patrum omnium consensu, id ipsius textus vinculo, & cohærentia velut coacti facimus.

Commentarius in Cantica sub nomine Greg. Pap. an eius?
Greg Pap.
Beda.
Anselm.
Honor.
Guil. elm.
Philipp.
Hug Vict.
Cassiod
Appon.
Vvolber.
Rupert.
Philo Carp.
Hieron.
Halgrin.
Sunamitis quid significet?
Auguſt.
Hieron.
Bernard.
Hieron.

84. Obiicias: Si tam memorabiles nuptiæ, regnante Salomone, contigissent, casúsque tam insolens, nempe, de regni Proceribus primum, aut secundum post Monarcham, ex Libani vastitate sponsam petere in derisum femineæ nobilitatis, sordibus enutritam; meminisset alicubi vetus Instrumentum euentus inusitati: sed, ne verbum de tanto nubentium apparatu. Respondeo, Scripturas satis memores horum connubiorum, quando iis concinendis integrum Canticorum volumen absumunt: *Sed ex littera non satis constat, quis sponsus, quæve sponsa* (vt inquiebat Lyra prœemio in Cantica:) Verùm, id quorsum mirandum in libro, cuius stylus ænigmaticus, quemadmodum vniuersi agnoscunt? Itaque in hoc Epithalamio nominatur sponsus, eiúsque vxor; describuntur origo, patria, ætas, aliáque multa: sed quoniam, vt Augustinus asserit tom. 9. lib. de Pastoribus, cap. 15. *Cantica Canticorum ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur*; hinc est, quòd non statim appareat Hymenæi sensus; sed opus sit multo labore, & industria: Hanc meam cogitationem Theologico exemplo vtcunque commonstrare conabor: Multa didicit Mater Ecclesia processu temporum, multa stabiliuit, declarauítque fidei dogmata, quæ olim opinionibus iactabantur: *Quo fit, vt multa nunc sciamus* (inquit Castro lib. 1. de hæresibus, cap. 27.) *quæ à primis Patribus, aut dubitata, aut prorsus ignorata fuerunt*: Sic ostendit, canonicas esse aliquas Scripturarum partes, de quibus prisca ætas anceps fuerat: sic definiuit animas beandas ante corporum resurrectionem: &, quemadmodum conspicuis Theologis placet, decreuit in Baptismo, gratiam, & virtutes infundi; Sanè continebantur hæc in Scripturis; sed latebant, sed operiebantur, quoad venit hora, vt sponsam suam doceret Spiritus sanctus, & enucleareat illa, supérque candelabrum, & in aprico poneret, quod sub modo abscondebatur, vt sapienter idem Castro ponderat præfato lib. 1. cap. 5. Canus lib. 5. de locis c. 5. §. *At postremũ*, &c. multíque alij, quos proferemus Prælocutione 4. Sect. 13. Quemadmodũ itaque in his argumentari non est commodè, ea in Scripturis minimè contineri, sed dicere est solùm, latitasse aliquando; ex sacro autem textu eruta suo tempore ab Ecclesia; sic asseueramus, in Cantico Salomonis occludi historiam nuptialem, eruendam probabiliter ab Interpretibus, quemadmodum Ecclesia certò eruebat, quæ latebant fidei dogmata.

Lyran.
Auguſt.
Caſtro.
Ecclesia procedente tẽpore multas veritates dicit.
Caſtro.
Canus.

Sed dixerint, oportuisse, vt præter librum Canticorum, aliæ Scripturæ meminissent, repeterentque id ipsum; inde enim affulgeret lux indubia ad hæc arcana penetranda: Respondeo, necessarium non fuisse: quota enim Christi gesta omiserunt Euangelistæ, quota documenta? vt expendit cum sapientia Castro lib. 1. de hæresibus, cap. 5. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit* IESVS, *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Ioan. cap. 21. Inefficax itaque argumentatio est à Christo plura non fuisse perpetrata, quoniam nusquam apud Euangelistas leguntur: Sanè consueuit Spiritus sanctus extra propriæ narrationis locum aliqua conscribere; sed quæ ibi omissa fuêre: Ita ex Psalmo 77. didicimus de plagis Pharaonis, Ægyptóque afflictis non pauca, de quibus Exodo non est mêmoria; atque ex Sap. cap. 16. de his, quæ in externo contigerunt, eodem volumine non recensita: ignoraremus Iacob cum Angelo luctantem fleuisse, si Oseæ cap. 12. non consuleremus: atque huius generis magna congeries est, de quibus si edoceri est cupido, perlustra Cantapretensem hypotyp. lib. 5. cap. 1. Toletum ad cap. 12. Lucæ, annot. 96. Gasparem Sanchez ad vers. 22. cap. 9. Iob. Eundem ad cap. 7. lib. 3. Regum.

85. *Angesta Cãticorũ libro aliis Scripturæ locis repetantur?*
Caſtro.
Regula: *Scriptura narrationibus multa omissa, quæ contigerunt.*
Ioan. 21. 25.
Regula: *Scriptura, omissa vno loco, altero refert.*
Pſalm. 77.
Sap. 16.
Oſeæ 12.
Cantapr.
Sanchez.
Tolet.
Lorinus.

Ribera. Mendoça.

Regum. Lorinum ad vers. 35. cap. 20. Actorum: Riberam ad cap. 12. Epistol. ad Hebræos, num. 41. & ad caput 10. Oseæ, num. 53. Mendoçam tom. 1. in lib. 1. Regum, ad versic. 21. cap. 1. num. 7. At, quæso, cur isthæc Auctoribus iis, qui ex professo de tota re egerunt, non suggessit Spiritus? Quis nouit sensum Domini? nam certè in promptu erant tunc ei, cuius calamus velociter scribens, aut Moyses, aut alius Prophetarum: Ergo num benè argumentabimur, ea, quæ Psalmo 77. cecinit Dauid de plagis Ægyptiorum, non certa esse, & indubitata: quia Moyses, qui ex deliberato texuit historiam, omisit? Quid, si Dauid quoque tacuisset, vt facilè euenire potuit? Igitur Spiritus sanctus quædam omninò profundo silentio mersit, quædam vno loco præterita? altero publici iuris fecit; quædam semel locutus solùm, de quibus fortasse huius abstrusi Epithalamij argumentum: quoniam mirabile hoc Canticum abscondi voluit à prudentibus etiam, & sapientibus, & reuelare illud, cui placuisset: Quanquam fortasse aliis Scripturarum tractatibus easdem materias complexus fuerit Spiritus, Psalmo 44. *Eructauit cor meum*, &c. Apocalypsi, & alibi Nam quid plures scriptores de argumento Psal. 44. sentirent, aperuimus Anteloq. 1. num. 73. quid de Apocalypsi existimandum, docemus Anteloq. 9. num. 41. Sed vbique posuit velamen super faciem, ne agnosceretur: & quoniam eiusmodi velamen vsque in hodiernum diem positum est, ideò sententias nostras non tanquam certa dogmata venditamus; sed velut probabiles theses, & in quibus veritatem attingere nisi sumus.

SVBSECTIO II.

Num legitimè, & secundùm veteres nubentium ritus, tria solùm conuiuia assignamus? de tempore genialis lætitiæ & numero conuiuiorum longior tractatio; obiter de funerum diebus; Biblicis sententiis splendor, specialiter Esteri, Ieremiæ, Ioanni.

86. NOn vnum in nuptiis celebratum epulum extra discrimen videatur: Tertullianus lib. de cultu feminarum: *Præterea, vt conuiuiis multis, ac molestis superfederent, quæ fermè ex more nouis maritis obeunda sunt: Multa* dicit, & quidem molestiam præ numero, satietatémque generantia. Maximus Monachus in Scholiis ad D. Areopagitam in epistolam octauam differens de celebritatibus, quibus *Hilaria* nomen: *Dies* (ait) *quidam erant idololatriæ addicti, quos Hilarios appellabant: priuatæ autẽ censebantur, vt cùm quis vxorem primùm duxerat aut ex vxore susceperat filiũ: communes & publicæ, vt cùm quis piam regno inauguratus, primùm recénsque Rex declaratus, publicas Hilarias indicebat: Nulli per eos dies licebat gestare quidquam lugubre; sed spectacula, sacrificiáque in dies singulos celebrabantur: a luctu sibi temperabant, qui in luctu erant, atque intererant spectaculis; inque publicis conuiuiis transmittebant istiusmodi Hilarios dies:* Quibus verbis manifestè significatur, plures fuisse Hilariorum dies, atque in singulis Symposium exhibitum. Porrò de eo genere erant geniales dies. Adstipulatur Plutarchus in Arato, loquens de Antigono: *Nuptias Corinthi celebrauit, ludósque edidit, & conuiuia agitauit quotidie.* Promamus & de Poëtis vnum, alterúmve. Horatius lib. 2. Satyr. 2.

Ille repotia, natales, aliósque dierum
Festos albatus celebret.

Erant autem repotia nuptiales cœnæ. Ausonius Burdegalensis epist. 13. de ostreis:

Sed festos quia sæpè dies partim ipse meorum
Excolui, inque vicem conuiua vocatus adiui,
Natalis si fortè fuit solennis amico,
Coniugióque dapes, ac festa repotia patrum
Audiui meminíque bono laudare frequenter.

Atque istis sanè apertè innotescit, plures epulas datas nuptiarum sodalibus, & conuiuis: Verùm dixerit quispam, stare cum nostro pronunciato: nã tria conuiuia plura sunt: Quare alio argumento vtemur robustiori, quod ab eo tempore deducemus, quo tota genialis lætitia persistebat.

Sanè Ioannes Rosinus Antiquitatum Romanarum lib. 5. cap. 37. duplici cœna totum genialem apparatum absoluit: altera, quæ dabatur à nouo marito ipsa coniugij luce, & dicebatur cœna nuptialis: altera, quam postridie idem post solutam sponsæ zonam celebrabat: cui nomen, *repotia* propter redintegratam hesternam compotationem. Sed Iulius Scaliger Poëtices lib. 3. qui Idea inscribitur, tertium addit diem: distribuit autem spatium ita: primum diem sponsalibus assignat; secundum destinat nuptiis; tertio tribuit ducendam nuptam in domum mariti: Atque hæc diuisio tritior Criticorum, qui de hac quæstione ieiunè tractarunt, quantum hactenus perlegere licuit: Reperi tamen de triduo hoc in vita Sanctæ Godolouæ, 4. Surij tomo, die 6. Iulij: *Celebrabantur* (inquit) *triduo nuptiæ: sed iis sponsus noluit interesse; ne, quam habebat exosam, aspicere cogeretur:* At, per quot tridua productæ illæ nuptiæ Assueri cum Esther, de quibus Iosephus Flauius libro 11. Antiquit. cap. 6. *Dimisítque* (inquit) *quos Angaros vocant, per omnes Gentes, nuptiale festum eis indicens: ipse verò Persas, & Medos, & Primates aliarum Gentium accepit conuiuio nuptiali per mensem integrum*: Ad hoc interuallum penè accessêre, quas Antiochus Syriæ Rex summa cum gloria nuptias ostendit, de quibus Athenæus lib. 10. Dipnosophistarum sic differit: *Peractis ludis, gladiatoriísque certaminibus, ac venationibus per triginta dies, quibus hæc spectacula celebrata sunt*, &c. Dimidio cumulatior fuit hæc pompa genialis illa, quam Papinius depingit Thebaïdos 2. quæ duodecim tantùm Soles intuita est: Ita pangit ille loquens de coniugio filiarum Adrasti cum Tydeo, & Polynice:

Postquàm regales epulas, & gaudia vulgi
Bissẽi clausêre dies, Ismenius Heros
Respicere ad Thebas, & iam sua quærere regna &c.

Nescio an Statianis nuptiis duodecim spectaculorum; an illis quibus mensis absumptus est, annumerem eas, pro quibus scribit Trebellius in duobus Gallienis: *Fuit enim Gallienus* (ait) *quod negari non potest, oratione, poëmate, atque omnibus artibus clarus: Huius est illud Epithalamium, quod inter centum Poëtas præcipuum fuit: nam, cùm fratrum suorum filios iungeret, omnes Poëtæ Græci, Latinique Epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, cùm ille manus sponsorum teneret, ita dixisse fertur*, &c. Quod igitur & multorum Epithalamiorum meminit, & asserat plurimos elapsos dies pangendis Hymenæis, suspicio est ad non vulgare

Plures in nuptiis epulæ. Tertull.

Maximus. Monach. *Hilariorum quinã essent dies?*

A lugubri veste quoties abstinerent veteres?

Plutarch.

Ludi in nuptiis. Horat.

Auson.

Natalitia festa.

87. Rosinus.

Conuiuium nuptiale triduanum. Scaliger.

Surius.

Ioseph. *Conuiuium nuptiarũ per mensẽ integrum.*

Athen. *Spectacula venationũ, & gladiatoria in nuptiis.*

Pompa nuptialis duodecim dierũ.

Statius.

Trebellius. *Epithalamia multa cantata in iisdẽ nuptiis.*

vulgare temporis ſpatium alluſiſſe : quanquam, vt inſignis fuerit genialis ornatus, quatuor, aut quinque diebus peragi potuerit : nam Alexander, quemadmodum ex Charis Hiſtorici voluminibus tranſcribit Athenæus, lib. 12. Dipnoſophiſtarum, *ſublato Dario, ſuas, amicorúmque nuptias celebrauit thalamis nonagintaduobus in eodem loco ſtructis* : Ac quanquam eius feſtiuitatis incredibilis fuerit apparatus ; tamen quintus dies finem attulit : Atque hactenus vagé errauimus, quin certum aliquem diem nuptiarum pompæ, atque celebritati præſcriberemus.

Athen.

Multorũ nuptiæ eodem loco celebratæ.

88. Temporibus igitur fixas ponamus leges, dicamúſque, hebdomadam, ſiue ſeptem Soles ex Gentium conſuetudine geniali lætitia abſumi conſuetos, neque his anguſtiora ſpatia ; ſed neque extra hos limites progreſſum : Donatus ad Phormionem Terentij Act. 1. ſcen. 1. *In nuptiis.* (ait) *ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus, quo Parentalia clauduntur*: Acro vetus Horatij Illuſtrator ad illud ſatyr. 2. lib. 2. Sermonum, carmen : *Ille repotia, natales*, &c. *Repotia* (inquit) *dicuntur ſeptimus dies, quo noua nupta ſolet redire ad parentes ſuos*: Porrò repotiorum vocabulo docti intelligunt vltimum ex genialibus epulis quod ſeptimo die, quo terminabantur nuptiæ, exhibuiſſe mos erat: qua etiam luce ſeptima optimus quiſque Muſicorum canebat, dulciùs modulans in finem, velut cygnea auis, cùm fata vrgent : quam ad nuptiarum cæremoniam puto alludere Claudianum præfatione in nuptias Honorij, & Mariæ, vbi connubium Pelei & Thetidis dum tangit, poſt alia ſubdit:

Septimum communiter nuptiarum apparatu cõſumptum.

Donatus.

Acro.

Funeribus nouem dies dati.

Septima lux aderat cœlo, totiéſque renatus
Viderat exactos Heſperus igne choros.
Tũ Phœbus, quo ſaxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine tentauit nobiliore lyram.
Venturúmque ſacris fidibus iã ſpondet Achillẽ,
Iam Phrygias cædes, iam Simoënta canit.
Frondoſo ſtrepuit felix Hymenæus Olympo,
Reginam reſonant Othrys, & Oſſa Thetim.

Nuptiarum die poſtremo optimus Muſicorum canebat.

Claudianus

Durauit etiam in Chriſtiana ſæcula, nuptiáſque hebdomadalis pompa : nam Metaphraſtes apud Laurentium tom. 2. in Vita S. Abrahami Confeſſoris ad Martij 16. diem: *Sex quidem prætereierant dies* (ait) *ex quo peragebatur conuiuium, & celebrabátur nuptiæ, & canebatur Hymenæus: ſeptimo autem die, in quo erat eis ſoluendum matrimonium, fit res quædam admirabilis, & quæ vix credi poſſet*, &c. Quòd ſi huius ritus vetuſtatem optamus, inueniemus facilè etiam ante ſcriptæ legis tempora, cùm adhuc, natura duce, regerentur mortales vniuerſi : tum quidem Iacob Patriarcha, cùm ſpecioſæ Rachelis ambiret thalamos apud Meſopotamiam Syriæ in domo Laban, inquit ei ſocer Geneſ. cap. 29. *Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi*: Quam quidem hebdomadam ſeptem fuiſſe dies genialium Hilariorum, ſcripſit, ſeu Euſebius, ſiue Hieronymus, Auctor quæſtionum Hebraïcarum ſuper Geneſim: Bellarminus illam traditionum partem genuinum Hieronymi fœtum profitetur : Andreas Maſius ad cap. 10. Ioſuë, de vniuerſo tractatu loquens, mendis aſperſum putat : verùm hanc eius loci interpretationem confirmat quoque Auguſtini auctoritas tom. 4. quæſt. 89. ex his, quas pro Geneſi excitauit : adhæsêre Gloſſa interlinearis, Lyra, & Interpretes communiter ad præfata verba : Poſt legis ſtatum iterum de ſeptiduo redit oratio Iudicum cap. 14. *Quòd ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones*, &c. Eſt autem ſermo de nuptiis Samſonis cum Philiſtæa, atque hunc in modum declarant Abulenſis, Nicolaüs de Lyra, noſter Serarius, aliíque eius loci Commentatores.

Nuptialis pompa ve tuſtas

Geneſ. 29. 27.

Euſeb. Hieronym. Bellarm. Maſius.

Liber Traditionũ Hebraïcarũ cuius? an incorruptus?

Auguſt. Lyran.

Iud. 14.

Abulenſ. Lyra. Serar.

89. Habemus itaque, & apud Hebræos, apúdque cæteras nationes, in primis verò inter Orientales, genialem lætitiam ſeptiduo productam: at per hebdomadam totam non ceſſabant epulæ? Quid eſt igitur, quoniam tria apud nos ſympoſia? nam etſi quartum addimus ad verba illa cap. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*; ſed non inter geniales menſas numeramus illum diſcubitum : atque eo vehementiùs vrget difficultas nos ſanè, qui non tenuis alicuius, & proletarij ſponſi coniunctionem præſentamus, ſed eius, quocum opibus, & gloria pauci contenderent, liberalitate, & magnificentia rariſſimus certaret : Porrò quotidiana fuiſſe conuiuia non mediocriter indicat cap. 14. Iudicum : *Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum*, &c. Velut vnum continuatum ſympoſium adſignificans totius hebdomadæ epulas : Plutarchus datus num 86. de Antigoni nuptiis : *Et conuiuia agitabat quotidie.* Ioſephus num. 87. prolatus de Aſſueri connubiis : *Medos & Perſas, & Primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali per menſem integrum* : Nempe, quòd ſingulis diebus ſterneretur triclinium lautum per illud interuallum : Sed maior fides ſeptuaginta ſenibus quàm Ioſepho, qui hebdomadam concedunt geniali compotationi : *Et fecit Rex conuiuium* (inquiunt Eſtheris cap. 2. verſ. 18.) *omnibus amicis ſuis, & virtutibus ſuis per dies ſeptem, & exaltauit nuptias Eſther*, &c. Metaphraſtes citatus numero antecedenti : *Sex prætierierant dies, ex quò peragebatur conuiuium*, &c. Quid, quòd acroamata, & ſcenici ludi frequentabantur ; Monet eccleſiaſtica Antiphona : *Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis*; Erat autem thalamus, quo nubentes ad genialem menſam accumbebant : nam datus numero elapſo Metaphraſtes: *Sedebat quidem* (ait) *ad menſam Abrahamus, tanquam ſponſus revera in thalamo ſuo : tumultu autem, & plauſu omnis domus perſtrepebat*, &c. Ante conuiuantes igitur fiebant acroamata, & dramaticæ actiones : & quemadmodum hæ frequentes erant; ſic & epulæ, quarum gratia adhibebantur : Quid, quòd non vnus cantabatur Hymenæus, ſed aliud veſpere Epithalamium occinebatur; aliud manè, vti obſeruat Auctor argumenti ad Edyllion 15. Theocriti, putà, ad cœnam, & prandium : Non vnum igitur erat epulum cuiuſque diei, ſed alterum meridie, alterum poſt Solis occaſum. Vtriuſque meminit Canon 53. Concilij Laodiceni ſub Sylueſtro Papa, parte 1. tom. 1. Conciliorum apud Binnium : *Quod non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes ſe turpiter, & indecorè, gerere, ſed modeſtè cœnare, & prandere, vt decet Chriſtianos.*

Cõuiuia fiebãt quotidie per totũ nuptiarũ tempus.

Iudic. 14. 17

Plutarch. Ioſeph. Sepuag. Metaphraſt.

Acroamata, & ludi ante nuptialem thalamum.

Hymenæus duplex, matutinus, & veſpertinus.

Cõcil Laod. *Prandium & cœna in nuptiis.*

90. Sed in hac vltima aſſertione erunt duo, quæ diſpliceant Ariſtarchis. Primum, quòd cœnare, & prandere veteres dixerimus, cùm verior ea ſit exiſtimatio, quæ prandium antiquis adimit: Secundum, quoniam ad menſam cantari Hymenæum affirmabamus, cùm potiùs caneretur à virginibus, quando noua nupta in lecto viri collocata fuiſſet, quemadmodum Muretus opinatur ad nuptias Iulij &, Manliæ apud Catullum: atque hic eſt Hymenæus ille conſopitorius, de quo noſter Sanchez prologo in Cantica 5. num. 21. Verùm, quòd ad prandia attinet antiquorum,

Quotempore, quóve loco Hymenæus cantatus.

Muret.

Sanchez. *Hymenæus conſopitorius qualiſnam?*

quorum, erit, vt ex professo disserimus, ad ea verba cap. 1. Canticorum: *Vbi pascis, vbi cubes in meridie?* Certè Laodicena Synodus prandium, & cœnam refert in nuptiis: atque vt in comedendo sobrij fuerint priscæ ætatis homines; licentia tamen amplior est in geniali hilaritate. De Epithalamio autem, vt non pertinax defenderim, haudquaquam modulatum sponsâ ad mariti cubile perlatâ: sic neque ausim negare, cantari solitum, dum aut pranderent, aut ad cœnam accumberent, qui ad nuptias vocati fuissent: nam sanè apud me fidem habent Augustini verba ad Psal. 44. *Solent* (ait) *dici ab Scholasticis carmina quædam vxores ducentibus, & nubentibus, quæ vocantur Epithalamia: quicquid ibi cantatur, ad honorem cantatur sponsi, & sponsæ:* Laudes igitur nubentium præcipuum Hymenæi argumentum sunt: vnde verba illa Psal. 77. *Virgines eorũ non sunt lamentatæ:* ex Hebræo vocabulo, *Hilalu*, vel *Hulelu*, non pauci vertunt Rabbinos sequuti: *Non sunt laudatæ*, vel *exaltatæ*, scilicet, hymnis, & Canticis nuptialibus: Placuit Genebrardo, Iansenio, Marianæ: Oleastro autem ad cap. 12. Genesis Quòd si certè Epithalamij scopus laudasse coniuges recèns nuptas, equidem opportunior locus conuiuij tempus, cùm plurima corona adesset, quàm cubile, quod paucos testes habere decet: Sanè, & hac de causa, nempe, vt plurimi essent, qui auditu exciperent nubentium encomia, Hebræis mos fuerat, vt in plateis Hymenæus sonaret, vti Hieremias significat cap. 17. vers. 34. *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, in desolationem erit terra*, &c. Nec à Hieremia longè abit Plautus in Casina Act. 4. Scena 3.

Age, tibicem, dum illam adducunt huc nouam nuptam, foras
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam Hymenæo:
O Hymen, Hymenæe, ô Hymen.

His itaque cùm probabiliter ostenderimus, & manè, & ad vesperam epulatum genialibus diebus; cùm hi ad minimum expleuerint septiduum, deriuatur, symposia nuptialia quatuor & decem fuisse; sed à tam copiosa multitudine, quantùm distant qualia nos signamus, tria tantùm conuiuia?

91. Sanè ego arbitror, quemadmodum luctus non vnùm fuit aliquod, definitùmque spatium apud Hebræos; sed varium pro auctoritate defunctorum: sic nec geniali pompæ certum aliquem præfixum scopum, quem vniuersi, siue locuples, siue pauper, siue de Optimatibus quispiam, obseruarent: verùm alios fuisse vsus mediocrium, alios diuitum, atque nobilium: fuerunt sanè lugendo dies septem consumpti communiter, vti & nuptiali hilaritate totidem: sic accipio Ecclesiastici sententiam cap. 22. vers. 13. *Luctus mortui septem dies: fatui omnes dies.* Sed, si quispiam, qualis Iacob Patriarcha, vitâ fungebatur: *Flebat Ægyptus* (Genes. cap. 50.) *septuaginta diebus:* Si Aaron aliquis Sacerdos, & populi apud Deum intercessor decedebat: *Omnis multitudo plangebat super eo* (Numerorum cap. 21.) *triginta diebus per cunctas familias suas;* Si Moyses Legislator, & Dei amicus ad meliora vocatus fuisset, dolebant filij Israël (Deuteronomij cap. 34.) *in campestribus Moab triginta diebus.* Quemadmodum ergo vulgare lugendi spatium diebus septem claudebatur; in Heroum tamen funeribus per septuaginta dies nonuunquam, sæpè per triginta habenæ laxabantur gemitibus: sic nuptiis communiter septiduum dabatur; sed ad vulgi differentiam Primates non rarò ad longiora tempora extendebant. Quare Assuerus, cùm ostendere cuperet (Esther cap. 1.) *diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiã potentiæ suæ*, epulas quidem exhibuit *fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis Prouinciarum, centum, videlicet, & octoginta diebus:* At populo, *qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum, iussit septem diebus conuiuiũ præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat*; Itaque multitudinis symposio hebdomada tributa; sed Principum gulæ ex mensibus non pauci; Quare & nostri sponsi pompa fortasse in triginta dies de more summorum Virorum producta, septendialis ad minus fuit: pluráque multò quàm tria conuiuia per id temporis? Sed, quare cæterorum memoriam prætererit facer Hymenæographus, iam aggredior monstrare.

Augustin. — *Nubentium laudes celebratæ in Epithalamiis.* — הוללו — *Psalmi 77. versus enodatus.* — Genebrard. Iansen. Mariana. Oleaster. — Hierem 17. — Plautus.

Scripturarum vsus est, aliquando præcipua factorum capita describere, cætera legentium iudicio relinquere; non quòd ea gesta non sint; sed, quoniam ex principali cætera diuinare facile est; Tractat eruditè regulam hanc Martinez lib. 9. hypotyposeon, can. 4. Ego modò Tertulliani exemplo vsurus: Is loquens aduersús Hermogenem, de protoplasti fabrica sic inquit: *Et ita nouum non est, vt id solùm, quod continet, nominetur: ecce si dicam: Ciuitas extruxit theatrum, & circum: scena autem erat talis, & talis, & statuæ supra euripum, & obeliscus super omnia ferebat: quia non & has species edixerim factas à ciuitate, non erunt ab ea cum circo, & theatro? Aliud de auctoritate Scripturæ ipsius arripiam: Fecit, inquit, Deus hominem de terra, & afflauit in faciem eius flatum vitæ: Faciem quidem eius hîc nominat: Quid respondebit Hermogenes? Nunquid & membra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatim facta referuntur?* Sanè, vt benè à Tertulliano consideratum, Scripturæ verba, faciei animationem tantùm sonant: *Et inspirauit in faciem eius* (Genes. cap. 2.) *spiraculum vitæ*: Sed, cùm omnes partes animatæ fuissent, de principe hominis portione sermonem instituit: Non inuenustum exemplum alterum Ruth cap. 4. Nam, cùm recèns nuptæ benè precarentur, sobolémque numerosam optarent: *Faciat* (inquiunt) *Deus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël;* Certè ædificauerunt etiam Zelpha, & Bala, ancillæ, secundariæque vxores Iacob, è quibus prodiêre tribuum non modica pars: sed tacet Scriptura, contenta nobiliores parentes nominasse: atque ex his, vt Lyra tetigit, primo loco posita Rachel, quæ natu minor erat, quæ pauciores filios peperit; quoniam in maiori honore apud Iacob, & ab eo plùs dilecta.

92. *Regula: Scripturarũ mos est, aliquãdo præcipua gestorum capita tangere solùm.* — Martinez. Tertull. — Genes. 2. 7. — Ruth. 4. 11.

Ad hanc igitur normam, Canticorum Poeta facer tria solùm conuiuia inter quinquaginta fortasse, Epithalamio memorauit, quoniam capitalia erant, cæteríque eminebant; & cùm summa tetigisset, minora transiliit, prout Canonici Scriptores non rarò fecerunt: Potuit & esse altera causa: quoniam à diuino Spiritu, Salomonis regebatur calamus mouit ad ea solùm scribenda, quæ præcipuo instituto deseruirent: itaque non omnia Hymenæo conclusit, quæ per dies geniales euenere; sed illa solùm, quæ Ecclesiæ

93. *Salomon non omnia descripsit, quæ inter nubendum contigerunt.*

varios

Eccl. 22. — Genes. 50. 3. — Numer. 21. — Deuter. 34.

varios casus delineare possent: Ecclesia igitur, quemadmodum tribus potissimum vexata est malis; Imperatorum Gentilium rabie, & insectationibus; hæresi; Saracenorum bellis, atque Pseudopontificum seditionibus: sic triplici lætitia, quæ excelleret, recreari decuit: quoniam sicut abundant passiones, sic & consolatio: Sicut igitur Epithalamij littera, ter, neque ampliùs, sponsam mœrore confectam offert, bis ab amisso sponso, atque iterum propter quadrigas Aminadab ob bellorum strepitus, quo tribus istis sponsæ doloribus repræsentaret tres Ecclesiæ potissimos labores: sic conueniebat eadem litera describi tria celeberrima conuiuia, quorum quodque comitaretur sponsæ aduersum & lugubre aliquod, quo triplex accumbentium iucunditas, Ecclesiæ tria potissima gaudia declararet.

94. *Ioannis locus exc 2. specialiter declaratus.* Hæc dum colligerem pro veteri nuptiarum titu, cœpi cogitare, an per ista lux aliqua afferri possit Ioannis cap. 2. vers. 1. *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat Mater* IESV *ibi. Vocatus est autem &* IESVS, *& discipuli eius ad nuptias*: Nam, quæ sit illa dies tertia, vix satis à quouis declaratum, Vide sententiarum differentias apud Maldonatum ad id capitis: apud Pereiram tom. 4. selectarum disputationum, disp. 1. in cap. 2. Ioannis: Num igitur dies illa tertia ex septiduo, quo celebrabatur genialis festiuitas? nempe, ibi à principio Mater Christi aderat: quoniam autem à Genitrice didicerant, filium eius adeò humanum, & mitem, vt si rogaretur, conuiuium non sperneret, miserunt supplicatum, vti dignaretur nuptiarum sodalis esse: Vocatus est igitur IESVS, & discipuli eius: & quoniam non à principio celebritatis accersitus, seriùs accessit, nempe, tertia nuptiarum die. Sanè hæc viam aperiunt quibus initium secundi capitis Ioannis cum fine primi connectatur facilè, fuítque hæc opinio Nonni Panopolitani Paraphrasi in cap. 2. Ioannis, dicentis: *sed quãdo tertia Aurora cubicularia, seu nuptialis pingebat & signabat purpureas petras in campo cananzo, plantigenæ Galileæ erant nuptiæ &*; poëticis phaleris tertiũ diem ex dedicatis pompæ geniali appellauit *tertiam Auroram nuptialem.*

Maldon. Pereirus.

SVBSECTIO III.

Num bene diuidimus in varios Actus canticorum Drama? An capitum, & numerorum distinctio in scriptura ab initio? Num eadẽ in Bibliis canonicæ authoritatis?

95. DIuisimus Epithalamium Salomonis in sex partes, harum prima, atque vltima de vnius capitis portione conflata, reliquæ ex centonibus, cùm sæpiùs duorum capitum versus aliqui actum de nostra scena constituerent, aliquando & ex trium capitum sententiis conficeretur Sed tamen illud fixum apud nos fuerat, vbi quisque actuum finiretur, ibi integrum esse sensum, & quo lectoris animus quiescere valeret; Hæc autem vt comperta sint, en emergit difficultas: Par est, atque secundùm ordinem, rectámque methodum, caput finiri vnum, alterúmque inchoare, quando aut absoluitur omninò narratio, aut ad integrum aliquod rerum gestarum punctum ventum est: At nos sæpè facimus initium vnius capitis pendere ab vltimis vocibus alterius, non minùs quàm eiusdem capitis vnus pendet versus ab altero: Ergo è duobus alterutrum: aut capita Canticorum non sunt iuxta sanam methodum distributa, quando perfectũ sensum non absoluunt; aut nostra Epithalamij diuisio in sex membra propter ordinem est, rectámque normam.

96. *Canticorum varia partitio.* Sed huius obiectionis quodcunque est pondus, non solos nos premit, vniuersos tangit, qui litteræ corticem ex instituto declararunt: Quotusquisque enim eorum non diuidit Hymenũ in plura seu Cantica, seu dramata, atque actus; Atque alius quidem decem constituit, alter septem laudauit magis, nonnullúsque quinque proposuit: prætereo nomina Scriptorum, atque loca indicare, quoniam res est in confesso: Iam verò horum quisnam capitum ordinem non inuertit, quò suos componeret actus? Atque certè non integrum absolui sensum, finito quouis capite, multi, & de veteribus, & de nouis Interpretibus sensêre; Ponamus de manifestioribus vnum exemplum: Capitis quinti ea est postrema sententia: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Quæso, an non hæc interrogatio est? Quid aliud sonant verba, quid totius capitis scopus insinuat? At quis perfectus sensus ab interrogatione, & quæsito? Hæret auditor, ancépsque vacillat, donec interroganti fiat satis; Huius autem quæstionis resolutio initium est sequentis capitis sexti: quemadmodum vterque Gregorius Græcus, atque Romanus docuêre, Theodoretus, tres Patres, vulgus denique & multitudo Interpretum, vti Sotomaior concedit diuersum ipse opinatus: Sic igitur cùm caput quintum quæstionem habens, resolutionem non claudat; imperfectum sensum parit: rursúmque capitis sexti principium ea quidem continens, quibus percunctantibus fit satis, ipsum quoque mancum est, quoniam ea non profert, ad quæ respondet: Non insociata esse debent, & quæsitum, atque illius resolutio;

Greg. Pap. Nissenus. Theod. Tres Patres. Sotomaior.

97 *An capitum & numerorũ distinctio in Scriptura ab initio?* Animaduertere autem est vniuersim, ab initio sacrum Instrumentum conscriptum absque numerorum, capitúmve distinctiõnibus; De Esdræ, & Nehemiæ libris, quos in duos habemus diuisos testatur planè Hieronymus in vnum coniectos volumen præfatione in eos tractatus ad Domnionem, & Rogatianum: idémque prologo ad eosdem in libros Paralipomenon: *Hoc* (inquit) *primum sciendum, quod apud Hebræos Paralipomenon liber vnus sit, qui propter magnitudinem apud nos diuisus sit: quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis Dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent, cùm vnus à suo Auctore editus sit*: De libris Paralipomenon eadem adstruit Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 18. qui & Ruth Historiam cum Iudicum actis continuari solitam tradit: Moysis Peutateuchum interruptum fuisse, & sine librorum discrimine aliquo, probat Gueuara ad cap. 3. Habacuc, num. 154. testibus Caietano ad initium Deuteronomij, & Lindano libro primo de optimo genere interpretandi, cap. 3. *Sciendum igitur est*, (inquit Sixtus lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, titulo, *De partitione*, Methodo 4.) *hanc arithmeticam capitum diuisionem, quam nunc in*

Hieron. Damasc. Gueuara. Caiet. Lindan. Sixt Sen.

in Bibliis habemus, recentem esse: nam ante quingentos annos nullus, siue apud Hebræos, siue apud Græcos diuinæ Scripturæ locus numeratim citatus, præter Psalmos, quorum, vt ex Actis apostolicis apparet, vsque ab initio nascentis Ecclesiæ adiectis numeris mentionem facere solebant: hos enim numeros, vt Hilarius in præfatione Psalmorum testatur, Septuaginta Interpretes Psalmis apposuerunt; Et quæ nunc, tam in Græcis, quam in Hebræis exemplaribus spectantur capitum diuisiones, ac numeri, à nostris Latinis Codicibus accepti sunt: partiebantur namque vetustissimi illi Expositores diuinas Scripturas, easdémque citabant, non capitum enumeratione, numerorúmque citatione; sed per allegationes particularium Historiarum, &c. His per omnia respondent, quæ Salmeron prodit tom. 1. prolegomeno 9. quinquagena 1. canone 22. Fuit igitur facta partitio propter tractatuum longitudinem, vt aiebat nuper Hieronymus, *Vt sic minùs in iis legendis,* (inquit Antonius Senensis præfat. ad Opera sancti Thomæ) *humanum defatigetur ingenium:* Aut memoriæ iuuandæ causa, vt putat Gretserus tom. 1. defensionis Bellarminianæ ad cap. 9. libri 1. de verbo Dei: Sed & Aristotelis, & non paucorum de Patribus monumenta alios vetustis temporibus habuêre vultus quoad librorũ, capitúmque sectiones, quàm nunc ostendunt, vti Gueuara, & Antonius Lusitanus monstrant. Quæ fuit occasio Theologis antiquioribus, aliter vt citarent Patrum Opera, atque referunt iuniores Scriptores: verùm & eadem causa fuit, vt non infrequenter apud Patrum quosdam aliter distribuantur Scripturæ capita, quàm exhibet vulgatus Codex, & quæ nonnulli volunt inchoationem esse capitis, alij contendant postrema esse antecedentis membri. De qua re tractat eruditè noster Sanchez ad cap. 12. Danielis.

Salmeron. *Scriptura partitio quare facta?*

Ant. Sen.

Gretserus.

Gueuara. Sanchez. *Patrũ alia antiqua methodus, quã nunc.*

98. *An capitum & versuum distributio in Bibliis, anomica auctoritatis.* Serar. Bellarm.

Hæc cùm noster Serarius vera esse cogitasset Prolegomenis Bibliacis cap. 19. quæstiúncula 18. docuit eiusmodi capitum sectiones & numeros canonicam fidem non habere? Certè Bellarminus Cardinalis planè testatur tom. 1. lib. 1. de verbo Dei cap. 7. septem illa capita libri Esther, quæ sunt postrema in vulgata editione, haud esse reipsâ vltima: *Sed quædam eorum spectare ad libri initium, vt caput 11. & 12. quædam ad medium, vt cap. 13. 14. 15. quædam ad finem, vt caput 10. pati tamen Ecclesiam ea capita simul ad finem libri persistere, vbi Sanctus Hieronymus ea collocauit, vt intelligamus, quid huius libri sit, & quid etiam non sit in codicibus Hebræorum:* Cùm igitur ea capitum diuisio canonica non sit, nihil fidei aduersum committeret qui vt suam accommodaret explanationem, meliúsque Scripturarum sensibus consuleret, capitum ordinem inuerteret; At ego post correctorum Bibliorum auctoritatem piaculi loco haberem; à quibus latum vnguem recedere religio sit: sed eo ipso suspecta & callida mihi appareret interpretatio, quòd eò deduceret, vt à vulgato quouis modo recedendum esset, tantùm abest emendare statuisse; Nos igitur, cùm Epithalamium Salomonis in sex partes dissecamus, haud animus vnquam est velle corrigere capitulorum vulgatam diuisionem, absit: sed, quoniam nos latet eius, qui diuisit, sensus, quem putamus reliquis præstantiorem fuisse, accommodamus nostris vigiliis octo capita, atque ad sex membra deriuamus apud nostram peculiarem Commentationem, non quòd in communi aliquid correctum vellemus; Itaque damus quidem libenter, eum, qui in octo capita diuisit, interpretationem sequutum, quæ vnumquodque caput integro, & perfecto sensu absolueret: hanc quoniam ignoramus, qualis fuerit expositio, atque inter Doctores dissidium ingens inueniremus, an vnius capitis verba ab alterius penderent, elegimus, quæ nobis certiora visa sunt, atque imitati omnes Interpretes, qui præcesserunt, nihil in Scripturæ numeris, aut capitibus immutauimus: diuisimus tamen actus eum in modum, vt sæpè de multorum capitum verbis vna nostra conficeretur actio.

99. *Vulgatam qui diuisit, optimè partitus est Scripturæ capita.*

At inquis: Si ibi perfectus sensus, vbi actus terminant, quamobrem non his potiùs accommodabimus capita & diuisiones? Doctrinarum quippe methodus sic postulare videtur: Iam dixi, eum, qui primò capita diuisit, normam aliquam ante oculos habuisse, quæ ad finem cuiusque capitis sensum integrum reperiret, propterea&que & optimè ab eo diuisum Epithalamium: posteriores autem, quoniam hæc latebat methodus, vnusquisque, quod veritati proximius erat, scribebat: Ad hæc, quemadmodum numero 97. ex Hieronymo dicebamus, Antonio Lusitano, Gretsero nostro, librorum capitúmque distinctio opitulandæ memoriæ, fastidij, quod longa generat lectio, tollendi gratia, adinuenta fuit: Non igitur oportet vnius sectionis narrationem independentem esse, & semotam ab alterius membri gestis: hoc enim fastidij remedium, hoc memoriæ iuuamen non postulant: Quàm sæpè in criticis elucubrationibus vnius capitis acta, præsertim si de historia tractatio est, ab alterius gestis pendent? Sed tamen, ne lassetur quisquam prolixa versuum continuatione, ponitur hiatus tituli interiectione; Sic igitur cum Bibliorum capita distributa fuerint, & sic quidem optimè, atque ex conuenienti methodo diuisa, vt vnius sectionis res gestæ ab alterius historia penderent, decorum fuit vtriusque, aut plurium aliquando capitum narrationes in vnum congeri actum, vt quò tenderent, perspectum haberet Lector, omníque tolleretur confusio: Quare & congruenter in vulgatis Codicibus Epithalamium in octo capita dissecatur, & non malè nos in sex partes diuisimus.

100. *Verba vnius capitis pertinent ad sensum alterius in Scripturis.* Caiet.

Quòd si quis vniuersim sustineri non posse asserat, capita Scripturæ sic diuisa esse, vt nihil præcedentium in subsequentibus contineatur, non deerunt pronunciato tutelares Viri admodum insignes, ex quibus Cardinalis de Vio Thomas verba illa vltima capitis secundi Actorum, *in idipsum*, arbitratur ad principium subsequentis narrationis magis pertinere, & ab illis ordiendum caput tertium: Ex eodem Purpuratorum ordine noster Bellarminus tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 15. verba illa cap. 1. lib. 2. Machabæorum, *anno centesimo octogesimo octauo*, dicit non pertinere ad principium Epistolæ à Iuda & Senatu missæ, sed esse finem alterius, quæ antecessit Epistolæ scriptæ à toto populo Iudæorum, duce Ioanne Hyrcano: cùm sanè, siue sensum consideremus; seu quo Scripturæ notantur, modum; non minùs difficile appareat istud, quàm si id ipsum asseruisset de diuersis capitibus: Et in hoc ille sequutum se profitetur Melchiorem Canum, aliósque: Gaspar Sanchez ad cap. 12. Danielis planè existimat verba initialia capitis duodecimi spectare ad finem capitis vndecimi: Serarius præloquio sexto ad Machabæorum volumen asserit, omnia, quæ secundo libro referuntur, coniuncta esse cum his, quæ primus liber explicat,

Bellarm.

Sanchez.

Serar.

explicat, ſine quibus declarari aptè nequeant: Quare ipſe Commentarios ſuos inchoat à verſu vigeſimo capitis ſecundi libri ſecundi, & admiſcet frequenter vtriuſque libri & capita & geſta, quo dictorum ſufficientem proponat concordiam.

SVBSECTIO IV.

An ex Epithalamij norma, quòd ſponſam ſæpè mœſtam, turbatámque deſcribamus? In nuptiali feſtiuitate nihil lugubre permiſſum; illuſtratio Ieremiæ, Apocalypſis, Ioannis, Deuteronomij; Prouerbiorum locus cum ſingularitate.

101. *Nuptiarum tempore nihil non iucundum.* Sidon. Apol.

SAnè genialis pompa quodam ſibi iure vendicat, vt non dicam, inter nuptias appareat luctuoſum quidpiam, & infauſtum; ſed etiam in alia tempora reiiciatur quicquid ſeuerum, & tetricum eſt: Audiamus elegantem Sidonium Apollinarem epiſtol. ad Heronium lib. 1. epiſt. 5. *Interueni nuptiis Patricij Ricimeris, cui filia perennis Auguſti in ſpem publicæ ſecuritatis copulabatur. Igitur tunc in iſta non modò perſonarum; ſed etiam ordinum, partiúmque lætitia, Tranſalpino tuo latere conducibilius viſum: quippe cùm hoc ipſo tempore, quo hæc mihi exarabantur, vix per omnia theatra, macella, prætoria, fora, templa, gymnaſia, Thalaſſia, Feſcenninus explicaretur: atque etiamnum è contrario ſtudia ſileant, negotia quieſcant, iudicia conticeſcant, differantur legationes, vacet ambitus, & inter ſcurrilitates hiſtrionum totus actionum ſeriarum ſtatus peregrinetur.* Quare idem Sidonius in Epithalamio Polemij, qui erat Philoſophus, hortatur, vt inter geniales lætitias Stoïcam grauitatem exuat:

Feriatio à litibus, & negotiis tempore nuptiarum.

——— *Conſurge, Sophorum*
Egregium Polemi decus, ac nunc Stoïca tandem
Pone ſupercilia, &c.

Claudian. At verò nec armatas excubiarum cuſtodias ſtare iuxta aulam velit Claudianus, dum nuptiarum hilaria aguntur, ne armatorum ſolus aſpectus terrorem aliquem incutiat, vbi gaudioſa eſſe cuncta oporteat: Sed cantet ipſe nobis ex Hymenæo Honorij, & Mariæ, excelſiori Muſa:

Gradiuum, noſtri comites, arcete parumper,
Vt ſoli vacet aula mihi: procul igitur horror
Thoracum, gladióſque tegat vagina minaces:
Stent bellatrices Aquilæ, ſæuique Dracones:
Fas ſit caſtra meis hodie ſuccumbere ſignis:
Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum
Molle lyræ, feſtúmque canant: epulentur ad ipſas
Excubias, mediis ſpirent crateres in armis:
Laxet terribiles Maieſtas regia faſtus,
Et ſociam plebem non indignata poteſtas
Confundat turbæ Proceres: ſoluantur habenis
Gaudia, nec leges pudeat ridere ſeueras.

Sic apud illum Venus docet, qualis eſſe debeat aulæ facies, cùm nuptiæ celebrantur.

102. Maxim. Monach. Atque eundem in finem, donec genialis feſtiuitas clauderetur, *Nulli per eos dies licebat* (ait ſancti Areopagitæ Scholiaſtes Maximus Monachus ad epiſtolam 8. illius) *geſtitare quicquam lugubre; ſed ſpectacula, ſacrificiáque in dies ſingulos celebrabantur: A luctu ſibi temperabant, qui in luctu erant, atque intererant ſpectaculis, inque publicis conuiuiis tranſmittebant eiuſmodi dies:* Sed nec virgini, quæ deſponſata fuerat, funus proſequi permittebatur. Syneſius epiſtola tertia: Euoptio fratri: *Tertia die quàm obierat Æſchines, conſobrina tum primùm ad ſepulcrum venit: neque enim opinor ſponſis fas eſt ad funus progredi: ſed & in purpura tunc erat, & pellucidum ei reticulum, aurúmque ac lapillos ſuſpenderat, atque induerat, ne ſponſo mali eſſet ominis:* Hinc apud Romanos menſe Februario nunquam matrimonio iungebantur, quòd menſis ille Parentalibus celebrandis dicatus eſſet: inter funera autem nuptiis non poterat eſſe locus, quibus alacris frons eſt; & atrata tumuli, lugubriáque horruêre. Naſo libro ſecundo Faſtorum:

Funus proſequi deſponſatæ vetitū. Synes.

Februarius menſis luctibus dicatus.

Ouidius.

Poſteà præteriti tumulis redduntur honores,
Prodigiiſque venit, funeribúſque modus.
Dum tamen hæc fiunt, viduæ, ceſſate, puellæ:
Expectet puros pinea tæda dies.
Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,
Comat virgineas haſta recurua comas.
Conde tuas, Hymenæe, faces, & ab ignibus atris
Aufer: habent alias mœſta ſepulcra faces.

Lunâ plenâ nuptiæ quamobrem? Dempſter. Fortaſſe & vetereſ propterea non niſi Lunâ plenâ nuptias inibant, vti commonſtrat Dempſterus Paralipomenis ad cap. 37. libri 5. Antiquitatum Romanarum Ioannis Roſini: quoniam extra id tempus obfuſcatur aliquantùm noctis Regina: nuptias autem decet ſydus omninò renidens, nihílque atratum, & funereum habens.

103. *Epithalamium nihil mœſtum admittit.* Ierem. 25. & 33. Gaſp. Sách. Conſonant profanis ſacra monumenta. Ieremiæ cap. 25. verſ. 10, *Perdámque ex eis vocem gaudy, & vocem lætitiæ; vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.* & cap. 33. v. 11. *Vox gaudij, & vox lætitiæ, vox ſponſi, & vox ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum,* &c. Atque eodem cap. 16. v. 9. quo loco ingeniosè noſter Sanchez per vocem ſponſi, atque ſponſæ intelligit Epithalamia, & Hymnum genialem, qualia liber hic Canticorum, & Pſalmus 44. *Eructauit cor meum,* &c. quæ Hymenææ laudationes ſunt: De his igitur Ieremias dixit concinnè, voces eſſe lætitiæ, quoniam Hymenæus nihil mœſtum, & plorabundum admittit: Atque paria Apocalypſis cap. 18. verſ. 22. vbi loquens de euerſæ Babylonis lacrymando ſtatu: *Et vox Citharœdorum, & Muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te ampliùs, & vox ſponſi, & ſponſæ non audietur adhuc in te.* Præſtat autem Ambroſium de his mirificè differentem protuliſſe libro 6. Commentariorum in Lucam ad cap. 7. Euangeliſtæ: *Iubetur ergo Propheta* (ait) *plaudere manu, & percutere pede: quia ſponſi nuptias iam videbat, in quibus deſponſatur Eccleſia, Chriſtus adamatur: In his Propheta Dauid nuptiis nos ludere voluit, & quaſi in ipſo actu nuptiarum poſitus, nos ad celebritatẽ feſti muneris adhortatur dicens: Exultate Deo adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob: ſumite Pſalmum, & date tympanum, pſalterium iucundum cùm cithara. Nónne actum quendam Propheta ſaltãtis aduertis? Deniq; alibi: Pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſrael, gaudebunt labia mea, cùm cantauero tibi. Audis citharizantium voces? audis ſaltantium ſtrepitus? Nuptias crede:* Venuſtè Mediolanenſium Beatus Patronus, quòd iucunditate perſonare vniuerſa intueretur, intulit: *Nuptias crede:* Quem volo aſſociet Haymo ad initium Pſalmi 44. *Eructauit cor meum,* &c. *Pſalmus iſte* (inquit) *vocatur Canticum: quia Propheta coniunctionẽ Chriſti, & Eccleſiæ prænidens futuram, eam in hoc Pſalmo cum magna*

Funus proſequi deſponſatæ vetitū. Synes.

Februarius menſis luctibus dicatus.

Ouidius.

Lunâ plenâ nuptiæ quamobrem? Dempſter.

Epithalamium nihil mœſtum admittit. Ierem. 25. & 33. Gaſp. Sách.

Apoc. 18.

Ambroſ.

Haymo.

exulta-

exultatione pronunciat. Exultationem dixit, & magnam; quoniam de nuptiis agebatur.

104. Verùm percipiamus ab ore Seruatoris de geniali alacritate quidpiam. Matthæi cap. 9. vers. 11. *Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Conuenienter* (ait Chrysologus sermone 31.) *ergo discipulis Ioannis Magistri sui voce respondit, vt vel illi crederent, & non cogerent læta sponsi tempora tristis intrare ieiunij: quia, qui quærit sponsam, ieiunia seponit, relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus, totus amabilis, totus festiuus incedit:* Certè filij sponsi, nuptiarum sunt sodales, & familiares, atq; amici nubentis, vt rectè considerauit Maldonatus eum ad locum; His autem quandiu sponsus præsens est, id est, toto eo tempore, quo genialis perseuerat pompa, nulla lugendi occasio offerri debeat: sed nec ieiunare conueniat, quoniam tunc potiùs conuiuandi opportunitas est: Sanè ipse quondam apud Patrem residens, nondum homo, populum in deserto, pane de cœlo præstito saturauit: pérque Mosem sitienti multitudini amaritudines aquarum temperauit; non vina tamen obtulit. *Cui petra aquam vomuit* (inquit Ambrosius libro de Elia, & ieiunio) *potuit & vini abundantia non deesse. Denique dixit Deus: Percuties petram, & exiet aqua ex ea, & bibet populus. Non dixit: Exiet vinum populo: periculosum erat vinum populo ministrare, quod fortiores ferre vix possent.* Sed neque carne circundatus in similitudinem peccati, cùm in eremo pauisset innumeros semel atque iterum, vini aliquando copiam fecit: at ille tam parcus vini minister, apud Canam Galilææ, quoniam ad nuptialem mensam sedebat, locúsque ille iucunditatem postulabat, sex hydrias in eos conuertit latices, quibus lætificatur cor hominis, vti cum acumine animaduertit noster Pererius tom. 4. selectarum disputationum, in disput. 7. in cap. 6. Ioannis.

Matth c. 9.

Chrysol.

Maldon.

Ambros.

Vinum in eremo cur Deus Israelitis non administrauit.

Pererius.

105. Et sanè, quæ multis erat communis lætitia, nempe, conuiuis, & nuptiarum sodalibus, durabat ex consueta lege septiduum, vti monstrauimus Subsectione præterita: sed ipsorum nubentium læta tempora in annum integrum producebantur: Docuit me Deuteronomij caput 24. *Cùm acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ: sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua:* De quibus primis nuptiarum gaudiis puto intelligendum Parœmiasten, cap. 5. versu 18. *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ.* id est, per annum conuiue illi: qui locus, quoniam perplexus, dabo, si valeam, claritatem aliquam: Fuit igitur sermo ad eos, qui meretriciis amoribus seducuntur, quemadmodum capitis initia manifestè ostendunt: Aduersùs hos igitur conueniens remedium proponit sapiens, si matrimonio iungantur adolescentes, vt præ domesticis deliciis vagam illam turbam, & ad seducendum compositam spernant: *Bibe* (ait) *aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui:* hoc est, habe propriam, stabilémque comparem: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide:* Alludit, nempe, ad genialem pompã, qua cum musica & plausu ducebatur per plateas noua nupta, & eam contemplandi omnibus copia præstabatur. *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda.* Ieremiæ cap. 7. vers. 34. *& de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ:* Vide, quæ scripsimus Subsectione 2. num. 80. At post transactam matrimonij festiuitatem: *Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui:* Claudebantur enim intra septa & gynęceum Hebræorum nuptæ: quemadmodum ostendimus in illud cap. 1. Cant. Adolescentulæ dilexerunt te, &c. *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, cerua charissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter:* quæ sic expono; Postquàm clausa nuptiali pompa introduxeris vxorem in domum tuam, viue, & lætare cum illa per annum, quemadmodum Legislator præcipit Deuteronomij cap. 24. vt si ad bella posteà procedere necessarium sit, iam relinquas matrem, & sic benedicta vena nominetur in Israel, vbi sine liberis decedens maledicta habebatur: Sed ita dege cum noua coniuge, vt charam, & in deliciis habeas, diligásque tenerrimè, quali solent virgines in honore & pretio habere ceruam, eiúsque hinnulum, quos pectunt, lauant floribus ornant, delicatiori pabulo nutriunt: de quo more nos ad verba illa Canticorum cap. 2. *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, ceruósque camporum,* &c. Hoc si exequaris, satiaberis omni tempore à contoralis amoribus, & contemnes facilè alienas feminas: Hæc pauca ex noua incude in gratiam abstrusæ sententiæ: Sed vocat nos iam præcipuè difficultas.

Genialis lætitia per annum durãs.

Deut. 24. 5.

Prouerbiorũ verba ex cap. 5 intrito modo enucleata.

106. Ostendimus satis genialem celebritatem turbidum nihil, & inquietum admittere, procul abigere quicquid vexat, & onerosum est: quî fit igitur, vt toties sponsa nostra inimicis casibus iactetur? toties lacrymabunda in theatrũ prodeat? & quorsum à fletu abstineat, quæ sponsum bis amisit, semel vulnerata est, theristro violentè spoliata, quam terruerant quadrigæ Aminadab? Notandum, hoc Salomonis Canticum non esse strictè Epithalamium; sed *dramatohymenæum*, hoc est, de comœdia, aut dramate, & Hymenæo simul participans: Monstraui Præloquio 1. sect. 5. num. 29. à Patribus, & nouis Enucleatoribus sæpè nuncupatum sacram actionem, fabulam, comœdiam, drama: Quare Origenes, seu quis alius Prologum quatuor homiliarum exarauit, speciem Epithalamij habere dixit, dum inquit: *Istud vero vnum Canticum est, quod ipsi iam sponso, sponsam suam susceperuro, canendum erat Epithalamij specie:* Et in principio homiliæ 11. ex quatuor, monet, cum Epithalamij similitudine simul habere formam dramatis: *Meminisse* (ait) *oportet, quod in Præfatione monuimus: quia libellus hic, Epithalamij habens speciem, dramatis in modum conscribitur:* Cassiodorus etiam in procemiolo Epithalamium nominat; sed comico stylo conscriptum.

Salomonis carmen, an strictè Hymenæus?

107. Iam igitur, cùm à natura comœdiæ non abhorreat, hilares euentus tristibus admiscere (quamuis id respuat Epithalamij consideratio:) sic quidem vt insuauia, & mœrorem afferentia principium sibi vendicent, & desinat in lætum finis: quando Canticorum liber comœdia quoque sit, alienum ab eo non est, sponsæ labores referre, cùm tandem exitus gaudiosus sit semper, vti sect. 1. & 2. huius Anteloquij patefecimus: Lege Franciscum Fernandez de Corduba in Didascalia sua multiplici, cap. 21. acriter disceptantem aduersùs vulgi opinionem, quæ comœdiæ aut essentiam, aut proprietatem esse velit à diris casibus inchoare, absoluere cum gaudio, & exultatione: tragœdiam è diuerso statuit, ordiri solitam à prosperis, cum lamentis finire: Sed aliud

Comœdia atque tragœdia diuersitas.

Fernandez.

est,vt sine his, si subtiliter agendum sit, stare valeat comœdiæ, tragœdiæve vsus: aliud, vt hæc omnis vera comœdia, & tragœdia omninò respuat: secundum istud minimè nobis persuaserit Franciscus, cùm clarissimorũ Auctorum theatralia poëmata, quibus omnis ætas comœdiæ, tragœdiæque nomen indidit, eum in modum extent conscripta: Vide Delrium nostrum præfatione ad tragœdias Senecæ, cap. 2. De quo genere comœdiarum asseueramus esse Salomonis nuptiale carmen: nisi placeat appellasse *tragicomœdiam*, (nam nostro instituto hæc vox satis deseruit,) quemadmodum dixit Cosmas Damianus Hortulanus Abbas Isagoga sua ad Canticum Canticorum.

Delrius.

Cos. Dam.

108. *Somnia in Cantico Salomonis.*

At,concedamus, Epithalamium esse cum rigore: sunt tamen luctuosa eius euenta non vera, sed vel à falso mortalium rumore, vel à nocturno ludibrio,& somni vanis imaginibus: nam, si sponsum bis desiderauit noua nupta, si percussa est à vigilibus, si pallium deperdidit, somniabat tum: consternatio autem à quadrigis Aminadab rumor fuit,& suspicio,quæ delata ad sponsæ aures ab incauto aliquo: non enim debuerat inter genialia gaudia narrasse, quod femineum animum terreret: Debent igitur à nuptiali hilaritate exulare quæcunque ex consilio & natura sua laborem aliquem afferentia: quæ autem præter spem accidunt, sicut mortalium prouidentiam labilem & incertam superant, sic nec amoueri possunt, aut diuelli etiam à maxima voluptate: Quare nec Hymenæographo vitio vertendum, quòd eiusmodi casus referat, qui in fortunæ arbitrio sunt, præsertim cùm narratio talium euentuum ad inferendas nubentium laudes singulariter faceret, quæ laus,Epithalamij præcipuus scopus est.

Sectio IV.

Quæ in mystica nostra Canticorum expositione Sect.II. declarata, reprehendi valeant, excussa, & diluta.

VLTIMVM hoc Prælocutionis membrum,claritatis amore, atque ne legentem offendamus,subdiuidemus, quemadmodum hucvsque fecimus elapsis Sectionibus, quas in minores partes distribuimus.

Svbsectio I.

Christi, & Ecclesiæ connubium an malè à nobis compactum? Variæ opiniones de tempore: prælata quæ in mortem Seruatoris transfert: repudiata tum Synagoga Mosaïcis cum ritibus: sponsus munera dans inuitatis ad genialem pompam: Isaiæ versus excussus: fœcunda Ecclesia in spiritali sobole,sterilior Synagoga.

109. *Nuptiæ cum Ecclesia num per Incarnationem celebratæ* Gisler.

DE Christi & Ecclesiæ thalamis agere Salomonis Canticum,neminem memini,qui inficias iret ex Catholica manu: verùm, vt sunt in hoc asserẽdo vnius labij prisci, recentésque Interpretes; sic frequens apud illos est docere coniugiũ Christi cum humana natura, aut potiùs Ecclesia,vt scribit cum proprietate Gregorius Papa homil.38.in Euangelia, intra virgineũ Mariæ cubile imprimis modulari, atque adeò primas illas Epithalamij voces, *Osculetur me osculo oris sui*, Synagogæ, & fidelium inter Gentes commorantium suspiria esse,diem ominosum sacræ coniunctionis desiderantium: Euoluat, cui placitum est, Gislerij Appendicen: nolo enim actum repetere, transcribendo Patrum effata in re admodum nota: Occurret statim apud Athanasium in Synopsi: Apponium initio libri 1.in Cantica: Theodoretum Commentarij limine:Richardum Victoriensem in prologo,quem aliàs dixi Nysseni esse Gregorij: Rupertum in procœmio. & alios multos quos ad citatum allegamus versum. Quid est igitur,quòd nouum interpretamenti genus aggressi, de magno Incarnationis Sacramento tacemus, & ferimur ad posteriora vitæ Seruatoris tempora, ibique nuptias, & connubium Verbi cum Ecclesia venamur? quasi non satis compertum sit, per Incarnationem nuptias à Dei Verbo celebratas, quemadmodum tradũt ad illa verba Canticorum cap.3. *In die desponsationis, & lætitiæ cordis sui:* Gregorius (quemadmodum & homilia nuper relata 38.in Euangelia,) Beda,Anselmus, Cassiodorus, Isidorus Hispalensis,Guilielmus Abbas, Honorius,Alanus,Philippus Abbas, Halgrinius Cardinalis,Thomas Cistercienſis,atque obiter eadem explanantes verba Bruno Carthusiensium Protoparens in Psalmum 18. Innocentius Papa serm.3. in consecratione Pontificis, Petrus de Tarantasia in cap.2. epistolæ ad Hebræos apud Delrium pro iisdem Canticorum vocibus? Absolutè autem Augustinus lib.1.quæstionum euangelicarum,cap.31. idémque serm.247.de tempore, & oratione contra Iudæos,Paganos,& Arrianos,tom.6. Hilarius Arelatensis homil.1. de nuptiis in Cana Galilææ & multi alij ex Patribus frequenter.

Greg.Papa.

Athanasius. Appon. Theod. Richard. Victor. Nysseu. Rupert.

Beda. Anselm. Cassiod. Isid.Hisp. Honor. Alanus. Philip.Abb. Halgrin. Thom.Cist. Bruno. Innocent. Tarantasia. August.

Hil.Arel.

Sanè non vnum matrimonium Christo tribuunt ecclesiastici Auctores sacrorum Bibliorum testimoniis manuducti: nam præter vulgatam de coniunctione per Incarnationem, sententiam, ad Epiphaniæ solennia cantatur: *Hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia: quoniam in Iordane lauit Christus eius crimina.* Cùm Eucharistiam instituit Dominus Iesus, nuptias iniisse docent Theodoretus,& Apponius ad verba illa cap.3.Canticorum: *In die desponsationis, & lætitiæ cordis sui.* Laurentius Iustinianus serm. de Eucharistia: ad Resurrectionem, & Ascensionem Seruatoris refert Augustinus, vbi & eam de Eucharistia opinionem insinuasse visus,sermone nempe 54 ex diuersis; *Occisus est ad nuptias suas ipse innocens Agnus, occisus est ad nuptias, & quoscunque inuitauit, de carne sua pauit: occisus epulas præparauit, resurgens nuptias celebrauit: occisus voluntariam pertulit passionem,resurgens dispositam duxit vxorem: in vtero Virginis humanam carnem,velut arrham,accepit,in cruce pretiosissimam dotem suum sanguinem fudit: in Resurrectione, atque Ascensione suâ æterni matrimonij fœdera roborauit.* Philo Carpathiorum Antistes ad illud Canticorum cap.3. *In die desponsationis*, &c. cùm tres distinxisset dies, quibus Christus variè coniunctus est: *Tertia verò dies* (ait) *& vltima,cùm ascendens ad cœlos Spiritus sancti ignem in filios adoptionis effudit ad conuersionem Gentium.* Glossa ordinaria ibidem: *Desponsationis illius, si illius,* (ait) *referimus ad Matrem: dicimus in tempore Annunciationis: si ad filium,Resurrectionis, quæ præcipua lætitia*

110. *Christi varia matrimonia apud Patres.*

Per Eucharistiam nuptias celebrauit Christus.

Theodor. Appon. Laur.Iust.

Nuptia Christi in Ascensione, & Pentecoste.

August.

Gloss.ord.

Thom. Cist. *tia fuit.* Thomas Cistercienſis libr. 6. in Cantica ad eadem verba: *Vnde dicitur, in die desponsationis suæ: ecce matrimonium nuntiatum, in passione perfectum, in sancti Spiritus aduentu consummatum.* Atque eadem ſacri Hymenæi voces ad coronam gloriæ, qua Pater Filium decorauit, cùm aſcendit in altum, captiuam ducens captiuitatem, trãſtulit Bernardus ſerm. 2. de Epiphania: Hugo Victorinus Miſcellaneorum parte 1. lib. 1. titul. 117. & part. 2. libro item 1. titulo 49. Petrus de Tarantaſia in cap. 2. Epiſtolæ ad Hebræos: Ad nouiſſimam autem glorificationem ſub finem mundi deriuant ad verba illa Apoc. 19. verſ. 7. *Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se*, &c. Beda, Ambroſius Ansbertus, & Interpretes plerique, quemadmodum & Parabolam Matthæi cap. 25. in eundem morem conſtruunt: Quo pacto & aliam Matthæi ſimilitudinem cap. 22. de homine Rege, qui fecit nuptias filio ſuo, accepiſſe putes Origenem tractat. 20. in Matthæum, Chryſoſtomum homil. 69. in eundem, Hilarium canone 22. Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis ſermone habito in Synodo: *Nec enim adhuc niſi ſponſalia ſunt* (ait) *nondum celebratæ ſunt nuptiæ, nondum matrimonium conſummatum: Porrò complebuntur omnia in futuro, cùm ſponſus aduenerit, & intrabunt, qui parati fuerint cum ipſo ad nuptias, imparati foribus excludentur:* Bernardus ſermone 2. de Dominica 1. poſt Epiphaniam: *Iam enim deſponſata eſt illi, iam nuptiarum prandium celebratur: nam cœna quidem in cœlo, & in aula æterna paratur:* Atque ita aptiùs pronunciari exiſtimat noſter Maldonatus ad illa cap. 9. Matthæi: *Nunquid poſſunt filij ſponſi*, &c. ſi hic ſponſalia celebrata dicantur, nuptiæ in beatam vitam referantur: ſic quoque arbitratur Ribera ad verſ. 7. cap. 19. Apocalypſis.

Tarantaſia. Apoc. 19. *Eccleſia nũc deſponſata ſolum, nuptura ſub finem mundi.* Beda. Amb. Ansb. Orig. Chryſoſt. Hilar. Arnulph. Bernard. Maldon. Matth. 22. & 9. Ribera.

III. *Chriſto deſponſata Eccleſia ex veteri opinione, cùm in ligno pateretur.*

Sed nulli authoritate aut fundamento ſecunda cogitatio eorum, qui matrimonium Chriſti, & Eccleſiæ, certè ad minus ſponſalia in patiendi tẽpora incidiſſe autumant: Sanè celebrem Canticorum locum cap. 3. *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua, in die deſponſationis illius*, &c. de ſponſato Redemptore ad mortis articulum accipiunt apud Delirium Proclus in Concilio Epheſino, tom. 6. cap. 7. Ruffinus in Symb. Apoſtolorum, ad fin. libr. 5. Angelomus, Villeramus, Honorius: à nobis autem inſpecti Bernardus ſerm. 5. in Feſto omnium Sanctorum: Hugo Victorinus, & Tarantaſia locis numero elapſo indicatis: & in Cantica ſcribentes perſpicuis verbis, Theodoretus, trium Patrum Commentario, Caſſiodorus, Apponius, Anſelmus, Iuſtus Orgelitanus, Philo Carpathius, S. Thomæ adſcripti Commentarij, Matthæus Cantacuzenus, Hugo Cardinalis, Ioannes Halgrinius, Gillebertus ſerm. 20. Thomas Ciſtercienſis: ex quibus Philo Carpathienſis, & Cantacuzenus ſine hæſitatione declarant de Eccleſia Gentium. Fab. Auguſtino audiuimus numero antecedenti. ſerm. 54. ex diuerſis. Hilarius Arelatenſis hom. 1. de nuptiis in Cana: *Itaque ſponſus procedens de thalamo ſuo deſcendit ad terras Eccleſiæ ex Gentibus congregandæ, ſuſcepta Incarnatione iungendus: cui & arrhas, & dotem dedit: arrhas, quando Deus homini iunctus eſt; dotem, quando pro ſalute hominis immolatus eſt:* Andreas, Cæſareæ Epiſcopus, ſerm. 23. in Apocalypſim: *Scitè autem ſponſam agni vxorem appellat* (inquit) *quando namq; veluti Agnus occiſus eſt, tunc illam proprio ſanguine ſibi deſponſauit:* Salmeron tom. 7. in Euangelia,

Thom. Cist. Cantacuz. Auguſt. Hilar. Arel. And. Cæſ. Salmeron.

tractat. 37. Sed iuxta Scholarum morem diſputat ſubtiliter Abulenſis 6. parte, quæſtione 73. in cap. 22. Matthæi, probátque eas propriè habendas Chriſti cum Eccleſia, ſiue ſponſionẽ, ſiue nuptias, quas diſceſſurus ex hoc mũdo Redemptor inierit.

Toſtatus.

Hoc ipſum ſentire eos omnes neceſſarium eſt, qui mortuam Synagogam, & abolitam legem quoad cæremonialia, iudicialiáque per Chriſtum, in morte exiſtimant: At quis non id veterum & iuniorum Theologorum docuit? vt benè annotat Luyſius Legionenſis in cap. 2. Epiſtolæ ad Galatas, §. *Quod vt demonſtrem.* Salmeron diſp. 6. in cap. 7. ad Romanos: Pererius diſp. 5. in idem caput? Sed ad longum, & cum eruditione, atque ſtudio Tena tota difficultate 6. ad cap. 8. Epiſtolæ ad Hebræos: Eſto Iudaïcorum rituum non omnis vſus ab initio interdictus: permittebatur enim aliquis, ſi iuſtæ poſtulaſſent cauſæ, qua de materia legendæ epiſtolæ duæ inter Auguſtini epiſtolas tom. 2. nempe, 111. quæ eſt Hieronymi ad Auguſtinum, & 19. Auguſtini ad Hieronymum: adeundi recentiores, Salmeron tom. 12. in Acta, tract. 51. §. *Sequente autem die*, &c. Lorinus ad verſum 10. cap. 15. Actorum: Tena nominata difficultate 6. ſect. 2. & 8. P. Vaſquez tom. 2. in 1. 2. diſput. 181. cap. 9. Seuerinus Binnius tom. 1. Conciliorum, initio primæ partis: Baronius tom. 1. anno Chriſti 58. qui numero 81. aſtruit, B. Ignatij temporibus, qui floruit cum Apoſtolis, ſublata fuiſſe legalia; vt durauerint in id temporis, non quaſi ad ſalutem deſiderata, ſed permiſſa tantùm ob momenta grauia: verũ quoad ſalutis ſpem & conducentiam cærimoniæ per Chriſtum deſtructæ ſub finẽ vitæ, quemadmodum Origenes atteſtatur lib. 6. in Epiſt. ad Romanos, ad initium cap. 7. Chryſoſt. homil. 12. in eam Epiſtolam: Theodoretus, Primaſius, Oecumenius, Anſelmus, Bruno Carthuſienſis ſatis manifeſtè: Theodulus Cœleſyrienſis Presbyter, S. Thomas lect. 1. Nicolaus de Lyra, omnes in Paulum ad Romanos, cap. 7. Quid ex tam longa probatione deriuamus? Equidem, Chriſtum valediciſſe Synagogæ, cùm moreretur, atque illa dimiſſa, aliam duciſſe ſponſam; Eccleſiam, videlicet, ex Gentibus; propter quam reliquit patrem ſuum, populum, putà, Iudaïcum; & matrem, Synagogam arbitrare; & quoniam ab his noſtri pronunciati dependet cardo, dabimus Patres ſuo ſtylo loquentes.

Toſtatus.

II2. *Per Chriſtũ abolita Synagoga, & eius ritus, qnomodo?*

Legion. Salmeron. Pereira. Tena. *Iudaïci ritus an omnes ab initio Eccleſiæ penitus interdicti?* Hieron. Auguſt. Salmeron. Lorinus. Tena. Vaſquez. Binnius. Baron.

Auguſtinus igitur tract. 9. in Ioannem, cuius verbis loquitur Beda ad cap. 5. epiſt. ad Epheſios: *Quomodo* (ait) *reliquit matrem? relinquendo Synagogam Iudæorum, de qua ſecundùm carnem natus eſt, & inhærendo Eccleſiæ, quam ex omnibus Gentibus congregauit, & illuminauit per Apoſtolos Deus.* Primaſius in cap. 5. eiuſdem Epiſt. *Quoniam Chriſtus reliquit matrem, id eſt, relinquendo Synagogam Iudæorum, de qua ſecundùm carnem natus eſt, & inhærendo Eccleſiæ, quam ex omnibus Gentibus congregauit.* Anſelmus, Bruno Carthuſianus, S. Thomas lect. 10. in cap. 5. ad Epheſios eodem more pronunciant, niſi quòd Eccleſiam tantùm dicunt, quin exprimant ex Gentibus fuiſſe; ſed tanquam ſuperuacaneum omiſêre, cui enim Eccleſiæ adhæſiſſet Chriſtus, niſi aut Synagogæ, aut illi, quæ vniuerſalis fuit, & ex Gentilitate aſſumpta? Qua generali formula vtuntur Chryſoſologus ſerm. 164. Rupertus ad cap. 4. Geneſis, Synagogam ſacrificio Caïn adumbratam ſcribens, cuius holocauſtum Deus contempſit: Bernardus ſerm. 2. Dominicæ poſt Epiphaniam. Sed planè de Eccleſia Gentium Anaſtaſius Si-

113. *Chriſtus Synagogam repudiauit, coniuncta ſibi Eccleſia ex Gentibus.*

Auguſt. Beda. Primaſ. Anſelm. Bruno. S. Thom. Chryſol. Rupert. Bernard. Anaſt. Sin.

naïta lib.9.in Hexameron : *Reliquit patrem ſuum ſecundùm carnem, nempe, populum Iudaicum ; & matrem ſuam, quæ ipſum peperit, Synagogam ; & adhæſit vxori ſuæ, ſcilicet, Eccleſiæ Gentium :* Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia : *Et adhæſit vxori Eccleſiæ, ſcilicet, de Gentibus congregatæ, quam ſibi annulo fidei deſponſatam coniunxit in ſponſam :* Qui repudium Synagogæ docet etiam cap. 2. de triumphali Chriſti agone. Gillebertus ſerm.20. quin certis notis Eccleſiam deſignaret: *Denique hic dies deſponſationis, quando repudians ritus, nouæ Eccleſiæ Sacramenta inſtituit; quando in perpetui matrimonij ſignum, & copulæ nuptialis, de latere eius, ſanguinis, & aquæ mixtura profluxit: Hodie Synagogæ dedit libellum repudij, & à priore odioſa ad poſteriorem dilectam tranſiit : à vetere tranſiuit ad nouam, quam ſibi ipſe exhibuit glorioſam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi.* Claudat agmen noſtræ Hyberniæ antiquum, ingénſque ornamentum Caius Cælius Sedulius, qui libro Paſchalis operis 4. ad calcem accinit :

Laur.Iuſt.
Gillebert.
Sedul.

Diſcedat Synagoga ſuo fuſcata colore,
Eccleſiam pulchro Chriſtus ſibi iunxit amore:
Hæc eſt conſpicuo radians in honore Mariæ,
Quæ cùm clarifico ſemper ſit nomine Mater,
Semper Virgo manet.

Eadémque repetit libro 5. Paſchalis operis, ſoluta oratione, cap.21.

114. *Eccleſia ex dormientis in Cruce Seruatoris latere formata Catholica, & de gentilitate.*

Sed ſpatiemur adhuc per veterum Theologorum prata : Quid in eorum campis crebriùs occurrat, quàm de latere Chriſti in Cruce dormientis formatam eius coniugem Eccleſiam, nempe, vti de latere primi hominis ſoporati Eua Archigenitrix fabricata eſt ? Tertullianus libro de anima, cap.43. *Somnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera Mater viuentium figuraretur Eccleſia.* Auguſtinus expoſitione in Pſal.116. ad illud : *Qui manducatis panem doloris,* &c. *Sed vbi dormiuit? In Cruce : Quando dormiuit in Cruce, ſignum geſtabat, imò implebat, quod ſignificatum erat in Adã: quia cùm dormiret Adam, coſta illi detracta eſt, & Eua facta eſt : ſic & Dominus, cùm dormiret in Cruce, latus eius lancea percuſſum eſt, & Sacramenta profluxerunt, vnde facta eſt Eccleſia : Eccleſia enim coniux Domini facta eſt de latere, quomodo Eua illa facta eſt de latere: ſed quomodo illa non eſt facta niſi de latere dormientis; ſic iſta non eſt facta, niſi de latere dormientis.* Eandémque iterat ſententiam tom. 6. libro 12. contra Fauſtum Manichæum, cap.7. & tom.9. tractatu 9. in Ioannem: Leo Papa primus eius nominis epiſt.23. ad Clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis: Hieronymus ad cap.5. epiſtolæ ad Epheſios: Ruffinus in expoſitione Symboli: Ambroſius libro 2. in Lucam ad cap.3. titulo *De Ieſu baptizato,* &c. Chryſoſtomus hom.83. in Ioannem: *Exiuit enim* (inquit) *ſanguis, & aqua. Non caſu & ſimpliciter hi fontes ſcaturierũt: ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt.* Beda ex Auguſtini gutture pronuncians ad cap.5. Epiſtolæ ad Epheſios: Anſelmus ibidem: Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus ſerm.23. in Apocalypſim : Bernardus ſerm.2. Dominicæ 2. poſt Epiphaniam : *De latere enim ſuo te reformauit, quando propter te obdormiuit in Cruce, & ob hoc ſomnum mortis excepit.* Anaſtaſius Sinaïta eruditè, & fusè libr.9. in Hexameron: Rupertus lib.3. in Geneſim, cap.37. Gillebertus ſerm.20. in Cantica: Hugo de ſancto Victore lib.1. Allegoriarum in Geneſim, cap.7.

Leo Papa.
Hieron.
Ruffin.
Ambroſ.
Chryſoſt.
Beda.
Anſelm.
Andr.
Bernard.
Anaſt.
Rupert.
Gillebert.
Hugo Vict.

Drogo Hoſtienſis Antiſtes libro de ſacramento Dominicæ Paſſionis. Amalarius Fortunatus libr. 3. de eccleſiaſticis Officiis cap.26. Magiſter denique in 2. Sententiarum libro, diſtinct.18. & cum eo plures de Scholaſticis, eius diſtinctionis enarratores. Magiſtri dicta non præteribo: *Quia ſicut mulier de latere viri dormientis formata eſt ita Eccleſia ex Sacramentis, quæ de latere Chriſti in Cruce dormientis profluxerunt, ſcilicet, ſanguine, & aqua, quibus redimimur à pœnis, atque abluimur à culpis.* Ex qua ſententia (quoniam mens eſt Auguſtini, & ferè Patrum, quoties de his proloquuntur) infero ſermonem eſſe de Eccleſia vniuerſali & ex Gentibus compacta, non de Synagoga, quoniam ad Gentium Eccleſiam pertinent Sacramenta, ex quibus vxor facta eſt, quæ de latere Chriſti in ligno pendentis, proceſſit.

Drogo. Amalar. Mag. ſent.

115. *Canticorum materia nuptiæ Chriſti, non cũ Synagoga: ſed Eccleſia ex Gentibus.*

His declaratis affirmo primò, Canticorum argumentum non eſſe nuptias Chriſti cum Synagoga; ſed eiuſdem connubium cum Eccleſia Catholica, & quæ fuit ex Gentibus vocata: Primùm, *quia Expoſitores Catholici dicunt communiter* (ait Lyranus ad verba illa cap.1. Canticorum : *Oſculetur me oſculo oris ſui,* &c.) *quòd iſte liber loquitur de amore Chriſti, & Eccleſiæ, accipiendo Eccleſiam, provt diuiditur contra Synagogam, quæ proceſſit de latere Chriſti dormientis in Cruce, ſicut Eua formata fuit de coſta dormientis Adæ.* At hæc Eccleſia, quæ diſtinguitur à Synagoga, & quæ enata eſt de latere Chriſti à ligno pendentis, Catholica Eccleſia eſt, & quæ ex Gentibus conflata fuit, vti duobus numeris anterioribus monſtrauimus: Igitur ex communi Catholicorum Magiſtrorum calculo, non de Synagogæ, ſed de Eccleſiæ vniuerſalis coniugio actitat Canticorum volumen. Deinde, cùm hoc ſit omnium Canticorum digniſſimũ, carménque cæteris ſublimius, atque hoc nominis à materia, de qua ludit, præcipuè deriuet, vti oſtendo Præloquio 9. Sect.3. num.24. de eius Eccleſiæ thalamis tractare, oportet aſſeramus, quæ ipſa excellit magis, cuiúſque præclara, & immortalia facinora Muſam requirunt, cui omnis cedat Helicon, & Parnaſſus ſacer etiam; Sed hæc tam ingens Eccleſia, quæ fama & geſtorum gloria impleuit vtrumque axem, eſt Eccleſia Catholica: *Quam pro eo, quòd fuerat derelicta, & odio habita, & non erat, qui per eam tranſiret* (Iſaiæ 60.verſ.15.) *poſuit Pater miſericors in ſuperbiam ſæculorum, vt ſugeret lac Gentium, & mamilla Regum lactaretur, ad quã venerunt curui filij eorum, qui humiliauerunt eam, & adorauerunt veſtigia pedum illius:* Igitur de huius Eccleſiæ nuptiis par eſt credidiſſe, Epithalamium, quod ob ſummam eminentiam Canticorum Canticum nuncupatum eſt, à Salomone cõſcriptum fuiſſe: quæ fuit opinatio Origenis prologo in quatuor homilias, ad finem, ſic inquientis: *Videntur enim cætera Cantica paruulæ adhuc ſponſæ, & quæ nondum veſtibula maturæ ætatis ingreſſa ſit, decantata: hoc verò Canticum Cãticorum adultæ, & iam valdè robuſtæ, & quæ capax ſit iam virilis potentiæ, perfectique myſterij decantari videtur, ſecundùm quod dicitur de ipſa, quia vna ſit perfecta columba: quæ ſi perfecta, ergo & perfecti viri ſponſa perfecta ſuſcepit verba doctrinæ.* Quæ quidem Origenis dicta in nouæ legis Eccleſiam tantùm propriè conueniunt.

Lyran.
Iſaiæ 60.
Origen.

116. *Canticum Canticorum dialogiſmus.*

Tertia demum, & potiſſima cauſa eſt: quoniam ex antiquis Patribus, & Explanatoribus, ne vnus quidem negauit de Eccleſia Gentium tractari in Cantico Salomonis, etſi aliqui aſſeruerint agi etiam de Synagoga, & velut dialogiſmum quendam confici

confici ex vtriusque gestis, quemadmodum attestatur, seu Eusebius Pamphilus, siue Athanasius in Synopsi: Recentiores iêre in eandem sententiam ex his, quos viderim, excepto Georgio Edero Oeconomiæ lib. 2. tabula 123. Tum sic: De Ecclesiæ Catholicæ nuptiis agere magnum hoc Epithalamium communis veterum, & iuniorum affirmatio est: At, cum huius thalamis coniungere impossibile est eâdem scripturâ nuptias Synagogæ: Igitur de Ecclesia Gentium sola tractatus est in Cantico Canticorum: Minorem huius argumentationis, quæ sola indiget stabilimine, demonstro: Is tantùm mysticus sensus genuinus est, & à Spiritu sancto intentus, qui cum historia maximè cohæret, & litteræ annectitur: probaui Prælocutione 1. Sect. 9. num. 70. Sed maritari nequeunt cum littera Canticorum, ambarum coniugum nuptiæ, Ecclesiæ, videlicet, & Synagogæ; cùm secundùm historiam, vnius nuptæ coniugium canat Vates, quæ nunquam sæua in sponsum & crudelis extitit, nunquam ab eo derelicta, vti Synagogæ accidit; Verùm, neque de Synagoga solitariè accepta construi valeant tam gloriosa: vt, quòd sit reliquis prælata vxoribus: *Vna est columba mea,* (Cantic. cap. 6.) *perfecta mea, vna est matri suæ*; aliáque sublimia; Cùm igitur Canticorum textus, neque in Synagogam congruat separatim sumptam, neque in eandem cum Ecclesia coniunctam; omnia autem mirificè, & sine salebris adaptentur Ecclesiæ Catholicæ, fit, vt ea tandem sit germana expositio Canticorum, quæ solius Ecclesiæ Catholicæ res complectitur.

Euseb.

117. Dicturus sis, nuptias Verbi cum humanitate per vnionem hypostaticam fuisse omnium præstantissimas, cùm ea vnio sit maxima inter vniones, coniunctionésq; omnes, vt fert tritum Scholæ Theologicæ placitum apud Suarez tom. 1. in 3. partem, disput. 9. sect. 2. Igitur hoc Verbi connubium, quod cuncta superat, oportebat celebrare Canticum reliqua excellens carmina: Quid quòd sensêre ita bona pars antiquorum Interpretum ex his, qui auctoritate pollent? vt dicebamus in huius Subsectionis limine, num. 109. Respondeo, haud propriè dici per vnionem hypostaticam nuptam humanitatem cum Verbo Dei; Docebit Gregorius Papa, quamobrem improprium coniugium affirmemus hom. 38. in Euangelia: *Sed, quia ex duabus personis fieri solet hæc nuptialis coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei, & hominis, Redemptoris nostri Iesu Christi, ex duabus personis credamus vnitam: ex duabus quippe, & in duabus naturis hunc existere dicimus; sed ex duabus personis compositum credi, vt nefas vitamus: apertiùs ergo, atque securiùs dici potest, quia in hoc Pater Regi filio nuptias fecit, quo ei per Incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociauit:* Verùm, quamuis concederemus per Incarnationem maritalia fœdera; tamen de hac coniunctione interpretari Canticum Canticorum nobis permissum non fuit ob eadem motiua, quorum causa numero præcedenti, Synagogæ nuptias reiecimus: Etenim, si de Incarnatione interpretaremur; neque cum littera vnire possemus mysticam explanationem; sed neque hanc filo consequenti deducere: distorquenda igitur erant multa, & pulchri ordinis, continuatíque facies deturpanda; Fuit hæc occasio, cur ab aliquibus Patribus recederemus, alios multos sequuti; non quoniam eorum declarationes maximo in pretio non haberemus; sed, quia ducatum illorum sectantes non potuimus antecedentia cum sequuturis in longa & varia euentuum Ecclesiæ expositione satis alligare & vincire: Sed iuuat nostræ causæ Aduocatum audire Gregorium prologo ad lib. 1. Regum: *Ad quam profecto sententiarum pronunciationem aliquando ex necessitate ducor: quia & Patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam potuissent: Dum igitur sanctorum Patrum intellectus præuereo; aliquando necessitate, aliquando commoditate vtor: quia & fastidium Lectori amoueo; & dum totum seriatim discutio, multa ex mediis contra me veniunt, quæ illorum sequi sententiam non permittunt*: Ita Gregorius: neque alia nobis defensio: Quamobrem coacti fuimus licet pauciores nobis subsidiarentur, verba illa cap. 1. Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui,* &c. non de Incarnatione; sed de Christi resurrectione interpretari; qua de tota materia egimus fusiùs Prælocuio 1. Sect. 5. à num. 33. Transeamus ad alterum assertum.

An impropriè dicitur nuptia facta cum humanitate per Incarnationem?

Greg. Papa.

Patres filum continuatū, num in suis expositionibus seruarūt?

Greg. Papa.

118. Affirmo secundò, connubium Christi cum Ecclesia Catholica sic ordinandum, vt sponsalia obiens peregerit; nuptiarum festiua, die Pentecostes celebrauerit: nam, quòd coniunctio in patiēdi tempora inciderit, infinita penè attestatione monstrauimus à num. 112. Iam verò aptam esse sponsalium, & connubiorum distributionem manifesto: Eatenus Christi nuptias cum Ecclesia Gentium, atque orthodoxa statuimus, quatenus Synagoga dimissa, in eius locum suffecta est noua Ecclesia, cùm ipsa sit, propter quam Christus reliquit patrem suum, id est, populum Iudaïcum; & matrem, hoc est, Synagogam, quemadmodum ex Patrum effatis declarauimus numero citato: Tum sic: De extinctâ Synagogâ sententia certa & constans apud Theologos, cum nempe doceant per Christi mortem sublata legalia, nec deinceps obligasse: *Nam de legalium obligatione* (inquit noster Bellomontanus tom. 2. in 1. 2. disput. 181. cap. 1.) *certum est apud omnes, in ipsa Christi morte cessare: neque vllum hactenus legi, qui oppositum doceret:* At, vt hæc opinio ab omnibus celebratur; sic alia sententia in ancipiti est, nempe, qua periodo legis nouæ Sacramenta, & præcepta cœperint obligare: nam euangelica à morte Christi statim obligasse post Vasquesium nostrum disput. nuper citata, cap. 2. Valentiam tom. 2. disput. 7. quæst. 7. punct. 1. acriter tuetur Ludouicus de Tena difficult. 6. in cap. 8. Epistolæ ad Hebræos, sect. 6. numer. 75. refert pro assertione S. Thomam, Bonauenturam, Paludanum, Richardum, Durandum, Adrianum: Sed Dominicus Sotus asseruit lib. 2. de iustitia, & iure, quæst. 5. art. 4. non nisi Christo à mortuis suscitato legem gratiæ astrinxisse: verùm non pauci prætendunt in diem Pentecostes, & sacri Flaminis ignitum delapsum: Referuntur illa 6. sect. num. 51. à Tena: noster Hybernensis Scotus in 4. distinct. 3. quæst. 4. §. *Quantum ergo.* Capreolus, & Gabriel: Ex recentibus Andreas Vega lib. 5. super cap. 13. Tridentinæ Synodi: Lorca tom. 2. in 12. disp. 37. §. *Sed, vt verum fatear:* qui Patronos sequitur Augustinum, Leonē Magnum, Bernardum: Sic igitur post hæc annotata disputo: In id temporis conueniens est Ecclesiæ nuptias referre, in quo ipsa tanquam Domina & Regina intelligitur sine controuersia imperasse, eiúsque statuta, & iussiones adstringendi vim habuisse: nā hęc per connubium feminæ consequuntur, vt domui præsint, cùm per sponsalia spem solam imperandi habuissent: Atqui dubium est, an continuò ac Christus tradidit spiritum in paternas manus,

Sponsalia Christi & Ecclesia in Crucefacta: nuptia in die Pentecostes.

Vasquez. *Quādo desierit obligare legis veteris obseruātia?* Valent. Tena. S. Thom. Bonauent. Palud. Richard. Durand. Adrian. Sotus. Scotus. Capreol. Gabriel. Vega. Lorca. August. Leo Pap. Bernard. Suarez.

nouæ Eccleſiæ duæ leges obligauerint; ancépſque, an poſt Chriſti è monumento anaſtaſim vim acceperint: citra verò quæſtionem eſt, ſaltē quinquageſimo die, dum Pentecoſtes feſtiuitas rediret, promulgatum palàm Euangelium, & in poſterum obligaſſe: Igitur in hanc lucem potiùs, quàm in obitum Seruatoris, eiúſque Reſurrectionem iuuat Chriſti cum Eccleſia connubium retuliſſe.

119. *Eccleſia ante Spiritus ſancti deſcensū, imperfecta. Leo Pap.*

Confirmatur primò: Nam ante Spiritus ſancti deſcenſum Eccleſia infirma adhuc erat, & imperfecta. Quare Leo I. ſerm. 1. in Pentecoſten, explanans verba illa Ioannis cap. 16. *Cum autem venerit Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem: Numquid* (ait) *ſeſe Dominus inferioris ſcientiæ volebat intelligi, aut minus aliquid, quàm Spiritum ſanctum, à Patre didiciſſe? cùm ipſe ſit veritas, & nihil Pater, nihil Spiritus ſanctus poſſit dicere ſine verbo, ideóque dictum ſit: De meo accipiet: quoniam, quod accepit Spiritus, Patre dante dat filius? Non itaque alia inſinuanda erat veritas, nec alia prædicanda doctrina: ſed oportebat capacitatem eorum, qui docebantur augeri, & multiplicari conſtantiam illius charitatis, quæ omnem formidinem foras mitteret, & furorem perſequentium non timeret.* Præterea erat recens in lucem edita Eccleſia; proceſſerat enim de latere in Cruce dormientis nuperrimè: Decuit itaque ſponſam rudem adhuc, & inornatam componi in diem nuptiarum: Igitur rectè id ſpatij, quod à Chriſti ſuſcitatione ad Spiritus aduentum, elapſum fuerat, componendæ ſponſæ damus in diem ſolennem connubiorum: nam per Paraclitum maturitatem conſequuta eſt, vti loquitur Tertullianus libro de velandis virginibus.

Tertull.

120. *Sponſus munera dat inuitatis ad nuptias. Athen.*

Confirmatur ſecundò: In nuptialibus conuiuiis, cæterâque celebritate geniali ſolent ſponſi, præcipuè locupletes, & qui de prima nobilitate, beneuoli eſſe, donatiuúmque conferre magnificum: Percipiamus ab Athenæo lib. 4. Dipnoſophiſtarum: *Apud Macedonas* (inquit) *vt tibi iam ſignificaui, nuptiale conuiuium Caranus cum exhiberet, conuocati ad id viginti fuêre, quibus ſtatim vt accubuerunt, dono data ſunt argenteæ phialæ; antè quoq; aureâ corollâ priuſquam ædes introirent, æſtimatâ quinque aureis, vnuſquiſque coronatus fuerat*: Iulius Capitolinus in Antonino Pio: *Nuptias filiæ ſuæ Fauſtinæ, cum Marco Antonio eam coniungens, vſque ad donatiuum militum celeberrimas fecit*: At Chriſtus aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dona dedit hominibus: Quando autem? Sanè, cùm Paraclitus gratiarum miniſtrator ab alto lapſus eſt: *Nos autem, dilectiſſimi* (ait ſanctus Leo ſerm. 2. de Pentecoſte) *ſacratiſſimi feſti iſtius diem, rationabili obſequio, & caſta lætitia celebremus, confitentes cum B. Paulo Apoſtolo, quòd Dominus Ieſus Chriſtus aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, vt Euangelium Dei per omne humanæ vocis eloquium prædicetur, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*: Atq; de collatis eiuſmodi à Chriſto donis in die Pentecoſtes, exponit Auguſtinus enarratione in Pſal. 67. ad verba illa: *Cepiſti captiuitatē, accepiſti dona in hominibus*: Nicolaus Lyrenſis ad eundem verſum, Anſelmus, & Bruno Carthuſianus ad c. 4. Epiſt. ad Epheſios: Igitur tunc Chriſtus munificentiæ gloriā magis oſtēdit, quoniam Paraclitus deſcendebat cum ſtrepitu, vt in nuptiarum pompa cōtingit: *Ecce clamor factus eſt* (Matth. 25.) *exite obuiam ſponſo*: ad celebranda maritalia fœdera inter Filium Dei, & Eccleſiam ex nationibus.

Capitol.

Leo Pap.

Auguſt.

Pſal. 67. Lyra. Epheſ. 4. Bruno. Anſelm.

Matth. 25.

Confirmatur tertiò ſpeciatim: quippe inter Synagogam, & Eccleſiam magnam ea fuit præter multas alias differentia ſingularis: diu enim Synagoga partum diſtulit, ſerò enixa eſt: Eccleſia verò recens ſtatim ab ipſis nuptiis grauida facta eſt: non expectauit illa conſueta puerperij tempora; ſed, quemadmodum præter legem creaturarum vno partu dedit innumerabilem ſobolem, ſic definita pariendi ſpatia anticipauit. Nunciauit cum ſtupore Euangelicus Vates Iſaias cap. 66. verſ. 7. *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus, peperit maſculum*: Vides ſubitam fœcunditatem, & non expectata interſtitia grauidarum? *Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens ſimul, quia parturiuit, & peperit Sion filios ſuos?* Porrò hanc Iſaiæ ſententiam, de Eccleſia noua, eiúſque ſtupenda in pariendo celeritate, atque quòd tam breui mater numeroſæ prolis diceretur, pleríque antiquorum interpretum, atque recentium intellexēre; Conſule Leonem Caſtrenſem in Iſaiam, ſi Patrum effata deſideras. Huius autem primam, eāmque ſolennem lucem æſtimant, cùm Paraclitus miſſus eſt in diſcipulorum corda, quòd ſtatim eo ipſo die ad Petri vocē, *appoſitæ ſunt animæ circiter tria millia*: Ex quibus argumentor: Eccleſiæ iunioris matrimonium ſtatim conſequuta eſt fœcunditas: hoc enim admiratus fuit Iſaias, cùm vix tempus extitiſſet, vt grauida haberetur, genitrix nuncupata ſit: *Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus, peperit maſculum*: At, ſi connubium referimus in reſurrectionis, aut patiendi interualla, non erit Eccleſiæ fœcunditas prodigio, & ſtupori, cùm ante natam ſobolem non pauci præterierint dies: Igitur, quò Iſaiæ verba ſolidè interpretemur, atque ad Patrum mentem; quò nouæ Eccleſiæ gloriam cumulemus, tribuamúſque fœcunditatem, quæ diuinam & infinitam Verbi generationem æmulari aliquo modo videatur, vt quemadmodum ſemper cum Filio Pater; ſic illa à primæua nuptiarum luce ſemper genitrix; neceſſarium eſt aſſeramus, non alio tempore marito per nuptias coniunctam, quàm Pentecoſten celebrantibus Hebræis: ſic enim componemus facilè, vix vxorem nuncupatam, vix traditam viro, quando repentè mater appellata eſt.

121. *Synagoga ſterilis, Eccleſia Catholica fœcunda.*

Iſaiæ 66.

Leo Caſt.

Confirmatur quartò, atque vltimò: Quoniam hoc Pronunciatum ſuos quoque Patronos habet Auguſtinum, Philonem Carpathium, Gloſſam ordinariam, Thomam Ciſtercienſem, quos exhibuimus ſuperiùs num. 110. quibus adiungi poſſunt, qui per verba illa cap. 1. Cantic. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* efflagitare putant Eccleſiam Spiritus ſancti aduentum, Ambroſius ſerm. 1. in Pſal. 118. verſ. 1. & 2. & libro de Iſaac, & anima, cap. 3. Bernardus ſerm. 8. in Cantica. S. Thomæ Commentarius. Porrò illis verbis ſponſa optat dilecti aduentum, quò promiſſa connubia celebrent iuxta germanam litteræ intelligentiam: Prætereà, ex Patribus maior numerus, & de primoribus multi, iis Canticorum verbis cap. 3. *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis,* &c. tradunt deſcribi ſponſalia Dei hominis cum Eccleſia, dum Chriſtus pateretur. Nuptiarum igitur pompam in aliam occaſionem diſtuliſſe, ſignificare videntur: non enim ſubitò à ſponſalibus ad nuptias proceditur; Auguſt. lib. 8. Confeſſionum, cap. 3. *Inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non tradantur ſtatim, ne vilem habeat maritus datam,*

122. Cant 1. & 3. Auguſt. Philo Carp. Gloſſ. Thom. Ciſt.

Ambroſ.

Bernard.

Interſponſalia, & nuptias apud veteres intercedebant non pauci menſes. Auguſt.

tam, quam non suspirauerit sponsus dilatam: Idémque quæstionibus in Genesim disputans, cur Pharao introductam ad se Abrahæ vxorem non violauerit, scribit, morem fuisse, non nisi post annum accedere ad promissam thalami consortem; Hieronymus in Hebraicis traditionibus confirmat; Subscribit Lyrensis ad cap. 12. Geneseos: Bernardus homil. 2. super *Missus est.* apud sponsum ipsum asseruari pollicitam coniugem per tempora vsque ad matrimonij nexum: De profanis consule Dionem in Augusto, libro 54. Cùm igitur inter sponsalia, & connubium intercederet interuallum, celebratis à Christo, cùm pateretur sponsalibus, distulit nuptias in longiora spatia: at opportunum æquè nullum fuisse tempus, si cum Pentecoste alia conferantur, probauimus satis à num. 118. qui secundo Pronunciato locum dedit.

Hieron. Lyran. Bernard.

Dion Cass.

SVBSECTIO II.

Propono difficultates aduersùs superiori membro tradita, & expedio. Quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce? & quomodo per lateris apertionem Christus meruerit? Humanarum, & spiritalium cum Christo nuptiarum differentia; vxoris & mulieris nomina quid significent apud Hebræos.

123. PRimum difficile. Non potuit Christus despondere sibi Ecclesiam in Passione: Probo: Non enim, antequàm Spiritum daret, despondit: quoniam nondum extincta legalia, neque Synagoga repudium sustinuit: Ecclesia autem per Synagogæ depulsum, Christi sponsa facta est, vti monstrauimus numero 112. non in articulo mortis, quia Patres affirmant, prodiisse Ecclesiam de aperto Redemptoris latere dormientis super lignum: hoc satis ostendimus numero eodem: At Christi viscera lancea militis patefacta sunt, vt manifestè constat ex Ioannis cap. 19. post mortem eius: Non denique tum, quando latus perforatum est: nam ortum Ecclesiæ promeruit Christus: seipsum *tradidit pro ea,* (ad Ephes. 5.) *vt exhiberet ipse sibi gloriosam, quam acquisiuit* (Actor. cap. 20.) *sanguine suo:* Sed Christus post mortem nihil promeruit, cùm iam non esset viator, ac proinde nec in statu merendi? Igitur nullum punctum assignari valeat, quo Christus patiens sibi desponderit Ecclesiam. Respondeo, Synagogam extinctam fuisse ab articulo, quo Christus viuere desiit, eodémque puncto desponsatam Ecclesiam; ita vt desponsatio huius fuerit extinctio & corruptio illius; quæ duo euenerunt ante vulneratum Seruatoris latus; Dicunt tamen Patres non indoctè, natam Ecclesiam ex apertione cordis; quoniam tunc innotuit, aliam à Synagoga Christo esse coniugem: nempe, tum fluxerunt symbola duorum Sacramentorum, Baptismi, atque viuifici Calicis, quibus præcipuè innititur Ecclesia. Per notas igitur Ecclesiæ ipsam definiunt, vocantes Sacramenta illa Ecclesiam; eum in morem, quo peccatum non infrequenter nihili, priuationis, carentiæ nominibus afficiunt; cùm tamen hæc sint proprietates ad peccatum sequutæ, quod antecedenter exiit ex positiuo coalescens, quemadmodum clarioris famæ Theologi autumant: Itaque aliquando asserunt, Sacramenta promanasse ex apertis costis, aliquando Ecclesiam, vtrumque loquendi vsum pro eodem vsurpantes: Atque hac de causa, etsi etiam Synagoga profluxit de latere Christi secundùm eam significationem, quòd, videlicet, Christi meritis redempta sit, & donis ornata cœlestibus: tamen Patres nunquam de Synagoga sic loquuti sunt: quoniam notæ externæ, quæ de aperto latere prodierunt, sanguis, nempe, & aqua, ad Ecclesiam Catholicam spectant, & eius signa sunt, Calicis, nimirùm, & Baptismi symbola; non autem ad Synagogam aliquo modo pertinuerunt.

Ephes. 5.

Quando Synagoga deletur

Quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce?

Quod verò ad meritum spectat: dixit sanè Alfonsus Abulensis Episcopus, quæst. 351. in Genesis cap. 13. haud ita concinnè loquutum Magistrum in 2. distinct. 18. aliósque de Theosophorum Lyceis, quòd Ecclesiam ex latere mortui Seruatoris exiisse affirmarent, cùm potiùs de viuente Christo prodiisse asserere debuerint, quoniam Iesus, non mortuus, sed viuens redemit illam. Sed prudenter animaduersum à nostro Pereira lib. 4. in Genesim, disput. de formatione Euæ, quæst. 1. nimis ad viuum resecasse Tostatum, cùm largè proloquerentur Theologi, & metaphoricè agerent, indicantes solùm ex costa Christi promanasse exemplaria Baptismi, & Calicis; aquam, nempe, & sanguinem: qua exemplarium, & symbolorum phrasi vsus Sotus in 4. distinct. 1. quæst. 3. artic. 5. tandémque non aliud dixisse videatur noster Vasquez tom. 1. in 3. partem, disp. 76. cap. 2. numero 12. Equidem, vt non meruisse Christum per apertionem lateris, concedamus, non sequitur, ex eius meritis Ecclesiam, aut non redemptam, aut non enatam, cùm quibus alia meruerit actibus, hoc quoque meruisse potuerit: sed, quoniam Patrum phrases id non infrequenter adsignificare videntur, puto & Christum lateris vulneratione meruisse: ita quidem; quoniam, antequàm pateretur, præuidit iniuriam defuncto cadaueri cuspidis ictu inferendam: quam iniuriam, quemadmodum cæteras contumelias, libens amplexus est: Ab ea igitur voluntate, quam ante mortem habuit, illatum vulnus post obitum, meritorium nuncupatum est. Qua in re quoad Pronunciati substantiam non potest esse dissensio: quoad nomen possit esse lis aliqua; an, quoniam non extaret volitio Christi, cùm lancea vulneratus est, plaga illa meritoria propriè dici queat? Sed loquutioni, vt dixi, fauent Patres; fauent noster Raguſa, tom. 2. in 3. part. disput. 5. §. 1. P. Suarez tom. 1. in 3. part. disput. 39. sect. 3. Non me fugit, arduum esse explicatu, qua via potuerit Christus velle cuspidis ictum, præsertim efficaci, & quasi prædefinitiua volitione, quemadmodum eximij recentioris Scholæ Theologi cogitant, quin peccatum vulnerantis vellet plusquàm permissiuè; neque latet, haud facilè declarari, quo pacto lateris vulnus, cùm neque imperauerit Christus, neque egerit, sed passus fuerit, meritum exterius dici queat, quando hoc ab eodem prodire oportere videatur, à quo meritum interius: sic enim ex vtroque vnum adæquatum meritum aptè consurgit. Sed prolixum examen ista desiderant, & extra huius tractatus cancellos: Satis nobis est, hæc aduersùs vniuersam Christi passionem pugnare respectu earum actionum, quæ praux fuerant, &

124. *Christus an per lateris apertionem meruerit?*

Theologi aliquando largè, & metaphoricè loquuntur.

Mag. sent. Abulensis. Pererius.

Sotus.

Vasquez.

Auctoris opinio.

Raguſa.

Suarez.

ab

ab aliis,non ab ipso Christo, ipso solùm permittente , processerunt quare nihil peculiariter probant contra lateris adapertionem. Atque hæc cùm meritoria extiterit, quoniam vltima iniuria fuerat ex illatis Redemptori, velut cæterorum conuiciorum complemento benè Patres adscribunt Ecclesiæ ortum: sicut,quamuis Christus omnibus totius vitæ gestis meruerit redemptionem humanam; hæc tamen passioni , quæ coronidem reliquis actionibus posuit,speciali nomenclatura, & titulo tribuitur.

125. Secundum difficile. Quo pacto matrimonium Christi cum Ecclesia ordinamus , mansisse potiùs viduam,quàm coniugem apparet: sponsalia enim moriens celebrauit,proindéque defuncto,non viuente potita est,quæ despondebatur : nuptiæ autè aduentante Paraclito celebratæ , cùm iam à terris abfuisset Dei Filius, & ad Patris sederet dexteram gloria,& honore coronatus:semper igitur abfuit? Et quale coniugium est inter perpetuò distantes & diuisos coniuges ? Respondeo , peculiare esse huic sponso,pro eminentia potestatis suæ , vt etiam abiturus non discedat,& longè positus propè quoque sit: Sic,cùm peregrinaretur,& ad locum, vnde venerat,rediret , dixit charissimis commilitonibus: *Ecce ego vobiscum sum* (Matth.28.v.20.) *vsque ad consummationem sæculi :* Causa horum: quoniam coniugium hoc spiritale est, atque in gratia,& charitate fundatur , proindéque animorum magis,quàm corporum indiuulsionem & glutinum constituit: Quare Paulus dicebat,certò scire ipsum: *Quia neque mors,neque vita* (ad Rom.8. vers.38.) *neque instantia, neque futura, neque fortitudo,neque altitudo,neque profundum,neq; creatura alia possit separare à charitate Dei , quæ est in Christo Iesu:* Sed non grauabor transcribere , quæ hanc materiam declarent, ex oratione habita tertio Nonas Maij,anno 1514.sessione nona Concilij Lateranensis,sub Leone X.à Reuerendo Patre, Domino Antonio Puccio , Cameræ Apostolicæ Clerico: *Non est igitur mirum,tale,tantúmque matrimonium,non modò secundùm legem , diuortium nullum pati: sed,quod omnem naturæ ordinem, modum, consilium, atque decretum excedat ; nec ipsa quidem temporali sponsi morte dirimi vllo modo potuisse : Siquidem mortales matrimonio coniungit Deus: quos licèt homo separare non possit; mors tamen ipsa dirimit,atque dissoluit: In Christi verò,Ecclesiæque matrimonio coniungitur ipse Deus, qui,vt per se incorruptibilis, immortalisque existit ; ita incorruptibile,& immortale matrimonium cum sponsa contrahens , & consummans , insolubili eius consortio,atque amplexu post mortem magis , quàm in præsenti vita potitus est. Quam sanè mutuam, insolubilémque coniunctionem,ascendente Iesu ad Patrem,vehementissimè admirantes Angeli conclamarunt: Quæ est ista,quæ ascendit per desertum, deliciis affluens,innixa super dilectum suum?*

Christi, & humanarũ nuptiarum discrimen.

Matth.28.

Rom.8.

Ant.Pucc.

126. Sed præter spiritalem, moralémque præsentiam, physicam quoque tribuimus Christi sub Eucharistia velati , de qua meditatus B.Laurentius Iustinianus hunc in modum,*De triumphali Christi agone* , cap.2. *Nam diuinitatis natura vbique præsens est, variósque(prout vult) præsentiæ suæ operatur effectus ; aliter in cœlo,aliter in Inferno , aliter in Angelis, alitérque in cæteris agens creaturis. Quoddam autem præcipuum idem Mediator suæ volens conferre Ecclesiæ , quod nunquam nescitur fuisse collatum; corpus illud visibile passibile, palpabile,& mortale,quod susceperat Verbum communicauit in cibum: tale siquidem munus , taléque dilectionis pignus suæ iturus ad Patrem Ecclesiæ dereliquit: Hoc autem illi solatium præstitit , hoc ardentissimæ charitatis indicium demonstrauit ; quatenus visibilis humana absentia eius illi fieret tolerabilis: voluit nihilominùs,vt vsque ad sæculi finem hoc modo eadem Mater Ecclesia de sui capitis sacramentaliter præsentia lætaretur,aggregarentúrque ipsius merita , quum de visibilis formæ absentia patientiam,atque de corporali occulta specie fidei robustissimam exerceret constantiam :* Similiáque proferunt Drogo Hostiensis libro de Sacramento dominicæ Passionis : S.Thomas Opusculo 57.

Christus vir sponsæ Ecclesiæ, quo more præsens? Laur.Iust.

Drogo. S.Thom.

127. Tertium difficile. Nunquam in toto Epithalamio auditur vxoris,matrisfamilias,coniugis nomen; sed sola sponsæ vox : Igitur de sponsalibus tantùm agit Hymenæus : non de nuptiarũ pompa , alioquin,si nuptam ceciniisset,vxoris appellatione quandoque vteretur. Respondeo , ex Scripturarum vsu,éxque Hebræorum norma confundi non ratò vxoris,& sponsæ vocabula; sic,vt quæ sponsa sit,dicatur nonnunquam vxor, & versa vice vxor nominetur sponsa : qualis illa possit esse loquutio Apocalyp.cap.21.vers.9. *Veni,& ostendam tibi sponsam,vxorem Agni.* Haymo, Episcopus Halberstatensis in illud Matth.1. *Cùm esset desponsata,&c. Consuetudo* (ait) *est sacræ Scripturæ,vt sponsi appellentur viri,& sponsæ vxores:* Hieronymus in idipsum cap.1.Matthæi : *Iam & suprà* (inquit) *diximus,sponsas vxores appellari,quod plenius liber aduersùs Heluidium docet :* Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 12. *Meminimus enim & Iacob,qui priusquàm Rachel acceperat,dicebat ad Laban: Da mihi vxorẽ meam: Sicut enim illic ante nuptiarum constitutionem , cùm tantùm promissio intercessisset,vxor Iacob nominabatur: sic & Maria propter solam desponsationem vxor Ioseph vocabatur:* Sic etiam apud Hebræos mulier commune nomen virgini est,atque matri, vti eodem loco probat Cyrillus , & docet Tertullianus multis Scripturarum prolatis exemplis : *Spiritus sanctus* (ait) *vno nomine mulieris , etiam virginem intelligi voluit.* & cætera,quæ ibi ad longum prosequitur: Ex his liquet,inefficax argumentum deriuari ab omissione nominis , quod maritatam denominat ; Verùm, quòd nunquam vxoris, aut nuptæ vocibus vtatur,puto in causa esse,quoniam Epithalamium hoc totum in amoribus versatur: vnde & non pauci veterum Explanatorum Canticum Amoris vocauêre; quoniam specialiter tractaret de dilectione : quales fuerunt Augustinus libro de Pastoribus,cap.15.Nyssenus homil.1.in Cantica: Beda lib.2.in Cantica,in principio: Bernardus serm.59.in Cantica: Gregorius Papa,Anselmus,Rupertus,S.Thomas, Richardus Victorinus,omnes in Præludiis ad Canticum Salomonis: At verò ad exprimendum syncerum amorem , & non mercenariam dilectionem ; sed simplicem & castam,solum amatum concupiscentem,nulla vocabula sponsi,sponsæque nominibus aptiora,teste Bernardo serm. 7. in Cantica : *Nec sunt inuenta aquè dulcia nomina,quibus Verbi,animæque dulces ad inuicem exprimerentur affectus, quemadmodum sponsus,& sponsa: quippe, quibus omnia communia sunt, nil proprium , nihil à se diuisum habentibus; vna vtriusque hæreditas , vna domus , vna mensa, vnus torus , vna etiam caro: Denique propter hanc relinquet ille patrem, & matrem : hæc quoque iubetur nihilominus obliuisci populum suum,& domum patris sui: Si ergo amare specialiter sponsis , principalitérque conuenit , non immeritò sponsæ nomine censetur anima, quæ amat.*

Regula:Spõsæ & vxoris nomina confunduntur ab Hebræis.

Apoc.21.9.

Haymo.

Hieron.

Cyril. Hier.

Regula:Mulier, nomen commune virgini, & maritatæ. Tertull. lib. de veland. virginib.

Canticum Canticorum dictũ, Amoris carmen.

Vxoris vocabulum quare omissum in Gãtico Canticorum?

Augustin. Nyssen. Beda. Bernard. Greg. Pap. Anselm. Rupert. S.Thom. Rich.Vict.

Sponsus,& sponsa,nomina amatoria.

Quartum

128. *An nimium interuallum inter sponsalia & nuptias Ecclesiæ.*

Quartum difficile. Iuxta mysticam nostram explanationem Hymenæus extenditur vsque ad Iudicij vniuersalis tempora: complectitur itaque sæculorum seriem. At quis non obseruet longa nimis hæc nuptialis pompæ spacia, quibus secundùm litteram septiduum solùm respondit, vti monstrauimus Sect. 3. Subsectione 2. num. 91. Respondeo, post magni Examinis diem traducendam hanc Ecclesiam quoad electos suos in sponsi domum: quò in perpetuas æternitates cum eo viuat: Cum hoc igitur perenni coniugum quo conferenda sunt genialis pompæ interualla: Quòd si fiat comparatio, modicum apparebit spatium: 2. Petr. 3. *Quoniam apud Dominum* (Petri 2. cap. 3.) *mille anni sicut dies vnus:* Certè Ioannes Theologus sic Reuelationes suas exorditur: *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò.* Atque cùm Apostoli prophetiæ etiam vltima sæculorum respicerent; tamen vt citò eueniant, affirmat: cuius non alia communior Patrum interpretatio est, quàm quòd omnia tempora vsque in mundi fines, æternitati comparata, velut hesterna, quæ præteriit, dies, habeantur: Acosta. Qua de re noster Acosta lib. 1. de nouissimis temporibus, cap. 5.

129. *Lactandi apud veteres quantum tempus?* Hieron. Torniell. Perer. Delrius. Salian.

Sed ego hanc rem, si valeam, non inconcinno exponere exemplo aggrediar: Non pauci bonæ notæ Auctores Isaacum Patriarcham quinto ætatis anno ablactatum affirmant: Sic Hieronymum in quæstionibus Hebraïcis, Torniellum, Pereiram, Delrium, sequutus Salianus tom. 1. anno mundi 2143. Quòd si his tantis Scriptoribus obiiciamus hodiernum vsum; quòd si Machabæorum tempora, quibus triennio fugebant vbera infantes? respondebunt, Patriarcharum æuo vitam in longissimos annos productam, posteà diminutam hominum ætatem, ita vt Dauid de sua tempestate caneret: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni,* (Psal. 89. vers. 10.) *si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor, & dolor:* Psal. 89. Quare, sicut virilis ætas, atque senectus productiores erant orbis initio; sic & ablactationis diuturniora fuisse spatia: Ad hanc itaque normam vellemus & nos philosophari: Sanè comparatione coniugum, quorum societas per octoginta, aut centum annos perseueret, sat temporis datum genialis pompæ per hebdomadam: sed facta mensura cum indeficienti vita, & cui nullus aliquando terminus; decem mille annorum si nuptiarum festiuitati assignentur breue interuallum est.

130. *Militum & amantium vita laboriosa.* Ouid. 2. de Arte.

Quintum difficile. Genialis pompæ tempora debere esse festiua, iucunditatis plena, nullis intermixta aduersis, quemadmodum statuimus Sect. 3. Subsect. 4. Nos autem in qualia tempora Ecclesiæ nuptias coniecimus? nimirum, in huius vitæ periodum: Quid autem in hoc exilio non miserum, & laboriosum? Propterea sancti Patres hyeme, nocte, luctibus, & si quid est in Scripturis ærumnosum, his veluti symbolis aptissimis vitam hanc adumbrari passim adstruunt: Denique ipsa est Ecclesia militans; & in castris an non omnia dura, atque ad patientiam? Certè ille, vt amantium labores exprimeret, amorem militiæ speciem quandam, contentus dixisse:

Militiæ species amor est: discedite, segnes,
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hyems, longæque viæ, sæuique labores,
Mollibus his castris, & dolor omnis inest.
Sæpè feres imbrem cœlesti nube solutum,
Frigidus in nuda sæpè iacebis humo.

Ecce quales militum ærumnæ! Hæccine idonea nuptialibus gaudiis, & thalami lætitiæ? Respondeo, hanc obiectionem vrgere Patrum, atque Interpretum omnium cœtum venerandum: quis enim non aliquas cum militante Ecclesia Christi nuptias agnouit? Imò quis hactenus Hymenæum hunc de solius glorioſæ & triumphatricis Ecclesiæ connubio expositum; Dicimus igitur, tempora harum nuptiarum læta esse, in quibus nihil acerbum & graue perpessa sit, nempe, Euangelij, & gratiæ sæcula, quibus si quod premat quidpiam est, onus leue est, & iugum suaue: Abierunt illa non ferendi ponderis, de quibus Princeps Apostolorum testatus: *Quæ neque Patres nostri* (Actor. cap. 15. vers. 10.) *neque nos portare potuimus: Lætabuntur nouæ legis cultores, sicut qui lætantur in messe,* (Isaiæ cap. 9. vers. 4.) *sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia: quia omnis violenta prædatio cum tumultu; & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibum ignis:* Quòd si mortales plorant, & ingemiscunt adhuc; non temporum vitium est, sed morum: inter enim innumeras calamitates *secura mens quasi inge conuiuium,* Prouerb. cap. 15. v. 15. Et Paulus in frigore, & nuditate, in plagis supra modum, replebatur consolatione, superabūdabat gaudio; atque Apostoli ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati: Sancti autem cùm hyemem appellant, incolatum, vallem fletuum, carcerem, exilium, ad extrinseca mala tantùm attendunt, & pœnalia, à quibus malis tantùm abest impediri Heroum gaudia, vt nihil potiùs iuuet lætitiam, quoniam secundùm multitudinem dolorum lætificauerunt consolationes animas iustas, atque magnanimos, adultæque virtutis spiritus.

Euangelij tempora læta, & iucunda: Synagogæ onus graue. Act. 15. Isaiæ 9. Prou. 15. *Vita hæc cur hyems dicitur, & quibus sit difficilis tolerata?*

131. *Traductio sponsæ num omissa in Cantico Canticorum? & quamobrem?*

Sextum, postremúmque difficile. Nihil tam celebre, tam admirandum in nuptiis, atque sponsæ traductio in mariti domum: de hac autem traductione, secundùm nostram Commentationem, non tractat Epithalamium: nam traductio sponsæ finale Iudicium subsequitur: Iudicium autem terminat Hymenæum. Respondeo, quemadmodum traductio sponsæ in lares mariti non est descripta à Poëta sacro in cortice litteræ, ex professo; sed leuiter tacta solùm per verba illa cap. 3. *Ferculum sibi fecit Rex Salomon,* &c. Ita neque depictam mysticæ sponsæ traductionem, quæ est gloria completa beatarum animarum, quando corporibus rursum vnitæ ascendent duplici stola amictæ post absoluta generalia mortalium Comitia: Omisit autem Vates litteram condens, traductionis ambitionem & gloriam; quoniam non loco nuptiarum, apud Libanum, scilicet; verùm Hierosolymis celebranda erat: & quoniam non minùs operis continebat, imò excedebat multùm genialis hebdomadæ festiuitatem; fortasse proprio & distincto carmine ad amussim describere putabat: quem tractatum de sponsæ traductione diuersum ab hoc Epithalamio, an de facto composuerit Salomon, nescimus: aut, si fuerit ex metris, quæ perierunt: nam, cùm loquutus fuerit *tria millia Parabolas,* (Regum 3. cap. 4. vers. 32.) *& fuerint carmina eius quinque & mille,* de tanta copia periisse nonnulla, communis existimatio est, quoniam ad posteritatis cognitionem non venêre: Itaque tanta fuerunt de traductionis multiplici pompa, & honore canenda, vt iustam desideraverint poësim, quæ vel ab hoc Cantico omninò diuisa fuisset,

3. Reg. 4.

fuisset, vel alteram æqualis molis partem feciſſet: quod metrum ſi habuiſſemus, illud, non hoc, quo fruimur, Canticum Canticorum, id eſt, inter vniuerſa carmina præſtantiſſimum, diceretur, cùm maiora caneret, & ſuper huius Epithalamij materiam: Dici quoque illud queat, ex peculiari cauſa, diuinum, à quo regebatur Salomonis calamus, Spiritum voluiſſe, ne de traductionis magnitudine verba faceret: Quorſum id? Etenim Spiritus eatenus Salomonem mouebat ad humana pangẽda, quatenus his diuina, & ſublimia adumbrarentur: hic præcipuus impellentis ſcopus, cæleſtia delineare: Quid tum? Traductio ſponſæ ſymbolum futura erat gloriæ perfectæ Beatorum, quãdo reſumptis corporibus, Eccleſia electorum in domũ æternitatis, quæ eſt ſponſi habitatio, & Baſilica, ducenda erat: quò igitur denotaret hanc beatæ viſionis, dotúmque beatarum gloriam tantam eſſe, quæ nullis comprehendi poſſit verbis, nulla complecti eloquentia, vtpote quæ nec in cor hominis aſcendit; ſtatuit ſilentio obuoluendum: quo ipſo ſilentio meliùs ſignificaret, quanta eius rei fuiſſet magnitudo, quam dictione ſe aſſequi poſſe diffideret.

Gloria beatorum declaratu impoſſibilis in hac vita.

SVBSECTIO III.

Explanatio de memorandis Eccleſiæ euentibus, an noua, & præter vſum? Prophetiæ per euentus cognoſcuntur: de Mahomete, Indorum conuerſione, Luthero & ſimilibus; à viris ſapientiſſimis Bibliorum multa declarata loca.

132. ERunt fortaſſe aliqui, quibus myſtica noſtra expoſitio peregrina, & inſolens videatur: quippe, dum Patrum in hunc Canticorum tractatum vigilias nocturno, diurnóque ſtudio euoluunt, & conferunt cum noſtris laboribus, reperêre toto cœlo diſtantes ſemitas: Nam apud ſeniores Eccleſiæ inuenêre perpetuas ſententias de Chriſti œconomia & geſtis, atque vix vltra eius Aſcenſionem, & Paracliti delapſum euagatos: Hæ metæ antiquæ interpretationis: his cohibentur cancellis Origenis, Nyſſeni, Theodoreti, Apponij, Caſſiodori, Gregorij Papæ, Bedæ, Philonis Carpathij, Iuſti Orgelitani, Anſelmi, Bernardi, reliquorúmque veterum cogitationes; Nos autem per immenſum ſpaciati æquor, vaſtúmque pelagus; quod Patribus Omega eſt & terminus, hoc nobis Alpha & principium: atque inde velut è portu ſoluentes nauigamus in ſæculorum fines, legentes tanquam varia littora, quidquid memorabile accidit à Chriſti morte: cuius ſi velitationis haberemus ſocios poſterioris æui Scriptores, vtcunq; tolerandum fuiſſet, conſpirantibus in idipſum multis: at hi priſcorum veſtigia ſequuti omnes quoque de Eccleſiæ, & Synagogæ actis declarant: Eccleſiæ autem prima tantùm geſta celebrant, neque ventura ſæcula explorant.

133. *Regula: Prophetiæ per euentus cognoſcuntur. Cantapr. Irenæus.* Dicamus ad hæc obiecta in primis, prophetias per euentus rerum dignoſci: vnde, cùm Patrum ætate plura latuiſſent, quæ poſteriora ſæcula in apricum protulêre, propterea eiuſmodi caſibus nõ accommodaſſe priſcos Chriſtianos Scriptores vaticinia: Hoc dogma Cantapretenſis roborauit libro 1. hypotypoſeon, cap. 1. Irenæi teſtimonio lib. 4. aduersùs hæreſes, cap. 44. ex Euthymio confirmat præfatione in Pſalmos, cuius illud eſt monitum, nonnunquam Apoſtolos fugiſſe, quę Chriſtus diceret, quoad rerum ſucceſſibus edocerentur: vnde, cùm Ioannis cap. 2. dixiſſet Dominus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* ſubiungit Euangeliſta verſu 12. *Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & ſermoni, quem dicebat Ieſus:* Ecce, quemadmodum ab euẽtu Reſurrectionis didicerunt Apoſtoli; quæ anteà non intellexerant, quemadmodum ea ad verba peritè obſeruat Maldonatus: Sed præter Irenæum, atque Euthymium, adducit Ioannes Fredericus Lumnius lib. 1. de extremo Dei Iudicio, & Indorum vocatione, cap. 2. Ambroſium in Pſal. 43. Auguſtinum lib. 16. de Ciuit. cap. 2. *Quis, quæſo,* (ait Fredericus) *putaſſet ante paſſum Chriſtum, agnum paſchalem eius figuram prætuliſſe? Quis deglutitionem Ionæ, Chriſti mortem adumbraſſe?* At verò Thomas Maluenda lib. 3. de Antichriſto, cap. 17. poſtquàm de noui Orbis conuerſione loca Vatum eruditè explicaſſet: *Eſto, ſanctus Hieronymus* (inquit) *has explanationes non viderit, abiecítne forſan? quaſi Deus eas his temporibus reſeruare non potuerit, cùm prædicta Prophetæ adimpleta ſunt?* Ludouicus Legionenſis ad illa verba Abdiæ: *Et tranſmigratio Hieruſalem, quæ in Boſphoro eſt,* &c. loquens de reuelatis Indorum regionibus: *Fecerunt ergo* (loquitur de Prophetis,) *iſtarum rerum mentionem, eáſque ſuarum vaticinationum inuolucris incluſas, litteríſque conſignatas, poſteris prodiderunt, non antè cognoſcendas à nobis, quàm ipſi rerum euentus, tanquam illato lumine, duces eſſent nobis ad ingrediendum in eorum ſinuoſa, & tenebris obſita ſcripta:* Noſter Delrio tom. 1. adagiali, ad illud Eſaiæ cap. 18. *Væ terræ cymbalo.* Adagio 724. poſtquàm de Indis declarauit: *Nec mirum,* (dicit) *ſi Hieronymus, & alij veteres huncſenſum non attigerint: quia, vt inquit Irenæus lib. 4. contra hæreſes, cap. 43. vaticinia occulta ſæpè non intelliguntur, donec completa ſint: noſtris autem fermè temporibus hæc completa videmus:* Ioannes Fernandez tomo 1. Theſauri, verbo, *Æthiopia,* numero 4. Pereira lib. 15. in Danielem ad illa cap. 12. *Tu autem Daniel,* &c. Denique Leo Caſtrenſis hoc ipſum documentum Origenis auctoritate, in illud Matthæi: *Sanguis eius ſuper nos,* &c. nititur confirmare, ad illa verba cap. 1. Eſaiæ: *Et cùm extenderitis manus,* &c. Iuxta hunc igitur canonem dicimus, prætermiſſum à Patribus hoc interpretamenti genus, non quaſi Scripturarum aut fide, aut maieſtate indignum; ſed quoniam iuuari debuerant rerũ euentibus, quæ res in illorum tempora vt non inciderunt; ſic de iis docere non poterant, niſi noui etiam Prophetæ fuiſſent.

Euthym. *Ioan. 2.* *Maldon.* *Lumnius.* *Ambroſ.* *Auguſt.* *Maluend.* *Legion.* *Delrius.* *Fernand.* *Pereira.* *Leo Caſt.*

134. *Sancti Patres Scripturam interpretati de caſibus ſui temporis & futurorum ſæculorum.* Verùm inquies: Quamobrem Patres non de iis ſaltem caſibus, qui in ſuam vſque ætatem euenêre Scripturas interpretati ſunt, cùm hi fuerint & numero, & magnitudine memorabiles? Quare conueniens eſt, affirmemus, propterea ab hac exponendi norma abhorruiſſe, quòd eam præter Spiritus ſancti cogitationem eſſe, arbitrarentur. Reſpondeo, à præſtantiſſimo quoque veterũ Scripturas ſæpè declaratas pro iis, quæ aut ſua tempora anteceſſerant, aut in eam, quam viuerent, ætatem inciderant, aut etiam de futuris in longinquũ euentibus. Nam, quis ex antiquis Eccleſiæ Theologis non ea præſertim, quæ Daniel, & Ioannes ſcripſerunt, magna ex parte ad Antichriſti ſæuitiam retulêre? Atq; iidem, & ante Hieronymum,

& poſt

& post illum, an non caput secundum Danielis, de statua ex variis metallis compacta; eiusdémque caput 7. de quatuor bestiis, ad quatuor Orbis Principes Monarchias transtulêre, Chaldæorum, videlicet, Persarum, Græcorum, Romanorúmque imperia? nisi quòd in prima visione Prosper Aquitanicus lib. de promissionibus & prædictionibus parte 22. cap. 33. Orosium sequutus, per ventrem & femora ærea, dixerit significatum esse Punicum, siue Carthaginis regnum? Ambrosius lib. 2. de fide, cap. vlt. prope finem, Gog, & Magog, de quibus Ezechielis cap. 38. & Apoc. cap. 20. Gothos esse intelligit. Eusebius libr. 9. de demonstratione euangelica, demonstratione 3. Romanos esse putauit: Sed fateor, vetustiores quosque, si quatuor Monarchiæ, & Antichristus excipiãtur, de reliquis pauca tradidisse: At Petrus Lombardus duodecimo sæculo cœpit dispersam apud priscos Theologos de Deo scientiam in ordinem colligere: atque ab his tẽporibus quemadmodum scholastica doctrina cœpit vrgeri atque acriùs expendi; sic quoque Scripturarum tractationi accidit: quamobrem subsequuti Interpretes parciores fuêre in allegoriis meditandis, litterę incubuêre: ex quibus scripsit ante exitũ duodecimę ętatis Ioachimus Abbas in Isaïam, Hieremiã, Apocalypsim: atque certè in Apocalypsi interpretanda non vnius Antichristi bella explanauit, verùm Commentationem septem præcipuè Ecclesiæ statibus accommodauit; quem posteà imitatus Vbertinus Casalensis, qui ante ducentos annos vixit: sed floruit ad initium decimiquarti sæculi Petrus Aureolus Minorita, Archiepiscopus Aquensis: is planè non veritus asserere, Apocalypsim de memorandis omnibus Ecclesiæ casibus agere: quod synchronos & eiusdem Instituti Commilito, Nicolaüs Lyrensis, latiùs exequutus est, qui esse Catholicorum Doctorum sententiam scribit præfatione in Reuelationes Ioannis: cuius moralis expositio, sicut doctioribus non multùm placet; sic litteræ interpretatio apud eruditos commendationem meruit. Vide Sixtum lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, & Riberam præludiis in Zachariam, & Malachiam; Adhęsêre Lyrano, quoad Apocalypsis sensum, in multis S. Antoninus, atque Dionysius Carthusiensis, qui ante ducentos vixêre annos: Ioannes Annius Vitterbiensis, qui Sixti IV. Pontificatu floruit: verùm de Hispaniis nonnulla Abdiæ Vatis interpretantem Nicolaüm imitatus est Paulus Burgensis in additionibus, qui & ipse in humanis erat ducentis abhinc annis: Ecce omnium horum iunior est Ioannes Annius: & tamen ille plusquàm centenarius: nouúmne igitur interpretamenti genus, quando vltra centũ annos itur?

Quatuor Monarchia à Prophetis delineata quanam? Prosper. Orosius. Ambr. Euseb. *Magister sẽtentiarum Theologiam dispersam collegit.* *Veteres in allegoria sectanda frequentiores; in litteræ nuperi.* Ioachim. *Quinã Scripturã de cõmunibus Ecclesiæ euentibus declarauit?* Vbert. Cas. Pet. Aureol. *Lyra qualis expositio?* Sixt. Sen. Ribera. S. Antonin. Carthus. Annius. Burgensis.

135. *Recentior Theologorũ Schola Bibliorũ multa loca de Ecclesiæ Catholicæ euẽtibus singularibus declarauit cũ laude.* Iacob. de Valent.

Sed præbeamus Antiquitatis, suo iudicio, acerrimis vindicibus, proceres illos, ob senium cum omni sanctitate & doctrinarum genere coniunctum, semper suspiciendos, haud fauere: certè recentiorem Scholam nobis haud negare poterunt: voco autem recentiorem Scholam, quæ ab annis plùs centum effluxit: Nam sub hæc tempora Iacobus Perez de Valentia, Christopolitanus Antistes, cùm aliàs nonnunquam, tum in primis Psalmo 70. de septem mundi ætatibus tractationem instituit; & eo carmine decantatas Ecclesiæ persecutiones, hæreses contra eam, subsidium à Doctoribus, & Regularium Cohortibus, Mahomethismum, & prætereà non pauca, neque obscura: de quo eodem Mahomethe Ezechielis cap. 38. & 39. aliqua construxit Hector Pintus: declarauit ex Apocalypsi Ioannes Annius Commentariolo, quem in extrema septem capita conscriptum Sixto IV. obtulit. Annij cogitationes approbarunt Ioannes Henthenius præfatione ad Arethæ Commentarios in Apocalypsim: Gilbertus Genebrardus in Chronographia ad annum Christi quingentesimum nonagesimum: Benedictus Pereira sequutus Duces interpretationis Ioachimum Abbatem, Seraphinum Firmanum, Cælium Pannonium, aliósque disput. 16. & 17. in cap. 6. Apocalypsis, quarti sigilli apertionem concinnè declarat de eodem Mahomethe: id ipsum Basilius Ponce de Leon, 1. parte variarum disputationum, quæst. 6. expositiua, cap. 2. comparatione cap. 13. Apocalypsis, Salmeronem nostrum citans disput. in Apocalypsim, sub finem tom. 16. suúmque Luysium Legionensem: verùm non vnius Mahomethis gesta; sed magnos prætereà alios euentus Apocalypsis sacro arcano obseratos, & quidem præcipuos quosque idem Basilius indicauit quæst. 1. expos. cap. 1. Cosmas Damianus Isagoge in Cantica Canticorum: Pereira tom. 3. disputationum selectarum, disput. 4. & 5. ex proœmialibus, qui disertissimè lætos, acerbósque casus, & enumerat & accomodat, nihílque eminens & conspicuum à Ioanne prætermissum commonstrat: deduxêre vsque ad Constantini imperium potissimùm Blasius Viegas Commentario 3. in cap. 6. Apocal. per sectiones duodecim, & Commentario 5. in cap. 7. sect. 3. Alcazar notatione 23. proœmiali, §. *Sequitur argumentum.* atque Cardinalis Bellarminus oratione illa, quæ ad frontem tom. 3. legitur, textum Apocalypsis de stella cadente, fumo, locustis, &c. non minùs doctè, quàm grauiter de Luthero, eiúsque asseclis ad longum explanat.

Annius. Henthen. Genebrard. Pereira. Firman. Pannon. Poncius. Salmeron. Legion. Cosm. Dam. Pereira. *Mahomethes & Lutherus in Apocalypsi figurati:* Viegas. Bellarm.

Iam, vt ad noui Orbis, Indorúmque conuersionem veniamus, quanti de hac, varia Scripturarum loca incredibili cum eloquentia, pari ingenio declararunt? Nam, vt ab Esaïa auspicemur: verba illa cap. 18. *Væ terræ cymbalo*, & quæ sequuntur, de allata Indorum populis Euangelij face constructunt, eum ad Vatis locum, Arias Montanus: Ioannes Fredericus Lumnius lib. 2. de extremo Dei Iudicio, & Indorum vocatione, c. 1. qui cap. 6. vaticinium de hominibus Sodalitij nominis IESV loquutum opinatur: Ludouicus Legionensis ad illa verba Abdiæ: *Transmigratio Hierusalem*, &c. Basilius de Leon quæst. 8. expositiua, cap. 4. Ioannes Fernandez tom. 1. Thesauri, verbo, *Æthiopia*, num. 4. Ferdinandus Rebellus 2. parte de obligatione iustitiæ, lib. 18. quæstione 25. sect. 3. Thomas Maluenda lib. 3. de Antichristo, cap. 12. Bozius lib. 20. cap. 3. tomi 2. Delrius tom. 1. Adagio 724. Gueuara in cap 3. Habacuc, num. 98. eiusdem Prophetæ versum 22 cap. 49. *Afferent filios suos in vlnis*, &c. in eundem scopum deriuat Leo Castrius. Denique sententiam illam cap. 66. *Et ponam in eis signum*, &c. Acosta noster peculiariter adimpletam hisce temporibus, Indis Christo aggregatis, testatur lib. 5. de Christo reuelato, cap. 4. qua de re egerat lib. 1. de procuranda Indorum salute, cap. 1. & 2. & lib. 1. de natura noui Orbis, c. 15. Transeamus ad vnum de minoribus Prophetis, sítque ipse Sophonias, cuius sermonem illum cap. 3. *Vltra flumina Æthiopiæ*, &c. eodem pacto explanant Vatablus, Montanus, Emmanuel Sà: Bozius, vbi suprà: Maluenda citato iam libro cap. 13. Lumnius Fredericus, vbi diximus c. 5. Luysius, atque Basilius de Leon, quo declarauimus loco: Ioannes Fernandez

136. *Indorum cõuersio variis scripturæ locis.* Arias. Lumnius. Legion. Poncius. Fernand. Rebell. Maluend. Bozius. Deltius. Gueuara. Castrius. Acosta.

eodem verbo. Atque, vt absoluamus, quæ ad Prophetas spectant, Danielis cap. 7. ex parte ad noua Orbis imperia non inuenustè nuper editis in Flauium Dextrum Notis transtulit Franciscus Viuarius: disseruit de vaticinio in Appendice Operis. Sed dicamus de altero, qui superest, Vate, Abdia, nempe, cuius eam prædictionem, quæ inchoat: *Transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro.* Ludouicus, & Basilius de Leon Indis applicarunt, vbi superiùs: probabilis ea visa interpretatio Maluendæ indicato libro, cap. 16. Sed cùm per Toletum iter haberemus, & nostram Professorum Domus Bibliothecam euolueremus, incidimus in manuscriptum codicem hominis ad miraculũ eruditi Patris Hieronymi Roman Higueræ, de Antichristo, vbi loca multa ex vaticinationibus Isaiæ, Ieremiæ, Abdiæ, Sophoniæ, Zachariæ, Apocalypseos, de conuersione Iaponum, atque Sinarum agere sentit: Antonius Caracciolus ex Clericis regularibus Theatinis, controuersia de sancti Iacobi accessu ad Hispaniam, num. 15. verba Abdiæ: *Et transmigratio Hierusalem*, &c. applicat eiusdem aduentui: déque Hispania Christiana exponit versus ex capit. 18. Isaiæ: *Væ terræ cymbalo*, &c. Frater Ioannes de la Puente tom. 1. concentus duarum Monarchiarum, lib. 3. cap. 31. §. 1. Ex Psalmis versum 34. Psalmi 67. nempe, *Qui ascendit super cœlum cœli ad orientem*, &c. Genebrardus de nuper cognito mundò interpretatus est: & duo nostratum, Viegas Commentario 1. in cap. 16. Apoc. sect. 4. n. 8. Antonius Fernandez tom. de visionibus, vigesima visione, ad cap. 47. Ezechielis, sect. 4. At verò Basilius Legion. nõ aliud describi toto Psal. 60. cui initium: *Te decet hymnus Deus, in Sion*, &c. probare nititur ea, quam nominauimus. q. 8. expositiua, cap. 4. vbi etiam ab illis verbis: *Habet Argentum venarum suarum*, &c. magnam partem cap. 28. Iob exponit eandem ad normam: Noster Benedictus Pererius disp. 5. ex præludialibus in Apocalypsim, Ioanni quoque monstratam Indorum ad fidem vocationem existimat, quemadmodum & P. Mendoça, ex quibusdam Apocalypsis partibus ostendere conatur tom. 1. in librum 1. Regum, annotatione 15. ad cap. 2. vers. 10. sect. 13. num. 13.

Viuarius. Higuera. Caracciol. De la Puente. Genebrard. Viegas. Fernand. Legion. Perer. Mendoça.

137. *Canticorum libro contẽti omnes præcipui Ecclesiæ casus.*

Sed nemo Scriptorum hactenus Canticorum abstrusa ad posteriores Ecclesiæ, siue labores, siue gloriam retulit. Verùm, cùm alia retulerint ferè ad quadraginta Auctores, partim ex veteri, partim ex iuniori Schola, quid nos deberemus facere in simili argumento docuêre. At non destituta Patronis hæc etiam Prouincia. Apponius, inter primarios huius Epithalamij Interpretes meritò numerandus, initio lib. 1. in Cantica: *Sicut* (ait) *in monte Sina Beato Moysi ostensum est in figura, eius pulchritudinis, vel mensuræ tabernaculum faceret, sicut ei dicitur à Deo: Vide, vt ita facias tabernaculum, sicut tibi in monte monstratum est: ita sapientissimo Salomoni, quicquid ab initio mundi, vsque in finem, in mysteriis egit, acturúsve est Dei sermo erga Ecclesiam, in figura, & ænigmatibus designatum.* Anselmus prologo in Cantica: *Salomon enim* (inquit) *adhuc tenens donum sapientiæ, illuminatus à Spiritu sancto prophetizat, qualiter Ecclesia ante aduentum Christi: deinde secundùm singulos status, vsque ad finem mundi, sit se habitura erga Deum*: Vvolbero Abbas sancti Pantaleonis intra Coloniam Ordinis Sancti Benedicti, qui claruit circa annum millesimum centesimum quinquagesimum, prologo Canticorum: *Et vt totum comprehendamus* (inquit) *quicquid in sancta Ecclesia generaliter, vel specialiter agitur, vel actum celebratur; pulcherrimis allusionibus decantur, vt meritò tali nomine, quod est Cantica Canticorum, iste liber pro sui excellentia appelletur:* Sequuti hos tantos Duces Titelmanus proœmio in Cantica: Delrio cap. 4. Isagogæ, citans præter relatos Apponium, & Anselmum: Manuscriptum anonymum Louanienſis nostri Collegij, quam & multorum dicit opinionem: Luysius Legionensis principio tertiæ explanationis in Cantica: Agathius Guiddacerius præfatione in Cantica: Prosper Rossetus præfatione item in Cantica, lectione 1. Osorius Nepos paraphrasi in Cantica ad finem cap. 2. Alexius Gomez Abbas Sancti Dominici de Pedraza, Epigraphe sacrę Scripturæ, & pagina 162. in Scholiis ad cap. 1. Canticorum: Basilius de Leon, quæst. 2. expositiua, cap. 1. Sed non aliud nos asseueramus, quàm quod à tantis Magistris antiquis, nuperísque prolatum; nempe, sacro Hymenæo claudi, *quicquid ab initio, vsque in mundi finem*, (vt disserit Apponius) *in mysteriis egit, acturúsve est Dei sermo erga Ecclesiam:* Mysteria itaque quæque memoranda Ecclesiæ à Salomone prędici volumus, neque prętereà aliquid.

Titelman. Delrius. Legion. Agath. Rosset. Osor. Gomez. Poncius.

Verùm, neque his generalibus sermonibus contenti simus: certè Iacobus de Valentia epistola ad Alfonsum Aragoniæ, argumentum Canticorum dixit esse, discursum Ecclesiæ ab Incarnatione Christi, vsque ad Iudicium: deinde per decem Cantica pergit eadem ostendere; nunc de tyrannorum insecutionibus agens; nunc de pace à conuerso Constantino; nunc de Turcismi origine: Amplexus eam interpretandi viam Cosmas Damianus Hortulanus Abbas, vnus ex Tridenti Patribus, ingentíque suo æuo nominis: scripsit ille Isagoga in Canticum Salomonis, septem Ecclesiæ status sub inuolucris occultari, distinxítque & persecutiones, & hæreses, & quieta Constantini imperia: addidit eandem tractari materiam, de qua Ioannes Apocalypsim concinnauit: quod Pronunciatum Alcazario nostro arrisit annotatione proœmiali 23. in Apocalypsim: qui annotatione 18. dixerat, ex penetrata Apocalypsi ingentem lucem allatam ad indaganda Canticorum arcana: Hieronymus Almonacirius sub proœmij calcem, Canticorum materiam ad Constantini solùm tempora deduxit: At ne Indorum mentionem facere duo Interpretes omisêre: Ludouicus Legionensis 3. explanatione ad illa verba cap 8. *Soror nostra parua*, &c. & ad illa ibidem: *Vinea fuit Pacifico*, &c. Tuccius Tuccius, Patritius Lucensis annotatione 8. cui titulus, *Cincinni*, ad verba illa Cant. 4. *Capilli tui sicut grex caprarum*, &c. cùm anteà asseruisset annotat. *Amor.* loco 38. verba illa cap. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluẽs, innixa super dilectum suum?* intelligi oportere de prosperitate Ecclesiæ sub Constantino, Sylueſtro Papa ex Soractis antro ad Romanæ magnitudinis splendorem vocato: sed & vltimum eum versum cap. 4. *Surge, Aquilo, & veni, Auster.* &c. legisse se in pereruditi, & admodum pij hominis Cõmentario Indorum saluti accommodatum scribit Delrius ad eum ipsum versum in litteræ expositione: Sed recentissimo Opere Alcazarius noster, eo, scilicet, quo exponit veteris Instrumenti partes, quas respicit Apocalypsis libro 3. in continuatione Cantici ad superficiem considerari, postquàm ostenderat complecti Salomonis Hymenæum præclara quæque decora

138. *Indorum cõuersio Cãticorũ libro adumbrata.*

Valent. Cosm. Dam. Alcazar. Almonac. Legion. Tuccius. Alcazar.

Anselm. Vvolbero.

nouæ

nouæ legis, subdit: *Non posse non fidei cultoribus summo esse solatio, quòd Ecclesiæ Romanæ veritas, & Ordinum religiosorum fructus ad viuum sit depictus in hoc libro, nihilque dignius Spiritu sancto esse, quam vt hoc agat.* Verùm & verba ea cap. 7. *Mandragoræ dederunt odorem*, &c. interpretatur de vtriusque Indiæ missionibus in Xauerio, & aliis Apostolicis hominibus,

139. Et quoniam istis abundè satisfactum arbitramur his, qui dictorum Patronos desideraturi sint, experiamur tandem, quantùm iuuet rationis virtus nostrum Pronunciatum: Priùs autem cupio conuenire vniuersos, Ecclesiam Catholicam, quemadmodum donis, & honore prælata est Synagogæ; sic vltra illam à Deo adamatam: qua in assertione nescio quæ possit esse sententiarum diuersitas; Legat tamen indiligens quisque Augustinum libro 18. de Ciuitate Dei, cap. 48. Ex huius igitur dicti consensu sic argumentor: Cumulatior fuit diuina munificentia quoad vniuersa dona, tam quæ ad corpus spectant, quàm quæ animæ bona censentur, erga Ecclesiam Catholicam, quàm erga Synagogam: speciosè quippe Angelicus Præceptor Opusculo 57. *Immensa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inæstimabilem ei conferunt dignitatem: neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio,* (Deuter. cap. 4. vers. 7.) *quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.* Neque mirum: sic enim ipse per Aggæum pollicitus cap. 2. *Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquàm primæ*: Ecclesiam significans comparatione Synagogæ, vti Augustinus loco nuper indicato admonet, Ambrosius epist. 12. ad Irenæum, Cyrillus libro 5. in Genesim, aliique Seniorum frequenter: At qui inter munera in Synagogam collata, non infimus fauor extitit, prædici à Vatibus Dei Spiritu agitatis, præcipuos quosque populi illius euentus: concinnè quippe Hieronymus epistol. 140. ad Principiam: *Ruth* (ait) *Esther, & Iudith tantæ gloriæ fuerunt, vt sacris voluminibus nomina indiderint:* Indiderunt autem, quoniam de eorum gestis Scriptores canonici tractationem instituerunt: ob quod meritò glorioſas nuncupauit Maximus Doctor Scripturarum: Igitur & quoad hanc gratiam potior fuit Ecclesiæ Catholicæ sors, meliúsque affulsit sidus, ac proinde memorabiles omnes casus illius vaticiniis Prophetarum comprehensi.

140. Hinc Basilius Poncius quæst. 8. expositiua, cap. 4. *Cum videam* (ait) *minutissima quæque ex his, quæ pertinebant olim ad Synagogam, prædicta multò anteà à Prophetis, nunquam animus inclinabit, vt sentiat, quin quæ ad legem euangelicam attinent, vaticinationibus contenta sint.* Atque hæc ipsissima verba ferè sunt Luysij Legionensis ad illud Abdiæ: *Transmigratio Hierusalem, quæ est in Bosphoro*, &c. Ferè eadem oratio est Maluendæ lib. 3. de Antichristo, cap. 12. Franciſci Viuarij appendice ad Commentaria in Flauium Dextrum: Pererij disp. 4. ex procœmialibus in Apocalypsim: Verùm prætermissum ab omnibus his Auctoribus demus Tertullianum lib. de Resurrectione carnis, cap. 19. nam, cùm ille ad longum disputasset de prædictionibus, quæ Synagogæ res tangerent: *Sed etsi temporalia* (inquit) *& localia, & personalia Dei decreta, atque iudicia in vrbes, & gentes, & Reges tam aperte Prophetiæ iaculata est; quale est, vt æternæ dispositionis eius, & vniuersalis in omne hominum genus lucem sui fugerint? Quæ quantò maiora, tantò clariora esse deberent, vt maiora crederentur? Et puto Deo nec liuorem, nec dolum, nec inconstantiam, nec lenocinium adscribi posse, per quæ ferè promulgatio maiorum cauillatur:* Ecce, vt nolit maiora à Vatibus vllo modo præterita dici Tertullianus: euidens autem est, apud Ecclesiam Catholicam maiora extitisse: Adiungam Moysem Barcepham part. 4. Commentariorum de Paradiso, cap. 3. *Si enim* (inquit) *quòd capiendi Iudæi, inque exilium ducendi, quódque rursus liberandi, reducendique in patriam essent; iussi sunt diuini Vates typis, atque figuris quibusdam prædicere; quò, videlicet, Dei prouidentia iam tum cognosceretur: quantò magis consentaneum putabimus, in lege, atque Prophetis, mysticè, figuratéque illa admiranda, atque præcellentissima, neque vnquam satis laudata opera, quæ verbum Dei Christus, dum in carne versatur, patrauit, esse prænunciata?*

In lege & Prophetis, maiora de Ecclesiæ Catholicæ euentibus sunt prænunciata, quàm de Synagoga.

Barceph.

Produco nunc rationem à priori. Præclarè igitur noster Ribera in cap. 2. eiusdem Prophetæ: *Cùm verba Scripturæ* (ait) *propriè accepta aliquid enunciant, quod à recta doctrina fidei, aut morum minimè discrepet, ac benè cum præcedentibus, & subsequentibus cohæret, ille omninò historicus sensus est, vt eruditè docet Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. & 11. alioqui nihil habebimus in Scriptura constans, & firmum:* Et sanè hac vnica causa, quicunque recentiorum Interpretum eos Scripturarum sensus reiecerunt, qui ad Indorum reuelationem referuntur, moti sunt; quoniam non satis connecti cum præcedentibus, subsequentibúsque Prophetæ verbis arbitrarentur: at in nostra expositione, omnia concatenantur inter se, priora posterioribus respondent; nihil non in fidei, & morum commendationem prolatum, imò ea scriptionis occasio, Ecclesiæ Catholicæ gloria, quam pudebat inferiorem existimari Synagoga, & Vatum oraculis exclusam: Igitur is legitimus Scripturarum sensus est, & ex diuini Spiritus mente, quem tradimus: Non ego asseruerim à nobis exarata difficultatibus vacare: fecimus pro virili satis his, quæ obiiciebantur: quis autem indemnis ab hoc conuicij genere? aut cuius tam syncera explanatio, vt placuerit vniuersis, neminem habuerit mastygem? Sed accommodationes sunt, inquis, cum ingenio elaboratæ, magis quàm veritas: Verùm interrogatos velim accommodatitios istos, an singula satis congruant? Quòd si cohærere semel annuant, si non hæc genuini sensus certa, constánsque nota, edant ipsi nouos Canones, quibus in posterum germana significatio dignoscatur, quibúsque hactenus caruit Ecclesia: Mihi Alcazarius noster multa cum sapientia monuisse visus notatione 20. ex procœmialibus in Apocalypsim de historico, & indubio eius libri filo: *Videant ergo* (asserit) *quid dicant, qui nouam aliquam Apocalypseos explicationem quadrare quidem contextui fateantur: sed ex Ioannis adhuc mente non esse suspicentur: Ioanni enim, vel Spiritui sancto irrogatur iniuria, si quis dicat, explicationem quadrare, sed non ad eorum esse mentem.* Et paria idemmet sæpè tom. 2. locorum, quæ Apocalypsis respicit, lib. 3. præfat. in Cantica, & eiusdem continuatione atque filo.

141. Ribera.

Historici Scripturæ sensus genuina indicia.

Alcazar.

Augustus. *Ecclesia Catholica supra Synagogam amata, atque dicata. S. Thom.* Augustus. Ambros. Cyrill. *Synagogæ fauor eximius habuisse Prophetas.* Hieronym. Legion. Maluenda. Viuar. Pereira. Tertull.

SVBSECTIO IV.

Roboratur mystica nostra expositio ab enervatis quibusdam obiectionibus. Cur de Angelorum creatione silentium apud Moysem? quare tam pauca Euangelistæ de B. Virgine? Hæreses quando prævalere in Ecclesia cœperint? Futura post nostram ætatem quo pacto in Cantico Canticorum claudantur? Canticorum textus an de B. Virgine ad litteram? Novæ quæ expositiones admittendæ?

142. OPponas primò, haud verum esse, non omitti à canonicis Scriptoribus præcipua quædam: sic nanque Moyses tacuit de Angelorum creatione; cùm tamen horum Spirituum productio fuisset inter primæuas molitiones præstantissimum opus: sic etiam in gratiæ, & Euangelij Instrumento de virgine Matre pauca quædam ab Euangelistis recensita; & tamen huiusmodi silentium, neque Deiparæ honori, neque Angelorum gloriæ officit: ergo etiam, quamuis capitales Ecclesiæ euentus tacerent Prophetæ, nõ sequeretur, inhonoram existimandam Ecclesiam, atque Synagogæ postpositam. Sanè Augustinus lib. 12. Confessionum, & lib. 1. de Genesi ad litteram existimauit, sub nomine cœli, & lucis figuratè insinuatam à Moyse Angelorum creationem, quæ placuit opinatio Bedæ in Hexameron: quæ si dura appareat sententia, vti nonnullis visa est, dicamus, omisisse quidem: at alibi loquutas Scripturas de Angelis, nempe, Psalmo 148. qui incipit, *Laudate Dominum de cœlis*, &c. & Danielis cap. 3. Cantico in fornace modulato à pueris: non est autem nobis animus, vt vbique Scriptura de Ecclesiæ casibus texat narrationem; sed hoc, illóve loco saltem: Fuêre etiam Moysi iustæ causæ silendi: aut quoniam doctrina de Spiritibus, Hebræorum rude ingenium transcenderet: aut ne daretur eis occasio falsæ adorationis; ad idololatriam enim procliues fuerant: Sic classicos Magistros sequutus Pereira lib. 1. in Genesim, disput. *Cur Moyses creationem Angelorum tacuerit?* Fortasse & illa causa, ne si cognoscerent, empyrea loca à præstantiori creatura habitari, vt erant liuoris maximi, Numen minùs amarent, quoniam plus honorasset aliam creaturam: postponi enim cuiuis sustinere non poterat superba natio: Quòd si ea cogitatio, quam ex Græcis Patribus amplexati sunt multi, ex Latinis non spernendus numerus, de conditis ante mundum Spiritibus, hodie staret; facilis erat resolutio, cùm Moyses de his, quæ mundi natiuitatem præcesserant, sermonem non instituisset: sed exposita est à Scholis sententia illa, quam non pauci clari nominis Theologi erroris traduxêre post definitionem Concilij Lateranensis 2. cap. *Firmiter. de summa Trinitate, & fide Catholica.* Lege Molinam 1. parte, quæst. 61. artic. 3. §. *Contrarium videtur.* Quod ad Virginem immaculatam spectat, in veteri Instrumento nullam nõ paginam (sic dicam) occupat: Quare Andreas Cretensis serm. de Assumptione illius, peritè eam nũcupauit *Summam diuinorum Oraculorum*: In Euangeliis pauca dicuntur: *Quoniam* (ait noster Suarius præfatione tom. 2. in 3. partem) *tota Euangelistarum intentio ad Christum ferebatur: quia illo cognito, eiúsque fide satis fundata, non poterat eius excellentia, aut ignorari, aut occultari.* Sanè Anselmus libr. de excellentia Virginis, cap. 6. scitè loquutus: *At, si aliquis quærit, quare Euangelistæ non referunt, ipsum piissimum Dominum, a morte resurgentem, huic suæ dulcissimæ, dilectissimæq; Matri, vt eius dolores mitigaret, primò ac præcipuè apparuisse? dicimus, quod à quodam Sapiente de hoc ipso scisciantes audiuimus, sic: Tanta est auctoritas narrationis euangelicæ, vt nihil in ea dependens, nihil inane, nihil superfluum reperiatur. Ita quòd si Matri Domini, si Dominæ mundi, ipsius Filius ab Inferno resurgens scriberetur, sicut alij cuilibet, apparuisse; quis non tale scriptum superfluum duceret, Reginam, videlicet, cœli, & terræ, omníque creaturæ coæquare illis, quibus apparuit, viro, aut mulieri?* Equidem Mariam Christi Genitricem esse, scire oportebat: hoc Euangelistæ satis declararunt: eo autem manifestato Virginis honore, cætera colligi poterant tacentibus illis.

143. Opponas secundò, agere nos seorsim de persecutionibus, & ab his diuidere hæreses; cùm tamen intermixtæ fuerint persecutionibus: primum quoque locum tribuere tyrannorum vexationibus, cùm Hæreticorum Antesignanus Simon praua dogmata spargeret, antequam Neronis gladius sequiret, à cuius irâ initium habuit persequutio: Insuper circunstantiæ, & minera quæque teguntur, recensentur solùm capitalia: hæc autẽ omnia non segniter indicant, artificium committi; & plus in accommodandis rebus studij absumptum, quàm in veritatis indagatione: Quare non immeritò Augustinus de eorum exponendi genere, qui Ecclesiæ tribulationes cum Ægypti decem plagis cõponere studebant, censuram tulit lib. 18. de Ciuit. c. 52. *Sed ego illa re gesta in Ægypto istas persequutiones prophetice significatas esse non arbitror: quamuis ab eis, qui hoc putant, exquisitè, & ingeniosè illa singula his singulis comparata videantur, nõ prophetico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, aliquãdo fallitur:* Respondeo, in anteponenda Imperatorum tyrannide aduersùs Christi adoratores ad hæresum exortum, sequutos nos Iacobum de Valentia Cantico 10. in hoc Salomonis Epithalamiũ: Cosmam Damianum Isagoga in Cantica: ex nostratibus Benedictum Pereiram tom. 3. selectatum disquisitionum, disp. 13. in cap. 6. Apocalypsis: Potuit autem Viris doctissimis occasio huius pronunciati esse: quoniam Diocletiani, & Maximiani persecutio, quæ postrema fuit ante agnitum à Constantino Dei Filium, Iesum Christum, omnium immanissima fuit: Adi Baronium ad annum Christi secundum supra trecentesimum, & sequentem: suppeditabit ex illius temporis Chronologis diras historias: Hanc autem tribulationem caput cæterarum subsequuta est hæresis, princeps inter infandas doctrinas, Arrianismus nempe: *Nam, qui præcesserũt errores*, vt scribit Eusebius lib. 4. Histor. ecclesiasticæ, cap. 7. *ad nihilum prolabentes obsolescere cœperunt, & ad extremũ funditùs deleti sũt:* Ob hanc igitur causam, & cum Diocletiano finiũt persecutiones, quoniã subsequentes cum hac collatæ mites fuêre: & ab Arrianismo exordiuntur hæreses; quia præcedentes cum hac assimilatæ, tolerabiles videbantur; & quia ad maximam persecutionem sequuta summa inter hæreses, agunt priori loco de vexationibus, posterioti de hæresibus: Quòd autem simul colligunt, in vnúmque manipu

An de Angelorum creatione mentio in Scriptura? Augustin.

Psal. 148.

Daniel.

Pereira. *Sententia de Angelorũ creatione ante conditũ orbẽ à Scholis explosa.*

Molina. *B. Virgo in lege passim præfiguratu: cur de illa apud Euangelistas pauca?* And. Cret.

Suarius.

Anselm.

Augustini censura de expositione decem plagarum Ægypti.

Persecutiones Ecclesiæ an hæresi antiquiores fuerint? Valentia.

Cos. Dam. Pereira.

Baron.

Arianismus hæresum initium quonã modo?

manipulum hæreſes ; alterum ex perſecutionibus ſeparatum conflant, cùm executionis ordine intermixtæ fuerint, faciunt arbitrari, ſic diſpoſuiſſe Spiritum ſanctum : etenim in hoc Cantico tam paucis verſibus conſtante, *Verbum abbreuiatum fecit Dominus* : Redegit itaque ad vnum diſperſa : quemadmodum ſanè in Auguſtini, Ambroſij, Dionyſij Areopagitæ, aliorúmque Patrum ſcriptis reperias vniuerſos Theologorum tractatus ; ſed abſque certo ordine, aut partitione ; ſic vt modò agant de prædeſtinatis, interrumpántque ſermonem ex alterius materiæ inſitione ; rurſúmque poſt varia ad prædeſtinatos reuertantur ; At Magiſter Sententiarum, illúmque imitati alij plures, variè diſperſa, quæ de gratia agebant, ſub vna cócluſit tractatione : idémque de Angelis, de Virtutibus, de Deo trino & vno, de Verbo cum carne, præſtiterat claritatis, & tædij fugiendi gratia? Atque quoniam hoc Canticum velut epitome & compendium erat innumerabilium geſtorum, cótentus fuit ſumma & capitalia attigiſſe præcipuus Auctor Deus ; neque ad inſtructionem Eccleſiæ plura declaraſſe neceſſarium : vti quidē ex Theologorum trita exiſtimatione ; Conſule Molinam in 1. part. quæſt. 12. artic. 8 diſput. 3. Beati contemplantur in Deo attributum, aut ſcientiæ, aut omnipotentiæ in ſumma, hoc eſt, in communi cognoſcentes, & omniſcium, & cunctipotentem eſſe ; ſed minutiora attributorum non penetrant, videlicet, modos, & habitudines ad creaturas in particulari ; ſaltem ad omnes illas : Denique non hæc ſunt artificia, & ingeniorum plauſum captantium fraudes ; ſed ſolida Scripturarum ſenſa ; quoniam vniuerſa mirificè concordant, & anteriora ſubſequentibus adnectuntur, quæ vnica nota eſt genuinæ ſignificationis, quando ſimul explanatio ad fidem, & mores conducit? Auguſtinus autem meritò interpretationem de perſecutionibus per decem plagas ſignificatis reiecit, quoniam inuentores illius inde deriuare conabantur, nullam deinceps ſupereſſe perſecutionem, tranſactis decem Gentilium Imperatorum vexationibus, præter illam, quæ nouiſſimis temporibus ab Antichriſto inferenda ſit : ſolidus non potuit eſſe ſenſus, ex quo tam ingens abſurditas enaſcatur : loquimur autem nos de eo genere interpretationis, quod nullam ſecum aduehat implicantiam.

Canticorum liber, verbū abbreuiatū ceteratum Scripturarum.

Theologia à Magiſtro Sententiarū ordinata.

Beati vt videant Dei attributa in Verbo. Molina.

144. Opponas tertiò, hanc Canticorum noſtram qualemcunque expoſitionem ad ea ſolùm dedu ci, quæ vſque in noſtram ætatem euenêre : neque enim Prophetæ ſumus, qui ventura ſcire poſſimus : Fortaſſe igitur adhuc, antequàm veniat conſummatio ſæculi, & finiantur dies, & tempora, reſtant ingentes caſus, euentáque antiquis multis, aut paria, aut maiora etiam : quis locus tantis prodigiis, expleto iam Canticorum volumine, per ea, quæ decem, & ſex ætates à Chriſto nato attulêre? Ob hanc argumentationem Pererius diſp. 8. ex præludialibus ad Apocalypſim, Aureoli, Lyrani, Dionyſij Carthuſiani, Ioannis Annij expoſitiones minùs aptas iudicauit, quòd ſubſequentium temporum caſibus poſt ſuam ætatem, locum deſtinaſſent nullum, cùm, ſi quæ fuerunt tempora ſtupendis admiranda euentibus, hæc inter præcipua nominari debeant, amiſſo Orientis imperio Turcis Byzantium intrantibus ; reuocatis ab Infero antiquis Sectis Hæreticorum, nouiſque additis blaſphemiis per Lutherum, Caluinum, alióſque, generis humani monſtra ; Indis, poſt ſuperata maris infanda pericula,

Pererius. *In expoſitione Lyrani, Aureoli, Carthuſiani, & aliorū, de Eccleſiæ euentibus, quid reprehenſibile?*

P. Sherlogi Anteloq. in Cant.

cognitis, deuictis, Chriſto ſubiugatis : Ob hoc denique Auguſtinus, vt inſpiciebamus numero præcedenti, ſimiles interpretationes haud eſſe ex Spiritus ſancti mente opinabatur. Reſpondeo, à nobis nunquam pronunciatum, perſecutiones impiorum, hæreſes, bella, ſchiſmata, fortunatos caſus finem accepiſſe, neque deinceps in eodem genere plura expectanda : hanc exiſtimationem, tanquam vanam, & ineptam planè, meritò reprehendit Auguſtinus : ſed neque diximus aliquando, inſtare Antichriſti ſæuitiam, & verſari mortales in vltima, atque decrepita mundi ætate : denique à prophetalibus loquutionibus abſtinuîmus, niſi cùm ex aliorum auctoritate, rationiſque vi moti docuimus Sect. 2. Subſectione 6. num. 61. in genere, futura nouiſſima Eccleſiæ tempora, quæ ſplendore penè certare poſſent cum initiis : Nos igitur certis ſedibus de perſecutionibus tyrannorum, diſtincto altero loco de hæreſibus, turſum ſeparato ab his tractatu de ſchiſmate, & bellis egimus, denique totum ferè ſeptimum caput futuræ proſperitati Matris Eccleſiæ tribuimus ; & quoniam, & hæreſes, & vexationes tyrannorum, & bella, & diuiſiones atque ſchiſmata à Pſeudopontificibus eiuſmodi fuêre, quibus vix truculentiora cogitari queant, excepris Antichriſti immanitatibus ; ad hæc facilè reuocari poterunt, quæcunque ſubſequantur : verbi gratia, ſi nouæ apud Indos regiones emergant, & aperiantur, ad ea colligi valeant, quæ de Indorum conuerſione actitant : ſi hæreſis de Chriſti diuinitate diuerſis ætatibus pullulet omnes illarum ætatum errores locum obtinent, vbi ſemel illa hæreſis confutata eſt : itaque nos ſignauimus attributa ipſa, & ſemina rerum, ad quæ modi omnes, & particulares habitudines annumerentur.

Futura poſt noſtram ætatem, quo pacto in Canticorum volumine clam dantur?

145. Opponas quartò, totum Canticorum librum, non ſolùm per accommodationem ; ſed etiam in ſenſu aliquo à Spiritu ſancto intento, Virginem præcinere, vti omnes ferè Patres, qui illum interpretantur, intelligunt : Sic effatur noſter Suarez præfatione 2. tomi in 3. partem. Aſſentit Rutilius Benzonius, Lauretanus Antiſtes, lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 7. Denique, quòd ita exiſtimarent ex recentioribus veterum ſemitas ſequuti, expoſuêre de Chriſti Genitrice, Delrius, Giſlerius, Placidus Nigidius : Sed hæc cum noſtris principiis coniungi nequeunt : impoſſibile enim eſt, hiſtoricum ſenſum cum Deiparæ, pariter & Eccleſiæ actis componere, non eſt autem à Spiritu ſancto intentus myſticus ille ſenſus, qui ſupra litteram, velut ſupra baſim, non ædificatur. Reſpondeo, poſſe eodem hiſtoriæ ſenſu, & Virginis intactæ, & Eccleſiæ geſta adumbrari : quid nanque obſtet? An, quoniam contraria, & diſſimilia? Sed eodem typo non ratò oppoſitæ res ſignificantur : Sic docet Auguſtinus tom. 2. epiſt. 49. ad Deogratias, quæſtione 6. Ionam fugitiuum Vatem, & Chriſti figuram prætuliſſe, cùm à bellua euomeretur ; & populi Iudaïci inuidiam repræſentaſſe, cùm illi triſtitia fuit de ſalute gentilis vrbis, nationiſque ethnicæ : Docet & epiſt 99. ad Euodium, diluuium, & Baptiſma ſignificaſſe fidelibus, & infidelibus pœnam : *Sicut in figura non rei geſtæ* (ait) *ſed tantummodo dictæ, quod de lapide ſcriptum eſt, quo ſignificatus eſt Chriſtus, duo quædam prænunciata ſunt, & infidelibus offendiculum, & fidelibus ædificium.* Sic igitur iuxta varias conſiderationes, & ſæpè ſub iiſdem, idem ſponſus,

Canticorum textus a de B. Virgine ad litteram?

Suarius.

Benzon.

Delrius.

Giſler.

Nigidius.

Regula : Eadem mettres contrariorū typis

Auguſt.

eadémque ſponſa,& virginem,& Eccleſiam ſignificare poſſint.

146. *Patres num omnes Canticorum, & aliarũ Scripturarum explanationes aſſequuti?*

Opponas quintò, ſi is ſit genuinus Canticorum ſenſus, quem tradimus, mirabile eſſe, quòd Patres, & vetuſtiores Interpretes omninò latuerit. Reſpondeo, Patres homines fuiſſe: & quia ars longa, vita breuis, cuncta aſſequi non poterant: Ac, vt concedamus non paucis ſcientiæ infuſæ donum, non voluiſſe Spiritum omnia reuelare; certè Richardus Victorinus prologo in viſionem Ezechielis,animalium,& rotarum, ſyncerè atteſtatur,omiſſa à Patribus aliqua,falsámque nominat reuerentiam, nolle ab ipſis intacta perquirere: Melchior Canus lib.7.de locis Theologicis,cap.4.§. *Argumentatur itaque*, &c. in ſacris Bibliis loca eſſe multa, atque adeò libros integros,in quibus Interpretum diligentiam Eccleſia deſiderat, in quibúſque proinde iuniores poſſint, & eruditionis,& ingenij poſteris ipſi quoque ſuis monumenta relinquere: Pater Suarez præfat.2. tom.in 3.part.miratur Theologos tam diligentes fuiſſe in tractandis quæſtionibus de Angelorum creatione,natura,proprietatibus, ſtatu viæ,gloria, donis ſcientiæ,atque grátiæ; tam leuiter diſputaſſe,& vix ex profeſſo de Angelorum Regina, eiúſque dignitate,mentis,intellectus,& voluntatis diuitiis magnificentiſſimis: Placidius Nigidius epiſtolam,quam Commentariis in hunc librum prę-fixit,ſic orditur: *Ludouicum Torres Cardinalem ampliſſimum, & montis Regalis Archiepiſcopum felicis recordationis dicere ſolitum memini, Canticorũ dramà expoſitionem adhuc deſiderare, cùm tamen Expoſitores ad ducentos habeat*: Atque à tanti Viri dicto,quem Purpuræ honore inſignioremfaciebat exacta diſciplinarum cognitio,ſe commotum ad ſcribendum; Denique Alfonſus à Caſtro lib.1.contra hæreſes,cap.2. ſine ambagibus, ſine fuco pronunciat,nos modò plura ſcire,quæ à primis Patribus, aut dubitata, aut prorſus ignorata fuêre: Cauſæ horum duæ poſſint eſſe: Vna oſtenſionis diuinæ magnitudinis,& potentiæ,quæ cùm eos Doctores,& Scribas eruditos ſponſæ dediſſet, quorum acumen, & calamum vix quidpiam fugiſſe videatur; nouos tamen fœtus quotidie producat,atque eos nonnunquam, quibus præter ſolam antiquitatem nihil deeſſe appareat, vt cum ſummis conferantur: Hinc ad Danielem vox cap. 12. *Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertrãſibunt,& multiplex erit ſcientia*: Quæ verba de nouis eiuſdem voluminis explanationibus in ſingulas ætates emergentibus,& ab his, qui præceſſerunt,omiſſis,multi clari Interpretes conſtruunt: Altera cauſa eſt, vt viciſſitudine faſtidium legentibus tollatur: Auguſtinus tom.3.lib.2.de doctrina Chriſtiana, cap.6. *Quod totum prouiſum (ait) diuinitus eſſe non dubito, ad edomandam laboreſuperbiam, & intellectum à faſtidio reuocandum: cui facilè inueſtigata plerunque vileſcunt:* Animaduerte illius Auguſtiniani dicti vim: *Prouiſum diuinitùs*,&c. qui,vt exemplo probet, diſcutit ſententiam illam cap. 4. Canticorum: *Dentes tui ſicut grex tonſarum*,&c.

Caſtro.

Dan. 12.4.

Auguſt.

147. *Nouæ quæ expoſitiones admittendæ?*

Quæ dum ego vehementiùs penſito, mirari non deſino ineptiam quorundam, indiſtinctè quaſcunque nouas opinationes condemnantium: Infauſta proles otij ſinu adoleuit: nec tantùm aſſequuta vnquam luminis, vt, quæ eſſent reſpuenda,quæ admittenda,ſciret: Nam,vt ea, quæ Patribus aduerſatur in his,quæ ad fidem, & mores faciunt, temeritas ſeuerè comprimenda ſit à Magiſtratibus: ſic in iis, quorum veteres non meminêre, ſi fidem,moréſque adiuuent, liberum eſt, quæ Spiritus & veritas ſuggerunt, publici iuris facere,laudabile,neceſſarium eſt,ne abſcondiſſe talentum arguamur: Vide Alphonſum de Mendoça quæſt.2.expoſitiua, num.2. §. *Quid ſi*, &c. Baſilium Legionenſem quæſt.4.expoſitiua,cap.4. Verùm ita ſe res habent; tam multis in ſpatioſa vinea laborantibus, omnis ira aduersùs nouiſſimos ſolùm conuertitur: quaſi verò, qui prima hora venerunt, non ipſi aliquando noui, recentéſque extitêre. Sed Arnobij delectat verba poſuiſſe lib. 1.contra Gentes: *Noua res eſt,quam gerimus;quádóque & ipſa vetus fiet: vetus, quam vos agitis; ſed temporibus, quibus cœpit,noua fuit, ac repentina. Religionis autem auctoritas non eſt tempore æſtimãda, ſed Numine: nec colere,qua die; ſed quid cœperis, conuenit intueri: Ante quadringentos annos* (inquiunt) *religio veſtra non fuit: & Dij veſtri non fuerunt ante mille annorum duo*, &c. Vtinam, quemadmodum ſtomachantur aduersùs nouas doctrinas (qui tamen zelus, quando iuxta ſcientiam progreditur Catholicæ firmitatis neruus eſt) ſic excandeſcerent contra nouos mores: Heu! ſi conuertantur oculi ad Patrum inſtituta,qualis ille diſciplinæ rigor, & qualis iſte tepor? Ad hæc nemo exclamat,nullus tragœdias excitat, nó fiunt tumultus,niſi tum ſolùm, ſi fortè quiſpiã veniens in ſpiritu Eliæ cupiat priſca ſæculorum ſuſcitare iterum,& maiorum æmulari præſtantiam: Auſcultemus ſecundò Arnobium: *Nam, ſi mutare ſententiam culpa eſt vlla, vel crimen, & à veteribus inſtitutis in alias res nouas, voluntatéſque migrare; criminatio iſta & vos ſpectat, qui toties vitam, conſuetudinéſque mutaſtis, atq; ad alios ritus priorum condemnatione tranſiſtis: nunquid enim quinque in claſſes habetis populum diſtributum, veſtri olim vt habuerunt maiores? Nunquid Magiſtratus per populum creatis? cum paratis bella, ſignum mõſtratis ex arce? cùm in matrimonium conuenit, toga ſternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis?* & multa prætereà,in quibus acerrimi vetuſtatis defenſores (quæ eodem loco enumerat) à priſcis moribus receſſerunt: Diceres imitaſſe ex eadem Africa Tertullianum eo iuniorẽ Arnobium: *Nunc religioſiſſimi legum, & paternorum inſtitutorũ protectores, & cultores* (inquit cap. 6. Apologetici) *reſpondeant, velim, de ſua fide, & honore, & obſequio erga maiorum conſulta, ſi à nullo deſciuerunt? ſi in nullo exorbitauerunt? ſi nõ neceſſaria, & aptiſſima quæque diſciplinæ obliterarunt?* Atque deinde de ſingulis differens,& omnia mutata fuiſſe commonſtrans,claudit orationem: *Habitu, victu, & inſtructu, ſenſu, ipſo denique ſermone proauis renunciaſtis: laudatis ſemper antiquitatem, & nouis de die viuitis: per quod oſtenditis, dum à bonis maiorum inſtitutis diſceditis, ea vos retinere, & cuſtodire, quæ non debuiſtis; cúmque debuiſtis, non cuſtoditis.* Sic ille iuſtè inuehebat contra Romanos, qui cùm vetera omnia obliteraſſent, Chriſtianæ religionis exordia, propter inſtituti infantiam,actiùs inſectabantur.

Mendoça.

Legion.

Arnob.

Tertull.

SECTIO V.

Non pauca omissa fuisse à Veteribus, quæ Iuniores eruerint; ab iisdem inuentis recentiores sæpè splendorem addiaisse; proinde nouas opiniones eo solùm titulo quòd nouæ sint haud esse repudiandas, ex Patribus latè constabilitum.

148. QVIDEM ne quis nouas Orthodoxorum Scriptorum sententias hoc solùm nomine, quod recentis incudis opera sunt, fastidiret, sufficerent dicta sub exitum antè lapsæ Sectionis: verùm, quia in condemnatione nouarum opinionũ quidam vetustati se plurimùm obsequi arbitrantur; iuuabit longiori dissertatione probasse, vel in hoc potissimùm dogmate eos optimis quibúsque priscorum Ecclesiæ luminum contradicere manifestâ iniuriâ: Sanè cum oppositis turmis nobis dimicatio: altera Hæreticorum, altera Catholici nominis: vtraque improbanda: Contendit hæretica factio, quemadmodum probè annotauit Bannez Commentario ad art. 7. quæstionis 1. 2. 2. quò plus à Christo exorto distant fideles, maiores pati doctrinarum tenebras: quare nihil eximium cogitare nouissimorum temporum ingenia: Orthodoxorum autem non satis prudens quædam portio, nullo exorientium opinationum facto discrimine, vsque ad raucedinem clamitat, noua quotidie emergere, antiqua pessundari dogmata, compescendam nimiam in docendo licentiam, proculcari ab adolescentibus venerandam canitiem veterum Theologiæ ducum: Atque equidem miror Sectariorum spissum, & insolens in tanta Scriptorum copia, tanta crisi mendacium: nullũ enim, quod scimus, effluxit sæculum, ex quo gentes esse cœperunt, quod librorum parem multitudinem protulerit: Vnius nostri Sodalitij conatus quis enumeret? integram Bibliothecam solus noster labor, per Dei misericordiam, requirit: Deseramus igitur hos, vt, qui in aperta luce cæcutiunt: veniamus ad Catholicum certamen: qua in pugna difficilis erit triumphus; quoniam non cum iis digladiamur, qui intellectu, & ratione feruntur; sed quos in transuersum agere videatur affectio impotens conceptæ indignationis aduersùs nouos ingeniorum partus; *Habet quippe hoc conditio generis humani* (ait Opus Sixto Papæ III. adscriptũ, de diuitiis) *vt nec proprio, nec extraneo iudicio acquiescat: & contra omnium, suámque etiam conscientiam venire malit, quam id impugnare, quod ingenti ardore dilexit:* Sed coërceamus iustam bilẽ, quoniam etiamnum in limine versamur, & dicamus ante cætera, huius extra quæstionis circulum ponendos Apostolos cum quibus nulla cæterorum habenda comparatio; Probant ad 2. 2. quæstionem primam, articulum septimum, Bannez in Commentario; quemadmodum & Aragon, & Puteanus: Lorca disput. 17. P. Suarez de fide, disp. 2. sect. 6. P. Valentia tom. 3. disp. 1 quæst. 1. punct. 7. P. Tannerus tom. item 3. disput. 1. quæst. 1. dub. 7. Prætermisso itaque Christi discipulatu, de illis sermo texitur, qui post Apostolorum ætatem docere cœperunt, quales Iustinus, Athanasius, Origenes, Hyppolytus, & quæ sequuta est per singulas generationes pulcherrima legio: de nemine autem speciatim iudicantes, si tamen de tota complexione loquamur, statuimus potuisse in nonnullis quæ ipsi leuius attigerunt veterum præstantissimos superatos à iuniotibus; de facto etiam multa assecutos nepotes omni commendatione dignissima, quæ priscorum indagationem latuerunt.

Bannez. *Hæreticorũ existimatio de posterioribus Ecclesiæ doctis.*

Sixt. III.

Bannez. *Apostolis in scientia nulli Doctores cõferendi.* Aragon. Putean. Lorca. Suarez. Valent. Tanner.

149. Et quoniam, vt aduertit Canus lib. 12. de locis, cap. 11. §. *Multò verò magis*, &c. Augustinus omnium consensione theologici ludi Antesignanus habetur; auspicemur ab eius dictis; quæ ad longum referemus, non quòd noua præbeamus, & ab aliis indiscussa; sed quia huic argumento necessaria in primis. Is igitur, cùm pronunciasset doctis amicis illudi, si ne illos offendamus, in omnibus cum iis conspiremus, subdit: *Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honorémque deferre, vt nullum eorum Auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam: alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrináque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt; sed, quia mihi, vel per illos Auctores Canonicos, vel probabili ratione, quòd à vero non abhorreat, persuadere potuerunt; Nec te, mi Frater, sentire aliquid aliter existimo: prorsus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est: absit hoc à pia humilitate, & veraci de temetipso cognitione,* Sic Augustinus epist. 19. scribens ad Hieronymum: Nec fefellit eum spes de mente Doctoris Maximi, qui epist. ad Theophilum aduersùs Ioannis Hierosolymitani errores: *Scio* (ait) *me aliter habere Apostolos, aliter reliquos Tractatores: illos semper vera dicere; istos in quibusdam vt homines aberrare:* Sed stemus cum Augustino parumper, antequàm ad alios feramus: cum relatis quidem germana tradit epist. 111. ad Fortunatianum: *Neque enim quorumlibet disputationes, quamuis Catholicorum, & laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si fortè inuenerimus, quòd aliter senserint, quàm veritas habet diuino adiutorio, vel ab aliis intellecta, vel à nobis: talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum.* Idem lib. 1. de Baptismo contra Donatistas tom. 7. cap. 18. loquens de celebri rebaptizandorum Cypriani errore: *Quod non rectè fieri tanto viro, nimirum, propterea Dominus non aperuit, vt eius pia & humilitas, & charitas salubriter Ecclesia patesceret; & non solum ipsius temporis Christianis; sed etiam posterioris ad medicinalem, vt ita dicam, notitiam signaretur.* Et lib. 2. cap. 3. *Quis autem nesciat, sanctam Scripturam canonicam, tam veteris, quàm noui Testamenti suis terminis contineri, eámque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omninò dubitari, & disceptari non possit, vtrùm verum, vel vtrùm rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem litteras, quæ post confirmatum Canonem vel scripta sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorémque prouidentiam, & per Concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est.* Et cap. 5. *Homines enim sumus, vnde aliquid aliter sapere, quàm se res habet, humana tentatio est: nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus vsque ad pro-*

Canus.

Solis canonicis libris Augustinus defert, vt in nullo erraverint.

August.

Cum debita honorificentia, licet Doctorum assertia confutare.

ſcindendæ communionis, & condendi ſchiſmatis, vel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica præſumptio eſt; in nullo autem aliter ſapere, quam res ſe habet, angelica perfectio eſt: Quare & ipſe frequenter indicta voluit, emendauítque antiqua placita; quod præter Retractationum volumen alia ſæpe loca teſtantur lib.6.contra Iulianum, cap. 11. atque epiſtola 48. ad Vincentium, & aliàs: quibus Auguſtini ſententiis, quoniam mirificè conſonant Ruperti verba ad illud cap. 11. Apocal. *Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ,* &c. placet adiungere: *Calamus* (inquit) *ſimilis virgæ, facultatem ſcribendi ſignificat cum magiſterij auctoritate: & ſunt, vel fuerunt aliqui, quibus calamus datus eſt; ſed non cum illa magiſterij dignitate, vt de nulla illorum ſententia, ſiue dictione liceat cuiquam Eccleſiaſtico dubitare: hoc nanque magiſterium tantummodo, & Apoſtolorum eſt, & illis ſolùm hæc virga data eſt: vnde in Pſalmis ſic determinatum eſt,* (Pſalm. 86.) *Dominus narrabit in Scripturis populorum, & Principum horum qui fuerunt in ea: & Principum horum, inquit, id eſt, Prophetarum, & Apoſtolorum, ſiue Euangeliſtarum: Vide, quid dicat, qui fuerunt, non qui ſunt; vt exceptis Apoſtolis, quodcunque aliud poſteà dicitur, abſcindatur, nec habeat poſteà auctoritatem; quamuis ergo ſit aliquis ſanctus poſt Apoſtolos, quamuis diſertus ſit, non habeat auctoritatem; quoniam Dominus narrat in Scripturis populorum, & Principum horũ, qui fuerunt in ea.*

Auguſtinus non rarò priora retractauit.

Rupert. *Apoſtolorum prærogatiua, vt de nulla eorum ſententia liceat dubitare.*

150. Docet itaque Auguſtinus, docet Hieronymus, vtriuſque palæſtræ, poſitiuæ, & ſcholaſticæ lumina, præter canonicos Scriptores, cæteros labi potuiſſe; *In nullo aliter ſapere, quàm res ſe habet, angelicam perfectionem eſſe;* Cyprianum tantum Doctorem, Martyrem fortiſſimum erraſſe; non ideò *vera habendà, quæ dixerint, quia ipſi ita ſenſerunt; ſed, quia vel per Auctores canonicos, vel probabili ratione, quòd à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt;* Supra hanc regulam de vigiliis ſuis ſentire quempiam, alienum eſſe à Chriſtiana modeſtia: ex quo ſequitur (ait noſter Gillius tom.1. in 1.part.lib.1.tract.7. de locis theologicis, cap.11.) *certa apud omnes concluſio, nempe, nullius ſingularis hominis dictum, tantum pondus auctoritatis habere, vt abſque examine, & delectu, quia ipſe dixit, ab aliis admitti neceſſariò debeat; Quæ eſt ſententia Patrum:* Verùm pro inſtituto, de quo agimus, aptior ſententia Cani lib.7.de locis, cap.3.§. *Eccleſiaſtici Auctores,* &c. *Atque Auctores canonici* (inquit) *vt ſuperni cœleſtes, diuini, perpetuam, ſtabilémque conſcientiam ſeruant: reliqui verò Scriptores ſancti, inferiores, & humani ſunt, deficiúntque interdum, ac monſtrum quandoque pariunt, præter conuenientem ordinem, inſtitutúmque naturæ;* Quod genus monſtri, nempe illa, in quibus à veritatis ſcopo aberrauerant: ipſe multis declarat eodem cap. §. *At Gelaſius,* &c. proſequutus ad longũ Picus Mirandulanus in Apologia diſput. *de deſcenſu Chriſti ad Inferos;* Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis; Poſſeuinus in ſacro Apparatu, Sixtus Senenſis tom.1. Bibliothecæ ſanctæ: P. Azor tom.1. lib.7. Inſtitutionum moralium, cap.9. & aliis, quæ ſequuntur; Patres igitur, & antiqui Scriptores, cùm nonnunquam à veritate deflexerint humana ignorantia; poſterior ætas pòtuit emendare prioris vitia, quemadmodum & in multis correxit: Atque equidem in hoc pronunciato mitis aliquantùm fuit Melchior, auſus alibi aſſerere, Stephanum Leuitam ſanctiſſimum, Spiritu ſancto plenum, humani aliquid paſſum oratione ea, quã habuiſſe legitur Actorum cap.7. videlicet, *In longa narratione confuderit aliqua, & miſcuerit; in quibuſdam etiam memoria lapſus fuerit:* Quod fortaſſe tam inſolens dictum hauſit ex Caietani fontibus; qui germana profatur ad cap.12. epiſtolæ prioris ad Corinthios; ſed ipſam Cani ſententiam eruamus ex lib.2.de locis, cap.18. §. *Tertia verò,* &c. *Nos autem* (ait) *non Stephanum ab omni lapſu, ſed Euangeliſtam vindicare debemus: Solis quippe Apoſtolis, Prophetis, & Euangeliſtis hunc honorem deferre Catholica fide docente didicimus, vt nullum eorum, vel memoria lapſum eſſe credamus, nullum nec in magnis, nec in paruis erraſſe; At Stephanus plenus erat Spiritu ſancto? Fateor: At Spiritus loquebatur in eo? Et id quidem fateor; Sed aliter in Chriſto Spiritus loquitur, aliter in Prophetis, & Apoſtolis; aliter in Stephano, & Ambroſio;* Quid igitur Patribus conceſſurus ſit, qui ne tum Stephanum ab omni ignorantia, & ingenij vitio liberum eſſe velit, cùm Spiritus ſanctus in eo loqueretur, dirigeret linguam, acueret mentem? Sed nos, vt aliquando Patres veritatem non aſſecutos dixerimus, quoniam ad hoc aſſeuerandum, & exemplis, & ipſorum magiſterio cogimur, quos eorum næuos potuit doctior poſteritas emaculare: at Stephano, iiſve quorum ſermones moderabatur diuinior Spiritus, errorem adſcribere, piaculum æſtimauimus: cùm ſi his rima aperiatur, difficillimum ſit ipſius Prophetiæ auctoritatem ſartam tectam habere; Quare Salmeron noſter catholico zelo motus aduersùs Canum, tom.12. tract.24. §. *Quædam ex his,* &c. *Profectò* (inquit) *nouitatis, & temeritatis plena eſt hæc expoſitio, & contumelioſa ipſi Stephano, & iniuria in Spiritum ſanctum:* Quæ eadem & repetit Salmeron ad calcem tom.16.epiſt.ad Cardinalem Caraffam, §.ad 3.difficultatem, &c. perſtringunt acriter ob eandẽ cauſam Ribera in cap.5. Micheæ num.10. Pereira ad verſ.19.cap.23 Geneſ.diſput.11. §. *Primam rationem,* &c. Delrio in eiuſdem cap. verſ. 20. Leonardus Marius ibidem: Gaſpar Sanctius in cap.7. Actorum, num.44. Salianus tom.1. anno mundi 2175. num.7. Baſilius Legionenſis quæſt.4. expoſitiua, cap.5. §. *Tertium denique:* Eſcalante clypei concionatorum lib.5. pag.967. Hieronymus de la Rua tom.1. quæſtione 4. poſitiua, §. *In quorum,* &c. Sed horum cumulatam diſcuſsionem propriis ſedibus reſeruantes, pergamus vlteriùs demonſtrare propoſitum ſcopum.

Certa concluſio: Singularis Doctoris eo quòd talis ſit, dictũ ſolùm, certã probationem non facere. P. Gillius.

Canus. Sixt. Sen. Azor.

Act.7.

151. Alterum igitur Aſſertorum firmamentũ iis Patrum loquutionibus fundatur, quibus dicunt, Eccleſiam progreſſu temporum profeciſſe ſcientia; Docuit Tertullianus libro de velandis virginibus, ferè hinc auſpicatus orationẽ; *Regula quidem fidei vna omnino eſt, ſola immobilis, & irreformabilis: hac lege fidei manente, cætera iam diſciplinæ & conuerſationis admittunt nouitatem correctionis, operante, ſcilicet, & proficiente vſque in finem gratia Dei; quale eſt enim, vt Diabolo ſemper operante, & adiiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut ceſſauerit, aut proficere deſtiterit, cùm propterea Paraclitum miſerit Dominus, vt, quoniam humana mediocritas omnia ſemel capere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfecta perduceretur diſciplinam ab illo Vicario Domini Spiritu ſancto? Quæ eſt ergo Paracliti adminiſtratio, niſi hoc, quod diſciplina dirigitur, quòd Scriptura reuelantur, quòd intellectus reformatur, quòd ad meliora proficitur?* Docuit Vincentius Lyrinenſis commonitorio 1. cap. 27. *Creſcat igitur oportet,*

Eccleſia progreſſu temporu, vt profecerit ſcientia. Tertull.

Vinc.Lyrin.

&

& multùm, vehementérque proficiat, tam singulorum, quàm omnium, tam vnius hominis, quàm totius Ecclesiæ ætatum, ac sæculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: Ab hoc doctrinarum genere non longè abest illud Gregorij effatum lib. 2. in Ezechielem, homil. 16. *Qua in re hoc quoque nobis sciendum est: quia & per incrementa temporum creuit scientia spiritualium Patrum: Plùs nanque Moyses, quàm Abraham; plus Prophetæ, quàm Moyses; plus Apostoli, quàm Prophetæ, in Omnipotentis Dei scientia eruditi sunt: fallor, si hæc ipsa Scriptura non loquitur: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia:* Quæ Gregorij verba, & repetunt, & approbant Beda clarissimè lib. 1. de tabernaculo, & vasis, cap. 5. qui & distinctionem ipsam de more ex parte mutuatur; Bernardus epist. 77. ad Hugonem de sancto Victore: idémque Hugo tom. 3. lib. 1. de Sacramentis, part. 10. cap. 6. & omissis Apostolis, ad quorum gloriam nemo accessit; referunt ad Ecclesiam posteriorem cum debita expositione, nimirum, multa apparere in voluminibus iuniorum, quæ seniorum qui extant codices, non continent; multos veterum Tractatus locupletiores redditos, Alfonsus Castrensis lib. 1. aduersùs hæreses. cap. 2. Aragon. ad artic. 7. quæstionis 1. de 2. 2. Ægidius de Præsentatione lib. 3. de immaculata Virginis Conceptione, quæstione 4. art. 5. §. 4. Lucas Vvaddingus Legatione pro Conceptione Virginis, orat. 8. sect. 2. §. 1. ex nostris P. Canisius lib. 1. de Deipara, cap. 7. §. *Quàquam minùs.* P. Suarez de fide, disp. 2. sect. 6. n. 14. P. Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 6. Sed dabo ipsa verba duorum, Canisij loco indicato: Dominici Bannesij in 2. 2. quæst. 1. artic. 7. ex quibus noster Petrus: *Denique habuerint Patres suorum temporum rationem, quibus multa, vel prorsus incognita erant, vel obscura, neque satis euoluta; quæ posteris diligentiùs excutienda, & clariùs illustranda, explicandáque non sine certo Dei consilio relinquebantur: non enim homini tantùm, sed etiam Ecclesiæ Christi tempus auget sapientiam, & Spiritus sanctus, vt ex Tertulliano diximus, aliam, atq; aliam doctrinæ lucem patefacit:* Bannez autem cõclusione 3. *Non itaque quantò magis secundum tempus distamus à Christo, maioribus tenebris (vt Hæretici contendunt persuadere) inuoluimur: quin potiùs nouissimi Doctores fideles antiquorũ Patrum vestigiis insistentes, iuxta illud Ecclesiastici 39. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, in quibusdam expressiorem intelligentiam assequuntur, quam antiqui Patres assecuti fuerint, excipimus Apostolos semper: quantùm ad scientiam scholasticæ Theologiæ, quæ humana diligentia comparatur; non obstat, quominùs asseramus succedentibus sæculis quædam vberiùs, & subtiliùs à posterioribus Ecclesiæ Doctoribus pertractari, quàm fuerint à prioribus definita: nam pro temporum varietate Deus etiam Ecclesiæ suæ Doctores varia facultate & doctrina præditos contulit.*

S. Gregor. Beda. Bernard. Hug. Vict. Castro. Aragon. Ægid Lusit. Vvadding. Canisius. Suarez. Valent. Bannez. *Ecclesiæ tempus: auget scientiã.* Canisius. *In theologicis præsertim quadã subtiliùs, & vberiùs à iunioribus tractata.* Bannez.

Tertium positi thematis stabilimen deriuatur ab iisdem Patribus, quoties variè pronunciant, generaliter quidem de omni scientia, quæ Deum attingit, speciatim verò de sanctis Scripturis; nempe, tantam esse arcanorum multitudinem, cui exhauriendæ omnes omnium ætatum mortales non sufficiant: aut tam abstrusa mysteria, quæ in hac vita ad plenum peruestigare homini impossibile sit. Irenæus lib. 2. cap. 47. *Si ergo & in rebus creatis, quædam quidem eorum adiacent Deo; quædam autem & in nostram venerunt scientiam; quid mali est, si & eorum, quæ in Scripturis requiruntur, vniuersis Scripturis spiritualibus existentibus, quædam quidem absoluamus secundùm gratiam Dei; quædam autem commendemus Deo, & non solùm in hoc sæculo, sed & in futuro, vt semper quidem Deus doceat: homo autem semper discat, quæ sunt à Deo?*

152. *Scripturarũ tãta est profunditas, vt eas librorum multitudo exhaurire non valeat.* Irenæus.

Origenes homilia 5. in Leuiticum: *Veruntamen sciendum est, quòd ex hostiis, quæ offeruntur, licèt cõcedantur Sacerdotibus ad edendum, non tamen omnia conceduntur; sed pars ex ipsis aliqua Deo offertur, & altaris ignibus traditur: vt sciamus etiam nos, quòd & si conceditur nobis aliqua ex diuinis Scripturis apprehendere, & agnoscere; sunt tamen aliqua, quæ Deo reseruanda sunt: quæ cum intelligẽtiam nostram superent, sensúsque eorum supra nos sit, ne fortè aliter, quàm se habet veritas, proferantur, melius igni ista seruemus;* Andreas, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, procœmio in Apocalypsim: *Enimuerò veterum Prophetarum libri, tametsi à quamplurimis olim explanati, Sacramentorum, quæ in ipsis latent, profunditatem etiamnum abditam habent, habebúntque vsque ad diem illum, quo scientia, quæ ex parte est destructa; ea, quæ perfecta est, succedet:* Origen. And. Cæs. Dionysius autem Alexandrinus loquens speciatim de Apocalypsi: *Ego autem de hoc libro iudico, quòd excedant, atque emineant, quæ in eo scripta sunt, humanæ auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam, & reconditus, atque admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror, & veneror, etiamsi non intelligo:* Dion. Alex. Sic ille apud Eusebium lib. 7. Historiæ, cap. 23. Paulus verò Burgensis prologo suarum additionum, propterea laboratum asserit à se post Lyrensis postillam: *Quia* (inquit) *nullum opus humanum adeò perfectum est, quin ei superaddi aliquid possit: & de sola Scriptura diuina scriptum est: Ne addas quicquam verbis illius:* Paul. Burg. Iam quod ad textus diuini vbertatem attinet, Chrysostomus homil. 21. in Genesim, *Thesaurum* appellat, *qui absumi nequeat:* Chrysost. Atque homilia 23. in Acta apostolica: *Abyssus* (ait) *quæstionũ Scriptura est, quoniam quæstionum nullus erit finis: ecce enim, si hanc soluero, mille aceruos ostendam quæstionum:* Drogo Hostiensis libello de Sacramento Passionis Dominicæ: *Intelligo enim, Domine, vasa vacua esse litterales quosdam, ac historicos sensus Scripturæ tuæ, quæ non paucæ sunt, vt totus mundus ea capere non possit:* Drog. Host. Arnoldus Carnotensis præfatione ad tractatum de septem verbis Domini, agens de verbo Dei scripto: *Et cùm propiùs accesseris, & infuderit se tibi illuminans sensum tuum diuinæ radius veritatis; intelliges, & videbis in scintilla incendium, & in stilla reperies pelagus, & in lecytho olei, vnde creditori reddas debitum, & tibi affatim suppeditabit inconsumptibilẽ cibum:* Arn. Carn. Quòd si igitur Scripturarum sensa eiusmodi sunt, quæ non dicam vnus aliquis, quantuncunque Achilles, deuorare valeat; sed ne multitudo omnis vsque ad sæculorum fines; planum apparebit, latere adhuc diuitias plurimas; hæc comperta sunt: Quid est igitur, quòd nouos fœtus admiramur, si luxuriat in partus gleba fœcundissima perenni indeficientia? Quid aut auaros, si negent; aut pauperes, si non habeant, velimus facere sanctarum disciplinarum sata læta, vberrimos campos?

153. *Patres, cùm illis obiectabatur nouitas in opinãdo, quid respondebant?*

Quartum columen ex Patrum quoque penu sit: ipsis aliquando obiectam nouitatem, quam quibus depulerint viis, his iuniores causam suam communire valeant: Atque equidem exorientem Christianam religionem hoc armorum genere confundere sæpè conati Gentiles: asserebant namque dedecere viros cordatos Maiorum cæremonias

monias posthabere recenti sectæ; suspectam esse fidem antiquitate non firmatam: Verùm dicat eorum temporum testis Lactantius lib.2.diuinarum Institutionum,cap.7. *Hæ sunt religiones, quas sibi à Maioribus suis traditas pertinacissimè tueri, atque defendere perseuerant: nec considerant, quales sint; sed ex hoc probatas, atque veras esse confidunt, quòd eas veteres tradiderunt: tantáque est auctoritas vetustatis vt inquirere in eam, scelus esse ducatur; Maioribus nostris etiam nulla ratione reddita, rationis est credere;* Sic illi muro fortissimo tecti: Sed arietat validissimè aduersùs eos Firmianus ibidem: *Docet ecce te ratio,* (inquit) *non esse veras religiones Deorum: quid facies? Maioréne potius, an rationem sequeris? Si rationem mauis, discedere te necesse est ab institutis, & auctoritate Maiorum: quoniam id solùm rectum est, quod ratio præscribit: Sin autem pietas Maiores sequi suadet: fateris igitur & stultos illos fuisse, qui excogitatis contra rationem religionibus seruierint; & te ineptum, qui id colas, quod falsum esse conuinceris:* Itaque, vt antiquitatis iusta æstimatio habenda sit; verùm id ante reliqua obseruandum, num vetustas rationis ducatum sequatur; quem si spernat, relinquenda est; Talia & nos iuniorum dogmata approbamus, quæ ratione præstent, qua firmior, & constantior veritas enixa sit; At pergat Lactantius eloqui cap.8. *Nec quia nos illi temporibus antecesserûnt, sapientia quoque antecesserunt, quæ si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest: quare cum sapere, id est, veritatem quærere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine vllo iudicio inuenta Maiorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur: sed hoc eos fallit, quòd Maiorum nomine posito, non putant fieri posse, vt aut ipsi plus sapiat, quia Minores vocantur: aut illi despuerint, quia Maiores nominentur:* Et his affinia sunt illa Tertulliani ad eosdem Ethnicos Apologetici cap.4. *Nónne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illã veterem, & squallentem syluam legum, nouis principalium rescriptorum, & edictorum securibus truncatis, & cæditis? Quot adhuc vos repurgandæ leges latent, quas neque annorum numerum, neque conditorum dignitas commendat; sed æquitas sola?* Dicit eadem Prudentius lib.2.contra Symmachum:

Quid mihi tu ritus solitos, Romane Senator,
Obiectas, cùm scita patrum, populique frequenter
Instabilis placiti sententia flexa nouarit?
Nunc etiam quoties solitis decedere prodest?
Præteritósque habitus, cultu damnare recenti?

Haud inconcinnè Aloysius Veronensis Antistes, præfatione ad Lectorem, Catena in Genesim annotauit, iniustè concitatos, qui hora sexta, aut nona in vineam profecti sunt aduersùs nouissimos, velut ægrè passos adolescentes senioribus æquari, quandoquidem & ipsi iuuenes sint comparatione eorum, qui hora prima, aut tertia venerunt: *Non ergo vndecima hora in vineam Domini ad operandum conductis nobis inuidendum est,* (ait,) *nec ab his quidem, qui noua, vel sexta hora missi sunt, ne & ipsi inuidiæ apud primum, & tertium pateant: eadem nanque de illis dicere poterunt:* Sanè Anastasius Sinaïta, qui ante mille annos floruit, lib.1. in Hexameron, vndecima se hora accessisse ad Scripturarum vindemiam affirmat, inquiens: *In Deum spem eorum, quæ dicturus sum, collocans, post illos, qui antea laborarunt, vestigiis eorum insistens, qui circa horam vndecimam æquè celeriter munus peragunt, & in metendo, & rursus in vindemiando:* Quæ ille asseuerare poterat Clementis respectu Romani, Dionysij Areopagitæ, aliorúmque, quibus cum Christi Apostolis consuetudo fuit; singularia tamen ille proferre, & prioribus inaudita, licèt nouissimus, tum non veritus: *Quòd si etiam aliquid nouum* (inquit) *& minùs consuetum nostra dictat oratio; rogamus & obsecramus tam præsentes, quam futuros filios sanctæ Ecclesiæ, ne inimico, & inuido, malignóque animo; sed fraterno audiant, quæ dicuntur:* At, quantæ vetustatis eius dicta nũc, Nimiùm igitur, aut indoctæ; aut malitiosæ mentis est, stupere ad nouitatem, & hoc solo titulo sapiẽtium vigilias labefactare, cùm, si quid hoc vitij sit, commune fuerit omnibus mortalibus, & eximios quosque comprehenderit: In libris non quo die scripti sint, considerandum; sed quàm benè, quàm peritè, quàm catholicè: sine his præsidiis senectus inutilis est; cum iis iuuentus satis aucta, & matura: atque Gentiles, quemadmodum vniuersæ Christianæ professioni odioso nouorum dogmatum titulo inuidiam conflare nixi sunt; ita cœnobiticæ vitæ deformare gloriam iisdem artibus, & auorum temporibus, & nostro conati sæculo Hæretici, Sed obuiam progressi sunt, Bernardus epistola ad Fratres de monte Dei: Thomas Vvaldensis in Doctrinali fidei, tit.9. cap.89. *Hoc modo* (ait) *Paulus ipse Epicureis, & Stoicis Philosophis nunciator nouorum Dæmonum dicebatur esse:* Sed Iacobus Latomus confuturus huius æui Apostatas: celeberrimus is fuit in Louaniensi Academia Professor: *Quod igitur* (inquit lib.de Institutis monasticis, cap.1.) *hoc Monachorum genus nouum esse dicitur, si verum est; non paruæ laus est nostri temporis: non enim continuò bonum non est, quod recens est: recens fuit mundus, recens lex, recens Euangely prædicatio: denique recens Christi secundum hominem nativitas, & mors:* Sed à religionis exẽplo sufficiant hæc desumpta propugnacula: veniamus ad ipsam litterariam aremam, & experiamur eius suffragia;

Quis igitur ignorat nouum Hieronymi Opus in translatione Bibliorum? Sed, quis nescit, quantæ aduersùs eum ob hoc tragœdiæ, quanti tumultus? Audiendus parumper Ruffinus Inuectiuâ in Hieronymum: *Nam Origenis dicta, siue placent, vt hominis dicta placent; siue displicent, vt hominis falsa dicta facilè contemnuntur: illa verò, quæ nunc tu interpretaris, & per Ecclesias, & Monasteria, per oppida, & castella transmittis, quomodo suspiciamus, tanquam diuina, an tanquam humana? Et quid facimus, quòd quæ Prophetarum, vel Legislatorum nominibus titulantur, veriora hæc abs te, quã illa, quæ Apostoli probauerunt, affirmantur? Illud commissum, dic, quomodo emendabitur; imò nefas quomodo expiabitur? Quis ex tot, ac tantis prudẽtibus, & sanctis Viris, qui ante te fuerunt, ad istud opus ausus sit manum mittere? Quis præsumpserit sacras sancti Spiritus voces, & diuina volumina temerare? Quis in eruditorum virorum copia ausus est Instrumentum diuinum, quod Apostoli Ecclesiis tradiderunt, & depositum sancti Spiritus compilare? An non est compilare, cùm quædam quidem immutantur, & error dicitur corrigi?* Huiusmodi acerbitatibus abundat præsertim posterior illius Catilinariæ pars: Sed, ne suspecta habeatur Ruffini contra Hieronymum oratio, tanquam ab hoste profecta, probemus, an meliora de illius versione sentiat Augustinus, qui epistol.8. inquit: *De vertendis autem in Latinam linguam sanctis Literis canonicis, laborare te nollem: nam, aut obscura sunt, aut manifesta; si enim obscura sunt, te quoque in eis falli potuisse, non immeritò creditur: si autem*

Lactant. *Ethnici opponebant Christianis, quòd noua esset religio eorum.*

In libris non quo die scripti sint considerandum: sed quàm benè.

Hæretici religioso instituto, quasi opprobrium, nouitatem obiiciunt. Bernard. Vvaldens. Latom.

Antiquitatis iusta æstimatio, rationis fulciri debet viribus.

Tertull.

Prudent.

Lipoman.

Opiniones veteres aliquando nouæ fuerunt.

Anastasius Sinaïta, Auctor mille annorum, hora tamen vndecima venisse se asserit.

154. *Hieronymus de nouitate accusatus, quibus satisfecerit?* Ruffin.

Augustin.

tem manifesta, superfluum est, te voluisse explanare, quod illos latere non potuit: Et epistola decima recenset concitatas in Ecclesiis turbas, ob immutatam veterem translationem: Verùm, quid ad hæc Hieronymus respondeat, percipiamus ex eius epistola, quæ est vndecima inter Augustini; *Porrò quod dicis, non debuisse me interpretari post veteres, & nouo veteris syllogismo: aut obscura fuerunt, quæ interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta: si obscura, te quoque in eis falli potuisse, credendum est: si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est: tuo tibi sermone respondeo: Omnes veteres Tractatores, qui nos in Domino præcesserunt, & qui Scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta: si obscura, quomodo tu post eos ausus es disserere, quod illi explanare non potuerunt? si manifesta, superfluum est, te voluisse disserere, quod illos latere non potuit: Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, ac tales Interpretes in explanatione Psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuri sunt Psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est: si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur; ac per hoc vtrunque, superflua erit interpretatio tua; & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam*: Igitur, quemadmodum Augustinus, Hieronymúsque suis temporibus æquum duxerunt post longam Enarratorum seriem, Psalmos nouo modo declarasse, versionem antiquam corrigere; cur non ipsum hoc datum à Patribus præclarum exemplum boni imitabuntur nepotes? Proh! quanti latratus aduersùs Hieronymi translationem! Circundederunt eam canes multi; tauri pingues obsederunt eam: Testantur eius Opera passim; vel illæ in Biblia præfationes, quid tam frequenter sonant? Multus in Apologia contra Ruffinum, multus Commentationibus in prophetas in his refellendis; & tamen illa tot iaculis petita versio vicit tandem, & prælata est vniuersis translationibus: & fortasse ideò supernatauit reliquis, quia diu diuexata est nimiùm; aut certè ideò conuulsa est grauissimè, quoniam supergressura fuerat.

Hieronymi translatio cæteris versionibus prælata.

155. Quinta denique probatio hausta à Patribus, miscellanea est, & variarum thesium: Ordiamur à Basilio Magno epist. 79. ad Eustathium: *Quemadmodum* (ait) *semen, dum crescit, maius quidem è modico redditur; idem tamen est, quod anteà, non immutatum genere, sed perfectum ex incremento: ita & mihi eandem sententiam quidem, suis aucta profectibus; non autem, quæ nunc est, ei, quæ ab initio erat, aduersam esse arbitror*: Significat Basilius, retinendas veterum opiniones; sed à nobis incrementum accipere oportere, vt quantum matura ætas superat adolescentiam, tantùm vindicat nostra solertia industriam eorum, qui præcesserunt; Hoc illud, quod Lyrinensis Vincentius affirmabat Commonitorij cap. 29. *Imitetur animarum religio rationem corporum: multùm interest inter pueritiæ florem, & senectutis maturitatem.* Et plura alia, quæ ibi cum elegantia disputat: hoc illud cap. 30. *Fas est etenim, vt prisca illa cœlestis Philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur*: Verùm, vt sequenda sit antiquitas, regulam ponit cap. 4. *Tunc operam dabit, vt collatas inter se Maiorum consulat, interrogétque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licèt tẽporibus, & locis; in vnius tamen Catholicæ Ecclesiæ Communione, & fide permanentes, Magistri probabiles extiterunt; & quicquid non vnus, aut duo tantùm; sed omnes pariter in vno, eodémque consensu aperte, frequenter, perseueranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque absque vlla dubitatione, credendum intelligat*: Hieronymus Apologia contra Ruffinum: *Quid igitur? damnamus veteres? Minimè: sed post priorum studia in domo Domini quod possumus, laboramus*: Et ad finem defensionis: *Nam, cùm nouas semper expetant voluptates, & gulæ eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio Scripturarum veteri sapore contenti sunt*? Sed qualiter iuuenescant diligentia iuniorum antiqua placita, exponit haud inconcinnè Ruffinus scribens aduersùs Hieronymum: *An non videmus vetustas ædes* (ait) *nouellis ædificiis profuisse? & interdum assumitur lapis de abditis, & abstrusis antiquæ domus partibus, quæ nouæ domus frontem decoret, & exornet ingressum: & interdum totum nouellæ constructionis ædificium vnius antiquæ trabis stabilitate munitur: Agamus ergo nunc aduersùs eos, qui veteribus rectè vtuntur in nouis*: Sanè huiusmodi, siue trabes, siue marmora, quæ recentem fabricam honorant, rursus ad malleum, & securim reuocantur, vt difficillimum sit nosse, an prisca sint: Atque ob hanc causam decipiuntur plurimi, quoniam parum versati in seniorum voluminibus, quidquid ipsi proletaria lectione non offenderunt, statim nouitatis arguunt: si penitiùs introspexissent, inuenirent hoc, quod nuperrimum arbitrati sunt, Mathusalæos annos superare: Sed pergamus incepta prosequi, prodeátque Saluianus, Massilienſis Antistes, proœmio in libros, quos ad Ecclesiam Catholicam scripsit: *Siquidem* (inquit) *tam imbecilla sunt iudicia hominum huius temporis, ac penè tam nulla, vt hi, qui legunt, non tam considerent, quid legunt, quàm cuius legant; ne tam dictionis vim, atque virtutem, quàm dictatoris cogitent auctoritatem*: Quo sermone indicat, rerum quæ dicuntur, habendam potiorem rationem; & vltimo loco cogitandum, quis pronunciauerit, an iunior, scilicet, an ex veruſtioribus quispiam: Sanè Victor Antiochenus Enarrationibus in Marcum, vestibulo Operis testatur, postquàm diligenter Scriptorum syllabum perlustrasset, neminem à se repertum, qui in eum diem Euangelistam declarasset, cùm tamen ingens Doctorum manus præcessisset: floruit namque Victor post Christũ editum sæculo 4. Iuliano Apostata imperij habenas moderante: Paschasius autem proœmiolo in Threnos Hieremiæ affirmat, ex Latinis nullum exposuisse Lamẽta illa; elapsis nihilominùs octingentis annis, ex quo Seruator natus fuerat: vt sciamus Dei speciali iudicio commissum, ne priores omnia peruaderent; sed quædam relinquerentur sequuturis Doctoribus: Atque idem Paschasius prologo in Matthæi Euangelium: *Neque enim putandum est* (ait) *nulli nunc temporis gratiam intelligentiæ largiri, cùm pateat illud propheticum: Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit scientia: Sed & Philosophis sæculi tale aliquid post priorum studia ratione vrgente probatur concessum quorum Doctores, quantò iuniores fuêre, tantò vtique perspicaciores*: Petrus verò Cellensis epistola ante tractatum de panibus: *Si quid autem quasi nouum sancti Spiritus illustratione apprehendere potui, quod tamen Cherubin, & Propitiatorium vultu tam sedulo, quàm humili respiciat, non respui*: Hugo autem de sancto Victore lib. 1. de Sacramentis, p. 10. c. 6. *Propheta, & qui illustriores videbantur in populo,*

Basil.

Veterum inuenta quantùm per nos accrescere debent?

Vinc. Lyr.

Patres quãdo sequendi omninò?

Hieron.

Ruffin.

Saluian.

Non tam persona, quã potiùs firmitatis doctrinæ ratio habenda.

Victor Ant.

Paschasius.

Cellensis.

Hugo Vict.

populo, non omnes omnia aliquando æqualiter cognoscere valuerunt: sed alij plus, alij minus prout Spiritus dabat, diuidens singulis, prout volebat: idque absque præiudicio suæ sanctitatis, atque perfectionis: Quam eandem dictionem penitùs reperias apud Bernardum epist. 77. ad eundem Hugonem, vbi prætereà asserit: *Dauid quoque super Doctores suos, & seniores donum sibi intelligentiæ audacter præsumit, dicens: Super omnes docentes me intellexi. Sed & Propheta Daniel: Pertransibunt (ait) plurimi, & multiplex erit scientia: ampliorem, scilicet, rerum notitiam promittens & ipse posteris:* Richardi Victorini egregiam, & manifestam crisim de veterum in explanandis Scripturis industria, dedimus ex prologo in visionem Ezechielis rotarum, & animalium, suprà, Prælocutione 1. Sectione 5. num. 34. & 35. Anselm. Cantuarien. sisad illa c. 3. Epistolæ prioris ad Chorinthios: *Dei enim sumus adiutores. Nam in libris Sanctorum* (ait) *Doctorum, quos authenticè legit Ecclesia, nonnunquam inueniuntur quædam praua, vel hæretica; non tamen pro his, vel libri, vel Auctores damnantur: Perlegat eorum libros prudens Lector, & inueniet esse verum, quod dico:* Sed Victorini Richardi altera non despicienda sententia tractat. 1. de tabernaculo fœderis, in prologo: *Non est magnum,* (ait,) *vel mirum, si in vno aliquo aliquid addere possumus: hæc propter illos dicta sint, qui nihil acceptant, nisi quod ab antiquissimis Patribus acceperunt: Sed, qui assiduè producit nouos fructus ad recreationem hominis exterioris; nunquam credendus est de cætero scientiæ profectus impertiri ad innouandos sensus hominis interioris?* Huc spectat clarissimorum virorum calculis posteriores Magistros frequenter prioribus antepositos esse: Hieronymus præfatione ad Damasum in Origenis homilias affirmat, in cæteris libris vicisse illum vniuersos; seipsum in Cantico Canticorum: Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ: *Haud vnquam parem tulisse Græciam, à Didymo nuncupatum secundum Ecclesiæ Magistrum post Apostolos:* De Augustino octaua Synodus Toletana pronunciat, *inueniendi arte præcipuum extitisse*: Florentinum sub Eugenio IV. Concilium, Latinorum illustrissimum Doctorem appellat: Gregorium verò Romanum nominatus Toletanus confessus, *in ethicis assertionibus penè cunctis meritò præferendum:* Vbi Isidorum Hispalensem dicit, *præcedentibus ætate, non doctrinæ comparatione inferiorem; atque, quod maius est, iam sæculorum finitorum doctissimum:* Sed de Gregorij commentatione in Iobum illustre testimonium noster tulit Ribera proœmio in Malachiam: *Equidem* (inquit) *ita iudico, cum de libris moralis expositionis Iob sermo incidit, nullum habere librum Ecclesiam præter eos, qui diuinitùs inspirati sunt, illis doctiores, aut vtiliores:* Atque idē prologo in Zachariam definierat, in iis, quæ ad vetus Testamentum attinerent, neminem, siue ex Græcis, siue ex Latinis, Hieronymo parem esse iudicandum: *Itaque de illo meritò dici posse, quod de Terentio scripsit Afronius in compitalibus: Terentio non similem dices quempiam.* De Ruffino Gennadius scribit, sic exposuisse Symbolum: *Vt eius comparatione alij non exposuisse credantur.* De seniori Apollinari prodit Sozomenus lib. 5. Historiæ: *Nisi vetustatem homines honorarent, æqua veteribus Apollinaris Opuscula decreuissent:* Faciamus finem differendi, monentes, Viennensis Concilij Patres Clementina vnica, *De summa Trinitate, & fide Catholica*, opinionem eam, quæ asserit in Baptismo infundi gratiam, & vir-

Bernard. Rich. Vict. Auselm. Hieron. *Origenis laus.* Sixtus Sen. *Augustini encomium.* Conc. Tol. Conc. Flor. *Gregorij Romani in scriptis eminentia.* Ribera. *Hieronymus quantus Doctor:* *Ruffini expositio in Symbolum.* Gennad. Sozomen.

tutes, tanquam probabiliorem, modernisque Theologis magis consonam proponere fidelibus tenendam, & eligendam: Sed hoc postremum de Viennensi cœtu alij non rarò tetigerunt: nos ad selectiora, quoad fieri valeat, properemus: & quoniam mille viis nobis Patres fauent, transeamus ad Scholasticorum castra, si fortè apud hos inueniamus dogmatis insignes aliquos tutelares.

Concil'um Viennense præfert opinionem modernæ Schola.

A quo autem magis auspicari conueniens sit, quàm ab Aquinate Thoma? Is Opusculo 72. quod incipit: *Pertransibunt plurimi,* &c. *Est* (ait) *& alia offensa in Scripturis, & quidem satis frequēs deueniendi in mentem Auctoris, quod dicitur esse in tantum à quolibet studioso; pauci enim, vel nulli aliquid scripserunt, qui ab hoc immunes sint: quia secundum Augustinum 5. de Trinitate, nunquam fuit aliquis, qui in omnibus ab omnibus intelligeretur:* Quæ cū Angelicus Doctor de cuiusque scriptis accepisse videatur, quid dignum est, censeamus de abditissimis Theologiæ sensibus? Sed quemadmodum diuersa opinari liceat, & alias tentare vias, quàm aut hic, aut ille Doctor; tametsi eximius, præmonstrauerit, ostendit quodlibeto 3. quæst. 4. artic. 10. *Respondeo* (inquit) *dicendum, quòd diuersæ opiniones Doctorum sacræ Scripturæ, siquidem non pertinēt ad fidem, & bonos mores, absque periculo Auditores vtranque opinionem sequi possunt: tunc enim habet locum, quod Apostolus dicit, ad Roman. 4. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui autem assentit opinioni alicuius Magistri contra manifestum Scripturæ testimonium, siue contra id, quod publicè tenetur secundùm Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari:* Non possum omittere aureum illud angelici Doctoris præceptum, quanquam alij multi transcripserint, qui 1. part. quæst. 1. artic. 8. ad secundum: *Auctoritatibus* (inquit) *canonicæ Scripturæ vtitur sacra doctrina propriè ex necessitate argumentando: auctoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi argumentando ex propriis, sed probabiliter: vnde dicit Augustinus epistola ad Hieronymum,* &c. Desino proferre, quoniam superiùs posita sunt numero 89. huius Sectionis ex epistola 19. Augustini: cuius placitum S. Thomas ambabus vlnis amplexatur, decernítque rationi plùs tribuendum, quàm dicenti; & falli potuisse Doctores particulares, quantalibet sanctitate præpolleant: Subnectemus ex eodem ordine de vetustioribus duos insignes Theologos, quorum alter, S. Antonius 1. parte Summæ, titulo 3. §. 10. cùm docuisset sæpè, Doctores scientia, & morum integritate summos, ferri in oppositā dogmata; & probasset exemplis Bonauenturæ, & D. Aquinatis, vniuersim præscribit: *Constare communiter inter Theologos, in materia fidei, dum doctiores sentiunt contraria, licitum esse ante determinationem Ecclesiæ tenere vnam partem, vel alteram sine periculo peccati, vel fidei:* Definiens autem quibus modis colligenda sit certitudo moralis: *Vel* (ait) *colligitur ex alterius auctoritate, quod pertinet ad incipientes, qui, scilicet, erudiuntur per alios in doctrina, & addiscunt, & obediunt, iuxta illud Deuteronomij 32. Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi,* &c. *vel ex propria eruditione, quod congruit proficientibus studendo in Scripturis; vel ex circunspectione circunstantiarum: & hoc quoad perfectos.* Vides, postrema tribuisse Florentinum Archipræsulem auctoritati: Alter is est Durandus à sancto Portiano, clarissimi nominis Magister, qui

156.

S. Tom.

In opinionibus, quæ citra fidei, & pietatis periculum sint, licet quidlibet sequi.

Theologia ex auctoritatibus singularium Doctorum, probabiliter solùm disputat.

S. Antonin. *Ante definitionē Ecclesiæ licet quamuis partem controuersarum sequi.*

Durand.

qui præfatione in libros sententiarum, ita definit: *Modus autem loquendi, ac scribendi in cæteris, quæ fidem non tangunt, est, vt magis innitamur rationi, quam auctoritati cuiuscunque Doctoris, quantuncunque celebris, vel solennis: & paruipendatur omnis humana auctoritas, quando per rationem elucescit contraria veritas: quamuis enim captiuandus sit intellectus noster in obsequium Christi, & in his, quæ fidem tangunt plus acquiescere debeamus auctoritati sacræ Scripturæ, quam cuicunque rationi humanæ, quia diuina notitia, quam exprimit sacra Scriptura plus excedit humanam notitiam, quàm humana notitia bestiales: tamen omnis homo dimittens rationem propter auctoritatem humanam incidit in insipientiam bestialem, vt comparatus sit iumentis insipientibus, & similis factus sit illis: quis enim, nisi temerarius existens, audeat dicere, quòd magis sit acquiescendum auctoritati cuiuscunque Doctoris, quàm auctoritati sanctorum Doctorum sacræ Scripturæ, Augustini, Gregorij, Ambrosij, & Hieronymi, quos celebritate condignâ sancta Romana Ecclesia sublimauit? Et tamen Augustinus inter Doctores celeberrimus, dicit de se ipso 3. de Trinitate, circa principium: Noli meis litteris quasi Scripturis canonicis inferuire: sed in illis, & quod non credebas, cùm inueneris, incunctanter crede: in istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum retinere; Ex quibus patet, quòd compellere, sed inducere aliquem, ne doceat, vel scribat dissona ab ijs, quæ determinatus Doctor scripsit, est talem Doctorem præferre sacris Doctoribus, præcludere viam inquisitioni veritatis, & præstare impedimentum sciendi, & lumen rationis non solum occultare sub modio, sed comprimere violenter:* Quid ad hoc illi, qui nihil dictum velint, quod non ex alieno penu depromptum sit? Comitabuntur hos Cancellarius Parisiensis Gerson, & Alfonsus, Abulæ Episcopus, quorum prior 3. parte, tractatu de oratione, & eius valore, ad finem disceptationis: *Denique* (ait) *attendatur pro præmissis, & alijs similibus resolutiuè definendis, quòd Doctores sancti priores vtentes rhetoricis persuasionibus in aggrauationem vitiorum, & laudem virtutum, non ita tradiderunt resolutionem moralium materiarũ, imò nec speculabilium sicut Doctores recentiores, qui per quæstiones, & argumenta processerunt ad vtranque partem, & per decisiones: propterea magis insistendum est illis doctrinis, quantùm ad eruditionem intellectus, licèt quantùm ad inflammationem affectus efficaciores aliæ iudicentur:* Tostatus autem, quem inter Scholasticos locamus quoniam scholæ methodum obseruat, vbique, vt notabat Senensis lib. 4 Bibliothecæ sanctæ; prologo in Matthæum quæstione 5. *Et communiter antiqui non ita benè, verè, & completè tradiderunt, sicut noui: Ratio est: quia noui potuerunt videre, quicquid dixerunt veteres, & insuper multa potuerunt ex seipsis cogitare, & tempus quotidie nouas tribuit inuentiones: alia ratio est secundùm quosdam asserentes ingenia nouorum esse excellentiora ingeniis antiquorum: & hoc tenet Priscianus in Prologo maioris voluminis: istam tamen rationem nec improbo, nec approbo, quoniam à fructibus cognoscetis eam:* Sed his comitem damus, quamuis ætate iuniorem propter ingenij prodigium, Mirandulæ, Concordiæque Comitem Ioannem Picum qui in Apologia ait: *Profectò ingenerosum est, vt ait Seneca, sapere solum ex Commentario, & quasi Maiorum inuenta nostræ industriæ viam præcluserint, quasi in nobis effœta sit vis naturæ, nihil ex se parere, quod veritatem, si non demonstret, saltem innuat, vel de longinquo: quòd si in agro colonus, in vxore maritus odit sterilitatem; certè tantò magis infœcundam animam, oderit illi complicita & associata diuina mens, & quantò inde nobilior longè proles desideratur, propterea præter communes doctrinas, plurima quoque per nos inuenta, & meditata disputanda proposuimus.*

Magis innitendum rationi, quàm auctoritati cuiuscunque Doctoris particularis.

Nemo cogendus, vt dissona particulari Doctori, si ratio tuuet, non doceat.

Gerson.

Recentiores Doctores veteribus præstantiores in speculabilibus, & re morali.

Tostat.

Sixt. Senen. *Antiquis quamobrem iuniores antecellere possint?*

Pic. Mirand. *Ingenerosum est, sapere solum ex Commentario.*

Atque hactenus recentiora doctrinarum inuenta antiquitate defendimus: descendamus ad proximiora nobis sæcula: percipiemus à Caiet. in 1. 2. quæst 1. artic. 7. non negari, *quin etiam post Christum vna ætas posterior habeat Doctores in his, quæ sunt fidei, præstantiores aliqua ætate anteriori, quamuis non omni: putà, quòd in ætate anni millesimi fuerunt doctiores Doctores in fide, quàm in ætate anni octingentesimi: quia etsi regulariter diuina doctrina procedat secundùm propinquitatem ad Christum; non tamen alligata est illuminatio eius ad ordinem istum:* Dominicus Bañez ad eundem articulum conclusione 2. *Non est necesse,* (ait,) *vt quanto remotior fuerit Ecclesia à tempore Apostorum, tanto sit in illa minùs perfecta cognitio mysteriorum fidei: Probatur: quia post Apostolorum tempora non statim fuerunt in Ecclesia Dei viri doctissimi in rebus fidei intelligendis, & explanandis dexteritatem habentes: fuerunt quidem fortissimi Martyres, vt opus erat,* &c. Qui eodem Commentario pergit narrare: *Nouimus* (inquit) *ex narratione Patrum in Schola Salmantina, imò in tota Hispania abhinc annos sexaginta minùs peritos fuisse Theologos Scholasticos: donec gloriosæ memoriæ Frater Franciscus à Victoria, qui fuit nostri Ordinis insignis Magister, scholasticam doctrinam viua voce velut alter Socrates suis lectionibus in cathedra sacræ Theologiæ huius Salmanticensis Academiæ primaria, in methodum perspicuam, & eruditione plenam ad intelligentiam D. Thomæ reduxit, atque illustrauit:* Sed, qualis fuerit eius æui, quàm incompta Theologiæ facies, depingit apto penicillo Victoriæ discipulus, & successor Canus, lib. 8. de locis, cap. 1. § 1. *Intelligo autem fuisse in schola quosdam Theologos adscriptitios, qui vniuersas quæstiones theologicas friuolis argumentis absoluerint, & vanis, inualidisque ratiunculis magnum pondus rebus grauissimis detrahentes, ediderint in Theologiam Commentaria vix digna lucubratione anicularum: & cùm in his sacrorum Bibliorum testimonia rarissima sint, Conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis sanctis oleant, nihil ne ex graui Philosophia quidem, sed ferè è puerilibus disciplinis; scholastici tamen, si Superis placet, Theologi vocantur: nec scholastici sunt, nedum Theologi:* Hæc illorum temporum diuina sapientiam quam & corrigi cupiebat adhuc Cano adolescentior Dominicus de Soto: nam præfatione lib. 1. de natura, & gratia: *Res* (inquit) *scholastica amputanda, nempe, à sophismatum quidem nugis, & Metaphysicorum vanis portentis, quibus est ordibus apud nonnullos Auctores indignè fœdata:* Confer cum his Theologiæ splendorem nunc, & vide an posterior dies sit melior priori Quòd si disciplinarum Reginam satis exornatam prodire, est Bibliorum, Patrum, Conciliorum, vereris ecclesiast cæ Historiæ floribus amiciri, quale ad gloriæ fastigium perduxerint nostræ familiæ homines, aliorum determinatio esto: Coniungamus cum nominatis alios duos eiusdem professionis, Ambrosium Catherinum, qui variis tractatibus contendit, non omnia adeptos fuisse veteres

157. *Theologia postremis his temporibus repurgata, & aucta.*

Bañez.

Soto.

Canus.

Soto.

Catherin.

veteres Christianos Præceptores; crescere in dies Ecclesiæ sapientiam per recentiorum ingenia, & industriam, nempe, lib. 2. de Conceptione. §. 2. lib. 1. aduersùs Caietanum. §. 1. epist. ad Cardinalem Contarenum, ante opus de perfecta iustificatione: Hieronymum Oleastrum præfatione in Pentateuchum, vbi inquit: *Neque mortalium aliquem tam insolentem puto, aut arrogantem, qui se cuncta difficilia in Scripturis sanctis, aut intellexisse, aut explicasse glorietur:* Sed Hieronymi Vielmij, ex eodem cœtu Episcopi Trimoniæ, verba omisisse integra non debui: is libros duos pro S. Thomæ doctrina scripsit: atque priori quidem, vt satisfaceret iis, qui nouitatem B. Aquinati obiectabant, eúmque tanti non habendum putabant, si cum veteribus fieret comparatio: respondet ille: *Quamuis* (inquit) *aurea Ecclesiæ ætas, qua Dominus noster versabatur in terris, Apostolique Principes nostri, & beatissima in primis Virgo, sic orbem illustrarunt, vt splendidior nunquam fuerit: nihilominus Spiritu sancto Ecclesiæ Magistro aperiente, Thomas, & recentiores nonnulli meliùs res quasdam assecuti sunt, quàm Basilius, vel Hieronymus, vel veterum complures: quòd si dixeris, hos accepisse à Patribus semina eorum, quæ dixerunt: nos respondebimus, veteres ab Apostolis, & Prophetis, monumentorum suorum semina, & segetem mutuatos.* Atque ibidem ex Baptista Egnatio profert, priores vniuersos, qui contra Gentiles scripserunt, si cum Angelico Doctore conferantur, *oleum, & operam perdidisse videri possint.*

Oleast. Vielm.

158. *Recentiores, qui hactenùs statutis assẽtiuntur.*

Atque, ne in transcribendis singulorum verbis, & apicibus modum excessisse videar, commonstrabo tantùm præstantissimorum Theologorum loca, quibus illi docent, aut in nonnullis potuisse decipi Patres pro humana conditione, in quibus nepotes meliùs senserint; aut non vniuersa cognita fuisse veteribus, aut posse Patrum bonam partem derelinqui à nouis Scriptoribus, quando ex ipsis Patribus minor numerus saniora tradidit: sic præterea relatos inter disputandum Bañez, Aragon, Alphonsum de Castro, Ægidium de Præsentatione, Lucam Vvaddingum, Suarez, Canisium, Valentiam, Tannerum, ex iisdem Castro libr. 1. contra hæreses, cap. 7. Canisius lib. 4. de Deipara, cap. 29. Tannerus tom. 3. disput. 1. de fide, quæst. 1. dub. 7. ex aliis Corduba lib. 1. quæst. 44. §. *Alio modo ad supradictum*: Alphonsus de Mendoça quæst. 2. expositiua, num. 2. §. *Quòd si.* Basilius Legionensis quæst. 4. expositiua, cap. 4. Lorca in 2. 2. quæst. 1. art. 7. disput. 17. Antonius Perez in laurea Salmantina, certamine 10. scholastico, cap. 6. Martinez hypotyposeon lib. 1. cap. 14. & procemio in lib. 6. Leo Castrensis disput. de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 3. Aloysius Nouarinus in Electis sacris, monitione ad Lectorem: Laurentius de Aponte in librum Sapientiæ, præludio 1. num. 12. & ad vers. 4. cap. 1. digressione 2. §. 4. num. 51. Ex nostra Hybernia Minoritæ duo Hugo Cauellus, Armacanus Antistes, tom. 1. Operum Scoti, vitæ eius cap. 5. Dermitius Thadæus in Franciscana Nitela, pag. 34. & sequentibus aliquibus: Iam de nostræ Congregationis Doctoribus, P. Salmeron tom. 1. prologo 9. quinquagena 1. canone 50. P. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 9. & sequentibus: P. Pereira lib 7. in Genesim, disput. de Chronologia sacræ Scripturæ, quæst. 7. P. Ribera procemio in Commentarios duodecim Prophetarum: P. Pineda præfatione in Iob, cap. 8. num. 7. P. Alcazar notatione procemiali in Apocalypsim, 19. ad longum: P. Christophorus Gil. tom. 1. in 1. part. lib. 1. tract. 7. de locis Theologicis, cap. 11. & sequentibus: P. Fassolus in eadem 1. part. tom. 1. dubitatione 9. ad articulum 8. quæstionis 1. P. Augustinus Quiros tomo Commentariorum exegiticorum, disput. de sensibus sacræ Scripturæ, sect. 1. P. Baëza tom. 4. Commentariorum Moralium in Euangelia, lib. 16. cap. 7. §. 7. Denique P. Franciscus Turrianus, qui quoniam fuerat vnus ex lectissima corona Tridentini consessus, atque is, quem & singularis eruditio, & morum integritas commendat; placuit ex eo ad verbum mutuare, quid de nouis Scripturarum interpretamentis sacrosancta illa Synodus senserit: loquitur ille procemio ad 1. tractatum de Eucharistia in hanc normam: *Non enim eò spectat Synodi Tridentinæ Decretum* (ne quis erret,) *vt in interpretanda Scriptura nihil dicatur, sicut quidam Comicus dixit, quin priùs dictum sit; sed ne quid, præterquàm quod à sanctis Apostolis traditum est, Ecclesiæ, doceant. Ille igitur contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione: & contra vnanimem consensum Patrum, Scripturam audet interpretari, quod totidem verbis Synodus Tridentina decreto suo vetat, qui sensum elicere conatur veræ doctrinæ, quam profitetur Ecclesia, repugnantem: quod quidem qui minimè facit, nequaquam is contra normam, & legem interpretandi hoc Decreto sancitum facere existimandus est.*

Bañez. Aragon. Castro. Ægid. Lusit. Vvadding. Suarez. Canisius. Valent. Tanner. Cordub. Mendoça. Legion. Perez. Martinez. Leo Castr. Nouarin. Aponte. Cauell. Thadæus. Salmeron. Azor. Pereira. Ribera.

Pineda. Alcazar. Gil. Fassol. Quiros. Baëza. Turrian.

Quod genus nouarum opinionum despiciendũ?

159. Et quanquam aliter longè de ecclesiasticis Præceptoribus sentiendum, quàm de profanæ sapientiæ Institutoribus, non pigebit tamen & hoc saltem libare argumentum, vt quid, natura ipsa duce, intellexerint Ethnici, percipiamus: Ac quidem si de re metrica, & Poëtis sermocinemur, Horatium auscultare iuuabit lib. 2. epist. 1. ad Augustum:

Horat.

Si meliora dies, vt vina, Poëmata reddit,
Scire velim pretiũ chartis, quotus arroget annus?
Scriptor abhinc annis centum, qui decidit, inter
Perfectos, veteréque referri debet, an inter
Viles, atque nouos?

Ingenia, non quasi vinum ex vetustate sola, probanda.

Non inerudite pronunciauit, Poëmata quasi mustum à vetustate commendantes, qua loquendi formula vtitur Hieronymus apologia aduersùs Ruffinum: *Periculosum opus certè, & obtrectatorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta Interpretum fugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes.* Verùm pergamus attentos esse Horatio:

Hieron.

Si veteres ita miratur, laudátque Poëtas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat,
Si quædam nimis antiquè, si pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa fatetur:
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Sin ad omne genus Scriptorum conuertamur, multus est in patrocinandis iunioribus Seneca Philosophus epistola 33. *Quousque sub alio moueris? Aliquid & de tuo profer. Omnes itaque istos nunquam Auctores, semper Interpretes, sub aliena vmbra latentes nihil puto habere generosi, memoriam in alienis exercuerunt: aliud est meminisse, aliud scire: meminisse est rem commissam memoriæ custodire: at scire est, & sua facere quenque, nec ab exemplis*

Seneca.

Non est generosum aliena semper repetere.

exemplis pendere, & toties ad Magistros respicere: qui ante nos ista mouerũt, non domini nostri, sed duces sunt. Et epistol. 64. *Multum adhuc restat operis, multúmque restabit, nec vlli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt; sed non peregerunt.* Et epistol. 79. *At qui præcesserunt, non proripuisse mihi videntur, quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multùm interest, vtrùm ad consumptam materiam, an ad subactam accedas: crescit in dies, & inuentis inuenta non obstant.*

A veteribus Scriptoribus non omnis consumpta doctrina. Tull.

Ætnam, quominùs Ouidius tractaret, nihil obstitit, quòd iam Virgilius impleuerat: nec Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit. Marcus Tullius de Oratore, ad principium Operis: *Nec verò Aristotelem in Philosophicis deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, & copia cæterorum studia restinxit:*

Hippocr.

Hippocrates epistola ad Democritum: *Plus quidem reprehensionis, quàm honoris hanc artem nanciscì propterea puto, quoniam eam nemo penitùs nouit: nam nec ego ad summum medicæ artis perueni, quamuis senex iam sim: nec ipse huius inuentor Æsculapius: nam & ipse in multis recantauit, quemadmodum Scriptorum libri nobis tradiderunt:*

Tacit.

His conferunt illa Claudij Imperatoris apud Tacitum lib. 11. cap. 8. *Patres conscripti, quæ nunc vetustissima credunt, noua fuêre: plebeij Magistratus post Patritios: Latini post plebeios: cæterarum Italiæ Gentium post Latinos: inueteraſcet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit:* Verissimè loquutus Cæsar: quam enim agimus nunc causam, nouissimi mortalium in hanc diem; eandem egerunt illi ipsi, quos in exemplum, & præsidium vocamus: eritque fortasse, vt à nobis patrocinari quispiam deinceps velit.

Omnia vetera aliquãdo recentia fuêre.

160. Obiicias ex volumine Decretorum, distinct. 9. cap. *Noli*, &c. Commentatoris satis cognitam illam sententiam: *Loquitur secundùm ea tempora, quum adhuc scripta Augustini, & aliorum Patrum non erant authentica: sed hodie iubentur teneri vsque ad vltimum iota: vt infrà 15. distinct. cap. vltimo:*

Decret. dist. 9.

Quibus adde dicta quintæ Synodi aientis: *Sequimur per omnia Sanctos Patres, & Doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, & Augustinum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Proclum: & suscipimus omnia, quæ de rebus fidei, & Hæreticorum condemnatione exposuerunt:*

V. Synod.

Vetustati quantum deferendum?

Cùm igitur vtrobique asseratur, ne in minimis quidem à veterum doctrina recedendum, audacia erit prætulisse noua dogmata antiquis: Porrò, cui fuerit cupido cognoscere, quanta sit priscæ sapientiæ auctoritas, legat ex nostris, P. Salmeronem tom. 8. tract. 2. P. Alcazar notatione 19. proœmiali in Apocalypsim: P. Gillium tom. 1. n. 1. part. lib. 1. tractatu 7. de locis theologicis, cap. 11. P. Mendoça annotatione 2. proœmiali in lib. 1. Regum, sect. 2. & ad verba illa Epistolæ prioris ad Corinthios, cap. 6. vers. 20. *O Timothee, depositum custodi*, &c. Sotomaior Iustinianum, Magallanez, aliósque Enarratores: Adde Patribus, quos afferunt, Petrum Cellensem epistola, quæ antecedit tractatum de panibus: Pacianum epist. 1. ad Sempronianum, de Catholico nomine; Hildebertum Cenomanensem Præsulem epist. 12. ex proximioribus Magistris Thomam Waldensem doctrinalis fidei tractatu 1. capite 4. Respondeo, vt hæc omnia comperta sint, & præter dubium, aduersùs nostra themata non facere: probant quippe contra veterum institutionem, præceptionésque non esse pergendum: de hoc puncto non altercamur, contendimus quippe præcipuè, saltem plura esse, quæ in priscorum cogitationem non venerint, quæ à iunioribus attingi poterant: atque in his, quæ seniores tractauerunt, posse nonnunquam speciosiora proferri à nepotibus: quæ cùm illi faciant, loquuntur aliquid, non quod seniorum placitis aduersetur; sed quod aut scribere omiserint, aut ita tractauerint, vt locum reliquerint sequendorum laboribus, & industriæ: Sed præbeamus, dixisse nos, Augustini, aut cuiusuis alterius Doctoris placita deseri posse, quid inde? Errauimus nos, an Glossator ille? Sanè Alfonsus de Castro lib. 1. aduersùs hæreses, cap. 7. glossamen illud, aut ineptum, aut temerarium, effrónsque censendum putat: erasse igitur demonstrant ibi Castro: Canus lib. 7. de locis, cap. 3. §. *At Galesius.* P. Gillius tom. 1. in 1. part. lib. 1. tractatu 7. de locis theologicis, cap. 11. P. Fassolus tom. 1. in 1. part. dubitatione 9. ad artic. 8. quæstionis 1. quibus autem modis deceptus fuerit, quoniam nominati copiosè declararunt, repetere supersedeo: Tantùm illud obseruasse placeat cum ipsis; neque ex Gelasio 15. distinctione Decret. cap. *Sancta Romana:* neque aliunde sufficienter deduci eam auctoritatem nactum quempiam Sanctorum, cuius iudicio contraire nefas habeatur consideratione omnium, quæ exarauit: sed, aut commendatam doctrinam vt in plurimum & communiter certam: aut id, quod Melchior Canus testatus est indicatis locis, ex his, quos Gelasij approbatio laudat, neminem erasse in fidei dogmatibus, his citra dubium, quæ suis temporibus, aperta & manifesta fuerant: Synodus autem quinta non omnia Athanasij, Hilarij, aut Augustini dicta confirmat; sed ea solùm, quæ pro recta fide tuenda, & in condemnationem hæresum pronunciata sunt.

Castro. Canus. Gillius. Fassol.

Gelasij approbatio de Doctoribus qualiter intelligenda?

Quid verò de antiquitate censemus? Veneramur quidem: sed cum delectu, cum discrimine: didicimus quippe ex Sapientiæ volumine, cap. 4. *Senectus enim* (inquit) *venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata:* Quam sententiam pulchrè illustrat Bernardus epistol. 253. ad Abbatem Garinum Alphensem: Sed insignis admodum est Moysis Abbatis declaratio apud Cassianum collatione 2. de discretione, cap. 13. *Diuitiæ enim senum* (ait) *non sunt canitie capitis, sed industria iuuentutis, ac præteritorum laborum stipendijs metiendæ: senectus enim venerabilis est, non diuturna neque numero annorum computata; & idcirco non omnium seniorum, quorum capita canities tegit, quósque vitæ longæuitas sola commendat nobis, sunt imitanda vestigia, vel sectanda, seu, traditiones, ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitam suam, ac probatissimè comperimus in iuuentute signasse; nec præsumptionibus proprijs, sed maiorum traditionibus institutos: sunt enim nonnulli, qui in tepore suo, quem ab adolescentia sua conceperunt, atque ignauia senescentes, auctoritatem sibi non maturitate morum, sed annorum numerositate conquirunt:*

161. *Antiquitas venerabilis ea est, quæ aut sanctitate fulget, aut in doctrinis rationibus nitetur fulcro.* Sap. 4. 8. Bernard. Cassian.

Quod igitur Sapiens, & ex eo spiritalis vitæ Præceptores de moribus prodidêre, hoc nos de scientiarum præstantia, eam, scilicet tum demum omnibus anteponendam cognitionem, quæ simul & ratione, & diuturnitate pollet: sin autem posteriora tempora veritatis scopum feliciùs attingant, præponi debere senioribus adolescentiores, quoniam senectus venerabilis non

annorum numero computatur, ſed meritis, (ſi ad ſanctitudinem reſpiciamus, animæque ornatum,) virtutibúſque, ingenio, eruditione errorum præclarioribus triumphis, (ſi doctrinæ attendamus:) Nam, quam dicas excellentiorem diſciplinam, quam nunc Roma Chriſtiana profitetur, an quam eadem Ethnica ante bis mille ſæcula ſuſcipiebat Deorum vaniſſimis delectata fabulis; Vtra harum duarum ſectarum verior, vtra veterior? Quamobrem Arnobius lib. 1. contra Gentes, illorum temporum mendacia contemplatus, non eſt veritus adſtruere, deſipientiæ ſeminarium vetuſtatem extitiſſe: *Sed antiquiora* (inquitis) *noſtra ſunt, ac per hoc fidei, & veritatis pleniſſima? Quaſi verò errorum non antiquitas pleniſſima mater ſit, & non ipſa peperit res eas, quæ turpiſſimas Diis notas ignominioſis conſinnauerunt in fabulis?* Itaque antiquitatis nomen ſolitariè ſumptum, nullius momenti fuerit; ſicut neque nouitatis appellatio, nudè poſita, incommodat: vetuſtatem, vt aut colamus, aut deteſtemur, faciunt circunſtantiæ: hæ quoque, nouitia dogmata, aut erigunt, aut deprimunt.

Arnob.

162. *Antiqui Patres doctiores ſimpliciter, hoc eſt, in pleriſque.*

Igitur de remotis, proximíſque Eccleſiæ Magiſtris, ſi apertè ſentire cupiamus, duo erunt, quæ aſſeramus: Primum, extra aleam eſſe, priores in aliquibus deceptos fuiſſe, quæ emendauerunt ſubſequentes: latuiſſe quædam priſcos, quorum inuentio ſit debita iuniotibus: nonnulla, in quibus veteres laborauerint, aucta eſſe ab adoleſcentibus: Si tamen non de parte quadam ſermo ſit, verùm de omnibus; ſimpliciter præſtantiores dicendos Dionyſium Areopagitam, Origenem, Auguſtinum, Hieronymum, & eiuſmodi quicunque gigantizant, quos ſuperauerint poſteriores ſecundùm quid tantùm: Itaque penes illos triumphus eſt abſolutè, atque ore pleno, vt dici conſueuit: Probat noſter Ribera Procemio in Haggæum: quoniam omnia doctrinarum adiumenta in his potiora fuêre: nam, vt parem ingenij aciem nepotibus conceſſerimus; in cæteris præter controuerſiam veteribus illis exceſſus: maior eloquentia, maior linguarum peritia, multiplex, & abſtruſa eruditio, indefeſſus ardor cognoſcendi, & vitæ intemerata actio, quæ ſola Scripturarum non rarò adyta reſerauit: Nam, vt Guillelmus in vita Bernardi Abbatis, cap. 4. ſcribit: *Quicquid in Scripturis valebat, quicquid in eis ſpiritaliter ſenſit, maximè in ſyluis, & in agris meditando, & orando, ſe fatebatur accepiſſe, & in hoc nullos aliquando ſe Magiſtros habuiſſe, niſi quercus, & fagos, ioco illo ſuo gratioſo inter amicos dicere ſolebat:* Quare (ait) prudenter Bañeſius ad art. 7. quæſtionis 1. & 22. *Neque tamen propterea nouiſſimi Doctores pluris ſunt æſtimandi: ſunt enim veluti paruuli ſuper humeros gigantum poſiti, quos non eſt mirum, ſi Gigantum proceritate eleuati altiùs attingant.* Toſtatus autem Prologo in Matthæum, quæſt. 5. *Eſt tamen hoc tenendum* (inquit) *quòd, licèt noui videantur antiquos excellere; ſemper tamen antiquos magis laudare debemus, quoniam, niſi propter eos, non excederemus ipſos.*

Ribera.

Vita immaculata, quãtùm conferat ad diſciplinas?

Bernard.

Bañez.

Toſtat.

163. *Pro omni opinione non eſt neceſſe aſſerre Doctores.*

Secundum dependens ab his, quæ modò diximus: mirum non habendum, ſi ex nuperis quiſpiam, quandoque eas proferat opiniones, pro quibus neminem, aut de Patrum, aut de Scholaſticorum cœtu nominare valeat: de quibus cogitationibus curandum, ne fidei definitionibus, ne morum integritati, ne vniuerſo choro præcedentium Magiſtrorum aduerſentur: à quibus noxis, ſi liberæ ſint, in ſuſpicionem vocari minimè par eſt, quoniam Patrum teſtimoniis non fulciuntur, cùm ob hoc præcisè veræ non ſint, quòd Patres licet interdùm non pauci docuerint eandem rem: quantos enim Patres numerare valeat, qui Angelos corporeos affirmaret, qui eoſdem ante mundum conditos niteretur? quas opinationes iampridem omnis Schola relegauit: Sed nec ſtupere conueniens eſt, ſi non vni, alteríve ex Patribus reſiſtamus aliquando; verùm & maiori factioni contradicamus, quod ipſum de Theologis pronunciatum cupimus. Tenet dilucidè Canus lib. 6. de locis, cap. 3. concluſ. 3. Bañez ad articulum octauum, quæſtionis 1. ex 1. parte, dubio 5. concluſ. 3. quoniam quidem maior pars probabilem tantùm argumentationem facit: nam, quod de Angelorum corporibus tetigimus, communis fuit apud veteres exiſtimatio paucioribus in diuerſum abeuntibus, quorum tandem prælata eſt paucorum ſententia: Conandum quidem, ne ab vno ex Patribus, quoad fieri poſſit, recedamus: contemnere verò, aut ipſos, aut quempiam de grauiſſimis Theologis, piaculum fuerit: verùm, ſi ratione, & veritate impellamur, plures quoque deſerere honeſtum arbitremur: quantò magis præ Scoto amplexandus Albertus, ſi meliora loquatur? præ Thoma, Alenſis, Bonauentura, Magiſter? Hæc ægrè ferre, excandeſcere vehementiùs, indignari vſque ad concitandum tumultum, mentem arguit, quam aut philautia in præceps agit, aut ignorantia: Denique, cùm vnus nemo perfectiſſimè vniuerſa pertractauerit; ſed in quibuſdam excelluerit magis Auguſtinus, in aliis vicerit Hieronymus, Beatus Thomas de Euchariſtia optimè loquutus ſit, Scotus de Conceptione Matris intactæ: Præclarè nanque Ioannes Picus Mirandulanus Apologiæ exordio: *Nam in vnaquaque familia eſt aliquid inſigne, quod non ſit ei commune cum cæteris: atque vt à noſtris, ad quos poſtremò Philoſophia peruenit, nunc exordiar: eſt in Ioanne Scoto vegetum quiddam, atque diſcuſſum: in Thoma ſolidum, & aquabile: in Ægidio terſum, & exactum: in Franciſco acre, & acutum: in Alberto priſcum, amplum, & grande: in Henrico, vt mihi viſum eſt, ſemper ſublime; & venerandum:* Theologi ſapere volentis ſtudium erit, in nullius effata pertinaciter iurare, & nunc has ſequi partes, nunc illas, quando non in vnius myropolio; ſed omnium ſelectiſſima pharmaca inuenire poſſibile ſit: qua in re, vt eruditus quiſque nunquam peccat, ſic vulgus facilè labitur, & armatur vſque ad iurgia, & contentiones, affectibus, non veritati obſecundans: Odêre luem hanc Viri clariſſimi, cane peius, & aſpide, & inuecti ſunt in diſciplinarum monſtra acriùs: Durandus tot elapſis annis, prologo in libros ſententiarum dixit, *Inſipientiam beſtialem huiuſmodi, præcludere viam inquiſitioni veritatis, præſtare impedimentum ſciendi, lumen rationis violenter opprimere:* Ambroſius Catherinus tertio quoque verbo inſectatur: *Præiudicium iuuentutis* appellat: *paſſionibus acquieſcere, non verum amare* dicit: *veterum Magiſtrorum intelligentiam ignorare: præbere ſe doctis ludibrio, Hæreticis occaſionem dare blaſphemandi, æmulis indignandi cauſam:* Legatur lib. 1. de Conceptione, §. *Sunt ex noſtris.* §. *Si quod hoc.* lib. 2. §. *Non eo inficias*: Melchior Canus procemio lib. 12. de locis: *Theologo* (inquit) *nihil eſt neceſſe in cuiuſquam leges iurare: maius eſt opus*

Maiori Patrum, aut Theologorum factioni poſſe aliquando contradici.

Canus.

Bañez.

Pic. Mirand. *Vnus Doctor alio in quibuſdam præſtantiùs loquutus.*

Theologus ſapere volẽs non debet in vnius Doctoris verba pertinaciter iurare.

Durand.

Catherin.

Canus.

opus, atque præstantius, in quod ipse tendit, quàm vt Magistri debeat vestigiis semper insistere: si-quidem futurus est Theologiæ laude perfectus. Atque hoc à Præceptore suo Fratre Francisco Victoria didicisse monitum asserit; Ioannes Picus loco paulò anteà indicato: *Angustæ* (ait) *profectò mentis est, intra vnam se porticum, aut Academiam continuisse:* Dominicus Bañez ad 1. partis quæst. 1. art. 8. dubio suo 5. tales asseuerat *Scholarum risum, & sibilum euadere:* Alfonsus de Castro lib. 1. aduersùs hæreses, cap. 7. *miserrimam seruitutem* vocat, *& sibi valdè displicere, quod Sodalitium Minorum in verba Scoti ferè iurasse videatur*; Quod tamen dictum temperare potuit; Hugo Cauellus cap. 5. vitæ Scoti: *Litterariæ tyrannidis speciem quandam nuncupat*; Dermitius Thadæus in Nitela Franciscana, pag. 38. ait illos, *Omnem veritatis inquirendæ viam præcludere, omnes humani ingenij vires tollere, & extinguere*; Martinez procœmio lib. 6. hypothyposeon, *duram me-hercle legem contendit esse*; Noster Gillius relato tractatu 7. de locis theologicis cap 11. *iniuriam fieri Ecclesiæ, & Theologiæ:* P. Fassolus dubitat. 9. ad art. 8. quæstionis 1. ex 1. parte, æqualia cum superioribus sententiis penè; Consulendi præterea, qui istis cognata scribunt: Fr. Lucas Vvaddingus tractatu pro Legatione Conceptionis, 10. orat. 9 §. 8. Leo Castrius disp. de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 3.

ANTELOQVIVM IV.

Argumentum Canticorum mysticum, & historiale accommodatum ad mores.

SVPERERANT adhuc non pauca, neque injucunda, quæ cum elapso Præloquio cognationem haberent, quorum tractationem distulimus in venturam disceptationem; partim, ne excresceret supra modum præcedens controuersia; partim, quò vicissitudine Ethicorum discursuum Lectoris fastidium alleuaremus.

SECTIO I.

MARIA *peccatrice vulua concepta, de originaria culpa non contraxit.*

1. PONSAM nobis proposuit Epithalamij initium hœdos ad pastum agentem, vineis excubantem Sole sub ardenti ad meridiem, nempe, post gregges sodalium. Hanc duris assuetam laboribus, rusticis educatam exercitationibus subita mutatione nũcupat *pulcherrimam inter mulieres*, ac tandem totam speciosam, & sine macula proclamat; Iráne formosa absque næuo, in vineis, inter pastorum mapalia, Phœbo grauiori percussa? Et nónne hæc vniuersa speciei dãnosa, nocitura potiùs faciei, quàm decorem iuuatura? Sic equidem in reliquis femineæ conditionis: sed habet femina hæc priuilegium supra feminas omnes: quibus illis forma minuitur, his incrementum accipit sponsæ nostræ species: deturpent cæteras mulieres rusticana opera, vineæ cucumerarium, pastoris tabernaculum, meridianus candor sub æstiuo Cane; his decorabitur magis sponsa: Iam intueor MARIÆ fauores: concipitur illa Annæ vtero, non contrahit corruptelam antiquam generis: quid hoc est? Nemo ex viro & femina conceptus à prima culpa immunis: omnes quippe peccauerunt in Adam, & in omnes pertransiit noxa: Sed non, quæ pro omnibus lata lex est, MARIAM comprehendit: excipitur generali diplomate; & vbi vitiatur totum humanum genus, emergit illa purior: Astra non sunt munda in conspectu eius, cuius splendorem Sol, & Luna mirantur: sic, quæ reliquos mortales deformant, sponsæ nostræ pulchritudinem potiùs promouent.

2. Sedebat Elias super verticem Carmeli, & iam propè aderat tempus, vt nubes laxaret ille, qui ad vocem Prophetæ tot annis cohibuit, ne plueret super terram inimicam: ergo ad puerum suum: *Ascende* (ait Reg. 3. cap. 18. vers. 43.) *& prospice contra mare. In septima autem vice: Ecce nubecula* (inquit) *parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* Proh qualem partum nobis edit mare! quàm dissimilis genitrici soboles! Mare ex grauibus est, deorsum fertur: nubecula ista supera & conuexa petit, tranat aërem, astra penè superuolitat: Oceanus amarus est, potatùris insuauis; lymphas præbet, sed quæ siti non medentur, accrescunt magis: quæ de nubibus veniunt stillæ, iucundi saporis sunt, palatum recreant, arentem consolantur: MARIAM in nubecula, Annæ vterum in mari agnouit Ioannes Hierosolymitanus tractatu de Institutione Monachorum, capit. 32. Anna quippe amara, salsa, & mordicans ab originario contagio: *Anna à primæ noxæ pondere ima petens, erigi nescia:* 3. Reg. 18. 43.

licèt autem hæc nubecula (nempe, Virgo Beata)
Ioann. Mer. *esset originaliter eiusdem naturæ cum mari; alterius tamen fuit qualitatis, alteriúsque proprietatis: mare quippe ponderosum est, & amarum; sed nubecula illa leuis fuit, & dulcis:* Hæc magna Virginis gloria, ab aquis esse, & nihil insalubre de salsissimo gurgite trahere: viri, fœminæque complexibus concipi, culpa non commaculari: vbi cæteris præcipitium est, MARIA ascendit: vbi super Æthiopes fuscantur, illa candida, & impolluta euadit.

3. Hæc est Virgo sapiens, etiam à primis crepusculis, statim ac concepta rationis vsu donata, quam iam tum intelligentem Pater eius Dauid alloquitur Psalmo 44. *Audi, Filia, & vide, & inclina aurem tuam, &*
Psal. 44. 11. *obliuiscere populum tuum, & domum patris tui; & concupiscet Rex decorem tuũ.* Quid est, *concupiscet decorem tuum?* id est, in matrem, paritérque sponsam assumet Rex immortalis, & æternus, vnigenitus, nimirum, qui est in sinu Patris: Verùm pro tanta dignatione, animaduerte, quale pretium postulet: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui:* nempe, populus tuus totus conceptus in ira, & immunditia: graue nanque iugum à prima culpa super filios omnes Adam: cuius contagionis nec populus sanctus Israël, & Deo dilectus, liber: pertransiuit & in domum tuam: nam in Ioachimum, & Annam peruenit originalis transgressio: Tu igitur, vt Sponsa, Genitrixque Verbi fias, detestare mores populi tui, renuncia proauis, dissimilis euade & conciuibus, & cognatis: illi nanque statim atque animati fuerunt, deformes euasêre; incubuit nox atta super eos à pomi noxialis infando morsu: te oportet lucidam prodire, quoniam concupiuit Rex decorem tuum: hoc est *obliuiscipopulum tuum, & domum patris tui:* diuersè concipi, atque illi concepti sunt. Illa prima animatio tua in splendoribus Sanctorum, circumamicta lumine, tota clarifica: populus tuus, & domus patris tui sedebat tum in tenebris, & in vmbra mortis: alioquin, si non tu talis conciperêre Mulier amicta Sole, & vestimenta tua candida sicut nix, quomodo speciosus ille præ filijs hominum, atque oleo lætitiæ præ consortibus vnctus, concupisceret decorem tuum; & Matrem, Sponsámque assumeret, iræ filiam, & tanquam vnam de stultis mulieribus? Præclarè
Leo Sapiens Imperator. Leo Imperator, cognomento Sapiens serm. de Annunciatione: *Cum adhuc in lumbis paternis continerêris, progenitor tuus clamabat: Audi, Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: Audisti verè, ô Filia, commonitionem, & oblita es populi tui, & sortis, & domus paternæ; sortis, videlicet illius, quam Eua progenitrix toti generi distribuit: infinito illo affectuum, passionum, animi perturbationum cumulo, quasi hæreditario relicto: at nihil horum tu in domum tuam intulisti.*

4. Cantet & nobis aliud Dauid de Filia ex Psalmo 67. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ co-*
Psal. 67. 14. *lumbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri:* Ex Hebræo plures vertunt, apud Folengium, quam etiam lectionem Iansenius non despicit: *Si dormiatis inter chytropodes:* & explicant
Foleng. quidem de cacabis, ollísque fuliginosis & atratis: Modò non discussurus sum, an hæc satis apta
Iansen. versio: sequor nunc, quoniam non paucorum est. Atque sanè difficultas loci communis, statim se oculis ingerit: nam mirum positos inter nigricantes tripodas, quorum fuligo nullo negotio inficit, non maculari, non fuscos fieri: at candore excellere non qualicunque, verùm, qui columbarum argentum æmuletur, stupendum prorsus est: auscultemus Guillelmo paruo Guillelm. de Virgine Matre construenti apud Delrium illa cap. 2. Canticorum: *Adiuro vos filiæ Hierusalem*, &c. *Dormiebat pia Mater inter medios cleros, & erant pennæ eius, pennæ columbæ deargentatæ: Quis mihi dabit alas sicut columbæ huic, & volabo, & requiescam? Quippe non illi datum est, sicut cæteris: sed sic inter omnes participes vanitatis, habeat priuilegium Mater Veritatis; Pennæ eius virtutes eius, quibus sublenatur à terra, licèt originaliter esset ex terra: pennæ eius deargentatæ, id est, nitidæ, nihil obscuræ, vel sordidæ admixtionis habentes, cùm dormiret in medio duorum clerorum, id est, sortium:* Sanè MARIAM si vtcunque tersam dixerimus, si nitidam, si super lac, & quidquid albidum est, candidam, non magnum aliquid pronunciauerimus: de Regina quippe cœlorum, & quæ adstat à dextris dilecti in vestitu deaurato: hanc tamen si cogitemus positam in medio, hinc atque hinc circundatam cacabis fuliginosis, & nigricantibus, non atratam prodire, non deturpari vestes, niueas & immaculatas; erit, quod supra modum suspiciamus: Dicam semel: non nasci ex femina, & viro, Adæ posteris; non concipi aluo, cuius integritas læsa, & liberam esse ab originario næuo, felicitas est: sed Annæ, & Ioachimi lumbis prodire, qui à prima noxa super tripodas, & fumosos cacabos nigri, atque inter tenebriones locatam, fulgidam, & micantem esse, cum auri, & argenti nitore certare, iis prodeuntem sedibus, quibus vniuersi decolorantur, vni MARIÆ concessa tanta gloria: Ipsa ergo est, & ipsa sola, quæ inter medios cacabos requiescit; & tamen pennæ eius columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi illius in pallore auri.

Sed loquatur nobis Moyses, & concelebret 5.
vnà cum Dauidis Lyra MARIÆ priuilegium: is igitur de Noëno loquens cataclysmo cap. 8. Genes. 8. 10.
vers. 10. *Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca: at illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ, virentibus foliis in ore suo.* Quæro, cuius ætatis hic surculus oleæ? eiúsne, quæ antecessit generale diluuium? At periisset ab aquarum violentia: volutabantur in profundum vrbes muratæ cum turribus suis; cedebat vndis rapidissimis quicquid in rerum naturâ duraturum, & adamantinum videbatur; & staret arbor, non de magnis, & tempestatem pati aptis? Si nos ad subsequentia tempora referamus, quomodo frondescere potuit septem diebus, quibus extra aquam fuerat? Minùs autem credibile est sub aquis germinasse; Denique, vt pepercisset impetus fluminum, quia fragile lignum erat: rapida enim quæque, & ingentium virium, non nisi aduersùs contumacia, & cedere nolentia, virtutem exercent: quo pacto virorem tanto tẽpore sub vorticibus conseruauit, & non à nimia humectatione com- Pereira.
putruit? Pererius lib. 13. in Genesim, num 84. Chrysostomum sequutus, & ex parte Ambro- Chrysost. Ambros.
sium, putat, oleam hanc ex his arboribus fuisse, quæ cataclysmum præcesserunt: itaque liberatam communi vastatione; sed & nullo vnquam tempore virorem amisisse: Lubet in huius oleæ admiratione defigi, & commorari; Quæ est hæc tam digna, tam beata arbor, quam communis

ruina

ruina non comprehendit: non proſtrauit? Quis hic tam eximius ſurculus, qui viret, & recens eſt, ſqualentibus vniuerſis, & ſenium induentibus à longa vndarum continuatione? Sed quæ eſt hæc olea, ſtare ſola potens, cùm raptaret cuncta torrentis impetus, niſi Mater illa intacta, quaſi oliua ſpecioſa in campis? *Nam ſicut oleum reliquum liquorem ſupernatat,* (inquit Halgrinius Cardinalis ad cap. 1. Cantic. loquens de MARIA:) *ſic nomen eius, & inuocatio nominis eius, omnium Sanctorum nomina, & inuocationem nominum ſuperexcellit, & ſuperat in efficacia ſubuentionis, & obtentu diuinæ gratiæ, & Dæmonum fuga.* In hac igitur olea quid potiſſimum? Quòd viret? Parum hoc: At inter diluuia malorum, cùm validiſſima quæque ſuperaret tempeſtatum immanitas, & decorem, venuſtatémque omnem amitteret iucunda cuncta, illæſam manſiſſe, iuuenili flore gaudentem: vbi ſqualor reliqua occupauit, ibi ſpeciei incrementa accepiſſe: conceptionem, quæ vniuerſos Adæ poſteros maculauit, MARIÆ gratiam, & ſplendorem attuliſſe: hæc verè ſunt *ex Magnis illis, quæ fecit huic Virgini, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.*

Halgrin.

6.

Pergamus vlteriùs audire Moyſem. Nam, vt virentem ramum conſpexit ſenex mirabilis arcæ gubernator, ſubiungit textus: *Intellexit ergo Noë, quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.* Quibus placet adiungere Ambroſij velut paraphraſim libro de Noë, & arca, cap. 19. *Vir iuſtus gauiſus eſt, fructum de veteri ſemine aliquem reſeruatum; & inde collegit miſericordiæ inſigne diuinæ, quòd ità diluuium remouiſſet, quæ fructum demonſtraret, cui non potuiſſent nocere diluuia.* Hæreo in illis verbis: *Cui non potuiſſent nocere diluuia:* Inde collegit, quòd diluuium remouiſſet: At, quomodo philoſophatur ex frondeſcentis oleæ conſpectu? An, quia virebat? Sed olea continuò viret, nunquámque iuuentæ honore ſpoliatur, Plinio aſſertore lib. 16. cap. 20. Quid, quod viror ille potuit eſſe ab arbore de nouo producta, vt ibidem ſentit Ambroſius? Non igitur ſatis colligi potuit de ſtirpibus eſſe, quæ diluuij vim euaſiſſent? An ideò exiſtimauit aquas abſumptas; quoniam ex humilibus & de [illegible]s lignis olea eſt, atque adeò cùm ipſa caput ſuper gurgitem erexit, indicio certo fuiſſe, vndas imminutas omninò? Ita viſum Saliano tom. 1. anno mundi 1656. num. 53. Sed Plinius & in collibus prouenire oleam affirmat lib. 17. cap. 20. & non proceriorem arborem in Bætica, eiuſdem lib. cap. 62. Ergo dixerit ius reſpexiſſe Noë ad myſticam oleam, puellam, videlicet, illibati pudoris, & Matrem tamen. Igitur ille vt præſenſit decreuiſſe Deum Virginem formare, quam communis peccati virus, & aura peſtilens non attingeret: *Cui non potuiſſent nocere* (vt Ambroſij ſermone vtar) originalis noxæ *diluuia*: inde collegit pacificata, & quę in cœlo, & quæ in terris ſunt: videbat enim in Spiritu, ſtatim ac huiuſmodi femina proditet, quę, cùm ex ſemine Adæ fuiſſet, maculam primá non contraxiſſet, vti reliqua progenies; Dei Filiũ aptam ſe Genitricem inueniſſe contemplatum, venturum continuò in terras; egreſſurúmque à ſummo cœlo in ſalutem populi ſui: collegit igitur probè, & alto ingenio philoſophatus eſt, conſopitas iras veteres, diluuium & interitionem ceſſaſſe, & decantandam deinceps à multitudine militiæ cœleſtis, gloriam in excelſis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis.

Ambroſ.

Olea ſemper virens. Plin.

Saſſan. Plin.

Audiamus & Moyſem de ſeipſo enarrantem: Dum itaque paſceret oues Iethro ſoceri ſui, Exod. 3. *Videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur:* Inuaſit cupido myſterij ſingularis; & dum appropinquaret, clamatum de medio rubi: *Ne appropies huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Diſquiro, quamobrem Legiſlatori imperatum, diſcalceatum incedere, præſertim cùm non vulgaris ignominiæ genus eſſet, diſcoopertis ambulare pedibus? Portenti quippe inſtar fuit, quòd euangelicus Vates (Iſaiæ cap. 20.) calceamenta deponere iuſſus ſit. Erit, vt reſpondeant, textum ipſum cauſam innuere, quòd locus, in quo ſtaret, ſanctus fuiſſet, & Orientales in more haberent (vt memorat Lyranus) cùm loca ſancta ingrederentur, pedes diſcooperire: Sed hæc vt vera ſint, quamobrem filiis Iſraël præceptum Exod. cap. 12. num. 11. dum agnum paſchalem comederent, vti calceamenta in pedibus perferrent; Vrgeo iſta: Non alia ſanctitas loci illius, quàm quòd rubum eum ſuſtineret, qui, ob incombuſtionem, virginei, aut conceptus, aut partus imaginem repræſentaret: Atqui typicus agnus Sacramentorum maximum, Euchariſtiam, nempe, adumbrabat: Igitur non minor ſanctitudo rubi, quàm agni: vtraque namque in figuris erat: Quamobrem itaque, ſi ponendorum ratio eſt calceamentorum, religio, & ſanctitas, non etiam in manducando agno iidem obſeruantur cultus, nempe, vt Hebræi nudipedes appareant. Sanè dum calceos abiicere Moyſi imperatur, id ſignificatum reor: modò velit particeps eſſe eius, quem rubus denotabat, arcani, oportere tanta excellere puritate, quanta ipſi immortales Spiritus, hoc eſt, ab omni næuo liberum eſſe, ſiue originales ſordes intelligantur, ſeu perſonales offenſæ mortiferæ, aut veniales: Arbitror ad hæc intentum Origenem homil. vnica in libros Regum, prope medium, ita ſcribentem: *Sic dicitur ad Moyſen: Solue corrigiam calceamenti tui: locus enim, in quo tu ſtas, terra ſancta eſt. Et quid putamus, quod in his non aliquid myſterij obtectum ſit; ſed, quia Deus execrabatur calceamenta corporalia, ideò hæc iubebantur? Aut illud magis putandum eſt, quòd cùm exiret de terra Ægypti, habebat calceamenta de pellibus mortuis, & erat velut quadã mortalitate conſtrictus: cùm verò cœpit proficere ad virtutem, & aſcendere ad montem Dei, atque ibi immortalibus miniſtrare myſteriis, tunc dicitur ad eum, vt indicia mortalitatis abiiceret, quæ in calceamentis pelliceis deſignantur.* Venuſtè illud: *Vt indicia mortalitatis abiiceret:* Nec enim vel notas, & ſymbola portare, quæ mortem, & corruptelam deſignent, permittunt; adeò omnia volunt æmula cœleſtibus: At, cur hoc potiùs comparatione ſignificatorum per rubum, quàm eorum, quorum figura agnus typicus; Nempe, agnus Euchariſtiam adumbrabat: ad hanc ſi quis cum venialibus accedat noxis, non ideo menſa abſolutè indignus habetur: rubus autem vniendam cum humana natura diuinitatem repræſentabat, vt multis oſtendit noſter Fernandez viſione 6. Comment. 2. ſect. 4. Pererius in Exod. cap. 3. diſp. 5. Ad hoc autem tam ſublime opus non ſufficit mortifera labe carere, exuenda omnis prorſus culpa; etiam leues & veniales defectus: Quid dixerim de originali labe? Præcipitur itaque Moyſi calceamenta, hoc eſt, omnem corruptelæ, & mortalitatis ſenſum deponere, & in angelicam

7.

Exod 3 2.

Lyran. *Orientales ingreſſuri loca ſacra, calceos exuebant.* Iſaiæ. 20.

Fernand. Pereira.

cam transire munditiem ; non quia loca sancta vtcunque calcaturus esset ; sed, quoniam eam terram ingredi oporteret, quæ Incarnationis mysteriis inseruiret : Quibus indicatur, Verbum haudquaquam ab ea femina carnem sumpturum quæ prima, & communi noxa comprehensa fuisset : non enim aliquod cuiusuis culpæ vestigium suffert tellus, locúsque incarnando Deo destinatus.

8. Verùm, stare non posse hanc expositionem asseras : quippe spatium illud glebæ, quod rubus occupauerat, terra erat spinas & tribulos procreans ; de hoc enim genere rubus aculeatus, quemadmodum Philo in Vita Moysis declarat: at verò terra tam malignos fructus producens, maledicta est : sic enim Adæ testatum ab initio: *Maledicta terra in opere tuo,* (Genes. cap. 3. vers. 18.) *spinas, & tribulos germinabit tibi:* Quomodo igitur terra maledicta, & peccati anathemate odiosa, eius esse potuerit symbolum munditiei, quæ omne genus delicti excludat ? Respondeo, hoc esse rarum admodum, & prodigij instar, terram spinosam, & maledictioni obnoxiam ferre fructus immaculatos; & descendere ignem, hoc est, Spiritus sancti gratiam, (sic enim explicat Augustinus serm. 86. de tempore) super rubum, cuius spinis repræsentantur delicta : *Putamus* (ait idem Augustinus serm. de rubo, ad finem tom. 10.) *rubum bonum aliquid significare, cùm sint spinæ* ? Ob hoc itaque Moyses visionem magnam appellauit : Verùm, cui reseruata ingentia prodigia, si non MARIÆ ? Concepta intra Annæ vterum : locus ille portio erat ex terra maledicta, originali nempe, infecta est Anna contagio : at in primo Marianæ animationis instanti dignatus forsan descendere ignis, Paraclitus cum gratiarum abundantia, quoniam claustra, quibus puellula continebatur, ex senticosis erant, & spinas protulit genitrix ab initio, quemadmodum cætera Adæ progenies? Imò verò descendit cum plentudine ignis. Disce à Bernardo : *Longè verò aliter* MARIA *meruit* (testatur serm. 1. de Natiuitate Virginis) *non velut summatim tangi, sed operiri magis vndique, & circunfundi, & tamquam ipso igne concludi: Candidissimus sanè, & calidissimus huius mulieris amictus : cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur vt nihil in ea. non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minùs lucidum, sed ne tepidũ quidem aliquid, aut feruentissimum, vt quantùm sine personali vnione creaturæ conditio patiatur, lucì illi inaccessibili videatur immersa : Meritò quidem admiraris, Moyses sancte, & curiosiùs desideras intueri.* Stat igitur terram spinosam esse, & sanctum germinare: stat, Annam sub Adæ peccato gemere, & MARIAM concipere næui omnis expertem. Quid ? Spinæ prohibent ? Sed audi ex nostris partibus sacrum Poëtam lib. 2. Operis Paschalis.

Ac velut è spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil quod lædat habẽs, matreque obscurat honore:
Sic Euæ de stirpe, sacrâ veniente MARIA
Virginis antiquæ facinus noua Virgo piaret.

Que eadem solutâ oratione iterum repetit Paschalis Operis capite primo : Alios citat Ægidius de Præsentat. lib. 3. pro immunitate MARIÆ, quæst. 4. art. 1. §. 1.

Ingens prodigium in immaculata Maria Conceptione elucet.

Philo.

Genes. 3.

Augustin.

Bernard.

SECTIO II.

Non decuisse originario vitio MARIAM *infici, quando in Dei Genitricem eligenda fuerat.*

SED, quando ab exteris Prouinciis Sponsam accire nobilissimo placuit Dynastæ, quorsum ex Libano ? Imò ex Libano quidem : oportebat namque virginem tanto Principi iungendam, ea excellere pulchritudine, quæ næuum omnem repudiaret : sed in Libano talis puella solùm, quæ tota formosa, in qua macula nulla, non inquinamenti vestigium aliquod : O Libani priuilegium ! inde assumantur Regum quæ futuræ vxores, puto & quæ matres etiam: Regis certè Genitrix, & Regis, cuius cum Sole, & Luna permanet imperium, MARIA: atque ideo à Libano vocatur : *Veni de Libano, sponsa mea : veni de Libano, veni.* Cantic. cap. 4. vers. 8. Cuius ô sponsa ? Equidem Patris sponsa, Filij Mater : Benè de Libano, id est, candidatione, quæ talis : non enim decebat in gnati parentem eligi, nisi quæ dealbata esset, & quidem semper dealbata, & pura : si enim vel ad instans noctem passa fuisset, Matrem Verbum incarnandum non habuisset : Et quomodo non contempsisset immundum aliquando vas ? Mittitur vnus de Seraphim, vt purget Esaïæ labia, tulítque forcipiem, & de ignibus extraxit calculum, quo mundaretur Vates, Esaïæ cap. 6. vers. 6. Opus & Hieremiæ purificare linguam : *Et misit Dominus manum suum, & tetigit os eius,* Hieremiæ cap. 1. vers. 9. Quare non & forcipe Dominus vsus, aut cur hero famulus delicatior est ? Nunquid verebatur, ne accensus carbo tangentis palmam notaret, vstularetúrque ? Sed Spiritus erat, qui lædi non poterat à flamma: At percipe : quoniam Hieremias innocens & purus, siquidem puerum se esse dicit, & ex balbutientibus, sanè, vt qui loqui nesciret ; talis verò ætas innocua est : Esaïas autem de sordibus conqueritur, quas sermocinando contraxerit ; pollutá enim se habere labia fatebatur : Ergo indignum putauerit Seraphim manu attrectare labia immunda ? non quanquam Esaïæ os sit, modò inquinatum : Exploremus quid Adamantius sentiat hom. 2. in Hieremiam *Obserua* (:ait) *differentias Hieremiæ, & Esaïæ : Esaïas, quoniam confessus est, immunda verba habere se, non extendit Dominus manum suam, neque vnum ex Seraphim manu sua labia eius tetigit : sed forcipe solùm tangens ait: Ecce abstuli iniquitates tuas: Hieremiæ autem, quia sanctificatus erat in vulua, non forceps mittitur, neque de altari carbo incensus: nihil enim habebat igne dignum; sed ipsa manus Domini tetigit eum* : Iam igitur, si de ministris summi Regis vnus indecorum reputat, manum Prophetæ adhibere palato, eò quòd esset immundum, quonam modo arbitrabimur, Verbum, candoris æterni speculum, de ea passibilitatis indumentum sumpturum, quam non ignoraret Dæmonibus subiectam ãliquando, filiam iræ ob contractám origineam labem extitisse ? Non equidem talem in Matrem vllo pacto elegisset, qui potuit sibi Genitricem creare sine rũga aliqua.

9.

Cantic. 4.8.

Esaïæ 6.6.

Hieremiæ c. 1. 9.

Cur forcipe, & non manu, Isaïæ labia Seraphim attrectauerit

Origen.

Fabricauit

10. Fabricauit Deus ſtatim à primordio rerum olympum; ſed informem aliquandiu reliquit. Percipiamus à Magno Baſilio homil. 2. in Hexameron: *De cœlo etiamnum dicere licuerit non admodum diſſimilia, quando idipſum excultum nondum erat, aut perpolitum: necdum enim ſic decentem ornatum obtinebat, quippe quod non iam ſplendeſcebat radioſiſſimo Sole, Lunáque circunfuſum; at neque ſtellarum choris, tanquam ſertis redimibatur: neque enim dum iſtiuſmodi erant condita: à veritate igitur nihil aberraueris, cœlum quoque ſi dixeris fuiſſe inconditum:* Sed, quamobrem diſtulit Creator ætheris & firmamenti ornatum? Singulariter quidem opinatus eſt Anaſtaſius Sinaïta, propterea factum, vt Hebræi proni ad Phœbum, Dianámque, & reliqua adoranda aſtra, ſcientes per Moyſem, informem fuiſſe primam ætheris molitionem, diuinitatem negarent illis: Sic multis anagogicarum contemplationum de Hexamero libro primo: Sed, quam vim habent iſta, vt Idololatras terreant? Maximam ſanè, pulcherrimam quoque: venuſtè enim cogitauit Moyſes in ſuſpicionem meritò vocari poſſe eius diuinitatem rei, quæ in ſordibus iacuiſſet aliquando, cuius exordia obſcura fuiſſent: diuina eſſe nequeat, ſed neque diuinitatis apta ſedes, quod non perpetuò nitens & indefæcatum extiterit: Benè, quòd cœlum inornatum proponatur: deſpicient pro Deo colere facilè Iſraëlitæ, quod norint incomptum fuiſſe ſub initio creationis: quæ enim conuentio diuinitatis, & deformis olympi: Equidem MARIÆ vterus, nedum anima, cœlum. Epiphanius ſerm. de laudibus MARIÆ: *O vterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctaſti! ô vterum ſeptem cœlis ſublimiorem, & latiorem:* Dicemúſne igitur, hoc cœlum aliquando impolitum fuiſſe? Verùm, nónne, ſi tale quidquam affirmaremus, conſequens eſſet, vt doceremus, nequaquam vterum, nempè, feminæ, cuius anima primæ & communis noxæ crimine polluta fuerit, diuinitatis incarnatæ vehiculum fuiſſe? Ergo, quò aſſentiamur, carni de MARIÆ viſceribus ſumptæ vnitam diuinitatem, aſſeramus meliorem olympum corporeo hoc, & aſpectabili fuiſſe, quòd nimirum, ſimul ac è fingentis elapſus ſit digitis, ornatiſſimus prodierit, ſic vt ruditatem atque infantiam vniuerſam ignorauerit: vtique MARIA ſemper adulta, gratioſa, ſplendeſcens, & opus perfecti decoris ab initio formationis.

Baſilius. *Anaſt. Sin.* *Eximia ratio propter quam firmamenti ornatum diſtulerit Creator.* *Epiphan.*

11. At, quando cœlum rude & impolitum formaſſe voluptas, cur non etiam & hominem, quem in perfecta ætate creatum, integrum, & ſuis abſolutum numeris Theologorum ſententia eſt? Quamobrem creandarum rerum mutatus ordo: Sanè Deus hominem condens ad Chriſtum ferebatur, eámque in-ſimilitudine carnem aptabat, quæ Verbum ſub humanis lineamentis occultaret: quanquam igitur formandi præſtituto tempore corporis Meſſiæ imago illa ſolùm, ſed in typo innuere voluit, quod veritas portaret: arbitratus igitur decere, vt caro diuinitati iungenda neſciret vitia rudis & indoctæ ætatis, ab exordio conſummatum effinxit: Atque hinc, cùm cætera imperio produxiſſet, *fiat*, inquiens, & luci & aliis creaturis; lutum, vnde proſiliret Adam, manibus ipſe ſuis compoſuit, diſtinxit, ſequeſtrauit: Certè iſtud Angeli facere nouerant: cur non eis creditum? Equidem ſummi artifices, cùm diſcipulos numerant, qui inuentione, & ſcientia excellunt, exempli cauſa, pingendi gnarus quiſpiam, iis committunt vti manum tabulæ admoueant, lineamenta ſcribant, colores ſuperinducant, ipſi adſtant, tantúmque voce de his, illíſve admonent, penicillo interim feriante: at ſi opus, eius ad viuum exprimere effigiem, qui ſumma in Republica gubernatione potitur; ecce continuò ad operam magiſter ipſe accingitur; & cùm famulorum abundet multitudine, ipſe omnia præparare, ipſe etiam minora quæque agere; quin & interdicit ſeuerè diſcentibus, ne vel tangatur ab eis tabula: Quid eſt hoc? Ille tam otioſus tota die; & menſibus, & anno, nunc tam ſollicitus, tam vigil, tam pertinax in laborando? Sanè ideò quoniam non plebeio alicui, non etiam honeſto ciui, ſed vel Conſuli, vel regia conſpicuo auctoritate, pictura aptatur? quamobrem neceſſe eſt iterum, atque iterum prouidere, ne quid ſit, non dicam reprehenſione dignum, ſed quod non ſummum, atque eximium iudicetur: In hunc morem, quoniam & Deus Adamum plaſticans Chriſti effórmabat iconem, eámque pingebat carnem, quæ diuinitati copulanda erat; quaſi veritus quodammodo, ne omnia prodirent ſumma commendatione digniſſima; ne Angelis, ſanè doctiſſimis miniſtris, credidit opus; ipſe ducere lineamenta, ipſe ſecernere, ipſe conglutinare maſſam: Facundè Aurelius Prudentius in Apotheoſi, titulo, *Aduersùs Phantaſmaticos*: Prudent.

Tantus amor terræ, tanta eſt dilectio noſtri:
Dignatur præpinguis humi comprehendere mollè
Diuinus glebam digitus; nec ſordida ſenſit
Hærentis maſſæ contagia: iuſſerat, vt lux
Confieret, facta eſt, vt iuſſerat, omnia iuſſis
Imperante, nouas traxerunt edita formas:
Solus homo emeruit Domini formabile dextra
Os capere, & flabro deitatis, fingmine naſci
Decreuerat quoniam (nempe, hoc attentionis tantæ cauſa) *Chriſtum Deus incorrupto*
Dignum habuit digitis, & chara condere pignus.

Iam itaque argumentabimur: ſi tanta de carne cura, quæ diuinitati ſociaretur, & tum quidem, quando vmbræ ſolùm efformabantur, nempe, vti proderent vniuerſa abſolutiſſima; quid arbitrabimur de nobiliori eius, quæ carnem ſubminiſtratura erat, parte; nempe, de ſacratiſſima Virginis Beatæ Anima? Credemus paſſum, vt in ſordibus Adæ iaceret infauſtè captiua: & dignum Deo iudicabimus, vt tantus ſit in polienda carne; ſpiritus, mentíſque ornatum negligat? imò, quæ vel carnis prouidentia eſt, eam ſibi copulare voluiſſe, quæ menti impuræ, Sataneæ mancipio quondam conglutinata extiterit? Docet itaque caro ab initio perfectè creata, cùm typus effingeretur, & ſpiritum ab exordio cum ornamentis pulcherrimis omnium gratiarum à Deo proſiliiſſe.

Perfectiſſimũ hominẽ ſtatim ab initio Deus Creauit, quia formatio hominis typus erat formationis Chriſti.

12. Nondum producta integrè creanda, nec quæ formata, ſuis diſtincta locis, cùm moræ velut impatiens adeſt imperfecto operi ſpiritus, *& ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. cap. 1. verſ. 2. Hebræa indicant, vti communiter adnotant Explanatores, quaſi in modum gallinæ incubantis ſuper oua, & calore fouentis, ſic Flamen aquis ſuperenataſſe. Grande amoris pignus! Siquidem, cùm & Seruator innuere cuperet, quâ tenerè dilexiſſet Ieroſolymitanos ciues, à gallina mutuatus exemplum inter volucrum genus: *Ieruſalem, Ieruſalem* (inquit Matth. cap. 23. verſ. 37.) *quoties volui congregare* Geneſ. 1. Matth. 23.

congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Sed, quamobrem præ elementis omnibus aquas deperit Spiritus salutis? Nec miror quidem terræ prælatas ab eo vndas: quoniam, vt Alcuinus monuit: *Terræ maledicendum erat, non aquis: quia homo de fructu terræ contra vetitum mãducauerat, non de aquis*: Non autem erat conueniens Spiritum elemento insidere, quod aliquo tempore maledictionis feriretur anathemate: Atque hoc in gratiã præsentis instituti apprimè commodum: si enim Flamen elementum detestatur, quoniam maledictioni subiaceret, quomodo Verbum Genitricem admitteret, quæ etiam maledictioni obnoxia fuisset, Adæ maculam contrahens? Sed de aliis duobus elementis disquisitio est, nempe, de igne, atque aëre, quamobrem non & in his deliciatur æquè Flamen, atque fouet, velut gallina pullos suos, dilectionem ita contestans? Sanè contemplabatur in generationes venturas ex omnibus elementis latices aquarum eligendos, qui implacabile odium exercerent aduersùs peccatum originale, quod destruerent etiam in non habentibus arbitrij vsum: delectatus est autem hoc victoriæ genere spiritus ita, vt sine mora in aquarum ruere amplexus decreuerit, & perpetrauit: Huiusmodi aliquid Tertullianus de Baptismo, cap. 4. *Sanctus autem vtrique super sanctum ferebatur, aut ab eo, quod superferebatur, id, quod ferebat, sanctitatem mutuabatur; quoniam subiecta quæque materia, eius, quæ desuper imminet, qualitatem rapiat, necesse est: ita, de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare concepit.* Sed applicemus nostræ Reginæ: Miraris, cur hanc puellam præ omnibus virginibus Genitricem habere voluerit Filius: mirare, cur & Spiritus sanctus præ omnibus elementis vnicè dilexit vndas: nempe, dixeris, eò quòd aquæ inter omnia elementa inimicitias proclament aduersùs peccatum originale: itidem & de MARIA, propterea electam, quia sola ex omni pura creatura inimicitias singulares traheret cum serpente; caput eius, nimirum, doli initium ipso animationis puncto fractura, cùm Adæ fugeret contagium: Sed venusta illa Tertulliani particula: *Sanctum autem vtique super sanctum ferebatur.* Velut significet, Spiritum, qui diuinus esset, sanctam habitationem desiderare; alioquin nec aquis incubaret quidem, si non illæ sanctitudinis datrices; atque ideo & ipsæ sanctæ vocatæ, quoniam mundarent & abluerent: At certè quid Archangelus Virgini denunciauit; *Ideóque* (ait) *& quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. cap. 1. vers. 35. Si igitur sanctum, quod MARIA paritura sit: & quando sanctum, non nisi super sanctum fertur, vt docebat Tertullianus; quomodo non sancta MARIA: Sancta quidem ad Filii imitationem, velut antonomasticè; quia perpetuò sancta & impolluta, omni, scilicet, & originali, & actuali labe carens.

Optabat Verbi descensum Esaïas, & inclamabat cap. 45. vers. 8. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*: Leo Castrensis ex Hebræo transferendum putat, *& germinet* IESVM: bonum quidem germen, sed non à gleba adaperta, certè magis ab horto concluso; neque enim læsum MARIÆ claustrum: Quid est igitur, *aperiatur terra?* Scitè equidem noster Sanchez num. 28. probat vocabulo isto alludi ad vernale tempus: Certè Aprilem, sub quo mense vir adolescit, ab aperiendo nominatum, Fastorum 4. Naso memorat canens:

Nam, quia ver aperit tunc omnia, densáque cedit
Frigoris asperitas, fœtáque terra patet,
Aprilem memorant, ab aperto tempore dictum,
Quem Venus iniectâ vindicat alma manu.

Neque ab hoc discedere vsu Hebræorum nomina, quibus menses signant, atque distinguunt, breuiter adnotabimus sequuturo Anteloquio, num. 47. & 95. ergo, quæ Deum genitura sit, femina iubetur vernam imitari iucunditatem: quid hoc est? Scitis ab Eua introductum væ, atque lamentum: illa brumæ horrorem intulit, dum Adam ad peccandum incitauit: Iubetur igitur de Euæ fletibus nihil habere; illis sanè, qui ob noxam infliguntur, eámque indicant; sed totam in lætitia esse: vt vernans mentis alacritas facilè testetur, de culpa non communicasse, quæ sub tristitiis non sit. Sanctius numero 29. eleganter: MARIA *ergo veris nobis speciem, & delicias restituit, quas Eua per fraudem in terras hyeme inducta, quondam abstulerat*: Pingit etiam Augustinus MARIAM veris gratiam serm. 17. in Natali Domini, qui est vigesimus de tempore, quanquam dubito plurimùm, vt sit eius stylus: *Expandat nunc fides splendentis veteri pulchra tentoria, spiritus sibilet naturali calore depulso, tenuis Virginem aura refoueat, & fluente refrigerio spiramentis cœlestibus ventiletur: aluus virginalis sertis verecundiæ coronetur, flammeus ibi rosa fulgor anhelet, albens lilium candicet, mollis viola rutilet, purpurei spargantur flores, & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur*: Sed hæc sunt de parituræ vtero, nos mentis indagamus nitelam: Sanè si felix illud ævum durasset, quod statui originalis iustitiæ promittebatur, omnia anni tempora perpetuam veris serenitatem repræsentarent, cui non insipienter aliqui Latini Vatis metrum accommodant ex secundo Georgicorum:

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Ergo redintegrari tempora illa, & iterum redire ver, postulatur à Vate, vt Saluator exeat in lucem: quid est autem illa voluere iterum tempora, nisi eam, quæ Deum aluo admissura sit, feminam, & carnem illi submiuistratura ad eum redire statum, à quo prima mulier excidit? id est, vt in iustitia creata sit, & peccatum nescierit originale? Hoc si contingat, tum demum apta erit terra, quæ producat Saluatorem sæculorum, & iustum Domini.

Angelicæ legationis historiam sic exorditur Lucas cap. 1. v. 27. *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Vt quid opus fuerat huius desponsationis meminisse? Nempe, vt intelligeremus, propterea destinatum Nuncium, vti Iosepho eam, quæ desponsata fuerat, præriperet, & meliori traderet viro: Nouum planè dictum, nisi assertorem haberet Chrysologum serm. 140. Audi, quonam more declaret peregrinam thesim: *Peruolat* (inquit) *ad sponsam festinus Interpres, vt à Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectum: neque auferat à Ioseph Virginem; sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata, cùm fieret: Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienã; nec separationem facit, quando suam sibi totam iungit in vno corpore creaturam*: Equidem ementium

vsus

Alcuinus. *Quamobrem præ elementis omnibus Spiritus sanctus aquas adamauerit?*

Tertull.

Luc. 1.

15. Esaïæ 45. Leo Castr.

Ver, tempus apertionis dictum. Sanctius.

Naso.

Mentis alacritas secura & innocentis conscientiæ indicium.

Augustin.

Virgil.

14. Luc. 1.

Chrysol.

vsus est, antequàm integrum rei possidendæ soluant pretium, quasi pignoris loco, pecuniæ summam aliquam dare simul ac conuentum; & quamquam apud veterem dominum res, quæcunque illa sit, perseueret, donec argenrei numerentur omnes, de quibus pactum; tamen iam non licet deinceps alteri cuiquam vendere: quòd si quisquam occuper, ab eo repetere valebit ille, qui pignoris vice nummos apud emptorem reliquit: Deus igitur, *cùm fieret* MARIA, in ipso creationis instanti præuenit vniuersos emptores: & quoniam optabat sponsam Filio, etiam & Matrem, antequàm dotem persolueret iustam, & tali dignam coniuge, pignoris vice quædam ex abundantissimis thesauris deprompsit: Quamobrem, cùm in hoc agendo Ioseph um anticipasset, repetit, quæ iure venditionis ad ipsum pertineant; sic tamen vendicat, vt & relinquat etiam, & hoc illud Chrysologi: *Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienam*: At in hoc discursu, illud mouet speciatim: *Cui est in vtero pignorata, cùm fieret.* Quamobrem in ipso *fieri*, & produci Virginis? nempe, Pater æternus sollicitus de puella, quam Filij & vxorem, & Genitricem nominaret, vidit hanc Virginem exemptam esse pacto cum Adamo inito, scilicet, maculandam fore omnem eius progeniem, si transgrederetur positam legem de non probando vetitæ arboris fructu: quare istud contemplatus, continuò vendicauit suis vsibus, pignus obtulit, quo stabilis esset emptio; hoc est igitur pignoratam esse MARIAM in vtero, cùm fieret: O felix Virgo, pro qua comparanda sic vigilat Trinitas beata! ô certè absque peccato originali! non enim sic properaret ad emendum Omnipotens, si, cùm fieres, squaleres sordibus primæ noxæ. O sactum mercaturæ genus, & ter inuidendum! & lætor, & doleo, Regina admirabilis: gaudeo pro te, pro me contristor: nam, vt aliquid haberem, pauperculus & miser, quo emi possis, superexaltabit diues emptor Deus Pater: quis poterit stare in conspectu eius? Sed habeat quidem, ipse dignus possidere; quoniam, cùm tenuerit, non dimittet ampliùs sicut nos, qui citò fastidimus, citò tepescimus.

Maria ab originali labe immunitas fuit veluti pignus quo sibi eam Deus speciaiter reseruauit.

15. Moriebatur Iacob in terra Ægypti, & dilectissimum filium Ioseph discedens adiurauit, vt defuncti cadauer transferret in Chanaan; quamobrem & Ioseph integrum illud, aromatibus, nimirum, præseruatum, multa cum pompa in Palæstinam detulit, Genes. cap. 50. vers. 7. At verò ipse Ioseph, quæ mandata fratribus dederat: *Deus* (ait) *visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* cap. eodem, vers. 24. Quamobrem non & carnem, & pelliculam quoque, vnguentis contra putredinis violentiam præmunita? Cur aliquid sui apud Ægyptios perstare sustineat Ioseph, aut cur non aliquid sui Iacob? Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ, lib. 1. cap. 15. causam autumat, quòd Ioseph alienigenæ feminæ matrimonio coniunctus sit, nempe, Assenez Putipharis Sacerdotis Heliopoleos filiæ: Iacob autem externo sanguine non fuerat mixtus: Verùm ego altiori consilio factum putem; nempe, erat illa regio impiorum hominum, terra planè maledicta: nam pessimi erant Ægyptij: nolebat igitur sanctus Patriarcha, ne tantillum sui requiescere apud semen iniquum: illam, illam desiderabat terram, in qua nato Seruatore, obuiarent sibi iustitia & pax; terram, quæ daret benignitatem

Gen. 50.

Auctor de mirab. sacræ Scripturæ.

suam: Sed, quorsum non idipsum concupiuit Ioseph genitoris ad exemplum? Deo equidem permittente: nam certè ex Iacob per Iudam descensurus erat Messias, cuius inter tritauos ille numeraretur, non sic Ioseph; neque enim eius ex linea descendit Christus, quando nec sacerdotium, nec regnum obtinuit: Quoniam ergo de Christi progenitoribus Iacob, oportebat, vt integrè maledictam terram fugeret: quoniam si maledictum amasset, quasi opus esset Euangelistarum fide, vt crederemus, eius ex semine Christum prognatum: Scio non esse stabilia hæc secundùm historiam: sed nunc laxa est disputatio mystica.

16. O Virgo Beata, gratias ago Filio tuo immortales, quoniam dies venerunt, in quibus nemo mussitare audeat, te conceptam originario cum næuo: Proh! quot amici tui clamarunt in cœlum, vt diem istum viderent, gemitibus inenarrabilibus, & non potuerunt videre! Vidit seruulus tuus iste; vidit lanè, atque gauisus est plurimùm: At cuius tam ferreum pectus, quod non emolliretur toto conspirante Orbe, pro tuæ mentis integritate? nam de corpore, nemo Orthodoxorum vnquam dubitauit: Certè quis tam pertinax, atque Hebræus vir, qui nondum venisse Messiam credit? Sed tamen & de hoc silicibus duriori pollicetur Apostolus Romanorum c. 11. vers. 26. *Quoniam cùm plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet*: Quem in locum Anselmi Commentarius: *Terminus* (inquit) *cæcitatis Israël erit, vbi plenaria multitudo ex omnibus Gentibus ingressa fuerit: quia tunc Iudæi, qui inuenti fuerint, credent, & lumen oculorum mentis recipient ad prædicationem Eliæ, & Henoch*: Ac quamuis multi celebres Interpretes ex veteribus, nouisque, non omnes Israëlitas salutem consequuturos existiment, vt qui futuri de præcipuis Antichristi instrumentis; tamen S. Aquinas in ea sententia est, vt neminem excludat, quem Caietanus, & Dominicus Sotus sequuti: *Omnis Israël saluus fiet; id est*, (inquit Angelicus Præceptor ad nominata Pauli verba) *non particulariter aliqui saluabuntur Iudæi, sicut modò; sed vniuersaliter omnes*: Quid est autem intrare plenitudinem Gentium, nisi Euangelium vbique Gentium disseminari, cui nationes colla subdiderint? Consule Patrem Suarez tom. 2. in 3 partem disp. 56. sect. 1. Riberam in cap 4. Michææ: Maluendam lib. 3. de Antichristo, cap. 32.

MARIÆ *immaculatæ conceptioni hodierna ætate non acquiescere, maximam animi duritiem innuit.*

Rom 11.

Anselm.

S. Thom. Caiet. Sotus.

Suarez. Ribera. Maluend.

17. Igitur certè tum, postquàm omnis natio, & lingua, & populus confessus fuerit, quoniam Christus est ad dexteram Dei sedens, & quia præter IESV nomen, aliud non est in quo saluemur; pudebit Israël non eam recepisse doctrinam, quam omnes terrarum plagæ admiserunt, & barbarus, & cultus quisque amplexus est: O vos, filiæ inclytæ Sion spiritalis, quibus neque cæcitas incubat, neque liuor erga sponsam, quid moramini totam pulchram, & sine ruga & macula, vel aliquo huiusmodi, siue originali, seu actuali deprædicare? Expectatis, vt subintret nationum plenitudo, & in fines orbis exeat sonus iste? Ecce iam Gentes audierunt vocem, quæ ad extremum terræ protenduntur, Gangis habitator, & Americæ incola, & qui Sinam occupant, & Iapones, & Æthiopum populi; omnes Virginem hanc Beatissimam dixêre, singulariter à Deo prælectam, & seruatam, ne communi primæ noxæ contagio inficeretur: Adiungere tantis MARIÆ immunitatem

Maria immunitas ab vniuerso penè orbe iam agnita & recepta.

tem vociferantibus; adiungere, vt sit gaudium plenum in Ecclesia Sanctorum: alioquin time, ne quis subiratus ex Bernard. epist. 126. sugillet, animaduertens mundo resistentem: *Et tamen adhuc isti, nescio qua contentiosa importunitate, & importuna contentione reclamant: vocant in causam orbem: & cùm sua paucitate Vniuersitatem flagitant iudicari.*

Bernard.

SECTIO III.

A virtute sola diuitiæ, & splendor, & vera nobilitas.

18. *Sponsa virtutes, non diuitias contemplatus Sponsus, ipsâ adamauit.*

NVLLÆ in sponsæ nostræ atriis auorum, qui aut Consules, aut Senatores terræ, fumosæ, & tristitiæ imagines: nulla in vestibulo pendebant de hostibus erepta trophæa: non pensiles horti in fastigiis turrium: non aromatum domus, non laquearia ex Africanæ belluæ dentibus, non crustati parietes, non vermiculatum pauimentum: aberant muliebris mundi infinita illa pondera, quæ enumerat comptioris styli Vates; *lunulæ, & torques,* (Isaïæ cap. 3. vers. 19.) *& monilia, & armillæ, & mitræ, & discriminalia, & periscelides, & murænulæ & olfactoriola.* His omnibus destitutam præsidiis, & summè egentem adamauit impensè sponsus, & *exquisiuit à iuuentute sua: sobrietatem enim, & prudentiam contemplatus in ea, & iustitiam,* (Sapientiæ c. 8. vers. 7.) *& virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus: habiturus propter hoc claritatem apud Seniores iuuenis, & in conspectu potentum admirabilis futurus.* Rectè, *apud Seniores:* apud ipsos enim morantur consilium & sapientia: quis autem sapiens, & integræ mentis non hunc adolescentem supra astra extollat, cùm videret, posthabitis patriæ virginibus, ad quas confluxerant glomeratim stemmatis honor, gazæ immensæ, iugera terrarum prouincias æquatura, quicquid in fortunæ bonis venustum; voluisse maritari peregrinæ, incogniti nominis, in sordibus educatæ puellæ, quoniam virtus exibat de illa, & animo excellebat impolluto, à peccatoribus segregato, superis proximo? ratus eam demum veram nobilitatem, non quam vulgus falsis opinionibus commendat; sed qua homo, per iustitiæ imitationem ad Deum propior accedit, auctorémque magis refert, cuius quantò fuerit expressior imago in creatura, tantò illa sublimior, & supra creata reliqua nobilis, & ingenua.

Isaïæ 3.

Sap. 8.

19. Quanta maiestas Salomonici templi? quæ dignitas operis? quis Ministrorum splendor? quæ vasorum opulentia? quanta victimarum multitudo? Super hæc omnia Deo vero dicata Basilica. Quidquámne tali mole nobilius? Cur Deus permisit, Romani vt diruerent, & ciuitatem quoque sanctam, vrbem perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ conculcarent ita, vt non relinquerent lapidem super lapidem, & vtrunque in pomorum custodiam conuerterent? Vbi sunt miracula illa antiqua, Domine, quæ operatus es coram Patribus eorum? cur cessant modò? Vbi zelus domus tuæ, qui comedat te? Tres pueros de fornace ignis liberasti, & de manu Regis iniqui, & non liberabis templum tuum, in quo habitasti? Dicet quispiam, forsan tunc non extitisse nisi reliquias aliquas Salomonici delubri, & templum de nouo ab Herode constructum veteri ædificio gloria & sumptibus impar fuisse: Atqui, Basilicam illam, quæ Christi, & Apostolorum temporibus extitit, & quam ad priscam fabricam Herodes adiunxit, splendore, & opibus vicisse Salomonis opera sacra, qui velit intelligere, legat Riberam ad cap. 2. Aggæi, à num. 46. Placet igitur Ruperti cogitatio lib. 6. de victoria Verbi Dei, cap. 25. meditatur enim ille, cùm Romani obsidione premerent Hierosolymitanos, templum illud nihil solidi cultus, & intemeratæ religionis habuisse: nam legalia à Christi morte cessarunt; atque, vt antiquam obtinerent vim, sacrorum Ministri de nulla re minùs solliciti, quàm de rituum Mosaïcorum obseruantia syncera & absque fuco: Templum itaque tunc si defendissent Deus, videretur in pretio habere, quæ filij huius sæculi tantoperè æstimant, opes, nobilitatem, famam, externam gloriam; nam, quæ tunc in templo amaret Numen, hæc tantùm erant: de virtute enim, & iustitia, nulla remanebat portio: Vt igitur significaret Deus, apud se, pròbitatisque cultores, forinseca hæc, quæ nationes adorant, non esse in honore; virtutem solam nobilem & locupletem apud eum haberi; permittit ab hostili manu profanari, dirui, expoliari, quoniam religione & cultu vacuum, nihil continebat coram Deo ingens: nam aurum marmora multifaria, Leuitarum numerositas, holocaustomata, byssinæ, & purpureæ Sacerdotum stolæ gemmis intextæ, operis & ingenium & venustas, absente pietate & iustitia, velut peripsema reputat magnus ille, certúsque rerum æstimator: *Planè poterat defendisse* (ait Rupertus loco iam allegato:) *sed erudiendus erat mundus, vt sciret, quòd Deus excelsus non pulchris lapidibus, aureisve parietibus templi delectatur; sed fidei claritate, & mundis cordibus; & ille est ei optabilis locus.*

Templum ab Herode constructum, quàm augustum!

Ribera. Rupert.

Deus mundi pompam, quàm nihili faciat!

Mirum illud; Dauidem, despecto Adonia, diadema & regnum in Salomonem transtulisse. Debebatur honor ille inter multa præterea decoramenta, & singularis priuilegij notas primogenitis: Disputat latè Abulensis ad cap. 25. Gen. quæst. 6. cum Pereira ad prophetiam 13. cap. 49. Gen. num. 14. at maior natu erat Adonias, & defunctis fratribus, qui priùs in lucem prodierant, primogenitus euasit: vnde & ipse Reg. 3. cap. 2. vers. 15. ad Bethsabeam: *Tu*, inquit, *nosti, quia meum erat regnum*: Asseras, non à Dauide, sed Numinis cœlestis significatione delatum Salomoni regnum: nam eodem loco Adonias; *Sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei:* Verùm, vt hæc concedamus, premunt eadem difficilia: Nam Deus rerum naturis se accommodat; quas si aliquando prætergrediatur, pro portento habeatur; quia contra naturam, aut quoad modum, aut quoad substantiam (vt loquuntur Scholæ) agit: Atqui natura ipsa docere videbatur, deferendos præcipuos honores primùm in lucem editis: certè Gentes vniuersæ ferè naturæ velut magisterium sequutæ, in primis quæ cultiores erant prouinciæ, & syndereſi parebant magis, perpetuo vsu id sequutæ: Hanc igitur communem Gentium, & nationum doctrinam, quamobrem comparatione Iudaici sceptri, & potestatis Deus inuertere voluit? Equidem apud Deum, virósque secundùm cor Dei, qualis erat Dauid, cætera sordent, si absit prudentia, si magnanimitas, si religio,

20. *Cùm Regnandi gloria deberetur primogenitis, cur Salomon Adonia prælatus sit?* Abul. Pereira. 3. Reg. 2.

cæterique

cæteríque iuſtitiæ comites: Erat Adonias maior natu, primus inter fratres, Rege ſatus: rapiebant hæc vulgi oculos, & ſententias; & imperij ſucceſſorem faciebat calculis ſuis multitudo: *Et me* (ait ipſe) *præpoſuerat omnis Iſraël ſibi in Regem:* At non hæ apud Numen aptæ dotes gubernaturo: quare, quoniam contemplabatur Salomonem, etſi minorem natiuitate, iis carentem vitiis, quibus abundabat Adonias, ambitione, ſcilicet, incredibili, contentione, faſtu? tranſtulit in iuniorem, purpuram, & regiæ dignitatis inſignia: arbitratus in Rege ſpectandum præcipuè, non quàm diues ſit, quamos numeret Cæſares inter proauos; ſed quàm moderatus, quàm ſapiens, quàm ad res arduas gerendas promptus: Non omittamus Lyrenſis conſiderationem ad cap. 48. Geneſ. *Quia propter maiorem ætatem non eſt aliquis ponendus in regimine ſæcidari, vel eccleſiaſtico, niſi conditiones aliæ ad regendum requiſitæ cõmitentur: hoc etiam modo Dauid Salomonem Regem inſtituit, reprobata Adoniæ inſtitutione, 3. Regum cap. 1. eò quòd Salomon ſapientior erat:* Quam in normam loquuntur etiam cum elegantia Pineda lib. 2. de rebus Salomonis. cap. 1. num 5. Salianus tom. 3. ad annum mundi 3019. num. 12.

Virtus ſola imperio digna.

Lyrenſis.

Pineda. Salian.

21. Geneſ. 48.

Dabunt hæc facem verbis Geneſ. c. 48. Nam Ioſeph cùm duos filios, Manaſſen, & Ephraïm, attuliſſet benedicendos vtique à Iacob nepotes, poſuit Ephraïm ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram, ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum: *Sic enim poſuerat eos Ioſeph,* (ait Lyra,) *volens, quòd Manaſſes, qui erat primogenitus, eſſet ſub manu dextera Iacob, tanquam principalis in illâ benedictione:* Quid verò accidit? cui potiſſimam benedictionem impendit ſenex? Sanè cancellatis brachiis, & tranſuerſim actis fefellit & ſpem, & deſiderium Ioſeph: commutans nanque manus, dexteram poſuit ſuper caput Ephraïm iunioris fratris; ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſes, qui maior natu erat: Doluit Ioſeph, tulitque vehementiùs: intellexit nanque prælatum in donis & gloria Ephraïm germano natu maximo: nec diſtulit ſignificare oraculum Iacob: *Et iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius iunior maior illo erit, & ſemen illius creſcet in gentes:* Videmus præpoſitum ſeniori iuniorem fratrem, quantuncunque genitor niſus fuerit in aduerſum; quæ cauſæ ſingularis differentiæ? quid commiſit Manaſſes? quæ egregia facinora Ephraïm in eum diem Ambroſio adhæreo qui anteriori fratre Manaſſe adumbratum putauit ſemen reprobum & maledictum; adoleſcentiori germano repræſẽtatos ſanctos & electos Dei filios: Eius verba ſunt ſerm. 14. in Pſalm. 118. ad illud: *Voluntaria oris mei beneplacita,* &c. *Sed frater iunior maior illo erit. In quo maior? In eo vtique, quia ſemen eius multitudo Gentium ſit, quæ in hoc ſæculo laborem elegit credens in Dominũ* IESVM, *vt conſolationem haberet futurorum: Manaſſes ſemen eſt populus obliuionis, qui proprium oblitus auctorẽ, exaltatus ad tempus in hoc ſæculo, eſt daturus in reliquum pœnas graues, qui Deum ſuum, & Dominum denegauit.* Quæ ſic explano. Reprobi figurati per Manaſſen cupiebant potiora loca, digniorésque ſedes occupare. Sed, quibus freti meritis? Nobilitate, robore, diuitiis: nam præter hæc non aliud apud eos, quàm ſentina malorum, quàm iniuſtitia, & delictum: Non ſuſtinuit Numen ſuperbos auſus: excitauit ſenilem Iacob ſpiritum, & iuniori deferenda præſtantiora decreuit, quem virtutum chorus ambiebat: Itáne arbitrabantur ſcelerati à viro ſancto congerenda meliora in malitiam, & iniquitatem? aut Deum non flocci facere auorum gloriam, corporis ſpeciem, boues eorum craſſos, promptuaria eructantia ex hoc in illud, abſente æquitate? Diſcant ſtulti & infelices damno ſuo, virtutem ſolam, bonóſque mores apud Deum pretioſa eſſe: O vos omnes, quorum eſt primos accubitus diſtribuere, ſiue in Eccleſia, & clauſtris, ſiue apud ſæculum; attendite ad exemplar magnum Iacob Patriarchæ, & diſcite iudicium, & æquitatem. Ecce filij obliuionis, Luciferi progenies, intentant conſcendere latera Aquilonis, ſedere ad dexteram in monte Teſtamenti, eſſe priores in donis, maiores in imperio. Non eſt veſtrũm dare talibus: ſinite filios obliuionis, qui foderunt pecuniam Domini, & abſconderunt talentum, latere in angulo: ponite ſuper candelabrum ſemen fertilitatis, filios, nempe, Ephraïm; ipſi enim dabunt fructum centeſimum benedixit nanque Dominus coronæ anni illorum, & ideò campi veſtri replebuntur vbertate: Sed proſequamur inſtitutum ſermonem, & Matthæi lares vnà cum Seruatore intremus.

Lyra.

Ambroſ.

Officia ſpecioſa bonis danda.

Ingreſſus igitur Chriſtus ædes Matthæi, ex Publicano iam diſcipuli, *Factum eſt* (ait Marcus c. 2. v. 15.) *cùm accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores ſimul diſcumbebãt cum* IESV: *erant enim multi, qui & ſequebantur eum:* Sed non in his nobis myſterium: verùm in explanatione horum verborum Victoris Antiocheni: ſic enim meditatur: *At is, qui illum in diſcipulorum numerum cooptauerat, nihil prorſus cunctatus aut veritus, ſtatim in domum illius ingreditur: in qua præter vnam patrisfamilias pœnitentiam nihil prorſus boni comperit: neque ob id tamen ſuccenſet, aut, quod acciderat, probrosè obiectat; verùm vnà cum cæteris comedit, & bibit, neque oblatam interim benefaciendi occaſionem negligit:* In qua Victoris ſententia peregrinus, & difficilis illorum verborum ſenſus: *Domum illius ingreditur, in qua præter vnam patrisfamilias pœnitentiam, nihil prorſus boni comperit* Interrogo enim Victorem, an non fuerint illæ ædes hominis admodum locupletis, atque potentis? Non puto, negauerit, quando conſtat fuiſſe Publicani, quod genus hominum ſubſtantia, & diuitiis abundaſſe nemò denegat: Hoc ſufficiat nobis: nã ſanè in hominis locupletis tecta, conuenientibus præſertim tot conuiuis, pãratam opipará menſam, citra quæſtionẽ eſt: Porrò, cùm triclinium ſternebatur epulaturis, produci ſolita in apricum, & publici iuris fieri quicquid in ſupellectile pretioſum, & exquiſitum erat; itaque & menſæ, & abacus, & lecti, & aulæa, & vniuerſa erant ad oſtentationem compoſita: Iam itaque paret difficultas; Quocunque oculos verteret Chriſtus, non poterant non rara quædã & exquiſita obiici: ſi dapes intuebatur, videbat ſelectas, aëris, nemorum, oceani: ſi conuiuas, aſpiciebat diſcumbentes in veſtitu deaurato, purpura quoque & byſſus indumentum eorum: Iam quid refert vnguenta deſcripſiſſe? quid vina epulantibus antiquiora? quid teſtudineos, & eburneos thalamos? quid laquearia ex odorata arbore? Tot igitur, tam ſuperba, ingentia cum intueretur Chriſtus, quo pacto dixerit Victor, nihil *boni* comperiſſe præter vnius patrisfamiliãs pœnitentiam? Probè loquutus: nam ea omnia, quæ enumera-

22. Marc. 2.

Vict. Ant.

Bona mundi ante oculos Dei vilescũt.

uimus, Christo Iudice, bona non erant: siue quòd tantum apparatum Matthæus rapinis, fraude, malis artibus couquisierat; sic autem coaceruata Christus boni titulis afficere non possit: siue, vt concedamus sine violentia, aut technis comparata; sed ornamenta erant extrinseca, quæ possessores ex se rectos, probósque non faciunt: Quid itaque nobile in oculis Christi, quid bonum & pulchrescens? Sola virtus, & æquitas: Venustè ergo præter iustitiam pœnitentis aliud præterea boni nihil contemplatum Redemptorem in domo Matthæi asseruit Victor, cùm tamen vndique cerneret collucere aurum, argentum, purpuram.

23. Sed alia Marci verba expendamus, adiutore eodem Antiocheno Victore: nam docente IESV populus viam salutis, delatum ad eum nuncium, Matrem & Fratres expectare foras: atque ipse, Marc. 3. tanquam indignanti similis, *Quæ est* (ait Marc. cap. 3. vers. 33.) *Mater mea, & fratres mei*? Cur Dominus Genitricem, & cognatos nolit agnoscere? an, quia pauperes? (nam, quæ possit esse altera occasio?) Pater, de fabrorum catalogo; quæ peperit, lanificio viuens; consanguinei, Zebedæus, & filij eius, piscatores? Sicne decet euangelicum præconem, qui proclamat à loco alto ad mortales: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*; erubescere, vereri, ne cognoscantur parentes, & coniuncti, siue affinitate, seu sanguine; quoniam nemo illorum est de Consulibus, aut Dynastis? Absit à Seruatore talis cogitatio, qui gloriæ, dum nasceretur, stabulum elegit; ignominiæ, & passioni, locum confertæ multitudinis, metropolim designauit: qui sic vixit, vt non haberet, vbi caput reclinaret: Non itaque pauperes despexit cognatos. Ioan. 7. Quid igitur eum offendit? Habes sanè Ioannis cap. 7. vers. 5. Inter rebelles, & incredulos numeratos Christi fratres erant ex his, qui veritati obsecundare renuebant: *Neque enim fratres eius* Marc. 3. (ait) *credebant in eum:* Habes hoc eodem Marci cap. 3. velut insanum, & cerebro vacuum computatum ab illis: *Et cùm audissent sui* (vers. 21.) *exierunt tenere eum: dicebant enim; quoniam in furorem versus est:* Ergo cognationem fide, & iustitia carentem repudiauit: erant quidem consanguinei ex nobilissimo stipite, nempe, de domo Dauid: quid tum? quasi dicat: Nemo mihi obtendat generis canitiem, & deducta stemmata à secundo Iudæorum Monarcha per tot sceptra: non hac ego glorior prosapia: flocci facio: qui fecerit voluntatem Dei, hic frater, & soror mea, & mater est: Nunc transcribamus Victoris commentum: *Sed & alia quoque datæ responsionis ratio reddi potest* (ait) *Nam, vt ex Ioanne didicimus, fratres illius nec dum in illum credebant: quare etiam, vt paulo antè ex Marco audiuimus, conati sunt illum aliquando comprehendere, vinculisque tanquam mente captum, & furiosum constringere: quia ergo nonnulli, saltem ex illis, eius mentis erant; mirum videri non debet, si Dominus non magnam aliquam illorum, tanquam cognatorum, rationem habendam putarit,*

Virtuosi soli Christi cognati:

Vict. Ant.

24. At, vt fuerit culpa quorundam cognatorum, qui restiterùnt signis, & prædicationi, & parêre nolebant veritati; quid Genitrix peccauerat, quæ perfectissimè credidit; quæ semper integerrimè obtemperauit? Fortassè parum refert è tali Genitrice ortum esse, quæ illæsa virginitate peperit? Sed quæ par gloria? Quisquámne vnquam mortalium tanti honoris particeps? Non hoc prodigium inauditum à generationibus antiquis? Christus igitur tanta contempserit, nihil fecerit, quando pronunciat, *Quæ est Mater mea*? Fateor quidem Christi ortum ex vtero impolluto, & virilis cõgressus inscio, magnum esse, si quid aliud, & supra natales omnium hominum: nam de hac genitura illud etiam: *Generationem eius quis enarrabit*? At, si per impossibile, quæ sic enixa est, mente intemerata non fuisset: denominationem geniti ex Virgine non sancta Christus nullo in pretio habuisset, apud quem secluſa iustitia & virtutibus cætera iacent sine honore; Puto significare ità Ambrosij discursum Ambros. ad cap. 8 Lucæ, lib. 6. *Nec iniuriosè refutantur parentes* (inquit) *sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quàm corporum.*

25. Hinc enodare conabimur, quod sacram Historiam cum profana conferentibus nobis, insuetum apparuit: nam Historici gentium his, qui aut in Olympicis, aut in Academicis, aut in nauali, terrestrive pugna excelluêre, Magni cognomenta tribuunt; sacra narratio ab iis abstinet titulis, cùm tamen illa referat, quæ nationum facinora longè superent: Dices, Sanctis quibusdam, & Deo charis tribuere: verùm hinc orta quæstio: quamobrem non magnos nominet alios quoque vitiis seruientes: nam, quòd profana Chronica multos eo honoris vocabulo afficiat, non sanctitudo occasio fuit, sed gestorum gloria, siue inter Palladis, siue inter Bellonæ artes: quare igitur non magnus à diuitiis quispiam in Scripturis, alius ab ingenio, alter à robore? Sanè, si quempiam Deus Magnum scriberet ab auri, argentique congestis aceruis; si à victis prouinciis, & domitis Barbarorum viribus; si à reliquis fortunæ donis; indicaret, hæc apud se ingentia esse: non enim quis Magnum appellauerit alterum ob ea quæ reputat inania, & euanida: quò igitur intelligamus, nihil coram Numine magnum præter vnam sanctitudinem, præter sobrietatem, modestiã, cæteráſque charites, ideò singulariter Scriptoribus canonicis insinuauit, neminem vt magnum nominarent, nisi de Sanctorũ cohorte: Animaduertit Origenes homil. 12. in Leuiticum *Aut ostende mihi in Scripturis*, (ait.) *vbi aliquis peccator, aut parui meriti Magnus appellatus sit*? *Nusquam, vt opinor, inuenies. Audi verò qui sunt, qui Magni appellantur: De Isaac dicitur: quia proficiebat valdè, vsquequò factus est Magnus valdè: Moyses Magnus dictus est*; & *Ioannes Baptista, Magnus dictus est: nunc autem* IESVS *Magnus dictus est: quomodo ergo Magnus est sub peccato positus? Meus autem Sacerdos Magnus* IESVS, *idcirco magnus est, quia peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius*: Sponsus igitur agrestem puellam, quia virtutibus condecorabatur, satis magnam iudicauit: nec thalamo suo indignam consortem, quæ vera nobilitate, veris affloreret opibus tantis, nempe, animi dotibus.

Regula: Magni titulus in Scripturis nõ consueuit nisi Sanctis tribui.

Origen.

SECTIO IV.

Gloriosa aggressuris nulli imminent sæuiores inimici domesticis, & parentibus.

RARVM in Principe exemplum aggressurus sponsus, & quod omnis posteritas summè admiraretur 26.

admiraretur, nempe, coniugem quæsiturus, non quam aurum, & margaritæ, & auorum longa series, & iugera: terrarum commendarent solùm; sed, quæ pudica esset, quæ marito obtemperans, quæ ad omnem grauitatem composita; non ab aliis mortalibus acriorem pugnam sustinuit, quàm à consanguineis, & domesticis: ex his filiæ illæ Hierusalem, quæ puellam vellicabant, cùm nigram pronunciarent: quo vocabulo non vnam faciei labem indicabant, quæ nulla erat in virgine tota pulchra, & absque macula; sed significabant viles ortus ex plebeia genitrice, inter pastorum humiles casas, sordidum vitæ genus; siue, dum hœdos regeret post greges sodalium; siue, dum pro vineis vigilaret: Erat hæc persecutionis vafræ, pariter & crudelis quædam forma: traducebatur nanque virtus nominibus vitij, & quod ex honestate erat, ex delicto esse asserebant? Nam, quid excelsius, contempsisse diuitias, nobilitatem, amicitiam Optimatum; his antepositisse vxorem probam, modestiæ specimen, pudicitiæ centrum? Sed hoc ipsum nunquam pro dignitate laudatum facinus domestici aliis tingebant coloribus: affirmabant nanque dedecere masculos spiritus ad tam vilia descendere, leuitatem animi, mentisque inconsideratæ temeritatem sæpè appellabant, accusabant immaturos iuuenis annos, & stare oportere contendebant seniorum consiliis, præsertim domesticorum & parentum, quorum erat illa communis causa; ô nunquam non armatos aduersùs grandia consanguineos. O germanitatem magnarum cogitationum nouercam! Vtinam ad Abraham genris originem attendisset Princeps iste! fortasse inconsultis domesticis & cognatis connubiale fœdus concelebrasset. Sed quid Abraham?

Sponsa appellatur nigra propter viles ortus ex matre plebeia.

27. Sanè post plurima experimenta athletam prouocauit Deus ad ingens certamen, factúmque in id tempus incognitum, vt filicida esset sine scelere: Iussit igitur dilectissimum Isaac super vnum montium, quem monstraret, victimam offerre, illum senectutis sobolem, lætitiam veteris domus, spem innumerabilium nepotum: paret genitor supernis imperiis: *Et de nocte consurgens* (Genes. cap 22. vers. 3.) *strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum*: Verùm, quorsum Patriarcha itineri se antelucano, nondum dispergente aurora tenebras nocturnas, committit? Non scimus Deum præcepisse, vt per tenebras graderetur, & erat ambulatio discriminis plena: non parceret saltem adolescenti Isaaco, & sineret plenè quiescere? puto voluisse senem, ne domestici sentirent abeuntes, ne mater præsertim iuuenis: At oportebat magis genitricem conscium esse; nec possumus non aliquantùm inhumanum dixisse Abrahamum: an non decebat vltimum vale à matre pignori charissimo datum fuisse? non lauaret filij vultus riuis lachrymarum? non sequeretur oculis recedentem? Sed, quid timebat? ne Sara oraculo non auscultaret, ne obstaret cœlesti monito? Sed suspicionem hanc vetuerant, feminæ probitas, in Superos religio, in maritum obseruantia: Sanè, quanta esset vxoris pietas, quanta reuerentia erga Numen immortale, satis perspectum Abrahæ per longa documenta: sciebat feminam sanctam, perfectæ iustitiæ: sed nouerat etiam homo alta sapientia donatus, quantum à coniunctissimis discrimen res arduas, & per omne æuum memorabiles, aggressuris: Committam, inquiebat, genitricis auribus facinus, cui nullum simile ab origine sæculorum? Potero: religiosa est: non morabitur discessuram ad mortem prolem: Sed ex coniunctissimis natura est; caro, & sanguis est: quid, si impediat? humanum nihil ab ea alienum: Tutiora eligamus: nihil loquamur matri: & ne sentire quidpiam possit, dum somno indulget, & potentiæ sopiuntur, eamus celeres: nox abscondet fugientes, & silentium opitulabitur conatibus nostris: Opituletur & nostris dictis Abulensis ad cap. 22. Genesis: *Vel fortè* (inquit) *de nocte surrexit, ne vxor, vel serui ab eo quærerent, quò tenderet, & eum impedirent.* Abulensis.

Cur Abrahã filium immolaturus, de nocte itineri se commiserit?

Gen 22.

28. Tot plagis Iob à Dæmone inflictis, dispensante Deo, cur vxor superstes relicta: Fortasse, vt remaneret solatium aliquod inter malorum diluuia? nam femina in adiutorium viro concessa: Sed credet aliquis tam mitem aduersarium communem, Inferni Rectorem? Quare trita Patrum, & Interpretum opinatio, ad probationem relictam, nouámque acerbitatem miserandi Regis, nempe, quòd cæteris artibus consequi non poterat, inuictum spiritum vt prosterneret, huius blanditiis, & persuasione consequuturum se non diffidebat Ita Auctor ille sub Origenis titulo lib. 2. in Iob: *Confugiam* (inquit) *ad antiqua arma mea, per quæ Adam seductum supplantaui: illic serpentem me induens ad Euam locutus sum; deinde per Euam locutus Adam seduxi: habet etiam Iob vxorem, quæ me induens, subtiliter per illam eum seducam, atque fraudulenter per eam illi persuadeam.* Gregorius eundem in modum meditatur lib. 3. in Iob, cap. 6. Chrysostomus homil. 3. in Iob: Nazianzenus orat. in laudem Athanasij: Basilius orat. 11. Gaudentius præfat. in tractatum ad varia loca Scripturæ; & alij plures: Hanc ergo sententiam fidelissimam arbitror, & propter summam Doctorum auctoritatem, & propter rerum congruentias; sed aliter interpretandam paulò existimo, ac commune fert iudicium: Patres quippe id insinuare visi cum reliquis Scriptoribus, feminam Satanæ instrumentum esse ad decipiendas animas compositum: quare sexum ipsum in genere respicere videntur, & à quauis muliere strenuissimo cuique athletarum timendum esse: Quòd si his assentiamur, non opus erat superstitem relinqui Iobi vxorem, cùm femina quauis vti possit aduersarius ad deceptiones, & alioquin non possit non esse solatio, deiecto & morbido Principi pignus omnium charissimum superesse: Puto igitur quidpiam singulare intentum ab hoste, quòd non ex liberis aliquem, sed thori consortem communi strage liberauerit: sic, nempe, philosophatus: Magna & inaccessa penè adoritur Iobus: post superatas inimicæ fortunæ omnes machinas, seipsum vincere tentat; si triumphet, discent mortales, ab homine superari posse quicquid funestum Tartarus euomat; despicient terrores nostros: iuuat initiis obstitisse: Sed quibus armis? Non regna amissa, non filiorum inopina mors, non corpus lacerum & hiulcum vndique mouent: iam habeo, quò prosternam: vxor etiamnum salua est: Docuit nos annosa experientia nulla potentiora tela contra Heroës, & maiora audentes domesticorum pugna, horúmque, quos sanguis coniunxit: volui in hunc scopum, natorum quempiam reseruare; sed noui, vt egregiis facinoribus omnes natura & carne proximi hostes sunt iurati; sic inter cognatos ipsos, quò con- Origen.

Femina potens instrumentum ad eneruandos iustos. Gregor. Chrys. Nazianz. Basil. Gaudent. Theophan.

iunctior vnuſquiſque, eò grauiorem inimicum eſſe eximiis conatibus: at verò quæ pars vxore vicinior, cùm vxor, atque maritus duo ſint in corpore vno, cùm propter thalami ſociam, vir patrem, matrémque relinquat? Hanc igitur reſeruauit Satan, quoniam coniunctiſſima erat portio, ac proinde omnium potentiſſimum aconitum: *Vt hanc haberet pro nouiſſimo Iob laqueo* (ait Commentarius Origenis nomine lib. 2. in Iob,) *vt poſtquàm per omnem rem deſperaret, tunc per vxorem iuſtum perderet, ſicut ipſe arbitrabatur infelix, æſtimabat, atque ſperabat.*

Origen.

29. In varias allegorias compulit veteres Euangeliorum enarratores ſententia illa Matth. cap. 6. verſ. 3. *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua:* Nam rectè Euſebius Gallicanus, quem alij Emiſſenum nuncupant, homilia in hæc verba: *Sed nunquid iſtud natura corporis ſinit? aut intelligentiæ ſenſum manuum miniſteria fortiuntur?* Quibus oculis pollet læua pars hominis? & vt videat, quæ tam diligens prouidentia cauere poſſit, ne cernat, quæ ſocia agit manus? Quid, ſi vna non poſſit ſuſtinere dextera, quæ offert pauperi miſericors; non ſuccurret compari ſiniſterior portio, & poterimus tum non ſcire, quæ contrectauerunt manus noſtræ: Sanè Laurentius, Nouarienſis Antiſtes, indicari opinatur, non impediendas eſſe animæ ſalutares exercitationes à carne, quæ concupiſcit, & bellum ciet aduersùs ſpiritum: *Neſciat ſiniſtra*, inquit, *quod facit dextera: tale eſt, quod dicit: Quando bonum aliquod conatur facere dextera, id eſt, anima; non illam impediat ſiniſtra, quæ eſt caro: ſed, tanquam dormiente ſiniſtra, feſtinet dextera furtitio more operari bonum*: Sed, quamobrem, non pedes, non crura, non dorſum, non verticem prohibuit cognoſcere, quæ dextera operaretur? Equidem ſignificabat S. Spiritus, agenda, cum ſanguine, & carne coniunctis non eſſe conferenda: at inter hos coniunctiores eſſe potiſſimùm vitandos: ideò de viciniori dexteræ membro loquutus, læuam ſignanter nominauit. Notauit Ambroſius lib. 1. Officiorum, cap. 30. *Neſciat* (inquit) *ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: non de corpore loquitur: ſed etiam vnanimis tuus, frater tuus, quod facis, neſciat.* Quorſum prohibentur parentes, ne conſcij ſint bonorum operum, & inter hos arcentur magis, qui proximiores ſunt? nunquid iactantiæ cauſa, & ne gloriæ feramur aura? Sed, ſi præcauendum hoc fuerat, celanda potiùs erant peregrinis, & exteris geſta laudatione digna: nam inflat peruagata fama, & exterorum plauſus ſupra domeſticum encomium: non magnum quippe eſt, ſi domi ſolùm quempiam cognoſcant, & efferant: exiguus rumor eſt, qui intra patriæ cancellos continetur: Alius igitur Pronunciati illius finis: Sciebat Chriſtus Dominus non alios acerbiores contrarios bonis operibus, quàm domeſticos, & ſanguine nobis copulatos: horum igitur fugiendas in primis inſidias ſalutem conſequi volentibus: inter hos proximiores maximè vitandos: cautio autem omnis à ſilentio pendet: cum illis igitur haud deliberandum, cùm magna aggredimur; tantùm namque diſtabunt à iuuando, bonúmque fouendo deſiderium, vt potiùs duces exiſtant eorum, qui impedire cupiant: & offendiculo eſſe nobis ad ad inſolita properantibus.

Matth. 6. Euſeb.

Quid ſit, ſiniſtram manum neſcire quod facit dextera?

Laur. Nou

Ambroſ.

30. Sed comitemur pauliſper exploratores miſſos ab Hebræis in tellurem promiſſam: *Pergentes igitur vſque ad torrentem botri* (Num. cap. 13. v. 24.) *abſciderunt palmitem cum vua ſua, quem portauerunt in vecte duo viri, reuerſique poſt quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moyſem, & Aaron, detraxerúntque terra, quam inſpexerunt, apud filios Iſraël, dicentes: Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos.* Equidem hæc oratio malitiosè compoſita ad deterrendos Hebræorum animos, ne velut parta iam præda fruerentur, & optatis potirentur regionibus! nam, quòd aſſerant tellurem habitatores deglutire, non aliud extitiſſe refert ex Rabbi Salomone Nicolaus Lyrenſis, *quàm vidiſſe eos in illa terra, in quadam villa homines ſepelientes mortuos ſuos: quod Dominus faciebat ad bonum filiorum Iſraël, vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis: & ipſi exploratores retulerunt ad malum populi Iſraël:* Itaque inde ſumpſerunt anſam maledicendi, vnde occaſionem ſumere oportuerat ſtimulandi ignauos ſpiritus, cùm ante viſum inimicum Deus proſterneret hoſtem, & pugnaret pro eis: Sed ne Rabbinicis traditionibus credidiſſe videamur; concedamus Chananæorum nationes formidandas fuiſſe; homines ad omnem immanitatem, & ſæuitiam natos: at, nónne ſpeculatores pauci numero omnes eorum terminos circuierant quadraginta dierum interuallo, & emenſis ſpatioſis finibus tandem ad ſuos redierant diuites, cum botro, nempe ſtupendæ magnitudinis, cum ficis quoque, & malogranatis onuſti? Quemadmodum itaque pauci remearunt illæſi, ſiue illos humana virtus, & robur membrorum protexit; ſeu præter generalem prouidentiam adſtitit eis Numen ſingulariter; Non poterat hoc ipſum euenire numeroſis exercitibus, & plebi propè infinitæ? Quid, quòd promiſerat eis Deus certam, facilémque victoriam? Docet Deuteronomij c. 1. aliáque varia Scripturarum oracula: Sed diſcamus, quibus gentibus orti hi exploratores? Equidem conſtat ex nominato cap. 13. Numerorum, ex ipſis Iſraëlitis fuiſſe; atque adeò florem multitudinis, Principes, nempe, tribuum: Siccine domeſticos ſuos, & conſanguineos mittunt exploratum Hebræi; & ab horum ſententiis pendebit optatæ telluris ingreſſus? Iam non miror infortunatos ſpeculationis exitus: quid enim aliud feciſſent domeſtici, & parentes, quàm impedimento eſſe ad ſublimia aſpirantibus? Nemo, ſi Ægyptum deſerat, & terram beatam Religionis melle & lacte fluentem ingredi concupiſcat, cum his, quibus carne, & ſanguine coniunctus eſt deliberet: facient trepidare, vbi non eſt timor; & regionem viuentium appellabunt glebam quæ deuorat habitatores ſuos; auertent cor eius, ne ſequatur Deum ſuum; in loco ſpatioſo ne ponat pedes ſuos.

Num. 13.

Mali, quæ bona ſunt, detorquent in prauum. Deut. 1.

Lyran.

31. Quibus artibus tum conatus fuerat humani generis apertus hoſtis, ne Hebræi pollicitas ſedes occuparent, ibíque vero Creatori debito cum honore & cultu obedirent; iiſdem vſus fraudibus, ne mortalibus per Chriſtum Paradiſi valuæ paterent: Singulare, quòd Seruatori è Crucis trabe pendenti non legantur Ethnici inſultaſſe, præſertim in irriſorias illas voces prorupiſſe, quas à Principibus Sacerdotum cum ſcommate, à ſeruis, & ſenioribus pronunciatas auctor eſt Matth. cap. 27. verſ. 42. *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei:* Taceo, quàm ſtulta hæc poſtulatio: quaſi fidem habituri eſſent lignum relinquenti, qui Lazarum quatri

Matth. 27. *Dæmon per ora Iudæorũ locutus, cùm ipſi inſultârunt Chriſto è Cruce pendenti.*

quatriduanum ſuſcitanti fidem non habuerunt? Quare Dæmonem per ora hominum loquutum arbitratur Bernard ſerm. 1. in die ſancto Paſchæ:

Bernard. *Chriſtus*, inquit, *Rex Iſraël, deſcendat de Cruce. O venenata lingua, verbum malitiæ, ſermo nequam! hoc planè tuum eſt: magis autem eius, qui mendax eſt ab initio:* Sed quid per iſta ſerpens molieba-tur? Equidem volebat, non perfici opus redemptionis à Filio Dei: *Hoc eſt enim, quod dolet venenati ſerpentis aſtutia*, (proſequitur Bernardus) *exaltatum in deſerto ſerpentem æneum, cuius intuitu ſanentur vulnera, quæ inflixit: ſera ducitur pœnitentia; & quos inſtigauit ad crucifigendum, inſtigat ad ſuadendum, vt de Cruce deſcẽdat:* Verùm, nõnne potuiſſet facilius Gentibus perſuadere, vt hæc à patibulato Redemptore peterent, quoniam Dæmonum imperiis ſubiiciebantur ſupra Iſraëlitas? Non ideò ſanè aggreſſus Iſraëlitas, quos incitauit ad blaſphemiam, potiùs quàm Gentes, quoniam meliores exiſtimaret Gentium mores; ſed quia aptiora inſtrumenta Hebræi ad præſtitutum ſcopum: intendebat quippe malignitas Tartarea, ne Dei ſoboles inceptum ſaluationis humanæ opus abſoluerer: difficilis admodum hic labor, velle deficere ab inchoatis eum, qui omnia portat verbo virtutis ſuæ: ſed conueniebat fieri ſubterraneæ poteſtati: nouerat Iſrael carne Chriſto coniunctum; nam ſemen Abrahæ apprehendit Verbum caro factum: nouerat ad conatus inſignes diſturbandos, ad impedienda egregia facinora nullam comparandam virtutem cum domeſticorum, conſanguineorúmque artibus: quoniam igitur Iſraël Chriſto carne copulatus erat; propterea, cùm vniuerſalem ſalutem impedire cuperet, non Gentes commouit, ſed Hebræos, qui Domino perſuaderent delapſum è Cruce: Acutè Bernardus allegato ſermone: *Hæc planè ſerpentis aſtutia, hæc adinuentio nequitiæ ſpiritualis: Audierat impius Saluatoris vocem dicentis: Non (um miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael; & nouerat, quantũ pro ſalute illius populi zelum gerere videretur propterea malitioſè nimis linguas erudiens blaſphemorũ, ſuggerebat, vt dicerent: Deſcendat, & credimus, quaſi tam nihil poſſet obſtare, quin deſcenderet, qui eorum credulitatem tantoperè deſideraret: Sed, quid machinatur, aut cui mouet inſidias verſipellis? non mouetur vana pollicitatione, qui nouit omnium corda, eo quippe tendebat malitioſa ſuaſio, non vt ipſi crederẽt; ſed noſtra quoque, ſi quæ erat fides in eum, omnimodis deperiret.*

32. Ioſephum ſupra reliquos fratres ſublimare Numini placitum: reuelauit puero venturos honores ſub ænigmate: *Putabam* (ait) *nos ligare manipulos in agro* (Geneſ. cap. 37. verſ. 7.) *& quaſi conſurgere manipulum meum:* Terruerant germanos ſomnia, necémque puero machinantur, tandémque mitiores redditi vendunt negotiatoribus ex Iſmaëlitarum genere; vt ſic appareret, quid illi ſomnia profutura eſſent: hæc enim meta liuoris, ſomnia mendacia facere: Timebat fortaſſe Diabolus magna aliqua portendi per ea, quæ à Ioſepho inter quieſcendum viſa: quid, ſi per illum conuertendæ nationes? quid, ſi Ægyptus ſuperſtitionum genitrix verum cognoſceret rerum Auctorem, & Crocodilum & Bouem contemneret? cupiebat de medio tollere, ingentibus obſtare euentis: à quibus ſubſidium peteret? Cognouerat nullum potentius telum domeſticis, & ſanguine vicinioribus: Hos igitur præ cæteris mortalibus ex conſilio aggreſſus:

Geneſ. 37.

Tantus fuit inuidiæ liuor in fratribus Ioſeph, vt etiam non obſtãtibus propriis emolumentis ipſũ de medio vellent tollere.

ſic enim certus vincere: Verùm, non dicam, poterunt fratres aduersùs germanum inhumani eſſe, & efferi, innocuum tam dirè accipere? ſaltem ſibimet ipſis non conſulent? Si Ioſeph potens euaſerit, ſi magnarum opum, & ſecundus poſt Ægyptiorum Regem, fratrum obliuiſcetur? Et cui tanta ſeruauerit niſi domui patris ſui? Quis vnquam doluit de germanis quempiam regiis honoribus auctum, ac non magis ſperauit, fratre ad excelſa ſublimato, ſibi non defutura quæcunque mortales in pretio ponunt, honores, Magiſtratus, populorum adorationem, diuitias, poſſeſſionéſque amplas? Scitè Chryſoſtomus homil. de vendito Ioſeph, tom. 1. germanos alloquens: *Cur innocentem zelas, inimica fraternitas? Cur modeſtum perſequeris? Cur probum non diligis? Serua tibi, ſerua, inimica fraternitas, viuum, quem ſentias aliquando placatum: ſerua incolumẽ, quem neceſſitatis tempore inuenias prouiſorem: multis prouides, ſi iſtum diſtraxeris; tibi nocuerit ſi innocentem animam iugularis:* Ergo in ſeipſos conuertuntur fratres, ſi Ioſephum de medio tollunt: non erit, qui fameſcentes ſaturet; non, qui coram Ægypti Principe gratioſos reddat; non, qui poſſeſſionibus ditet: Non mouetur pertinax rabies: ferale, & inſuperabile eſt domeſticum odium; & modò valeat conſanguineos ab immortali clariſſimorum facinorum gloria diuertere, aduersùs propria emolumenta facilè viperina fæuitia armatur.

Chryſoſt.

Clauſulam huic diſcurſui ponat idem, à quo exorſi ſumus Abraham Patriarcha: *Egredere* (ait illi Dominus Geneſ. cap. 12. verſ. 1.) *de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui:* Difficillimum fuiſſe hoc præceptum Auguſtinus eleganter commonſtrat ſerm. 68. de tempore: *Nouum* (ait) *probationis genus, habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborem itineris quieſcenti, imperare penuriam poſſidenti, & tantarum facultatum domino neceſſitatem imponere peregrinandi: libenter tamen fides accepit, quidquid arduum videbatur incredulis: Leue non eſt cuiquam dimittere propria, & ſectari aliena incerta? quis enim propria ſine dolore & lacrymis dereliquit?* Suppono autem cum Lyrano, Abrahamum tunc in tyronum & incipientium ſtatu poſitum: nam hæc initia familiaritatis cum Numine: Stupeſco igitur, quòd nouitio etiamnum tam ſtrenua proponeret: his enim lac, non eſcas difficiliores porrigendas monet Paulus: ſic & Deus ipſe populum de Ægypto exeuntem circunduxit priùs per plana, ne territi ſub exordio itineris cœleſtia contemnerent promiſſa: Abrahæ itaque tyrocinio nondum abſoluto, cur ea imperauerit, quibus vix ferendo ſint gigantes: Equidem Deus Patriarcham ad magnifica vocabat: *Faciámque te in gentem magnam*, (ait,) *& benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum*: Hæc tam grandia, ſi inter domeſticos remaneret, conſanguinei, vt moris eſt, impedirent: nam illi capitales hoſtes ſunt magnorum conatuum: Quò igitur cognati Abrahæ impedimento non eſſent ad excelſa currenti, tyroni adhuc non veretur exilium indicere, & ardua imperata reuelare: Aptè Hieronymus epiſtola 28. ad Lucinum: *Abraha dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione, & de domo patris tui, & vade in terram, quam monſtrauero tibi: Relinquit Chaldæam, relinquit Meſopotamiam: quærit, quod neſcit, ne perdat, quod inuenerat: non enim arbitratus eſt ſimul ſe habere poſſe,*

33. Geneſ. 12.

Auguſt.

Abrahamo exilium à patria indicit Deus, ne ipſius ad ſuperna curſus à conſanguineis retardaretur.

Hieron.

& patriam, & Deum : Comptè dixit : *Simul habere posse :* Nam anhelantibus ad superna, præcipuus obex, patria, domestici, consanguinei. Expertus summo cum vitæ, & fortunatum discrimine Sponsus, vt vidimus Præloquio antecedenti, Sect. 1. num. 7.

SECTIO V.

Formidabile, & acerbum vituperandi genus, ex laudibus, pariter & iniuriis compositum.

34. PERPENDIMVS Sectione elapsa, quanta à domesticis & consangnineis mala sustinuerit sponsus : parum hoc, si non & in sponsam contumelioſi extitissent : De sponsi cognatione filiæ Hierusalem ausæ fuscum obiectare colorem pulcherrimæ inter mulieres : Sed inquis : Laudauerunt pariter : nam formosam dixerunt, sicut pelles Salomonis : O calicem hostilem deforis auratum, intus aconita porrigentem ! extollunt, vt vituperent magis : Non est secura laus ab ore inimici : vult per encomia fidem conciliare malitiæ : ingreditur blandè, & in nouissimis mordet sicut coluber : Si acerbè de cunctis pronunciasset, inimicè loquutum suspicio esse posset : nemo inimico cognito credidisset : ergo, quò vehementiùs feriat, & pertingat vsque ad diuisionem animæ admiscet conuiciis encomia : Et quò tendebat iniquitas adulatorij sermonis ? Certè, ne dilectus promissis staret, thalami sociam faceret : En, si formidabilis vituperatio laudibus commixta : Fatemur quidem, dicebant Principi, Syrophœnissam illam egregiis cumulatam donis : non tam pulcher est Salomon in omni gloria sua, quàm Chananæa virgo : aut saltem tam speciosa ipsa, quàm pelles Salomonis, & tentoria ad opum & magnitudinis ostensionem composita : sed, quemadmodum hæc, rumor, tanquam probata iactitat, sic spargit illud, nigram esse, siue his candorem faciei minuere velint : siue significent obscuros ortus, & indignas, vulgaréſque exercitationes, hœdorum magistram vocant, & cucumerarij in vineis custodem : Decétne primum inter Dynasta vilem ducere puellam ? Formosa est ; sed ex parte tantùm : Ergo laudationis scopus, connubia irrita fecisse;

Sponsam vituperantium simul & laudantium scopus cõnubia irrita fecisse.

35. Hanc noxiam, atrocémque luem suis coloribus depingit Augustinus ; ducta similitudine à duabus auibus, coruo, scilicet, atque columba : Nam, quemadmodum columbæ sibi inuicem blandiuntur, séque deosculantur : ita & corui vt scribit Plinius Aristotelem referens lib. 10. cap. 12. Quòd si illud vnicè commendandum in Veneris alite, quoniam fidem seruat compari : in cornicibus etiam summam esse inter marem, feminámque concordiam, & fidem coniugij inuiolatam seruari tradit Ælianus lib. 2. de animalibus : Pierius lib. 20. hieroglyphicorum : Alciatus emblemate 30. Illud quoque in columbis celebratissimum, internuncia esse in rebus gnis, & pedibus annexas epistolas in castra ferre, vt prodit eodem libro 10. cap. 37. Plinius, & ex eo, aliíque, Alexander Neapolitanus genialium lib. 1. c. 27. De cornicibus quoque testatur Valerianus hieroglyphicorum citato volumine : & propterea & sepulcri, & columnæ honorem positum cornici à Marrhe Ægyptiorum Rege : cùm igitur & in coruis, & in columbis concordiæ symbola, oscula, fides coniugalis, aliáque; quamobrem columbæ omnium linguis commendantur, coruos nemo non detestetur ? Sanè corui ab osculis inchoant : hoc autem pacis, & amicitiæ pignus laniatus & discerptio sequuntur : nihil eiusmodi in columbis, infida igitur sunt oscula coruorum, ob idque auis pessimè audit, quoniam per amicitiæ speciem sæuit crudeliter : Sed, quoniam Augustini esse cogitationem dixi, demus ipsum differentem tom 9. tract. 8. in Ioannem, in principio : *Sic ergo oportebat demonstrari Spiritum sanctum venientem super Dominum, vt intelligat vnusquisque, si habeat Spiritum sanctum, simplicem se esse debere, sicut columbam : habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum : habent enim oscula & corui : sed in coruis falsa pax, in columbis vera pax. Non omnis ergo, qui dicit,* Pax vobiscum, *quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum ? Osculantur corui, sed laniant; à laniatu innocens est natura columbarum : vbi ergo laniatus, non est vera in osculis pax; Illi habent veram pacem, qui Ecclesiam non laniauerunt : nam corui de morte pascuntur ; hoc columba non habet : sunt passeres breuissimi, qui vel muscas occidunt : nihil horum columba ; non enim de morte pascitur ;* Præclara illa particula : *Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum ?* Quasi asserat : Vultis syncerum laudatorem à versipelli, & hostili distinguere ? attendite ad genus osculorum : si basia sequatur laniatus, fugite ocyùs ; coruus est, vastator est, Harpya crudelis est ille, qualiscunque est.

Coruorum inter se amor, & concordia.

Plin.

Ælian. Pier. Alciat.

Columbæ tabellionum vi cē gerētes.

Plin. Alex. Neap.

Corui deosculantur, sed laniant etiã

Augusſt.

Iacob ex hac mortalitate abiturus quorundam filiorum sceleribus maledixit : nam, quamuis ea Patriarchæ oratio communiter vocetur titulo benedictionum ; tamen haud congruere satis nomen, si rigida adhibeatur expositio, docet ex Ambrosio, Ruffino, Theodoreto Pereira præfat ad cap. 49. Geneſis, nam dirè precatum fuisse Ruben primogenito, duobúsque aliis ex gnatorum numero, Simeoni, videlicet, & Leui, verba textus indicant manifestè : Verùm, quid est, quòd aduersùs hos acerba pronunciaturus, cùm Ruben perstringit, a laudibus exorditur ? *Ruben primogenitus meus : tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio :* Encomiis autem absolutis subinfert delicti graues pœnas : *Effusus es, sicut aqua, non crescas; quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius :* Contra Simeonem verò, & Leui onerosa dicturus, à commendatione non incipit, sed continuò prorumpit in maledicta : *Simeon, & Leui, vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non veniat anima mea ; Maledictus furor eorum, quia pertinax,* &c. Equidem culpa à Ruben commissa, quam genitor reuelaturus erat, excedebat longo interuallo, enormitate, patratum à Simeone, eiúsque socio, facinus : vindicta etiam superabat multùm pœnas, quas duo fratres daturi erant : Quoniam igitur illud vituperationis, maledictique genus omnium acerbissimum est, & in primis formidabile; vt indicaret Iacob seueram animaduersionem sceleris Ruben, eiúsque supplicia, quemadmodum & delictum, atrociora, quoniam pessimè precaturus erat Ruben, à commendatione, & præconiis inchoauit : Rectè Origenes homil. 17. in Genesim : *Sed quòd in initiis laudis ei aliquid videtur adscribere*

36. *Benedictiones Patriarcharũ an sic vocandæ.*

Perer us Gene. 49. 3.

bere, dicens : Tu virtus mea idcirco fit, vt grauius notetur in crimine : At hæc iuxta germanum Scripturarum sensum stare non posse dicas, quoniam Moyses Deuteronomij cap. 33. cùm tribubus beneditceret, tribum Simeonis sine benedictione præteriit : cuius facti non potuit alia esse occasio, quàm quòd scelere reliquas superasset Simeonis tribus: Non probè igitur suppositimus, atrociorem fuisse Ruben noxam, ac proinde omnium iniquissima maledictione percussam; ea, videlicet, quæ laudis, & præconij haberet secum partem annexam. Verùm Moyses eò loci ad antiqua crimina non aduertit : alioquin nec Ruben, nec Leui benedixisset: Ob recentem igitur culpam vapulauit tota tribus, nempe, eam, quam Numerorum cap. 25. Zambri Simeoniticæ tribus Princeps legitur commisisse, ingresso illo Madianitarum lupanar, spectante Moyse, & vniuerso Israël : nocuit itaque vnius offensa multitudini: Sic Pererius ad cap. 49. numero 34. Salianus tom. 2. ad annum mundi 2583. num. 309. & dixerat ante ipsos Abulensis ad cap. 33. Deuteron quæst. 2.

Deut. 33.

Moyser cur tribum Simeonis sine ne dictione præteriit.

Culpa vnius multitudini nocet.

Pereira. Salian. Abul.

37. Iam, quid illa ouatio Seruatoris portenderit, cogitemus : cùm Hierosolymam ingressus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis, clamantibus victoriale carmen, & quæ præcedebant, & quæ sequebantur, turmis, dicentibúsque : *Hosanna filio Dauid: Quid fuit* (scitè dixit Bernardus serm. 2. in Dominicam Palmarum) *quòd processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat Passionem?* An, vt significaret, nobis incerta esse huius vitæ gaudiosa, & extrema risus luctum semper occupare? Moralis hæc consideratio apta, vtilisque simul, quam mellifluus Abbas ad longum dilatat : Nunc autem aliquid subtilius eruendum est, eodem adiutore : Volebat Christus propter nimiam charitatem, qua diligebat mortales, pati, non vtcunque, sed acerbissima quæque sustinere : de quo patiendi ardore disertissimè Tertullianus libro de Patientia: *Cùm verò traditur, cùm adducitur vt pecus ad victimam, (sic enim non magis aperuit os, quam agnus sub tondentis potestate,) ille, cui legiones Angelorum, si voluisset, vno dicto de cœlis adfuissent, ne vnius quidem discentis gladium vltorem probauit: patientia Domini in Malcho vulnerata est : itaque & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam misericordiæ matrem: Taceo, quòd figitur : in hoc enim venerat; Nunquid tamen subigendæ morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientiæ discessurus volebat; despicitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur.* Pulcherrimè *saginæ* vocabulo sitim Seruatoris immensam atrocia perferendi expressit; Cupiebat igitur dirissima tolerare, & ob hoc triumphum præmisit : nam certè à declarato, & capitali hoste miserandè lacerari, dolorem & lacrymas sæpè etiam strenuissimis elicuit : ab eo autem inhumanè accipi, & barbaricè, qui amicitias venditat : exordiri à tripudio, Regem acclamare, frondes præferre, sub gradientis planta vestem ponere, atque ab iisdem, non diu post contumeliis, verberibus, maledictis onerari; nihil supra huiusmodi iniuriam: non sufficere humanam patientiam; diuinâ opus esse substantiâ ad tam immane conuicium arbitratus Tertullianus loco memorato : *Hinc vel maximè, Pharisæi, Dominum agnoscere debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret: talia nanque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei est; penes nos verò ratio, & structio, satis aperte, non sermonibus modò in præcipiendo, sed etiam passionibus Domini sustinendo, probant his, quibus credere datum est, patientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis :* Sed quòd triumphum præire patibuli ignominiam voluerit, quò Passio ipsa acerbior extitisset, fecisse discamus à Bernardo serm. quem nominauimus 2. in Dominicam Palmarum : *Fortè vt amarior esset Passio* (inquit) *quam processio præcessisset: ab eo enim populo, in eodem loco, & ipso tempore paucissimis diebus interpositis, primò cum tàto triumpho susceptus, postea crucifixus est: O quam dissimile est: Tolle, tolle, crucifige eum, & Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis : Væ tibi, amaritudo peccatorum nostrorum, propter quæ soluenda tanta amaritudo necessaria est.* Verùm, quid producti discursus isti cum instituto, de quo agimus? Maxima sanè cognatio est : quemadmodum enim inter vindictas, quæ facti nominantur, illæ horrore & acerbitate supremæ censentur, quæ ad populorum applaudentium acclamationes, & tripudialem sonum subsequuntur; hoc commonstrauimus ex Bernardo, & Tertulliano : sic inter verborum iniurias, vt fuerint omnes toleratu difficiles; illa tamen vituperandi forma, quæ à laudibus, aut inchoat, aut illis admiscetur; omnium pessima est: Hinc Christus præmitti voluit triumphalem sermonem : *Hosanna filio Dauid: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* vt vehementiùs cruciaretur à subsequuturis vocibus liuoris, & iracundiæ: *Tolle, tolle, crucifige.*

Bernard.

Tertull.

Christi ardor patiendi pro hominibus.

38. Redeamus igitur ad exploratores terræ Chanaan, quibuscum versati sumus paucis elapsis paginis, Sectione antecedenti, num. 30. Remensi ad suos post lustratam promissam regionem: *Venimus* (inquiunt Numer. cap. 3. vers. 28.) *in terram, ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes, atque muratas: Stirpem Enac vidimus ibi,* &c. Quamobrem ab encomiis exordiuntur, & solum beatum nominant: postea inuehunt in habitatores? Tostatus quæst. 43. in dictum Numer. caput: *Si omnia* (ait) *dicerent contra terram Chanàan, fortasse essent suspecti, quòd odissent : ideo dixerunt aliquid in laudem eius, & hoc fuit principio, vt ea, quæ postea dicerent in odium illius, crederentur :* Suprà autem dixerat : *Quia ista erat maxima detractio:* Dixerat eadem omninò longiori circumlocutione, qui ante Abulensem vixerat, Nicolaiis Lyrensis ad cap. 13. Numerorum : non tamen propterea necesse est transcripsisse Tostatum ex Nicolai Codice, quasi impossibile sit, duos consentire super terram in idipsum? siue mutuatus alter ab altero, siue vtrique obiectum, inscia alterius mente : verùm dixêre ambo : & ea est maleuolorum conditio, per laudes sternere viam conuitiis. Hoc tamen loco adhuc nosse desidero, quorsum cùm bis de Chananæorum Prouinciis acerbè loquuti sunt, qui exploratum missi fuerant, versu, nempe, 28. & versu rursus 33. quando primùm habuêre sermonem versu 28 & laudauerunt, & minuerunt pariter : cùm verò secunda haberent verba versu 33 nihil speciosum & commendabile pronunciarunt; sed quæ odium generare possent, Omnia? Equidem primâ, quâ locuti sunt, vice,

Num. 13

Tostat.

Exploratores ab encomiis terræ chanaã exordiuntur vt illam vituperando facilius credantur. Lyra.

nondum commota erat multitudo, nondum malè affecta erga Chananæorum regiones: secùs postea accidit: Quoniam igitur in principio agendum cum illis erat, qui benè sentirent de Palæstina, de qua toties tam grandia audierant; res subtilissimè tractanda fuerit, atque eiusmodi propinandum virus, quod cùm veneni speciem non præferret; nulla tamen ea nocentior esset cicuta: & quia tale toxicum, vituperationis forma, quæ laudibus intexitur; propterea tanquam virus cæteris pestilentius, propinauerunt initio illud, vt statim dementarent populum, & melioribus consiliis non acquiescerent: quod totum cõsequuti sunt; non enim Moyses, non Caleb, non Iosuë salutaria pronunciantes compescere valuerunt: tanta vis nequissimæ detrectationis.

39. Hinc ille magnæ vltionis Deus tam stomachabundus, & indignans Psalmo 54. vers. 14. Psalm. 54. *Quoniam, si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu verò, homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes:* In quibus verbis annota illa: *Quoniam, si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, id est, perferrem apertum hostem; amicum & familiarem non sustinerem*, vti Bruno Carthusianus declarat: At, nónne notos quoque, & secretorum conscios pertulisti, Domine? Adamus quondam dilectus, quoniam sustinuisti eum, potuit iram declinare: Dauid, cui incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti, recessit aliquando, & indulsisti misericors lacrymanti: Petrum, quem beatum prædicasti, quoniam caro, & sanguis non reuelauit, sed Pater, qui in cœlis erat; cecidit ad vocem ancillæ, & respexisti clemens, & exiuit foras, & fleuit amarè: Amicos igitur sustines; alioquin meliùs inimicum esse, (quod absit,) si pro hostibus solis est indulgentia; Annoto deinde etiam aliam particulam: *Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuẽtes:* Qua sententia alludi ad infandum Dathan & Abiron exitum (Numerorum cap. 16.) quos terræ hiatus subitò vorauit, arbitratur Augustinus ad hunc Psalmum 54. & plures eum sequuti: denotántque terribiles minæ, Numen non concessurum huiusmodi hominibus pœnitendi spatia; sed abrupturum sine mora, & continuò ac deliquerint, vitæ stamina: Sed nónne hic longanimis ille Creator est, de quo cum insigni eloquentia Tertullianus lib. de Patientia: *Sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen, familiam ipsius persequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatẽ quotidie insolescentem: vt sua sibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt; quia sæculo iratum tandiu nesciunt:* Hoc ergo Numen tã placabile, & mansuetum sic excandescere, vt pœnitentiæ spatia longiora non concedat, sed subitò offendentem opprimat, necesse est incitari à facinoribus, quæ communem malitiam malignis superent enormitatibus: Quale igitur hoc scelus tam detestandum? Bruno Carthusiensis: *Quoniam, si inimicus meus, Gentilis populus, qui nunquam mentitus est se esse amicum meum, sicut tu, plebs Iudaica, mentiris, dicendo: Magister, scimus, quia verax es, &c. qui Gentilis populus apertè mihi inimicatur non habens mei fidem, maledixisset mihi, vtique sustinuissem, id est, patienter eius pœnam omninò distulissem vsque in futurum: non concederem, vt hic præcipitaretur, sicut de te concedo:* Ecce quos vehemens indignatio comprehendit; illos, nempe, qui sub amicitiæ larua vltionem armant: qui vna manu offam ostentant, altera lapidem iaculantur: qui denique, vt acerbissimè nomen, existimationem, honorem saucient, à laudatione, & encomiis vituperationem inchoant.

Bruno. Num. 16. Augusti. Tertull. *Dei nimia quodãmodo patiẽtia abuntur peccatores.* Bruno.

Ex his venari iuuat causas, quamobrem grauiori anathemate percussus Cain, quàm genitor eius, primúsque virorum: nam maledixerat Adæ Dominus; verùm mediatè solùm, terræ, quam operatus esset, malè precando: *Maledicta* (ait Genes. cap. 3. vers. 17.) *terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ:* Cain autem immediatè, suáque in persona, inquiens: *Nunc igitur maledictus eris super terram,* (Genes. cap. 4. vers. 11.) *quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua:* Fuisse autem atrociorem multò pœnam fratricidæ inditam, animaduertit Chrysostomus homil. 19. in Genesim: *Vides* (ait) *maledictionis diuersitatem, dilecte? Ne igitur inconsideranter hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende: nam, quantò maius sit hoc peccatũ præuaricatione primigena hominis, ex maledictionis varietate scire volenti, licet: illic enim inquit: Maledicta terra in operibus tuis: & in terrã effusa est maledictio, ostensâ suâ in hominẽ curâ: hic verò, quia res perniciosa, facinus iniquum, & inexpiabile flagitiũ, ipse pœnam luit: Et nunc maledictus, inquit, tu de terra.* Sanè Chrysostomus adsignificasse visus, Caïnam noxã Adæ crimine grauiorem fuisse; Verùm, si circunspicias singula, quo pacto stare valeat sententia? Nam Protoplasto sublimior fuit notitia, & diuinarum rerum, & fœditatis ipsius delicti ad hoc potioribus beneficiis à Deo cumulatus: quid loquar tantum ab eius piaculo nocumentum in omnem posteritatem? At, si culpatior Adam, quamobrem non ditiori maledictione, punitus? Sanè Adam peccauit: sed non aliquem decepit, nullo doli genere vsus, nemini mentitus fuit: Quid verò Cain: *Dixitque ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras:* Ad laxandum animum in aprica trahit germanum Cain, proculdubio, vt decerpant de liliis, de rosarum purpura; violam, narcisúmque iungant; nunc de pomosis arboribus fructus legant; nunc prosilientes è nemore feras exagitent; nunc de ridentibus lymphis bibant; nunc sub odoratis frondibus requiescant, & philomela somnos conciliet erudito gutture: harum gratia voluptatum itur in planitiem suaue-halantem, in syluas, in iuga montium: pudet narrasse: ducit in apertum aërem quasi recreatum, & vulnerat in loco voluptatis: *Quid facis, ô Cain?* (exclamat Chrysostomus vbi suprà:) *quid noui accidit, quòd nunc fratrem in campum trahis, & amicitiæ occasione, fraternam beneuolentiam prætexendo, hostilia quæque perpetrare deliberas?* Ob hoc igitur tam seuerè mulctatus, quòd germanum decepisset: incitauit ad rus, quasi lætari fraternè vellent, vt occideret tamen: cœpit à iucundis, quò in luctuosa desineret: hæc sunt illa scelera, quæ Numen tam atroci maledictione condemnat; sub amicitiæ imagine iugulum petere, exordiri ab encomiis magnificis, super astra euehere; atque hoc ipsum meditari, quò subsequutura vituperatio lædat vehementiùs; parùm sauciatura, si incomitata venisset, & sine laudibus: Sponsæ igitur, quoniam, si possent, grauissimè nocere cupiebant cognati & familiares, Principísque animum ab ea amanda distrahere

40. Genes. 3. & 4. Chrysost. *Diriori maledictione Cain percellitur quàm Adam, quòd sub prætextu captandæ voluptatis fratrem foras eduxerit sicque dolosè interemerit.* Chrysost.

here; genus illud vituperationis aggressi, quod cæteras malitia vincebat; sic næuos puellæ considerandos adolescenti proposuerant, vt adderent etiam non pauca, quæ in commendationem virginis facerent.

SECTIO VI.

Deum humaniorem se præstare quodammodo, indulgentiorémque erga peccatores conuersos, quàm erga Sanctos.

41. MVltæ nuptiæ factæ in Israël: sed in multis nuptiis nunquam talis connubiorum pompa, qualis in nostræ sponsæ coniunctione. Vbi talis Hymen cantatus, qui, propterea quòd cætera genialia carmina vinceret, & rerum granditate, & poëseos venustate, Canticum Canticorum diceretur? Mirabile est, puellam alienigenam, despectam, idolorum cultricem, loco, parentibúsque obscuri nominis ortam, iis cumulari honoribus, quibus nulla virgo in Israël donata est aliquando: Sed agnosco Sacramentum: Repræsentabat Sponsa nostra Gentiles, peccatorésque omnes: ipsi plebs contempta, vanitati subdita, quæ abiit in regionem longinquam, & aduenæ, atque peregrini facti sunt, procul positi à Sion super flumina Babylonis, captiui & miseri sub Principe tenebrarum: Hos igitur ex captiuitate redeuntes, & domum seruitutis exosos, cùm in se reuersi pergunt ad Patrem, & præ contritionis magnitudine non audent cœlum intueri; Deus totius consolationis tam mitis excipit, tam blandè alloquitur, tantis delinit obsequiis, momento vt & ad secreta admittat, & diret magnificè: vt super filias Israël; super eas, quæ non coinquinauerunt vestimenta sua, nec pactum, aut mandatum eius transgressæ sunt, dilexisse videatur: Hoc est ob quod nulli virgini in Israël tale carmen cantatum est, in die desponsationis, & lætitiæ cordis eius, quale Sponsæ nostræ: quoniam ipsa similitudinem portabat conuersi & dolentis peccatoris: *Et gaudium erit in cælo.* (Luc cap. 15.) *coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

Quantis Deus excipiat blanditiis peccatores ad se conuersos.

Luc. 15.

42. Sed ego alterum Canticum in Scripturis reperio; Psalmum, nempe, quadragesimumquartum: *Eructauit cor meum verbum bonum,* &c. Salomonis Hymenæo cognatum imprimis, fortasse eiusdem argumenti: Sic non paucos, neque prolætarios Scriptores existimare ostendi Prælocuio 1. Sect 9 num. 72. Intueamur, pro quorum nuptiis cecinit Dauid manu fortis Epithalamium illud? Sanè titulus Operi inscribitur: *Pro his, qui commutabuntur:* Qui sunt autem illi, qui commutantur, præter rebelles filios, cùm veterem exuentes hominem; nouum; qui in Christo est, induunt, à tenebris translati in lucem. & claritatem? Horum igitur in gratiam modulatum insigne metrum arbitratur Augustinus: nam verba tituli explanans: *Sed vnusquisque nostrùm, Frater,* (ait) *ex veteri homine in nouum mutatur, ex infideli fidelis fit, ex raptore largitor, ex adultero castus, beneficus ex malefico: ergo cantatur nobis pro iis, qui commutabuntur:* Verùm huic interpretationi altera pars tituli obicem ponit: Legitur enim *Canticum esse pro dilecto:* Quomodo autem *dilecti* nuncupatio in peccatorem congruat, quæ Sanctorum appellatio est? Et demus quidem peccatorem per conuersionem ad vltimum finem (loquamur cum Schola) iustificatum esse; poterit sanè gratus Deo, sanctificatus, filius adoptionis nominari; sed dilectus, id est, singulariter charus, & erga quem Domini indulgentior affectio, in recèns erutum è vitiorum gurgite huiusmodi nomen non conuenit, quod ne ij, qui portauerunt pondus diei, & æstus, consequuntur, cùm inter Apostolicum cœtum vnus tantùm fuerit discipulus, quem ita specialiter diligebat IESVS. Porrò dilecti vox in fronte Psalmi, cùm absolutè, & absque addito posita fuerit, amatum per excellentiam denotat: Quare & Hieronymus transfert Canticum amantissimi, seu charissimi: Respondeo tamen, recèns ad Dei castra translatos non tantùm charos ei fieri; sed etiam præ reliquis amari: ita vt inter multos ipsi sint, quibus singulariter dilecti appellatio congruat: Quare optimè inscriptus Psalmus, *& pro his, qui commutabuntur,* & simul pro dilecto: Sed, quoniam insolens apparebit assertio, quæramus fidem Pronunciato.

Aug.

Hieron.

Recèns ad pœnitentiam conuersi per excellentiam à Deo diliguntur.

43. Meminisse igitur oportet, quod Principi Apostolorum acciderit, cùm nouissimè cœnaret Christus Dominus: nam pronunciante Seruatore: *Quia vnus ex vobis tradet me* (Ioan. cap. 13. vers. 22.) *aspiciebant ad inuicem discipuli hæsitantes, de quo diceret: Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu* IESV, *quem diligebat* IESVS: *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est, de quo dicit?* Cur Petrus præceptorem nunc alloqui timet, & Ioanne mediatore vtitur? Chrysostomus homilia 71. in Ioannem, propterea non ausum percunctari Verticem Apostolorum, Cepham, arbitratur; quoniam paulò anteà increpitus fuisset à Magistro, cùm pertinaciter diceret: *Non lauabis mihi pedes in æternum:* Subscribit Chrysostomo Lyranus: At mihi placet, rem illam fuisse, quam Christus difficulter reuelaret: cæterùm quod reliquis negasset, haud celaturum discipulo illi, quem supra cunctos amaret: itaque Petrum adhibuisse Ioannem intercessorem; quoniam ex commilitionibus erat is, qui singulariter adamabatur; specialiter autem dilecto putabat licere ab amante quæque interrogare; non enim huiusmodi clausa aliqua pars cordis: Porrò hanc contextus significationem colligit inde Chrysostomus: quoniam, dum hæc refert Euangelista, sæpè repetit, discipulum illum, cui Petrus innuit, Magistrum vt percunctaretur, fuisse eum, quem amabat IESVS, & qui in sinu eius recumbebat: vt his innueret, Petrum non propterea per internuncium voluisse cognoscere proditorem, quoniam aliquis commilitonum eò maior extitisset: sed, quia alicui maior familiaritas cum filio Dei. Chrysostomi verba sunt citata homilia ad illa: *Et recubuit super pectus* IESV, &c. *Ego autem & alia ratione hoc dictum arbitror, ne nimium sibi tribuere videretur: cur enim aliàs non dixit, sed cùm Apostolorum Princeps innuit? Ne ergo arbitreris tanquam maiori Petrum innuisse, amoris causam affert:* Maneat igitur, Ioannem ausum, & pro se, & pro aliorum causis intrepidè Christum affari, quoniam erat discipulus singulariter dilectus. Moritur Redemptor hominum; consurgit de tumulo rediuiuus; docet Apostolorum Ducem, qua morte eum clarificaturus esset: & continuò

Ioan. 13.

Chrysost.

Lyra.

Amicis intimis nihil clausum.

Chrysost.

ille

ille *conuerſus vidit diſcipulum, quem diligebat* IESVS (Ioan. cap. 21.) *qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius: hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dixit* IESV: *Domine hic autem quid?* Quæ hæc mutatio rerum? In cœna veretur Simon pro ſe interpellare Chriſtum, & nunc pro filio dilectionis poſtulat? Vide, obſecro, Cepha, ne temerarius, ne audax habeare. Nuper Ducem, & Præceptorem, feminæ voce conterritus, ſemel, iterúmque negaſti; atque vt crimen laueris, præpropere tamen ad tam grandia aſpiras: hæc ſunt priuilegia perfectorum: hoc illis ſolùm donatum, quos IESVS ſuper vniuerſos diligit: filius prodigus, qui patrem inhonorauit, quemadmodum tu, inter mercenarios panem comedat, non ſe cœtui nobilium & ingenuorum interſerat: Veruntamen Petrus modò cum fiducia Magiſtrum interpellat quidem, ante Paſſionem non audebat: quoniam nunc amantiſſimus Domini factus eſt, & Ioannis ſortitus vices: At, vnde hæc Simoni? Sanè nuper in barathrum perfidiæ lapſus, emerſit citò benignitate Præceptoris; & quoniam pauci præterierant dies, verſabatur adhuc in primis gemitibus & lamentis: denique erat peccator heri conuerſus; recenter autem ad Dominum verſos iiſdem ille amoris, & dilectionis notis excipit, quibus chariſſimos quoſque: ſic vt, qui ad indicia, conſolationúmque abundantiam attendat, planè exiſtimet, hos primas ſedes occupare: Petrus igitur, vt comprobet, non eſſe potentiora Ioannis ſuffragia apud Chriſti amorem, quàm ſua ſint poſtulata, non pro alio, quàm pro Ioanne rogat, vt cùm ſupplicantem perſpexerint pro illo, quem in deliciis habet Præceptor, ſingulariſſimam eius cum Magiſtro eſſe familiaritatem non dubitent: Igitur in cœnaculo, nec pro ſua cauſa audet ad Seruatorem accedere Petrus; quoniam non erat intimus Domini familiaris: poſt lapſum autem, quia per delictorum contritionem ad penitiorem amicitiam admiſſus fuerat, etiam alienarum cauſarum aduocatus fit: An hæc velit Chryſoſtomus homil. 87. in Ioannem in illa verba cap. 21. *Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius*, &c. *Qua gratia recubuit illius meminit? Non abs re; ſed vt oſtendat Petri, poſt negationem, fiduciam: qui enim tunc non eſt auſus* IESVM *interrogare; ſed id muneris alteri delegarat: hic commiſſa ſibi fratrum cura, non modò alteri vicem ſuam mandat; ſed & ipſe Magiſtrum interrogat: & Ioannes quidem tacet; ipſe autem loquitur*: Sed, quoniam clariora ſunt Caietani Cardinalis verba, libuit apponere: ſic ille ad cap. 21. Ioannis: *Non vanè Ioannes, qui ſolitus eſt deſcribere ſeipſum ab vna conditione, (ſcilicet quem diligebat* IESVS *familiaribus ſignis,) modò deſcribit ſeipſum à caſu ſuper pectus in cœna, & actu interrogandi de proditore: ſed vſus eſt tot præcipuis benevolentiæ, familiaritatis, ac fiduciæ indicijs ad ſignificandum, in qualem gradum poſt Chriſti negationem Petrus adſcitus fuerat, vt, ſcilicet, ipſe Petrus interrogaret pro Ioanne tam dilecto, tam domeſtico* IESV: *qui Petrus, antequàm negaret Chriſtum, interpellabat Ioannem, vt interrogaret* IESVM: *vt intelligamus in magis internam amicitiam Dei adſcribi quandoque homines poſt crimina, quàm anteà habuerant.*

Ioan 21.

Petrus per delicti contritionem ad intimiorem Chriſti amicitiam admiſſus.

Chryſ.

Caiet.

Quorum ſi abundantiorem deſideramus probationem, ſuppeditabit genitoris ſumma humanitas erga filium, *qui perierat, & inuentus eſt*: nam imperauit citò *proferri ſtolam primam* (Lucæ cap. 15. verſ. 22.) *dari annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius*: Equidem, quòd tunica talari donet, conſentaneum id, ſiue ad honeſtatem, ſiue ad neceſſitatem, ne calor, ne frigida tempeſtas noceat: quòd pedes protegantur, & vepres, & ſaxorum durities, & hyemis aſperitas monent: hoc vtrunque ſalutare & commodum: quæ ab annulis vtilitas? non digitos à ſudoribus, non à frigoribus liberant, non defenſant à ſordibus, non à vulneribus; ſi ſcribas, ſi ludas, oneri magis ſunt, quàm alleuamento: Sed Petrus Rauennas ſerm. 3. de duobus filiis, dati à genitore annuli eiuſmodi cauſam perhibet: *Paterna* (ait) *pietas contenta non eſt innocentiam reparare ſolum, niſi priſtinum reſtituat & honorem*: Fuit itaque ex Rauennatis Antiſtitis opinione annulus pignus reſtitutæ veteris gratiæ filio iuniori. Sed, quæ hæc gratia, aut qualiter annulo parta? Sanè ita euenire conſueuit in familia, vt filij natu minores ſint, quos parentes præ tota ſobole magis diligant, certè erga quos blandioris affectus plura indicia emineant: vnde Geneſ. cap. 37. *Iſraël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum.* Significari autem putat Theodoretus quæſt. 93. in Geneſim, amatum dulciùs à patre, quoniam ſoboles recentior eſſet: quem in modum conſtruas probabiliter verba c. 4. Prouerb. *Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea*, &c. Vnigenitum enim ſe vocat Salomon; non, quoniam non haberet alios germanos ex Bethſabea, & Dauide: ſed, quia mater ita amabat impensè, velut ſi vnam tantùm prolem haberet: diligebat autem præ cæteris fratribus, quia iunior omnibus; ipſe enim vltimo loco numeratur Paralipomenon libro 1. cap. 3. verſ. 5. Vide Salianum tom. 3. anno mundi 2989. à num. 3. nec etiam nunc rem rigidè premimus: ſcio nanque Salazarium noſtrum ad cap. 4. Prouerb. rectè contendere, Salomonem inter natos ex Dauide, & Bethſabea primogenitum extitiſſe: ſed, vtcunque accidat, pronunciatum noſtrum multa docet experientia; nimirum, adoleſcentiorem progeniem plùs diligi à Patribus; erga eam indulgentioris affectus plures notas exhiberi: Satis hoc pro declaranda Chryſologi ſententia: nam quid ille? Filio (inquit) reuertenti antiquus reſtitutus honos: ſed quis hic honor? nempe, cum eſſet proles recentior, diligebatur ſuper fratres: Hoc ipſum igitur eſt, quo pœnitentem donat genitor, vt maioris charitatis ſigna oſtendat erga prodigum adoleſcentem, poſtquàm doluit eum, peccaſſe; quàm erga eum, qui nunquam domum eius deſtituerat, nunquam mandatum eius (ſi ipſe ſufficiens, & fidelis teſtis in propria cauſa) prætergreſſus fuerat: Hæc ſunt illa priuilegia lamentantium peccatorum, tranſire momento in filiorum amantiſſimos, cæteris præferri dilectionis oſtenſione: Verùm, quo pacto annuli donatio hæc adſtruat? Venuſtè quidem: nam veteres annulos iis tantùm committere ſoliti, quibuſcum intima familiaritas, quos præ cæteris, & diligebant, & honorabant: Æmilius Probus in Eumenis vita ſcribit, Alexandro apud Babylonios defuncto, cùm regna inter amicos diſpertirentur; ſummum tamen locum Perdicæ conceſſum, quòd huic moriens Alexander annulum reliquiſſet: Adi Marcellum Donatum in Scholiis ad Latinos Hiſtoricos ad cap. 73. Suetonij, in Vita Tiberij: Hoc illud, quod Pharao, cùm præ regni Optimatibus vniuerſis Ioſephum extolleret (Geneſ. cap. 41. verſ. 20.)

44.

Luc. 15.

Filij natu minores diliguntur magis à primogenitoribus.

Gen. 37.

Prou. 4. 3.

Salian.

Salazar.

Annulum ſignatorium dabant Reges amicis ſummè coniunctis.

Æmil. Prob.

Donat.

Gen. 41.

Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: Hoc, quòd Assuerus annulum ab Aman
Esth. 8. ablatum Mardochæo tradit, Esther cap. 8. vers. 2. Hoc denique, quòd, cùm amici & domestici nouæ nuptæ dona offerrent; nam filiæ Tyri in muneribus vultum eius deprecabantur: tamen annulum digitis imponere non licebat, nisi quem
Isid. Hisp. sponsus misisset, vt docet Hispalensis Isidorus etymolog. lib. 20. & innuit Tertull. Apologetici
Tertull. cap. 6. *Aurum* (inquiens) *nulla norat præter vnico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo:*
Annulum sponsus ad sponsam mittebat. Aliis igitur diuersa offerentibus, mittebat annulum sponsus, vt significaret, amandâ à se deinceps sponsam super omnes mortales: Pater igitur filio pœnitenti, & ex naufragio recèns libero annulum porrigens, non velit, colligamus, hunc præ cæteris charum futurum, hunc inter familiares intimum, hunc amoris medullam, & animæ dilectissimum pignus? O Domine, quid est homo, quia sic magnificas eum, & apponis cor tuum erga eum, qui cum meretricibus substantiam consumpsit! Confiteor tibi, Pater cœli, & terræ, quia me annulus iste filij tui iunioris confortat supra modum: respiro suauiter ad conspectum eius, erigor in fiduciam grandem, quoniam non Deus es tu volens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat.

45. Parum est prætulisse peccatorem iniquitatis, & sceletum pertæsum hominibus iustis, nisi etiam Spiritibus beatissimis, in quibus nulla vnquam fuerat noxa, anteponeret: Terram cœlo longè inferiorem nobilitate & officiis, quorsum priùs adornat Verbum? Nam die tertia tellus
Gen. 1. iussa, *germinare herbam virentem* (Genes. cap. 1. vers. 11.) *& facientem semen, & lignum pomiferum: & factum est ita:* Distulit autem in quartam lucem producere duo luminaria magna in firmamento cœli, vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos: An, quia depressa & humilis terra; cœlum autem eleuatum, & in sublimi positum: Deus verò humiliora respicit, & exornat, alta à longè tantùm cognoscit? Sanè propterea priori loco processum ad terræ ornamentum arbitratur Anastasius Sinaïta, vt norma ea, quam in incarnando Dei Filius obseruaturus esset, præsignaretur: futurum enim erat, vt incarnato Deo antè potirentur homines, quàm Angeli; hoc autem fuit antè decorari terram, quàm Olympum, quoniam Deus homo factus antè habitaret cum creatura soli, quàm cum cœli creatura: Sed verAnast. Sin. ba Anastasij singularia sunt lib. 4. Hexameron: *Antè Deus ornauit terram, quam cœlum, tanquam si terra ante cœlum ditata sit Christi mysterio, & aduentu: Propterea ante cœlum ornatur, quoniam ante Angelos terra, & geniti homines Deum per carnem vidimus: & ante cælestia exornans ille hæc inferiora, ea letificauit, & exornauit ante Cherubim, & Seraphim: Magi, & publicani, & latrones, & meretrices, facie ad faciem Deum viderunt, eóque se oblectauerunt: deinde eum sic transmiserunt videndum supernis Virtutibus!* Primùm disquiro, quamobrem, cùm pariendi tempus aduenit, Mater Dei non sit rapta in Paradisum, vt intra empyreas sedes prodiret in auras infans, ibique paululùm commoratus, de-
Vere pœnitentes, etiam supra Angelos à Verbo Dino honorantur. scenderet ad inferiora deinceps, atque ita noua gloria accederet inclytæ vrbi propter natum in ea hominem Deum? Nam fieri potuisse hoc, Christo manente posteà passibili, eiúsque pariter Genitrice, concedent quicunque aut Virginem ipsam, aut Paulum, Moysem, aliósque existimant beata visione ad tempus donatos, dum in hac vita agerent: Quare igitur potioribus honoribus terra, quæ auctori rebellis extitit, & propterea maledicta est; quàm regio illa, cuius alatæ Virtutes semper in veritate steterunt, cumulata fuerit, loquor de Angelis beatis? Equidem humani generis noxa licet omnes pertransiit, exceptis CHRISTO, & MARIA. tamen non fuit eiusmodi præuaricatio, aut generalis illa, aut personales plurimorum, quæ delendæ non essent: Vidit igitur Verbum, fore vt, inter homines ingens multitudo lamentis, & pœnitentia commissa delicta abstergerent: hæc vt vidit, decreuit maioribus honoribus afficere: statímque exiliens è solio gloriæ, reliquit nonaginta nouem oues in deserto, id est, Angelorum bonorum legiones in cœlis, & venit quærere vnam, quæ perierat, humanum scilicet genus: quæ est veterum communis sententia: Plures refert Maldonatus ad cap. 12. Matthæi: apponam Maldon. Theophyl. solius Theophylacti discursum: *Manifestè* (ait) *Parabola hæc iustos dicit per oues nonagintanouem, & peccatorem per vnam: dicunt autem nonnulli centum oues omnem creaturam rationalem: vnam autem ouem rationalis naturæ hominem, quem errantem requirat Pastor bonus, relictis nonagintanouem in solitudine, hoc est in superno loco cœlesti:* Igitur, quia in homine peccatorem contemplatus est, quem errasse pigeret; hunc amplioribus affectum beneficiis, plùs decorauit, & naturam eius sibi vniens, & apud eum, non apud Angelos nascens.

Deinde secundò disquiro, quid Sinaïta illâ 46.
particulâ denotet? *Magi, & publicani, & latrones, & meretrices, facie ad faciem Deum viderunt, eóque se oblectauerunt: posteà eum sic transmiserunt videndum supernis Virtutibus:* Profectò sic comparatum est Gentium vsu, vt prima, potioráque
Pro maiori ætate potiora loca in conuiuiis. his deferantur, qui auctoritate antestant, siue digniores fecit ætas, seu sanguis, siue res gestæ cum laude, belli, domíve: Sumamus exemplum ex conuiuiis veterum: Sic Genesis cap. 43. vers. 33. Genes. 43. cùm Iosephus ad epulas vocasset fratres, maioribus natu digniora loca detulit, faciens sedere coram eo *primogenitum iuxta primogenita sua, & minimum iuxta atatem suam*: Quoniam verò iuniori inter germanos, Benjamino, scilicet, maior pars venerat: *ita vt quinque partibus excederet, mirabantur nimis reliqui fratres, sumptis partibus, quas ab eo acceperant:* quoniam ordo postulabat maiorem partem tribui senioribus: Sic Esther Esth. 1. cap. 1. Assuerus primum fecit symposion Principibus, & Optimatibus: dein post illos lautissi-
Ad digniores missa primùm in conuiuiis pocula. ma excepit mensa omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum. Sic denique præstantissimus quisque bibebat primùm de cratere inter epulandum, transmittebat ad proximum dignitate, & sic ad omnes transmittebatur seruata cuiusque auctoritate: ita Latini carminis Princeps de Tyriorum Regina 1 Æneid. cantat:

Primáque libato summo tenus attigit ore:
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro:
Post alij proceres. Maro.

Iam igitur, quòd dicat Sinaïta, Deum hominem factum priùs se videndum exhibuisse Magis, & publicanis, & latronibus, & meretricibus; atque postquàm hi se oblectauerunt, deinde transmissum

sum ad Angelos; indicat planè plùs honoratos à Verbo homines, quàm supernas Virtutes, cùm potiora in homines contulerit: Ergo, inquies, humana natura Angelicæ nobilitate præferenda: alioquin, si sublimior creatura Angelus, non ex ordine & methodo fecerit Verbum, digniora conferens in homines; Verùm sit nobilior Angelus; sed charior homo est: dedit nanque Iosephus in conuiuio (de quo nuperrimè loquuti sumus) auctiores partes Benjamino, non quoniam ille fratres, aut ætate, aliisve superaret meritis; sed quoniam plùs diligebat illum Iosephus: amabat autem amplius; quia vterinus frater eius ex Rachele; quia filius doloris; quia partus illius genitrici grauis fuit: nam vt ille in lucem prodiret, matri luce carendum fuit, eiúsque vita parienti mortem attulit: Verbum itaque supra Angelos hominem honorat, quia vterini fratres, id est, secundùm humanitatem de terra, quemadmodum nos; quia homo filius doloris eius, pro quo redimendo factus est vir dolorum, & non habens speciem, neque decorem; quia denique, vt viueret homo & non periret in æternum, ipse languores pertulit, & vulneratus est, tandémque inclinato capite spiritum emisit: Putásne iniustè Benjaminum ditat supra reliquos fratres? ac non iniustissimus magis Benjaminus, si non in sæcula meminerit charitatis huius? O bone IESV, si oblitus fuerit tui Benjaminus iste, quem ita dilexisti, ornasti, locupletasti, obliuioni detur dextera eius: adhæreat lingua faucibus eius, si non meminerit tui, si non proposuerit te in principio lætitiæ suæ.

47. Sed plusquàm Ioseph humanus erit, & officiosus erga conuiuas suos meus IESVS: *Amen dico vobis, quòd præcinget se.* (Luc. c. 12. vers. 37.) *& faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis:* Quando hæc euenient, & celebrabitur conuiuium istud desiderabile, & exhilarans? Tum profectò *cùm Dominus ad Iudicium venerit,* (affirmat Gregorius Romanus homil. 13. in Euangelia,) *præcinget se, id est, retributionem præparabit, & faciet illos discumbere, id est, æterna quiete refoueri:* Transcribit Gregorij sermones Beda lib. 4. in Lucam, cap. suo 54. ergo tunc homines boni, qui delicta iuuentutis, & ignorantias lacrymis absterserunt, in gaudio erũt, & lætitia magnificata, comedentes, & bibentes cum iucunditate in domo Dei: Angeli verò, & Principatus, quales apparebunt, cùm affulserit signum Filij hominis, & venerit in nubibus cum maiestate congregare Electos à quatuor ventis? Equidem fore, vt tunc commoueantur Virtutes cœlorum testatur Matth. c. 24. v. 29. Quid autem commoueri Virtutes cœlorum? Sanè stupore quodam afficiendas Angelicas mentes, & in horrorem quendam rapiendas pro rerum incredibili turbatione, opinatur Chrysostomus hom. 77. in Matth. Hieronymus apud S. Thom. Euthymius, Glossa interlinearis: Siccine decet Angelos velut trementes, & attonitos stare, & homines in pace, & lætitia esse? Pro quibus terrifici lictores, & Iudicij vniuersus apparatus, formidabiles, nisi contra insensatos, & rebelles? Angeli autem semper obedientes extitêre: Quid vultis? Sic placitum fuit Redemptori, honorasse eos, pro quibus stillauerunt manus, pedésque eius myrrham primam, sanguinis immaculati riuos: Amice, non facit iniuriam: venit enim peccatores saluos facere, & recreare: Desiderio desiderauit epulari cum dilectis suis, & illis discumbentibus stare accinctus in morem seruorum, & ministrare eis. Sed ne cui insolens appareat explanatio, nouerit à Philippo Solitario traditam lib. 3. Dioptræ, cap. 3. alludens enim ad verba illa Epistolæ 1. Petri, cap. 1. *In quem desiderant Angeli prospicere,* &c. inquit: *Dicam, quod maius est: affirmat Christus, cùm venerit in die Iudicij, Virtutes cœlorum commotas iri præ timore: iustos autem homines faciet discumbere, & transiens ministrabit illis: Hæc, & similia à Christo data sunt nobis, in quæ Angeli prospicere, id est, intrare desiderant:* Hæ itaque causæ sunt, ob quas in sponsæ nostræ tædis tale carmen modulatũ est, quale in nullius ex filiabus Israël nuptiis: quoniã ipsa, cùm alienigena esset, & vanorum quondam cultrix Numinum, repræsentabat eos, qui aliquãdo peccatores fuerant: hos autem vt ad se trahat Christus suauiter, fortitérque simul, honorat supra iustorum choros, eas exhibet externas significationes & lætitiæ, & benignioris cuiusdam clementiæ, vt qui specie rerum ducatur solùm, putet nouiores hos filios plùs diligi.

Philip. Solit.

SECTIO VII.

Sponsus erga egregias animas, & robustæ pietatis quasi immitis, & durior: nox, & desolamen sanctarum mentium, descripta.

MOnstrauimus nuper peragrata Sectione, quàm iucundus sponsus, quàm dulcis erga nouitias animas: nunc erga Heroum mentes nonnunquã rigidum ostensuri sumus: Quis talia credat, benigniorem dilectum erga tyrones, quàm cum veteranis? Dabit fidem dictis nostris huius Epithalamij sponsa: Quid cum eius hilaritate cõparemus, si duo prima Canticorum capita inspiciamus? Quid cum deliciis, & sponsi erga eam amoribus? Hæc est, quam curribus Pharaonis assimilat; hæc, quam bis pulchram nominat; hæc, quæ sic iudicio mariti specie cæteras vincit feminas, quantum lilia spinas superant: Denique tantis illam beneficiis, talibus prosequutus blanditiis sponsus, vt sui impos reddita, quoniam gaudiorum magnitudinem sufferre non valeret, in deliquium inciderit, & amissionem spiritus; & fulciri floribus petierit, stipari malis: Fuêre quidem hæc exordia: sed quinam progressus? Ah miseram virginem! fugit insperatò sponsus, fugítque non rediturus in plures noctes: Surgit illa de strato, non remoratur nox, non terrent vigiles, qui custodiunt ciuitatem, quærit per vicos & plateas gemitibus inenarrabilibus, & induratur ad pias querelas dilectus: non semel destituit lacrymosam: iterum etiam cùm illa pessulum ostij aperiret, declinauit, atque transierat: En quàm mitis cum anima hac sub spiritalis vitæ tyrociniis: postquàm autem illa adoleuit, & perfecti decoris facta est, seueros induit vultus, & iracundiam velut simulans, abiit, recessit, euasit: non suspiria reuocare possunt, non humilis supplicatio, non quòd tota nocte plorans plorauerit, & fletus adhuc in maxillis eius: Discamus ab Ambrosij eloquentia sponsæ labores lib. 2. de Virginibus, in fine: *& quorum vis* (ait) *plausæ sonitum discit amare cerui cis, ne recuset iugum: denique*

48.

Matt 24. *Stupor Angelorum in die Iudicij.*

Chrysost. Hieron. S. Thom. Euthym. Glos. interl.

Luc 12.

Greg. Pap.

Beda.

Prius sponsa piis delinitur blanditiis, vt sic tandem sub Sponsi iugo & laboribus colla mansuetior demittat. Ambros.

que priùs assuescitur verbo lasciuia, quàm verbere disciplinæ: ast vbi colla subdiderit iugo; & habena constringit, & stimulus vrget, & compares trahunt, & iugales inuitant: Sic etiam virgo nostra debuit priùs amore pio ludere; aurea thori regni cœlestis fulcra mirari; in ipso vestibulo nuptiarum, & postes frondium sertis cernere ceronatos, & chori strepentis interius hautire delicias, ne se priùs dominico iugo tumefacta subduceret, quàm vocata inclinaret: Hîc nos magisterium non inuenimus, sed accepimus; Sic instituit mystici carminis doctrina cœlestis: Osculetur me ab osculo oris sui, quia bona vbera tua super vinum, vnguentum exinanitum est nomen tuum: Totus iste deliciarum locus plausum excitat, ludum sonat, amorem prouocat; Ideò, inquit, adolescentulæ dilexerunt te: in odorem vnguentorum tuorum curramus: introduxit me Rex in tabernaculum suum: Ab osculis incepit, vt ad tabernaculum perueniret: atque illa tam patiens duri laboris, exercitataque virtutis, vt aperiat manu claustra, in agrum exeat, in castellis maneat: in principio tamen rarò in odorem currit vnguenti, mox cùm in tabernaculum venit, vnguentum mutatur à castellis; Denique, quò euadat videte: Si murus, inquit, est, ædificemus super eum turres argenteas; Quæ ludebat osculis, iam turres erigit.

49. Sanasse quondam, Phœbo in occasu pergente, Seruatorem confertam multitudinem ab immundis spiritibus vexatam, scribit Matthæus cap. 8. vers. 16. curauit quoque omnes malè habentes: ob hoc factus populorum concursus ingens: Videns autem IESVS turbas multas circum se, iussit ire trans fretum: & ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: Cur, præter discentes, nemo de reliqua multitudine comitatur? Sciebat, inquies, concitandos ventos, & fluctibus agitandam nauiculam: nolebat his, quibus benefecerat, sanando ægritudines eorum, illiberalis esse, à recenti sanatione ad imminens naufragium transferendo illos: voluit munus integrum esse, non dimidiatum: Verùm, quamobrem cum domesticis non æquè benignus, atque erga exteros? Potiórne salus vulgi, quàm Apostolorum, quos constituturus sit Principes super omnem terram? Quòd si mergendi periculum non erat, & ad terrorem tantùm Æolus sæuiebat, debebant terreri homines peccatores, quales in tanta turba multi, potiùs quàm discipulorum innocua cohors? Sed accipe arcanam Verbi dispensationem: erat multitudo illa recèns translata è vitiorum lata semita ad virtutis angustos calles: eiecerat enim paulò anteà Satanam, qui corporibus, & mentibus, vt satis probabile est, dominabatur procax: hos igitur, quia teneræ adhuc plantæ, & iustitiæ infantilis etiamnum, miraculis, prodigiisque demulcet; tellure positus, & vbi cuncta pacata, docet: Apostolos autem, quia iam in virum perfectum processerant, tanquam egregias animas, periculis obiectat: armatur Neptunus aduersùs cymbam, & nunquam indignantior verberat latera decumanis procellis: dormitat interim Magister, & in filiorum discrimine pater soporatur in vtranque aurem: ille, ille sæpè à non quærentibus inuentus; ille solitus vltrò offerre salutem non poscentibus; ille, qui, vt vnam ouiculam recuperaret, laborauit Pastor bonus per vepres errantem insequutus, per saxorum fragosa, per nemora condensa, per loca ibicibus vix superanda, in totius gregis periculo dissimulat: Et suscitatus tandem, non blandè conso-

Matth 8.

Turbas, velut infantiulos, miraculis, prodigiisque Christus demulcet; Solos autem Apostolos, quasi strenuos periculis obiectat.

latur, non mitis effatur, increpitat magis: *Quid timidi estis* (ait) *modicæ fidei?* O sacramentum ignotæ disciplinæ his, qui ex sanguinibus, & ex voluntate carnis sunt! Sed ita demum est: turba in tuto est, iactantur discipuli irrequietis ventorum flatibus: *Idcirco igitur solos discipulos secum duxit,* (ait Chrysostomus homil. 29. in Matthæum,) *quoniam vbi signa tantummodo demonstrabantur, turbas quoque admittebat: vbi verò timor, ac tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad prædicationem, & pericula erat missurus.* Chrysost.

Animaduertistis, quantæ blanditiæ Iacob Patriarchæ erga filium, quem in senectute genuerat, Ioseph, donec ille puer & tenellus? *Diligebat super omnes filios suos,* (Genes. c. 37. v. 3.) *fecitque ei tunicam polymitam.* Adoleuit Ioseph, veniunt dies luctus patris eius, & Israël omnis carnis viam ingressurus voluit ante discessum iungere sobolem, vt annunciaret, quæ ventura essent in diebus nouissimis: attendamus vigiles, qualem Iosepho benedictionem impertitur, quibus super fratres muneribus auget: *Do tibi* (ait Genes. c. 48. v. 22.) *partem vnam extra fratres tuos, quam tuli, de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo:* Partem hanc Sichimam fuisse, vulgata expositio est; siue eo nomine significata vrbs, in qua Dina violata est; siue ager, vbi fratres Ioseph greges pascere consueuerunt, Genes. cap. 37. nam Sichimam legunt septuagintaduo seniores: *Ego autem do tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio meo, & arcu:* Verùm peculiaris est Hieronymi interpretatio in quæstionibus Hebraïcis: *Quia igitur Sichem transfertur in humerum, pulchrè alluſit ad nomen dicens: Ego dedi tibi humerum vnum: pro præcipuo enim vnum scribitur in Hebræo:* Sichima igitur donasse Iosephũ, nihil fuit aliud, quàm humerum dedisse illi: Quale autem donatiuum humeri? Legimus quidem Regum 1. c. 9. v. 24. Samuëlem de industria seruasse armũ epulaturo Saüli: cuius si causas venemur, reperiemus, voluisse significare Prophetam, manere Saülem, quoniam ad principatum euehendus fuerat, grauiora pericula, labores maximos, proinde robustissimis oportere esse humeris, qui purpuram, & virgam imperij, sceptrúmque exactoris amant: Annotauit Procopius: *Hanc partem* (inquit) *Saüli apposuit: quandoquidem regnaturus, & maiora pericula, quàm ipse populus, subiturus erat: & propterea testimonium hanc partem appellat:* Igitur, quam supra fratres accipit partem Iosephus, labores sunt, vexamenta, discrimina; Sichimam, nempe, accipit, id est, humerum, laboris symbolum, & pignus: Ita quidem Nilo Abbati visum in Ascetico: *Beatus Iacob Deos alienos in Sichimis abscondit: porrò Sichima, quod est humerus significat laborem: quare Iacob partem eximiam dat Ioseph, ipsa Sichima, quæ in gladio, & arcu suo se dicit acquisiuisse:* His firmatis, taceo indagare, quale hoc amoris specimen, Iosephum inter afflictationes collocasse? aut quæ noua affectus species, non ad delicias, sed ad detrimenta inuitans? Qualis denique super germanos prælatio, ad onera, non ad honores destinari? Scire tamen cupiam, qui puero & immaturo blandiebatur; qui fouebat, qui osculabatur; cur ætate, & officiis conspicuum seuerus exagitat? Non in genitorem contumax, non in fratres acerbus, cùm possit esse; nemini iniurius: talísne gratia rependitur probitati, iustitiæ, moribus? Sed teneo iam ænigma. Ioseph cùm pubesceret, cùm

50.

Genes. 37. & 48.

Sichima, quis locus & quid significet?

Hieron.

1. Reg. 9.

Principatus, onus graue est.

Procop.

Nil. Abb.

Pars, quam supra fratres suos Ioseph accepit, sunt labores & vexamẽta.

junior, & delicatus esset, virtus illi quidem; sed virtus in herba tantùm, quæ solùm germinabat; blandiebatur delicatæ virtuti Iacob; at vbi per longa experimenta, per aduersa & prospera tentata fuit hominis virtus, & excreuit in vigorem perfectum, conuertit lenocinia in duros agones: O creditu difficiles amores? Ioseph, voluptas patris, filius accrescens, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cùm proficit, cùm ascendit de virtute in virtutem, genitorem asperiorem experitur, & dum diligit magis pater: & hoc præferre illum cæteris fratribus, meliorémque hæredem scribere, si vexet amplius. Aperi, Domine, oculos seruorum tuorum, vt intelligamus hanc disciplinam pacis tuæ, quæ Gentibus stultitia est: Quis mihi det, vt norim, te non irasci propter delicta, & scelera mea, quæ commisi nimis; sed iustorum similem esse tentationem, vt per ignem & aquam probatum electum tuum educas in refrigerium?

51. Matth. 13. Seminauit tempore opportuno prouidus agricola bonum semen in agro suo (Matth. cap. 13. v. 25.) *Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit Zizania in medio tritici:* Latuêre doli, quoad creuit herba, & fructum fecit; tunc apparuerunt & zizania: stupuêre serui fideles, fraudem mirati, loliúmque exurgere, vbi felix semen tantùm iactum ab aratore: *Vis, (inquiunt,) imus, & colligimus ea?* Prohibuit Paterfamilias: *Sinite* (ait) *vtraque crescere vsque ad messem:* Quorsum velit adolescere pessimum germen, & roborari malignitatem? Aut fortasse parcit, quoniam zizania, dum tenera sunt, tritici repræsentationem habent? peccatores autem occultos, & qui à foris iustorum similitudinem præferunt, Deus patienter expectat: vbi denique quod Glossa ex Hieronymo desumpsit: *Sicut inter lolium, & triticum, quandiu herba est, parum distat: ita monet Dominus, ne de ambiguis iudicemus; quoniam Dominus in die Iudicij non suspiciosè, sed manifestè damnabit:* Sed potior his omnibus causa, quam textus innuit; prospectum frumenti bono à possessore: *Ne forte* (ait) *colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum:* Nam, cùm ambigua esset species vtriusque, poterant facilè declinare in extrema, vitiosâque, & præproperâ diligentiâ plùs nocumenti, quàm commodi attulisse: Sed quæro, vtiliórne sit seges, dum spicam tantùm ostendit, & virescit; aut cùm alba est ad messem, & falcem postulat? Nemo dubitauerit, excellere maturam spicam, quantùm cedunt gramina iumentorum esca, panibus qui etiam Regibus delicias præbent: At quàm crudelis agricola aduersùs fruges horreis aptas? Labor à ferro messoris, à boum tritura: sileo pistrinum, & fornacis ardores: Certè Satanæ inuidiam aduersùs Apostolicum conuentum satis declarasse visus Redemptor, cùm dixit commilitonum Apici: *Simon, Simon ecce Satanas expetiuit vos,* (Luc. cap. 22. vers. 31.) *vt cribraret sicut triticum:* Cur igitur colono tam vigili oculus ad triticum, dum in herba est, ne tangant serui, ne per deceptionem, aut incuriam euellant quidpiam, cuius & gratia sustinet zizania? cùm autem perfectionem assequuta fuerint frumenta, mille modis vexat? Sanè tritico repræsentari iustos atque electos; quemadmodum zizaniis atque palea significantur reprobi, communis apud Patres explanatio est: Quare & maturis frugibus adumbratur iustitia perfecta, & inchoans spica teneram virtutem denotat: Desinite ergo mirari sæuitiam aduersùs prouectas fruges, prouidentiam de immatura segete: nam, si quis est filius prodigus, delicatus adhuc, & nouus miles, hunc suauiatur, pectoribus admouet, annulo & byssina tunica donat, arcessitur de armento vitulus opimus, personat aula tripudio, & sub lætitiis est omnis domus: si quis autem Deifer Ignatius est, qui in plenitudinem ætatis Christi processit, & perfectus est, sicut Pater eius, qui in cœlis perfectus est; hunc, sicut triticum, cribrat, pinsit, adurit: Audi ipsum ex Hieronymi lib. de Ecclesiasticis Scriptoribus: *Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant: frumentum Christi sum: dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar:* Attende ad hanc regulam, Monacho antiquorum dierum, & contemplare, qualis gubernat magnus Paterfamilias, Quid obmurmuras? quid claustri quietem perturbas? quid reluctaris ad verbum increpatorium? Scilicet, grandis factus es, euasisti in virum meritis, & auctoritate conspicuum; omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sed considera, quia viros glorioso in generationibus suis, homines dominantes in potestatibus suis, magnos virtute, & prudentia præditos, asperiùs tractat Deus Sabaoth; qui erga pueros tamen exinaniuit semetipsum, & vt attrahat in funiculis Adam, velut puer efficitur cum illis, ludens coram eis in omni tempore.

Cum peccatoribus non scandalosis Deus dissimulat.

Gloss. Hieron.

Luc. 22.

Hieron.

52. Insidiabatur Seruatoris vitæ Herodes, & vnius ob mortem, mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infrà: Fugit infans ad Nili ostia. Quorsum? Velítne monere, his, qui viuere incipiunt Deo, & ab vberibus vix semoti fuerunt, fugâ muniendam salutem; veteranis licere tantùm inimicum prouocare? At, qui in horto processit vltrò obuius venientibus, & ad duas voculas: *Ego sum.* Illi, qui cum gladiis, & fustibus missi fuerant à Principibus Sacerdotum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram; non potuit seruare se inter Matris brachia? Sed esto, noluerit: sanguis tamen ille exigui corporis, redemisset genus humanum, & expoliasset Principatus, delens, quod aduersùs nos erat, chirographum decreti: cur igitur expectauit supra triginta annos? Deinde expendo hæc ipsa euenta comparatione æterni Genitoris: Quantæ curæ de tenera ætate, & penè mammante adhuc pusione? mittit de excelso cœlorum pennigerum nuncium, & iubet intra Palestinæ terminos non stare, Pelusiacam adeundam regionem, futurum quippe, vt Herodes quæreret puerum ad perdendum eum: *Dauid persequente Saül* (ait Chrysologus serm. 159.) *ad Iudæam confugit, recepit vicinia: domus vnius viduæ, Eliæ sufficit ad latebras: Christo, dum migrat, non vicinæ Gentes, non finitimæ sufficiunt regiones.* Zelat Pater Sobolis incolumitatem; propterea longa, verùm salutaria, indicit exilia: O prouidum pro Infante Genitorem! venitur tandem ad perfectos annos: ostendit se tanto parente dignam Prolem, opere & sermone potens: testatur de cœlo vox, hunc esse Filium dilectum, atque à Genitoris obedientia ne latum vnguem recedit vsque ad mortem; mortem autem Crucis: Hunc tam morigerum in ipso conflictationis articulo deseruisse visus: *Deus, Deus meus,* (inquit,) *vt quid dereliquisti me?* Verùm his erudiebamur

Christus infans declinat persequutionem, vir autem factus eã requirit, vt sic incipientes & perfectos doceas in quo ipsum imitari debeant.

Chrysol.

bamur nos: nam, quamuis Christus intra Matris aluum vir ab initio, proficiebat tamen sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: repræsentabat itaque, à Genitricis collo pendens prima iustorum crementa, & nouitias exercitationes: in Cruce, postquàm iam cursum consummauit, fidem seruauit, perfectorum statum significabat: Hinc igitur est, quòd Pater in infantia protegit, demulcet, atrocia pati nolit; quoniam virtutis tyrocinia consolatur, & refouet: postquàm autem euacuauit ea, quæ pueri fuerant, accinctúsque gladio super femur, intendit prosperè, & processit, Heroëm, & consummatæ gloriæ athletam in mœrore animi, in plagis supra modum, in sputis, in ludibriis multis exercuit. *Fratres* (inquit Chrysologus serm. 151.) *quòd fugit Christus, fuit mysterij, non timoris; diuinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ: non fugit propter Auctoris mortem; sed fugit propter sæculi vitam: nam, qui mori venerat, quare fugeret mortem? Christus totam causam nostræ salutis occiderat, si se paruulum permisisset occidi:* Et quomodo perimeret nostram salutem, si infans occubuisset? Fortasse, quia Euangelium non haberemus, non Apostolos, per quos nationes conuerterentur? Sed poterat hæc omnia de cœlo reparasse: Cæterùm absque dubio cruori sacrato infinitus fuisset valor: poterat autem occidi nostra salus; quoniam, si tam seuerum aduersùs ætatis primitias Numen animaduertissent peccatores, absconderent se ab eo, protoplasti imitatione, optassentque potiùs in stercore suo computrescere, quàm coram toruo Iudice apparere.

Chrysol.

§3. Plorabat ad monumentum Maria Magdalena, & recedentibus discipulis perstabat lacrymosa: nemo illa flebilior, nemo tam fidus custos busti: dabat vires amor, & cupiebat saltem defuncto frui dilecto: Heu! quoties incassum introspexit, & arsit dolore ad vacuum sepulcrale saxum? Quid est, Iesv bone, quòd tandiu differs solatium huius peccatricis? Non cogitat nisi de te; non loquitur nisi pro te; nihil nouit nisi Iesvm, & hunc crucifixum: hæc omnis oratio: *Tulerunt Dominum meum:* Illa fugientibus Apostolis iuxta Crucem steterit: illa, cùm adhuc tenebræ essent, vna Sabbati ad monumentum venit: illa perstitit, abeunte discipulo, quem diligebat Iesvs: Quòd si blandissimum pectus non emolliunt tanta, vincat memoria antiquarum misericordiarum: olim, cùm iustitiæ limina vix tetigisset, Simonem leprosum pro ea corripuisti: non cum sorore Martha, non cum discente, qui de effuso vnguento contristabatur, dissimulasti, & fleuisti cum flente, antequàm Lazarum euocares è spelunca: Quid est, quòd recèns valedicentem pompæ, & voluptatibus demulcebas, nunc blanditiarum quasi pertæsus videare? Sed præstat nostræ dictionis horrorem Origenis mellea temperasse eloquentia, homil. de Magdalena, si tamen ille, & non Latinus aliquis Auctor: *O bone* Iesv, *tu quoque, cùm vidisti eam lacrymantem lacrymatus es: O quàm piè consolando eam, dixisti: Vbi posuistis eum? Denique pro dilectione eius, quæ multùm dilexit te, fratrem eius Lazarum suscitasti: O dulcissime Magister, quid post hæc in te peccauit hæc discipula tua, quia sic recedis ab ea? Nos post hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus, nisi quando sepultus fuisti, ante omnes valdè manè venit ad monumentum tuum ferens vnguenta quibus vngeret corpus tuum: si hoc est peccatum, negare non possumus, quin ipsa hoc faciat: si autem peccatum non est, sed est amor, tui; quare sic recedis ab ea, & abscondis te, qui diligentes te diligis? Tu enim dicis: Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilauerit ad me, inueniet me: ergo mulier ista, quæ valdè manè vigilat ad te, cur non inuenit te?* An differebat Iesvs præsentiam, vt diu exoptata chariora fierent, & lætior esset fruitio, quam longa desiderantis fastidia præcessissent? Sic Gregorius Papa homil. 25. in Euangelia: *Prius ergo non inueniendus quæritur,* (ait,) *vt post inuentus strictius teneatur: sancta enim desideria dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non sunt:* Sed arbitror, Magdalenæ iustitiam, antequàm Christus occumberet, iuuenescentem, & delicatam existimatam: non enim ad certamina adhuc venerat: at, patiente Seruatore, cùm illa Iudæorum neque minis, neque terroribus à Cruce diuelleretur, robusta & virilis facta est virtus: multò magis autem cùm, absente Præceptore, amicitiæ fidem seruaret, plorans semper ad funereum marmor: *Dolénsque amplius,* (vt aiebat Augustinus tract. 121. in Ioannem,) *quòd fuerat de monumento sublatus, quàm quòd fuerat in ligno occisus, quoniam Magistri tanti, cuius ei vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat:* Hinc igitur est, quòd ante passionem officiosus & humanus erga eam appareat, quoniam Iuuenilis erat sanctitas, quæ vt robusta facta est per minas inimicorum, pérque absentiam dilecti, pro more suo toruos induit vultus: & sæpè quæsitus, sæpè inuocatus à femina, quam totam eius amor possederat, non prodit, non respondet; planctum, & suspiria spreuisse diceres: Præcessit in sponsa nostra Magdalenæ vmbra: sequebatur amissum comparem per noctis silentium, per vicos & plateas lacrymabatur, vulnerauerunt illam, qui excubias agebant, tulerunt pallium custodes murorum: quis referat noctis illius clades, & Iliadem malorum? Si tamen miserandæ virgini daretur per infelices casus inuenisse dilectum, beatam diceret, & candidam noctem. O vos, quibus crebræ huiusmodi noctes, gens impolluta, melior Electorum portio, sustinete modicùm: in via estis: de torrente, necesse est, bibatis: vtinam non & tempestas demergat vos, quoties intrauerunt aquæ vsque ad animam, & infixi estis in limo profundi: sed propterea exaltabitis caput, modicùm nunc si oportet tribulari, & lætabimini tandem pro diebus antiquis, quibus humiliauit vos sponsus, quibus abscondit se ab inuocantibus eum in veritate, inuocantibus cum lacrymis, & clamore valido.

In Magdalena quantus fuerit dilectionis feruor.

Origen.

Shorlogi Anteloq. in Cant.

Deus præsentiam differt, vt fruitio sit latior.

Gregor.

August.

SECTIO VIII.

Iustorum vitam ex alterna gaudij, & mœroris vicissitudine componi.

§4. FLeuimus cum sponsa amissi coniugis desiderium: atque in primis doluimus, quòd tum iucundior erga eam appareret, cùm illa in via mandatorum Domini plùs profecisset: sed reperiebat tandem: nam paululùm cùm pertransisset, inuenit, quem diligebat anima eius: & iterum eo elapso, reperit in horto, in quem descenderat ad areolam aro-

matum, vt lilia colligeret: Aliæ quoque aduersitates sponsam conturbarent: filiæ Hierusalem formæ inuiderunt, fuscam dixêre: quadrigæ Aminadab mœrori fuêre: Sed hæc quoque ridentia continuò subsequuta sunt: Sic igitur dolor, & voluptas alterno regnatu mentis arci præficiebantur: sic illa Ecclesiam Catholicam, cuius erat exemplar, ad viuum repræsentabat: nam ab ipsa prima genitura indiuisi comites fuêre labor, & exultatio: Primùm, sub Iudæorum Senioribus, & Principibus, Stephano, aliisque multis trucidatis, planctus occasio; sed gaudij à multitudine credentium: Deinde facta est longa concertatio sub Romanorum ducibus, vastatis Christianis prouinciis vniuersis: recompensauit luctum pax à Constantini fide & religione: succesêre deinceps hæreses, bella, schismata, sexcenta malorum genera; sed toties risit, quoties flere coacta est: Vtrunque ergo Canticorum argumentum, & historiale, & mysticum docet nos, ne in die bonorum simus immemores miseriarum; sed post tenebras expectemus lucem, & rursum cùm in die fuerimus, sciamus, quia ad vesperam demorabitur fletus, ibúntque semper alternis gradibus iucunditas, & mœror.

Mœrorem Sponsæ, risus consequitur.

55. Quis ille tam nouus dies, quem post absolutam elementorum fabricam operosam producit Moyses? *Complenítque Deus* (ait Gen. cap. 2. v. 2.) *die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat:* Vbi dierum initia, & fines, mane, atque vespera? Hactenus semper Hagiographus: *Et factum est vespere, & mane, dies, siue tertius, siue quartus, siue alius quispiam. Sabbatum autem* (inquit Damianus lib. 2. epist. 5.) *ad similitudinem Melchisedech Sacerdotis introducit; id est, sine patre, sine matre, sine aurora, & vespera: non enim adinstar aliorum dierum de creatione Sabbati aliquid prius dixerat Moyses:* Sed quare hoc? Equidem septimam lucem sibi peculiariter appropriauerat Deus: benedixit enim ei, & sanctificauit illam: *In isto Sabbato, quasi in sanctuario* (prosequitur S. Damianus Cardinalis) *& Pater omnipotens requieuit, & nos requiescere præcepit: vnde & in Leuitico dicit: Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite:* Non sum oblitus contendere multis Tostatum, Sabbati celebrationem lege Mosaïca introductam, quem imitatur Pereira lib. 1. in Genesim ad vers. 3. c. 2. Sed placet nunc adhærere opinantibus indictam ab initio: Catherini ea est existimatio ad cap. 2. Geneseos: Eugubini in Cosmopœia: Saliani tom. 1. anno mundi 1. die 7. num. 3. Hunc igitur sibi cùm destinauerit diem Numen omnipotens, ecce, cur neque oriêtis, neque deficientis Solis mentio: nam debuit sanè inter hominis, Deíque diem non vulgaris esse differentia: Quare, sicut homo ipse instabilis est, diuersísque affectibus obnoxius, nunc metuit, nunc securus est; nunc tristatur, nunc ridet; nunc corpore valido est, nunc afflicto: sic dies illius vicissitudines sustinere debuit, & nunc à Zephyris vespertinis, matutinísque temperari; nunc à meridiano sydere conflagrare; nunc sub atra veste esse; nunc sub splendenti & candido amictu Phœbum nihil impediente: Deum autem, apud quem non est transmutatio aliqua, neque vicissitudinis obumbratio, diem sortiri oportuit, quæ careret lucis, & tenebrarum successionibus: esset verò semper vnius, eiusdémque vultus: *Præterea* (vt differit Chrysostomus homil. 11. in Genesim) *diem segregauit Creator in opus humanæ naturæ, & noctem in requiem, & remissionem laborum; mensurásque, & terminos vtrisque præfixit, vnde nobis beneficia quædam prouenirent: nam & lux diurna operationis est tempus, de quo audi Dauid dicentem: Egredietur homo ad operationem suam vsque ad vesperam: Et benè inquit, vsque ad vesperam: nam, insurgente vespere, lux abscedit, & succedentes tenebræ humanam naturam sopiunt, & corpus, quod laborauerat, quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt; ac quasi nutrix optima, sensorijs omnibus quietem à laboribus, fatigationibúsque concedunt:* In hunc igitur scopum, cùm diem, noctémque condiderit, vt à diurno opere parta saluti dãna repararet nocturnum otium; cùm Dei quietem nunquam præcedat labor, nunquam sequatur; superuacaneum foret otio tenebras assignasse, vbi à feriando nulla vnquam est cessatio. Augustinus lib. 4. de Genesi ad literam, cap. 25. *Neque enim ab operibus suis, eis non egendo requieuisset, priusquàm essent, quibus nec perfectis eguisset, & quia eis nunquam omninò eguit: nec beatitudo, quæ eis non eget, tanquam præficienda perficitur: ideò septima die nulla vespera accessit.*

Gen. 2.

Petr. Dam.

Sabbati quãdo obseruatio indicta? Tostat. Pereira. Eugub. Cather. Salian.

Chrysost.

Iam ad hoc reducamus, quod auctor naturæ Solem diei præfecerit, noctibus regendis Lunam: *In Sole, nimirum,* (vt philosophatur Bernardus serm. 1. de natiuitate Virginis) *& feruor & splendor stabilis: in Luna solus splendor, atque is omninò mutabilis & incertus, qui nunquam in eodem statu permanet:* Nam, vt communis Astronomorum, Philosophorúmque cogitatio fert apud Clauium nostrum ad cap. 1. Sphæræ Sacroboſci, titulo, *De ordine Sphærarum cœlestium*; omnes stellæ & Planetæ, in primis Lunæ sydus, splendorem à Sole mutuantur: ipse lucis debitor nemini: hinc necesse est deriuatam à Phœbo claritatem diminutionem & incrementa pati, variámque esse naturam luminis apud cærera astra, cùm ipse sui similis semper pleno fulgeat iubare: *Luna* (inquit Theophilus Alexandrinus epist. 3. Paschali) *prudentissimo Dei artificio condita, & formarum mutans varietates ad plenitudinem tendit, & festinat ad diminutionem, vt quicquid crescens acquisierat, perdat, amittátque decrescens, nec stat in eodem statu;* Fecit igitur Verbum, in quo omnia facta sunt, Solem in potestatem diei, & Lunam in potestatem noctis: Quid inde? Equidem noctis tenebrosa facies, & ille à condensis vmbris horror huius vitæ repræsentat tempora: dies sempiternam beatæ stationis claritatem protendit; Quoniam igitur pro huius exilij spatio alternant vices gaudium, & mœror: nunc Ecclesia triumphat & læta est; nunc luget, & non est, qui consoletur eam, quia facta est, velut mare, contritio eius: nunc iusti attracti odore vnguentorum, & introducti in cellam vinariam, abundant nectarea dulcedine; nunc abeunte dilecto dormitat anima eorum præ tædio, & tribulantur, ita vt pigeat eos viuere: propterea conuenienter noctis imperium Lunæ assignatum; quia ipse est, quæ modò candida & hilaris apparet; modò atrata prodit, & funebris: Quoniam verò apud ciues fortunatæ vrbis semper perpetuum cantatur celeusma à gaudenti populo, & æternum resonat Alleluia in plateis, & compitis; nullus ibi locus mœrori, aut lamentis: ideò diei Sol aureus rector, cuius, nempe, feruor & splendor stabilis, vt ex Bernardo dicebamus: *Iam Ecclesia Luna magis intelligenda videtur vocabulo* (prosequitur melli-

56.

Bernard.

Astra à Sole splendorem mutuantur. Clauius.

Luna, quare mutabilis.

Theophil. Alex.

Bernard.

loquus Abbas) *quòd, videlicet, non ex se ſplendeat; ſed ab eo, qui dicit: Sine me nihil poteſtis facere.*

Ambroſ. Ambroſius autem lib. 4. Hexameron, c 8. *Hæc eſt vera Luna, quæ de fraterni ſui luce perpetua, lumen ſibi immortalitatis, & gratiæ mutuatur: fulget enim Eccleſia non ſuo, ſed Chriſti lumine, & ſplendorem ſibi acreſcit de Sole iuſtitiæ:* Atque iuſtos exhortans, vt cùm receſſerit dilectus, & tenebræ mentem occupauerint, rurſus claritatem expectent longanimes; *Nam, ſi etiam Luna* (ait) *cui tantum Dominus commiſit miniſterium, vt illuminet orbem terrarum, & creſcit, & deficit; cur non id moderationis aſſumimus, vt neque in aduerſis abijciamus animum, & rurſum non extollamur in proſperis?*

57. *Luna laboranti cum magno ſonitu Ethnici ſuccurrebant.* Sed illud non prætereundum obiter, Gentes ſuperſtitioni deditas, cùm Lunam inter præcipua Numina haberent, ad eius defectum & tenebras ingenti mœrore affici ſolitas: quare incondito ſonitu cymbalorum, ſiſtrorum clamoribus ad priſtinum ſplendorem reuocare conati, & contra magica incantamenta defendere, quòd putarent è cœlo deduci incantatorum præſtigiis; Tacitus lib. 1. cap. 7. *Igitur tubarum ſono, æris, cornuúmque concentu ſtrepere: vt ſplendidior, obſcuriórve, lætari, mœrere: ac poſtquàm obortæ nubes officere viſui, conditámque creditum tenebris, vt ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes, ſibi æternum laborem portendi, ſua facinora lamentabantur, Deos aduerſari.* Papinius lib. 6. Theb.

Tacitus.

Statius.

Sic cadit attonitis quoties auellitur aſtris
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia Gentes
Æra crepant, fruſtráque timent, ac Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Contra hunc nationum errorem compoſuit ſermonem doctum S. Maximus Taurinenſis Antiſtes: *Laborat* (ait) *planè Luna; negare non poſſum: ſed laborat cum cæteris creaturis: non laborat carminibus; ſed laborat obſequijs; Benè igitur facitis, quòd diuinitati exhibetis ſolatium: ſed, ſi vultis hoc pleniùs facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis: Num, quoties putatis, vobis dormientibus, Luna vim paſſa eſt; & tamen de cœlo non corruit? Aut, nunquid ſemper circa veſperam defectum patitur, non aliquando, & circa lucem laborat? Sed apud vos veſpertinis tantùm horis laborare conſueuit, quando copioſa cœna venter diſtenditur, quando maioribus poculis caput mouetur: tunc igitur apud vos laborat Luna, quando laborat & vinum.* &c.

Max. Taur.

Quorſum hæc ad quam inſtitueramus tractationem? Ædepol ex Gentium inſipientia ſalutare aliquod antidotum pro piarum mentium morbis elicere voluimus: Infirmatur quiſpiam in nobis, & triſtis eſt anima illius vſque ad mortem, quoniam Sol obſcuratus eſt, & Luna non dat lumen ſuum; auertit dilectus faciem ſuam, & factus eſt conturbatus: imitetur tunc pro laborante Diana Gentilium vociferationes & planctus; arbitretur ſe hæc iuſtè pati, quoniam reſpexit in vanitates, & inſanias falſas; clamet in cœlum; deducat quaſi torrentem lacrymas per diem, & noctem; neque taceat pupilla oculi eius, donec videat rurſus Lunam incedentem clarè, & lætetur cor eius.

58. Exod. 13. Sed hanc variam ſanctarum mentium fortunam mirificè delineatam verbis Exodi cap. 13. verſ. 21. opinamur: ſic habet Moyſes: *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendum viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtróque tempore:* Nam, vt demus quidem, neceſſarium fuiſſe lucidum aliquod corpus per tenebras euntibus, atque ob has cauſas columna ignea vtilis fuerit, caligine terras occupante: at qualis per diem itineris, & ambagum directrix nubes? quin magis confuſionem peperiſſet: erat enim Solis claritatem impediens; quò & calorem arceret: expandit enim eam omnipotens in protectionem eorum; Non ſufficiebat ſtella, quæ Magos longo tractu ad Bethlehem vſque perduxit? Non congruentior ſyderis ducatus, quàm nubis, quæ ſplendorem tegeret, & facem viatoribus ſubduceret? quàm ignis, qui torreret per Ægypti, & Arabiæ loca immoderatis caloribus fumantia gradientes? Aſſeramus, voluiſſe Deum ſociaſſe vbique cum triſtibus iucunda, cum aduerſis læta, cum labore voluptatem. Sed quo pacto iſthæc aſſociata? Profectò hilaria oſtendebat columnæ ignitæ ſplendor; huic circunfuſa nox ad luctum inuitabat: interdiu autem lucis ipſius radij lætitiam pariebant intuentibus; nubis atratum pallium mœſtitudinem ingerebat: rurſum Solis iubar nocebat ſub climate ardenti; temperabat flammas nubes: noctis frigida tempeſtas vexabat; tepebat ab ignita columna aër; nam protexiſſe à frigore ſcribit Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Iudæo: Sed has viciſſitudines quandiu experti Hebræi? Quouſque nunquam illis plenè micans Olympus, & ſine nubilo? Certè, donec optata Chananæorum tellure potiti licuit; dum gradebantur; quoad viatores fuerant, & ſolitudine conſtiterant, ſub atratis, ſub candidis pariter fuerant: O iuſtorum expreſſam ideam, & loquentem ſimilitudinem! In itinere adhuc laboratis, ſub elementis huius mundi, in terra deſerta: quid ingemiſcitis? Quoniam nubes operiunt Solem, cœlúmque: quoniam columnam flammiuomam circumambit nox? Eia ſic itur ad ſedes promiſſas, & regionem amœnam fluentem lacte & melle: cùm ad patriam veneritis, non erant ampliùs tenebræ, neque nox; quoniam agnus eſt lucerna eius: Interim dum hîc ſubſiſtitis, miſcebitur riſus fletui, & extrema gaudij luctus poſſidebit: erunt commixta, & nox, & claritas nam ſæpè dilectus longè fiet à vobis, & tunc tenebræ comprehendent vos: ſæpe apparebit, & tunc in luce, & exultatione eritis.

Columnæ ignis in eremo frigora pellebat. Iuſtin. Mart.

Quid obſtupeſcitis, ſi pro diebus huius exilij ſponſus nunquam in eodem ſtatu permanet; ſed modò it, modò redit, modò faciem, modò terga oſtendit? Si nobis annunciantibus tanquam paruulis non creditis, conſulite Seraphim, & docebunt vos: ſtare circa ſolium excelſum, & eleuatum perhibet Eſaïas, ſex alis prædita; duabus velare faciem, duabus occultare pedes Numinis, duabus volare: Quid eſt ex parte latere, & abſcondi Deitatem? ex parte prominere? Et heû duæ partes ſubſidunt & merguntur, vna ſolùm proſilit, quoniam dilecti fugæ & abſentiæ ſuperant præſentiæ tempora: Nam, ſi viſio beata eſt, & intuitio Dei perfecta, cur non omnia peruadit cognitio rei, ſicuti eſt in ſe? Si etiam ille ſtatus gloriæ eſt, atque perennis quietis, quamobrem non ſedent Seraphim? Nimiúmne hoc eſt præſumptuoſum, quando hominibus pollicitum; quia ipſi ſedebunt iudicantes duodecim tribus Iſraël? & quoniam multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob? Quare equidem reor, illa ardentium

59.

Esaïæ 6. Spirituum repræsentatione, Esaïæ cap. 6 significatam potiùs iustorum, qui in via sunt, conditionem, quàm eorum, qui ad patriam peruenerunt.

Gregor. Nam, vt scribit Gregor. Papa lib. 1. Moralium, cap. 26. *Sedere, quietis est; assurgere, decertantis.*

Bernard. Bernard. manifestè indicat serm. 5. de verbis Esaiæ: *Stat Christus pro Patre zelans, Patri gloriam quærens, Zelo Patris adiuuans adoptiuos: sic illum Stephanus stantem vidit, quem habuit adiutorem: sic Propheta in adiutorium eum surgere precabatur: Exurge, inquiens, Domine adiuua nos:*

Iudæi agnũ stantes an comederent? Maldon. Philo. Sic ex verbis legis Exodi cap. 12. vers. 11. colligi satis clarè, Iudæos agnum stantes comedisse, iudicat Maldonatus ad cap. 26. Matthæi, vers. 20. tradit Philo apertè eo libro, cui titulus: *De sacrificio Abel & Cain.* At, quem in finem stantes? Quoniam ad iter accingebantur, & viatores decebat eiusmodi præparatio: Præclarè Chrysostomus homil. 60. ad populum Antiochensem: *Nam si Iudæi stantes & calceamenta manibus gestantes, & baculos agnum cum festinatione comedebant, te multò magis oportet esse solertem: Nam illi quidem in Palæstinam erant profecturi, & propterea viatorum figuram habebant: tu verò debes in cœlum migrare, quapropter in omnibus oportet te vigilare:* Iam igitur, cùm standi gestus eos denotet, qui aut parati sunt ad certamen, bellóque expediti; aut habiles, vt viæ se committant, & peregrinatum proficiscantur: conspicuum est, Seraphim stantes coram throno, iustos viatores adhuc, & merendi loco positos indicare: Hinc ergo est, quòd Numen ex parte contemplantur, ex parte ignorant: sanè si sederent, si Beatorum gaudium repræsentarent, viderent totam Domini claritatem: nunc verò, quoniam stant, quia militia, quia incolatus est vita eorum, & peregrinantur, bibunt de calice mixto ex hoc in illud, & veniunt super eos tempora multa, tempus amplexandi, & tempus cessandi ab amplexibus; tempus occidendi, & tempus sanandi; tempus plangendi, & tempus saltandi: O si appendatur in statera (IESV dilecte votorum nostrorum) tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, quasi arena maris illa grauior apparebit statera, quæ vultus tui absconsionem continuerit! Quàm serò redis, quàm properè abis, nisi fortasse amanti nunquam mora illa longa videatur, qua te potitur: Sed ita gradiendum est: minora sunt, quæ vident Seraphim: duas tantùm alas explicant, quatuor obtegunt pennis: Concinnè Bernardus serm. 3. de verbis Esaïæ: *Sola sedet Trinitas, quæ sola habet immutabilitatem: sola est, apud quam non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: Seraphim verò stant, immutabiles quidem; sed suo modo, non eius comparatione:* Quantuncunque Seraphim sis, ita vt ardeas charitate: tamen donec steteris, & peregrinaueris à Domino, necesse est mutationi subiaceas.

Bernard.

60. Seraphim erant discipuli illi duo, qui ibant in Emmaüs; nam ardebat cor eorum, dum loquebatur illis in via: Miraris vocasse nos homines Seraphim? Bernardi magisterium sequuti sumus serm. 3. de verbis Esaïæ: *Et ego quidem, Fratres, si licet in hac parte vnicuique abundare in suo sensu, in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, angelicam, scilicet, & humanam. Nec mireris hominem Seraphim factum: memento, quia & Creator, & Dominus Seraphim factus est homo. Ad contumeliam tuam, ô superbe, qui creatus inter Angelos, inter Angelos stare non meruisti: ecce Rex noster nouos in terra Angelos fabricaturus aduenit, atque vt tabescas amplius, non quælescumque, nec inferiorus alicuius ordinis Angelos, sed Seraphim: audi enim, quid ipse loquatur: Ignem, inquit, veni mittere in terram; & quid volo, nisi vt accendatur? Vult ergo Seraphim fabricari, vt ibi stent, vnde tu corruisti:* Seraphim itaque erant discipuli illi, quorum corda eiaculabantur flammas, dum exponeret eis Scripturas incipiens à Moyse & Prophetis: Sed vident & non cognoscunt, in quem prospicere desiderant. Quid mirum? Oculi eorum tenebantur: Nónne tenebantur, cùm duabus velarent faciem pennis? nec sufficit latuisse, increpat insuper: stultos, & tardos corde ad credendum dicit: hæccine, quorum quondam Ioseph præfigurator, cùm fratrum sermones intelligeret, & dissimulans vicario ore loqueretur: *Nesciebant autem, quòd intelligeret Ioseph,* (Genes. cap. 42. vers. 23.) *eò quòd per Interpretem loqueretur ad eos:* cùm exploratores appellaret, & custodiæ traderet? Sic existimauit Drogo libro de Sacramento Dominicæ passionis: *Verè tu es ille Ioseph, qui ad fratres tuos, quasi ad alienos durius loquebaris, non indignatione, sed miseratione: dum illos duos in via ambulantes, & dolebas, & arguebas: O stulti, & tardi corde ad credendum?* Sed tandem abeunt nubila, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: at cognouerunt quasi in ictu oculi solùm: nam continuò euanuit: O breue gaudij interuallum! longo itinere latitat, & in ictu tantùm oculi cernitur: O si saltem velatus, & in ignota forma perstaret cum eis! nam & hoc concupierant vehementer: *Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies:* Sed neque manifestum, neque occultum tenere valent: Audax sponsa nostri carminis, quæ hunc fugitiuum dilectum, qui nec pretio, nec precibus teneri potest, conata non dimittere, donec introduceret eum in domum matris suæ, & in cubiculum genitricis suæ: Sed nunquid assequuta? Certè excidit ausis: non longè enim posteà iterum elapsus, quem per incredibiles labores, per plagas, scilicet, & genialis cycladis amissionem inuenit tandem; sed non ausa in posterum polliceri non dimissuram se, quem reperierat: sic & alius dicebat in excessu suo: *Non mouebor in æternum:* Sed didicit angelicam esse hanc perfectionem, & ciuium beatorum: nam, auertente faciem Domino, subitò factus est conturbatus, & paulò minùs habitasset in Inferno anima eius: Sic ambulandum, donec videatur Deus Deorum in Sion.

Discipuli duo euntes in Emmaüs, propter dilectionis fauorem erant duo Seraphim.

Gen. 42.

Drog. Host.

SECTIO IX.

Eucharistiæ frequentem manducationem, aduersùs carnis petulantiam, efficax in primis esse antidotum.

61. NVllarum mercium tanta copia in nostri Epithalamij nundinis, quanta conuiuiorum: Quocunque lumina dirigas, symposium te continuò salutat: in hortis epulæ: inter nemora, non aperta planities, non defossæ valles, non montium surgentia cacumina absque Cerere, & Baccho, elementorúmque lautitiis: superfluum est domestici triclinij meminisse. O rem mirabilem!

bibunt

bibunt vocati ad prandia hæc per singulos dies; & bibunt, donec inebrientur: *Comedite, amici,* (hortatur Modiperator,) *& bibite, & inebriamini, charissimi.* Et tamen nullius læsum cerebrum, nullæ Cyclopum pugnæ, nemo fracta valetudine ad lectum delatus: maxima illa culpa est, si quis parum hauriat, si parum deglutiat, si ratus appareat conuiua, & post interualla epuletur: Nolite obstupescere mensæ huius peregrinos, & insolitos partus: cibi nanque illius, mundi vita sunt, Caro, scilicet, & Sanguis Filij Dei. *Hic calix ille inebrians, & præclarus* simul: Quid enim tam præclarum, quàm inebriari à poculis, & non prosterni? *Manifesta sunt hæc* (ait Theodoretus ad Psalmum 22.) *iis, qui sacris initiati, atque nullius explanationis indigent: nouerũt enim ebrietatem potentẽ quidẽ, sed non dissoluentem.* Verùm, quid præclarus confert scyphus, discamus à sceptrigero Psalte: *Parasti* (ait) *in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me: impinguasti in oleo caput meum:* Qui sunt isti, qui Dauid tribulauerunt? qui contristauerunt animam eius? Nunquid Saül cum satellitibus suis, qui nolit regnare illum super Israël. & quærit in speluncis, inter syluas, & per montium excelsa diligens venator, vt auferat de terra memoriam eius, si valeat? Nunquid Absalon, filius perditionis, qui conturbat vniuersam gentem, volens ante patris obitum sedere superbus in throno imperij, & dici Rex Iudæorum? Puto his grauiores discordias perpessum Dauid, pro quibus alibi ingemiscens clamat in cœlum: *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: afflictus, & humiliatus sum nimis:* (Psalmo 37.) *rugiebam à gemitu cordis mei.* Contra hos igitur, quos secum dolens portabat inimicos, qui aduersùs spiritum reluctantur, à quibus superatus est, cùm Vriæ Hethæi adamauit vxorem, & occidit in dolo virum innocentem, gaudens deprædicat præstita sibi arma efficacia; non thoracem trilicem, non vmbonem, non lanceam, non quidpiam aliud de Vulcani incude: sed craterem plenum musto antiquo; sed escas delicatas; sed vnguenta, quæ descendunt de capite in barbam, & oram vestimenti: nam impinguauerunt in oleo caput eius: id est, (ait Bruno Carthusiensis ad Psal. 22.) *mitem fecisti mentem meam, non rebellem, in gratia sancti Spiritus, quæ oleum dicitur:* Ad hoc igitur parauit ei mensam Dominus, vt carnis rebellionem comprimeret pabulo salutari, vt mente tranquilla, & pacata, post edomitas concupiscentias iucundus frueretur: Sed animaduerte, quæ leges præscriptæ desiderantibus animi quietem, & triumphum de malo fomite: *Parasti* (inquit) *mensam in conspectu meo:* Quid dicis, Propheta? eximiúmne hoc aliquid, & singulare, quòd ante ora, vultúsque tuos tripodem posuerit? Vbi voluisses cibos parari, nisi coram te, quasi aut à tergo, aut longè positos gustare potuisses? Et nónne hoc commune vniuersis mortalibus mensam ante oculos, in conspectu suo habere? Quid igitur à te postulat Deus tuus? Certè peculiare quidpiam; nempe, vt nulla te capiat immemoria huius mensæ, quæ datur tibi contra eos, qui tribulant te: crebrò adeas, familiaris tibi sit, & satis cognita: Hæc si obseruare pergas non segnis, proculdubiò actum erit de his, qui tribulant te: quemadmodum fumus deficient, & sicut olus herbarum, quod, priusquàm euellatur exaruit: Hac de causa toties epulatum in sponsi nostri nuptiis: ob hoc ipse mittit ancillas, vt clamitent in plateis, & ad exitus viarum, & vocent quoscunque ad conuiuium liberale, vbi saturari licet absque argento, & commutatione vlla: quoniam nouit non edomandum appetitum noxium, nisi quis crebrò, & frequenter manducauerit de Pane hoc.

Theod. Psal. 22.

Psal. 22. 5.

Psal. 37. *Carnales cõcupiscentiæ acerbiores fuere Dauidi hostes quam Saül aut Absalon.*

Bruno.

Hierichuntinam vrbem adoriturus Iosuë: quæ ciuitas, si Hebræo credimus Paraphrasti, *Clausa erat foribus ferreis, & obserata vectibus aheneis ante filios Israël,* iubetur nouam obsidionis formam instruere: quippe circunducendam Arcam fœderis septem diebus per circuitus murorum, clangentibus tubis illis, quarum in Iubileo vsus, Sacerdotibus sonum edentibus: De his cùm plurima exquiri valeant, nunc de potissimis edoceri cuperemus: nempe, cùm Dominus Numerorum c. 10. Moysi imperauerit argenteas duas ductiles tubas conficere, quibus, quoties dimicandũ esset, classicum insonarent; quamobrem Iubilei tubas, quæ corneæ erant, perstrepere iubet? Equidem Iubilei felix annus, quinquagesimus, scilicet, otiũ, & quietem afferebat mortalibus: redibat tum homo ad possessionem suam, & vnusquisque ad pristinam familiam: Lege cap. 25. Leuitici. At in Hierichuntina expugnatione omnia ex diametro: nempe, pro tranquillitate ingens tumultus; possessiones auferuntur, non postliminio visitant dominos; familiæ confunduntur, non ad veterem ordinem remeant: Quid, quòd ciuitas illa, quam primam aggressi fuerant Hebræi? Debuit igitur circumitio murorum veræ pugnæ speciem præferre: atque hinc discere milites, quid in subsequuturis obsidionibus cauere, quid obseruare oporteret: Sed esto, cornei illi litui quorum in Iubileo vsus, castris quoque seruiant non indecorè, cùm Latinus Poëta accinat Æneid lib 8.

62. *Hierichò valuas ferreas habens.* Paraphrast.

Anno Iubilei omnia tranquilla & læta.

Leu. 25.

Litui cornei, bellica instrumenta.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco sonuerunt cornua cantu.

Maro.

de quibus ex Vegetio agit Rosinus lib. 10. Antiquit. Romanar. cap. 5. quorsum necesse sit septies circundare vrbem? Aliquídne virtutis singulare septenario numero ad ferratos vectes, saxáque murorum ingentia confringenda, quod non quinarius, non octonarius perficiat numerus? Sanè Hiericho sic dicta, vt annotauit Masius ad cap. 2. Iosuë versum primum, vel, quòd planities illius, Lunæ nascentis figuram repræsentet; vel à suauissimo halitu florum, aromatúmque, quibus abundat: imprimis balsami ferax est, & laudatissimas rosas profert: Ab vtrisque prouerbiales locutiones: nam de eius opobalsamo sponsa Cantic. 1. *Botrus Cypri in vineis Engaddi*: De rosis Eccli. cap. 24. *Quasi plantatio rosæ in Hierichò:* Ad quæ verba Glossa interlinearis interpretatur Hiericho *Lunam, aut bonum odorem:* Lunam interpretari, vsitatissimum Patribus est: vnde & mundum significari arbitrantur passim ob vicissitudines rerum, perpetuámque instabilitatem: Ego nunc carnem, eiúsque opera indicari cupiam, nec incongruè: nam, si Lunæ inconstantia, gloriæ humanæ volubilitatem denotat; molle illud, & blandulum in floribus, venustulũ illud citò marcescens, carnem aptè exprimit: Quid igitur Legionũ Dux, IESVS, meditatus, quo carnis vallum perrumpat? Ab Arca præsidium mutuatur: ipsa est notissimũ dominici Corporis symbolum: de quo hunc Iosuë locum explanans Philippus Abbas tractatu de silentio Clericorum, c. 19. *Cuiusmodi morem,* (ait,) *quem Synagogæ diuina priscæ legis institutio delegauit; Ecclesia tempore gratiæ à se nõ penitùs relegauit:*

Rosin.

Hiericho, quare sic nuncupatæ. Masius.

Cant. 1. Eccli. 24.

Philip. Abb.

sed tubas ductiles, quibus illa in illo tempore personauit; ista in signa formæ alterius commutauit; quæ, cùm habet epulum, id est, cùm in altario Corporis, & Sanguinis Christi conficit Sacramentum, consueuit solenni iubilo personare: Arcæ igitur adminiculo vincenda carnis propugnacula: Verùm necesse est circunduci septies: Quid autem *septies* circunferre? Quàm frequentissimè id ipsum repetere: id enim septies ex Scripturarũ vsu significare puto, tam elementarem fore neminem, vt ignoret: Sed si quis in apertissimis Patronos amat, consulat Cantapretensem lib. 6. hypotyp. c. 4. Riberam ad c. 5. Michææ, n. 60. Carnem igitur debellare cupientem, necessarium est ad sacram mensam non perfunctoriè, & rarum accedere: hoc circunlatæ toties Arcæ mysterium. Sed, quid Iubilei tubæ portendant? Equidem Iubilei optatissimis annis per omnes Chananæorum regiones altissima dominabatur pax, otióque gaudebant securissimo, & homines, & animantia, & tellus ipsa: insuper redibat vnusquisque ad auitas possessiones: Indicat itaque fore, vt qui immortalitatis alimoniam sæpiùs comedant, tanta animi quiete perfruantur, quanta quodammodo, si carne circumamicti non essent: quin dicas reuertisse ad auorum patrimonia, hoc est, similem animi tranquillitatem cum ea sortitos, quam vltimus auorum in loco voluptatis obtinebat ante vetiti pomi esum.

Regula: Septies indefinitè significat pro eo, quod est frequenter. Cantapret. Ribera.

Caligante Isaac, præferri cupiens, quem magis diligebat, iuniorem filium, Rebecca, armauit ingenioso dolo Iacob, & tandem desideratis potita, obtinuit natorum chariori meliorem benedictionem; atque huius forma: *Det tibi* (inquit) *Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini: & seruiant tibi populi, ac tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Dura facies horum verborum: quippe præter vnum Esaü, Iacob alios fratres non habebat: quæ est ergo illa fratrum multitudo, quorum futurus sit dominus? aut qui filij matris, cùm vnus tantùm reliquus sit ferus & agrestis ille venator Esaü? Quòd si huius comparatione dicta contendas, & in multis vnum significatũ, vti ex Hebræi idiomatis vsu nonnunquam contingit; sed quando adimpleta? cùm potiùs sciamus ex Genesis c. 33. cùm Esaü obuiam factus Iacob, *Vt vidit venientem Esaü prodeiens adorauit pronus in terrã septies:* At demus ad exitum perducta: certè bello, & præliis vincendi erant; quemadmodum, Dauide imperãte, subiugati sunt Esaü pronepotes Idumæi: Satisne apta connexio rerum? *Det tibi Deus abundantiam frumenti, & vini, & incuruentur ante te filij matris tuæ?* Præcatus quidem fuisset corpus validum, & laboris patiens; spiritus masculos, & ardentes; militiam benè instructam, equorum, & quadrigarum copiam; hæc inimicis terrorem incuterent; hæc Ducem fecissent: at panis, id est, omnium escarum, (sic enim vox illa sæpè in sacra loquutione significat,) & vini saturitas, quid aliud perpetrauerint, quàm ex strenuissimis bellatoribus ignauos & imbelles reddere? *Inuictum enim armis Annibalem* (ait Valerius lib. 9. c. 1.) *Campana luxuria complexa, vincẽdum Romano militi tribuit: illa vigilantissimum Ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnum, & delicias euocauit, ac tum demum fracta & contusa Punica seueritas est.* Quare Spartianus in Pescennino Nigro: *Hic* (ait) *erga milites tanta fuit censura, vt cùm apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, responderit: Nilum habetis, & vinum quæritis?* Satiùs ipse Iacob, cùm Iudæ castrensem gloriam prædiceret: *Manus tua in cernicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui:* Non ciborum excessus optauit, sed leonis, inter animãtia robustissimi, æmulos spiritus: *Catulus leonis Inda, ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubuisti, vt leo,* &c. Gen. c. 49. Quamobrem spiritaliter potiùs accipiendam hanc de Iacobo vaticinationem, arbitratur Lyranus, & docuit anteà Augustinus tom. 5. lib. 16. de Ciuitate, cap. 38. & tom. 10. serm. 78. de tempore, vbi ait: *Hæc omnia, Fratres charissimi sicut dicit Apostolus, in figura contingebant illis: scripta autem sunt propter nos: Concepit ergo corporaliter de Beato Isaac Rebecca: quia conceptura erat spiritualiter de Christo Ecclesia: in Esaü enim carnales intelliguntur: in Iacob verò spiritales: isti enim duo populi, sicut Beatus Apostolus euidenter assignat, cùm carnales demonstrat & spiritales insinuat: sic enim ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, inimicitiæ, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, ebrietates: ecce fructus populi pertinentis ad Esaü: Qui autem sunt fructus, qui pertinent ad Iacob, idem Apostolus in consequentibus adiungit, dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, bonitas, modestia, continentia: ecce opera spiritalium ad Beatum Iacob, id est, ad pium populum pertinentia:* Ergo superare Iacob filios matris suæ, est spiritum, carnis opera subiugare: hæc enim sunt filij matris, de quibus conquesta sponsa nostra Cantic. cap. 1. quoniam pugnauerunt contra eam: *Filij matris meæ pugnauerunt aduersùs me: Corporis passiones, carnis illecebræ decolauerunt me: ideò mihi Sol iustitiæ non refulsit,* (ait Ambrosius lib. de Isaac, & anima, cap. 4.) Ad hos igitur edomandos hostes, vide quales ordinet Legiones, qualia disponat castra: *Det tibi* (ait) *abundantiam frumenti, & vini.* Quid hæc? Augustinus lib. 16. de Ciuitate, c. 38. *Eius est multitudo frumenti, & vini; hoc est, multitudo, quam colligit frumentum, & vinum, in Sacramento Corporis, & Sanguinis eius:* Eadem verba transcribit Beda in Genesim, & Isidorus apud Glossam: Manducãdo itaque Corpus Christi, sopiuntur carnis rebelles, & inquieti motus: Sed attende, quibus promissa victoria: his, nẽpe, apud quos abundat vinum, & frumentum: nam, si rarò ad mensam accedas; si pauci tantùm apud te panes, & modicum vini; si epuleris semel, aut iterum tantùm in anno; non incuruabuntur ante te filij matris tuæ; non superabis carnis tentamenta, quorum triumphus abundantiæ solùm consignatus: Audi Paschasium tractatu de Sacramento Corporis, & sanguinis Christi, cap. 21. ad illud Genes. 27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni,* &c. *De quo sanè agro* (ait) *Panis vita, id est, Caro, & potus Sanguinis credentibus quotidie exuberat, & à fidelibus messuitur: in quo vtique Iacob verus benedicitur, & dominus fratrum suorum constituitur; quia, nimirum, sine isto nulla rerum alia proficit benedictio.*

63. Gen. 27. 28. Gen. 33. *Delicia fortissimos Duces eneruãt.* Valer. Max. Spartian. Auguſt. Ambroſ. Auguſt. Beda. Iſidor. Paſchaſ.

Transeamus ab Esaü ad eius posteros, Arabiæ Petreæ populos, Amalecitas, quibuscum prima prælia gessêre filij Israël, vti Numerorum cap. 17. docemur: Cur in eum diem nullus aduersùs Hebræos hostis insurrexit? nam peragrasse illos diu solitudinem ante hæc gesta scribit Philo lib. 1. de vita Moysis. Iosephus lib. 3. Antiq. c. 2. *Hebræorum fama longè, latéque diuulgata, rumoribúsque de ijs per*

64. Genes. 49. Auguſt. Num. 17. Philo. Ioſeph.

per omnes gentes circunquaque ſparſis, non mediocrẽ metum accolas eius regionis occupaſſe. Singularem cauſam mediratus Adamantius, quòd in eum diem populum dimicare Numen non ſuſtinuerit; nempe, quoniam nondum Olympus manna ad eos miſerat, velut ad pugnam abſque huius eſu inhabiles: Origen. *Deſcribitur bellum* (ait ille homil. 11. in Exodum) *cum Amalecitis factum: populus dicitur pugnaſſe & vicisſe: antequàm manducaret panem de cœlo, non dicitur pugnaſſe populus: ſed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: Eſt ergo quando Dominus pugnat pro nobis, nec permittit tentari ſupra id, quod poſſumus; nec impares viribus ſinit ad fortem venire congreſſum: Tu ergo, cùm cœperis manducare manna, Panem cœleſtem: expecta pugnam, prepara te ad bellum.* Equidem, ſi hiſtoriæ attendamus, haud poſſumus Adamantio acquieſcere: ſcimus enim victoriam illam, non eſitatione cœleſtis alimoniæ partam; ſed potiùs manuum Legiſlatoris eleuatione, vti ſcitè aduertit, & ex veterũ ſententia probat Salianus tom. 2. anno mundi 2544. n. 349. Salian. Sed in myſticis venuſtus eſt Origenis diſcurſus: quippe Amalec carnem, quæ aduersùs ſpiritum colluctatur, repræſentat, vt tradit Lyranus ad citatum c. 17. Exodi: Lyran. *Per Amalec* (ait) *qui interpretatur, gens bruta, ſignificatur caro: quia per eam conuenit homo cum animalibus brutis: ipſa verò pugnat contra ſpiritum, qui per Iſrael ſignificatur:* Vis certam victoriæ de Amalec ipsem concipere? Manduca de vitæ pabulo: Sed animaduertere ſollicitus, quid præſcribant: non ſemel, bíſve per anni circulum; non ad menſes ſingulos: ſed vno Sabbatho excepto, per omnem hebdomadam nouum panem colligere: Vatabl. *Voluit Deus* (ait Vatablus) *dare illis cibos, non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos dies: vt nullus tranſiret dies, in quo Dei erga ſe beneficium non ſentirent, atque ob id Dei memores ſemper eſſent:* Sic igitur, ſi de ſurſum effuſo Pane comederis, vt de recente ſemper manduces, vt crebrò ad conuiuium ſalutare accedas, vt aſſiduus ſis in colligendo manna; reportabis de Amalec, & vniuerſa carnis potentia memorabilem victoriam: Verùm indiſcuſſa non tranſeamus Adamantij verba: Origen. *Antequàm manducaret panem de cœlo, non dicitur pugnaſſe populus: ſed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis.* Declaremus ſimili ex Deuteronomij c. 32. mutuato: Deut 32. *Sicut aquila* (ait) *prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Quæ hæc aquilarum natura? *Aquila* (ait Gloſſa,) *cùm plumeſcere pullos ſuos videt, ad Solem conuertit, & ad volandum prouocat, laſſoſque alis ſuſtentat:* Sanè hoc non tam eſt volare pullos, quàm à matre ſuſtolli per aëra: at roborabuntur pennæ; & tum ſoboles peroſa alieno ſulcare æthera volatu, æmula maternæ gloriæ, fertur nullius indiga ad bella cum alitibus, terreſtríque nonnunquam, & marino genere: iam genitricis auxiliares humeros contemnit, quibus portabat mater, vt ſi venator ſagittam iaculetur *priùs ipſa recipiat,* (inquit Lyranus) *quam pulli percutiantur:* Sic igitur humana mens, antequàm de manna comedat, infirma eſt, & timida, nequit ad bella prodire; opus eſt Dominus pro ea pugnet: at, poſtquam cœpit, non vno, ſed pluribus diebus donum ſupernum colligere, frequentare menſam ſalubrem; ſic conualeſcit aduersùs Amalec, cæteróſque hoſtes, quaſi diuino adiutorio quodammodo non egeat: Ipſa iam ſibi ſufficiens, audet ſola & incomitata prouocare inimicas phalangas: Hoc igitur eſt Adamantij dictum: *Antequàm manducaret panem de cœlo,* (inquit) *non dicitur pugnaſſe populus: ſed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis,* &c.

Origen. *Aquila vt pullos volare inſtruant.* Gloſſa. Vatabl. Lyran. *Amalec interpretatur, gens bruta, & carnem repræſentat quæ aduerſus Spiritum colluctatur.* Salian.

Quoniam autem fœcundam rerum ſegetem ſubminiſtrat hic Exodi locus, ſiſtamus adhuc paululùm, & percunctemur, quamobrẽ hoc 17. Exodi capite querulum vulgus, & aduersùs Ductores proteruum, quòd carnes non ſubminiſtraſſent, ſuſtinuit Numen cum patientia, adſuíque deſideriis mite & beneficum? eundémque populum turſum tumultus commouentem, & ad ſeditionem promptum, quòd eſcæ concupitæ non exhiberentur, diro percuſſit verbere Numerorum c. 11. Voluítne edoceremus, ad primos lapſus conniuere Creatorem, diſſimulare; reuertentes ad volutabrum acerrimâ accipere vindictâ? Equidem, cùm primùm carnium œſtro abrepti Hebræi Exodi c. 17. nondum illi guſtauerant de pane cœlitùs miſſo, atque cùm ab huius eſu robur deriuetur aduersùs carnis illecebras, non mirum, ſi carnis deſideriis obtemperauerint: at verò querimoniæ illæ Numerorum c. 11. ortæ poſt manducatum cibum omne delectamentum in ſe habentem; quin verò nauſea, & faſtidium occupauit, quòd tam crebrò manhu de ſuperis laberetur: *Anima noſtra* (inquiunt) *arida eſt: nihil reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man.* denotabant eos, quos tædet frequenter ad ſacram menſam accedere: Carnis igitur lenociniis ſuccumbere illum, qui manhu ſæpè ſaturatus fuerat, qui familiaris & aſſiduus Chriſti conuiua extiterat, tam indignum hoc coram Creatore facinus, vt ſubitò ad vindictam excitetur, & puniat nondum traiectis alimoniis, dum adhuc carnes erant in dentibus eorum; indulgentior erga eos, qui nunquam cum Principe diſcubuerunt, quàm erga infame vulgus poſt guſtatum Dominum, quàm ſuauis ſit, carnis blanditiis abductum: Animaduertit Cyrillus lib. 3. in Ioannem, c. 34. *Quòd autem quamuis terrenis viderit cupiditatibus ſuperatos* (inquit,) *non puniuit tamen ſtatim in initio, hæc, vt mihi quidem videtur, cauſa eſt: Nam, quoniam nuper ab Ægypto effugerant, panémque cœleſtem, qui cor hominis corroborat, nondum receperant, facilius poterant in cupiditates carnis incidere: propterea & venia digni viſi ſunt: Poſteà verò quàm Domino fruebantur, vt ſcribitur, tunc iure, quoniam corporalia ſpiritualibus præpoſuerant, acerba dederunt ſupplicia; & ad ſupplicia inſignem calamitatis memoriam reliquerunt.* Cyrill.

65. Exod. 17. *Ad primos lapſus conniuet Deus: ſecùs ad reiteratam noxã.* Num. 11. 6.

Stupenda illa Caïn imbecillitas poſt occiſum fratrem: *Ecce* (ait) *eiecis me hodie à facie terræ,* (Gen. c. 4. v. 14.) *& à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Quid effutis, Caïn? Túne ille vir ſanguinum nunc ad leuiſſima quęque paueſcens? Quid, ſi formica, quid ſi muſca inueniant te, fortiores erunt, & fila vitæ abrumpent? *Cain agnoſcens grauitatem peccati ſui* (inquit Caietanus) *ex ipſa grauitate peccati dubitauit, licitum fore cuilibet ipſum occidere: & ad hoc enim tendunt, quæ ſubiungit: Eiecis me,* &c. At ſi delicti enormitas tantum pauorem impreſſit fratricidæ; quamobrem ſimilis timor protoparentes non inuaſit, quorum temeritas, ſcelúſque fuit acerbiſſimum? Chryſoſtomus punitum arbitratur iuſtè roboris, vitiúmque amiſſione, quoniam his abuſus fuerat, germanum impiè trucidans: *Quia enim* (ait homil. 19. in Geneſim) *abuſus es robore corporis, & membrorum viribus;*

66. Geneſ. 4. *Peccatum quantam imbecillitatẽ aſſerat?* Caiet. *Per dona ipſa Creatoris, quibus abutimur, punimur.* Chryſoſt.

viribus; propter hoc, continuum hunc tremorem, & motum tibi infero: vt non ſolùm ipſe habeas iugem admonitionem huius nefaſti ſceleris? ſed, vt & omnes, qui te intuebuntur, viſo te, quaſi clarâ illis voce denunciaretur, diſcant, ne talia audeant: Sed quare primitiuorum parentum, & manus, & palatum conſimili aliqua pœna non effecta, cùm his aduersùs Dei imperata abuſi fuiſſent? Arbitror igitur ipſum Caïnum ſuis indicaſſe verbis, tremoris tanti cauſas, & pauitantis animi nimios metus: *Ecce* (ait) *eiecis me hodie, & à facie tua abſcondar.* Nam diuinæ præſentiæ munimine deſtitutum, facile erat, vt quiuis ſuperaret: Verùm obiicias, & Adamum latitaſſe, fugiſſéque Dei conſpectum: *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo, abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei.* Non tamen ob hoc timor, & tremor venerunt ſuper eos: Reſpondeo, Adamum, eiúſque comparem latitaſſe ad breue tantùm temporis interuallum: nam ſtatim, vocante Creatore, comparuêre, neque in poſterum latebras petiêre: at Caïno à Dei præſentia & conſpectu longa indicta exilia: Sic adſignificaſſe viſus Origenes homil. 12. in Hieremiam: *Qui ſancti ſunt.* (ait,) *non ſe abſcondunt à facie Dei: qui autem iniuſti, abſconduntur à facie eius: Adam poſt tranſgreſſionem abſconditur: ſanctus hoc non facit: Verum Adam, quamuis peccauerit, tamen vſque ad perfectam malitiam mens eius non corruit, & ideò abſconſus eſt à facie Dei: cùm autem peccauit impiiſſimus fratricida, animaduertite, quid fecerit: egreſſus eſt à facie Dei: Si ad malorum comparationem venias, melius eſt abſcondi à facie Dei, quàm fugere: in alio quippe conſcientiæ vulnus inflictum, tenebras, & ſecreta perquirens, leuare non patitur oculos ad cœlum: in alio autem, deſperatione nata, contumaciam negligit Dominum:* Itaque, quoniam ad modicum Dei conſpectu caruêre Adamus, & vxor, viribus deſtituti non ſunt, & potuêre aduersùs hoſtes non tantùm dimicare, ſed vincere: Caïn autem, quoniam per longa ſpatia Dei amicabilis præſentia negata, robore ſic ſpoliatus, vt contra eum tenuia & debilia quæque auderent. Quid iſtis tandem ſignificamus? Sanè, vt nihil damnationis his eſt, qui Deum, quem in Euchariſtia præſentem, etſi velatum, habemus, ad modicum non vident ob reuerentiam: ſic iis, quos Maieſtas latuit per menſes, aut annos, contingit omni penè valeſcentia priuari; ſic, vt non dicam, ſi caro acriter ſtimulet cedant; ſed ad minimas tentationes labaſcant. *Et à facie tua abſcondar:* Cum elegantia paraphraſim adiunxit Salianus tom. 1. anno mundi 130. num. 15. id eſt: *Nec audebo ſiſtere me, vt ſolebam, conſpectui tuo, vt ſacrificia offeram:* Ergo à ſacrificando in poſterum abſtinebis, Caïn? Proh! quantorum tibi hæc occaſio malorum? quippe fortitudinem omnem deperdes, erítque, vt in eam incidas imbecillitatem, vt, ſi fortè cùm minutiſſimis animantibus congrediaris, vincaris ab illis: nam omnis, qui inuenerit, occidet te: tantùm nocet diu à ſacrificando, diu ab Altaribus abſtinuiſſe, diu à facie Domini propulſum aberraſſe.

Gen. 3.

Origen.

Salian.

Celebres illæ Gabaonitarum technæ Ioſuë c. 9. quibus ad deceptionem traxerunt Hebræorum ingenia cum Duce ſuo: tandem aperta fraus; & quamuis delere potuiſſet Imperator, quoniam, vt non pauci autumant, iureiurando non adſtringebatur; viuere quidem permiſit; ſed æternæ ſeruitutis damno puniuit vafritiem: Cur, obſecro, tam atrox in eos latum decretum, quod nobilitate, quod dominatu in perpetuum priuaret? Origenes ſanè homil. 5. in Leuiticum, ſingulariter philoſophatus: *Denique Gabaonitæ* (ait) *propterea condemnantur, & ligni cæſores, vel aquæ geſtatores fiunt, quia panes veteres ad Iſraëlitas detulerunt, quibus lex ſpiritalis iubebat ſemper vti recentibus, & nouis:* Rectè quidem ille, modò eius ſenſum ita conſtruamus, vt potiùs ab aridis panibus, quàm ab attrito amictu, laceríſque calceamentis decepti ſint Iudæi, exiſtimantes de longinquo veniſſe, & procul diſtantem regionem eorum: nam veſtem pannoſam induti poterant eſſe etiam in confinio poſiti: Cæterùm, vt fuerit piaculum, & grande quidem, cum ſeneſcentibus apparuiſſe offis, cur non alia ſupplicij forma coërcitum delictum, quàm ingenuitatis ſempiterna amiſſione, & duraturo ſeruitutis iugo? Sanè Gabaonitis ſignificati homines carnis mancipia, ſicut tradiderunt Origenes homil. 10. in Ioſuë: Hugo de S. Victore cap. 6. Allegoriarum in lib. Ioſuë: & Lyra ad cap. 9. eius voluminis: Quid ergo? Brutales iſti nunquam erigent verticem, ſemper demiſſis in terram vultibus? Nunquam dominabuntur ſaginæ, & voluptatibus? Heu! nunquam: quippe ex eorum numero ſunt, quos veteres panes delectant, qui rarò de ligno vitæ edunt, ad Altare appropinquant: Hos igitur IESVS, magnus Dux, non alia pœna afficit, quàm ne ſinat vnquam victores & dominos haberi, ſed opprimi patiatur à carne, & ſubiici eius deſideriis: Talia veterum panum ſtipendia; Non timebit ſeruitutem ſponſus noſter, non ſponſa eius: quoniam, ne conſeneſcant panes, quotidie inſtaurant epulas: nolunt hyemem, quoniam omnia arefacit, & telluri, arboribúſque canitiem affert: vere conuiuia celebrant, quando cuncta noua: idcircò propellunt frigora: *Imber* (aiunt) *abiit, & receſſit: flores apparuerunt: vox turturis audita eſt in terra noſtra:* Sic igitur, cùm apud illos recentia ſint omnia, & iuuentæ flore decora, facile eſt tranſire eos in nouum, qui ſecundùm Chriſtum eſt, hominem, carníſque rebellionem coërcere, & ſub poteſtate habere appetitum, vt vix hiſcere audeat.

67. Ioſuë 9.

Origen. *Gabaonitæ perpetuo ſeruitutis iugo mancipati quòd veteres panes ad Iſraëlitas detulerunt.*

Hug. Vict. Lyran.

EXCVRSVS

EXCVRSVS DIGRESSIVVS SCHOLASTICVS.

QVoniam sacræ Communionis frequentia absque debita animi puritate & suus esse queat abusus; volo cum indulgentia boni lectoris obuiam in praxi controuersiam theologico examinare stylo, paululùm interrupto Concionum filo.

SECTIO X.

Num expediat mortiferæ corruptelæ non conscium, ob hoc solum, ad sacrum Eucharistiæ pabulum quotidie accedere? insinuati obiter veteres circa dominicum corpus & sanguinem ritus non pauci: Ducatus Magistri spiritalis quam necessarius ex Patribus demonstratum.

68. *Eucharistia frequens esus in genere, suadendus semper.* S. Thom.

EVcharistiæ frequentem manducationem, & crebram à sacratissimo pabulo alimoniam suasimus in genere: sequuti in his Beatorum Patrum, ab Apostolorum temporibus, dogma: Sancti Thomæ 3. parte quæst. 80. articulo 11. cogitationem; atque in 4. distinctione 12. quibus locis omnes & antiqui, & recèns orti Theologi consensère in id ipsum: Consulat longitudinis studiosus, præter aliorum Ordinum Scriptores, ex nostra Congregatione P. Christophorum Madridium opusculo docto de hoc argumento: P. Suar. tom. 3. in 3. partem, disp. 69. sect. 4. P. Valentiam tom. 4. disp. 6. q. 8. punct. 4. P. Henriquez tom. 2. lib. 8. cap. 53. & quibus Hispani idiomatis peritia est, elegantem tractatum P. Ferdinandi Salazar. c. 1. Sic docuit œcumenica Tridenti Synodus sessione 13. cap. 8. Mediolanense Concilium canone 7. Sed, vt pij omnes nihil magis cuperent, quàm Ecclesiæ filios assiduè epulari, illúdque in votis habent, quod Tridentinum sessione 22. c. 6. optabat: *Vt in singulis Missis fideles adstantes non solùm spiritali affectu; sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quòd ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus vberior proueniret:* Sic nouerunt vera esse illa, quæ à posterioribus duobus Latinæ Ecclesiæ Doctoribus, Seraphico altero, altero Angelico tradita sunt: ex quibus S. Thomas q. 80. in 3. part. art. 10. *Circa vsum huius Sacramenti duo possunt considerari: vnum ex parte ipsius Sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris; & ideò vtile est quotidie ipsum sumere: alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc Sacramentũ accedat: Sed quia multoties, in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionẽ, vel animæ; non est vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere:* Ecce, vt velit Angelicus Præceptor ob solius deuotionis obstacula abstinendũ à sacratissimo cibo: & hoc vtile futurum affirmat: Concordat Bonauentura in 4. dist. 12. part. 2. q. 2. *Si ergo* (ait) *quæritur, vtrùm expediat alicui frequẽtare? dicendum, quòd si videat se esse in statu Ecclesiæ primitiuæ; laudandum est quotidie communicare: si autem in statu Ecclesiæ finalis, vtpote frigidum, & tardum; laudandum est, quòd raro: si autem medio modo; medio modo se debet habere; & aliquando debet cessare, vt addiscat reuereri; aliquando accedere, vt inflammetur amore; quia tali hospiti debetur honor, debetur & amor.* Fuit igitur consentiens Patrum, atque Theologorum in hunc diem vsus, vt probè aduertit P. Salazar tractatu nominato, c. 13. §. 3. sic exhortari ad continuam diuinissimi Sacramenti manducationem Orthodoxos; vt monerent tamen, quò animabus fructuosus, vtilísque euaderet creber accessus, alia non pauca desiderari præter vnum mortiferæ noxæ exilium.

S. Bonau. *Præter lethalis culpæ absentiam aliæ desiderantur in quotidie manducaturis Christũ.*

Salazar.

Sed fuêre nostro æuo pauci quidam Theologi, qui inconsulta antiquitate, derelictísque Scholæ tritis semitis, obsequium se præstare venerandis Altaribus arbitrati sunt, si habenas laxarent, & latum campum aperirent quotidie volentibus participes fieri Dominici Corporis: Dicunt iraque, absque venialium confessione, quamuis præcesserit pollutio, aut coniugalis copula, etsi voluntariè quispiam distrahatur, vtiliùs fore, si quouis tempore Synaxim frequentent, quam si accedere recusent: Denique non aliud postulant, quàm non esse conscium lethalis delicti: ausi etiam dicere, homines de plebe, inconsulto scelerum Iudice, eo, nempe, ad cuius genua deponunt piacula, quin & eo renitente, cui conscientiarum commiserant regimen, censuram ferre posse, an digni existant, qui Christum manducent; prætérque huius arbitratum ad Dominicam mensam accumbere. Hæc illi aduersùs copiosam, validissimámque Theologorum manum, aduersúsque communem Ecclesiæ praxim, quemadmodum loquuntur ex nostratibus Suarez tom. 3. disput 69. sect 4. conclusione 3. P. Coninck de Sacramentis, ad art. 10. quæstionis 80. n. 82. & non leui inutens nota, P. Salazar tractatu Hispanico iam dicto, c. 7. §. 1. prope finem: Itaque huius controuersiæ cardo, atque medulla est, an vtilius, conuenientiúsque sit, fidelem populum quotidie Pane vitæ nutriri, modò corda nullus verberet lethalis culpæ remorsus, an supra hæc desiderentur alia, quò fructuosa sit communio? nam, si primum cum veritate potiùs consentit, illud in publicis conuenti-

69. *Laxa nimis Theologorum quorundam concessa laicis, vt ad Christi mensam accedãt, licentia.*

Suarez. Coninck. Salazar.

Madrid. Suarez. Valentia. Henriq.

Salazar. Conc. Trid. Conc. Med.

Non est vtile omnibus hominibus quotidie ad Eucharistiã accedere. S. Thom.

bus,

bus, priuatísque magis docere præstat, cùm ea demum sit melior instructio, quæ animarum abundantiori bono prospicit.

70. *Gratia, quæ in Sacramẽto ex opere operato datur, venialis peccati obicẽ ponenti confertur.* Suarez. Henriq. Valent. Coninck.

Suppono, veriorem multò eorum esse opinationem, qui iudicant recipientem Christi Corpus, quamuis ipso recipiendi actu venialiter delinquat; non tamen ob eiusmodi venialem, leuémque noxam, obicem poni gratiæ, quam Sacraméti virtus ex opere operato collatura erat: sed hanc infundi etiam in receptione delinquenti venialiter: Ita P. Suarez allegato tom. in 3. part. disp. 63. sect. 2. P. Henriq. lib. 8. cap. 52. P. Valentia tom. 4. disp. 6. q. 7. punct. 3. P. Coninck ad articulum 3. quæstionis 79. tertiæ partis: Estque hæc recepta Theologorum existimatio: quamuis non defuerint ex classicis, qui in oppositum declinarent; Hæc itaque vt sint verissima, accipiatque incrementum gratia sanctificans, quoties cũ ea Christus sumitur, nihilominùs Pronunciatum nostrum sit, falsum omninò dogma esse, quod vniuersim, & absque delectu præscribit, expedire magis quotidie communicare illos, quibus nullius mortiferæ labis conscientia est. Pro hoc dicto putamus esse vniuersum Theologorum cœtum, exceptis paucis his nuper natis, quorum quanta sit præstantia, & auctoritas, aliorum iudicium esto. De his, qui nobis patrocinantur si quis dubius sit, euoluat per otium eos, qui aut Magistrum in 4. dist. 12. aut S. Thomam 3. part. q. 80. explanauerunt: Suppono præterea, ex his, qui absque lethali crimine ad Sacramentum appropinquant, plures venialibus defectibus sæpè oneratos venire, aut quia hypocrisi, vana gloria, alióve non decenti fine commacularunt intentionem suam; aut, quoniam ab impuris rerum obscœnarum imaginibus, vel ab aliis superfluis, & inutilibus temporalium curarum cogitationibus distrahuntur nimiùm, & ex voluntate; aut, quia scienter in leues noxas lapsi, iis liberari, cùm facilè possint, contemnunt; aut denique, vt horum nihil adsit, sed negligentia quædam humana, & ex conditionis, & naturæ fragilitate; periculum tamen sit, ne ipsa frequentia tædium, despicientiámque Sacramenti pariat: nam præceptum Ecclesiæ de non communicando sæpiùs in eodem die, præcipuè ob reuerentiam tanti Sacramenti positum, ne, scilicet, ob nimiam frequentiam vilesceret, auctor est P. Suarez, vbi suprà, disp. 69. sect. 4. §. *Dices saltem*, &c. Aduerto denique, accedentem ad Christi mensam cum his, similibúsve næuis, qui venialis noxæ limites non prætergrediuntur, irreuerenter accedere: Primùm: quoniam ad similitudinem mortiferæ labis de non mortifera, & veniali philosophandum sit: at Christi commensalem fieri cum lethali noxa, grauis, immanísque irreuerentia est: igitur & pro more peccati cum veniali fœditate accessisse, venialis erit irreuerentia, siue talis irreuerentia nouum peccatum veniale in accedente constituat, siue non: de quo non refert nunc disputasse; Secundò: quia Mater Ecclesia non vulgarem existimauit irreuerentiam, si quis ante degustatum Domini aut Panem, aut Calicem, alios cibos, etiam in leui quantitate, in stomachum traiiceret; nisi in extremis quibusdam casibus: vt, si homo morte præoccupetur; si immineat periculum à fidei hostibus, ne in eorum potestatem veniat hostia consecrata: Quare, etsi reliquiæ Dominici Corporis antiquitùs pueris consumendæ darentur: sed indicto eis ieiunio, vt probat Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 4. de Missa, cap. 14. §. *Præter hæc Patrum*: Ad hæc, irreuerentia est venialem culpam generans, inaccensis luminibus celebrasse, non præmissa confessione generali, aliquibúsve orationibus, sine debito ornatu, etiam contemptu & scandalo absente, vt notat P. Suarez disp. 62. sect. 4. Cùm igitur huiusmodi irreuerentiam pariant; non dicemus parere apud interiorem hominem illa, quæ commaculant, quamuis venialiter? Postremò, Anselmus 1. Corinth. cap. 11. ad illud: *Itaque, quicunque manducauerit*, &c. inquit: *Indigne manducat, & bibit, qui vel aliquod graue peccatum, vel multa leuia commisit; & non confitetur ea, priusquam ad Communionem accedat*: id est, indignè leuiter, qui venialia non confitetur; quemadmodum grauiter indignè, qui lethales noxas non euomit, vt benè annotauit Suarius disp. 66. sect. 1. Augustinus verò tom. 3. lib. de ecclesiasticis dogmatibus, c. 53. *Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari: sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauant*: Gennadij hunc esse librum dixeris asserere Bellarminum de ecclesiasticis Scriptoribus, & cum eo alios bonæ notæ Scriptores: sed etiam idem Cardinalis sapienter monet, compilata pleraque huius tractatus, ex Augustini scriptis.

In celebrante, qua peccatum veniale accrescunt? Suarez. Anselm. August. Bellarm.

His præiactis basibus, assero in primis: Etsi huiusmodi hominibus, qui cum irreuerentia, non quidem capitali, sed intra supinæ alicuius venialis noxæ ambitum, ad Sacramentum accederent, accrescerent maiora lucra ex gratiæ, quæ ex opere operato confertur incremento; tamen consultius fore, & è rei Christianæ decore, si his consulant quorum est animas dirigere in viam salutis, moderatam frequentiam, potiùs quàm quotidianam: Probatur: nam infantibus olim dabatur post Baptismum Eucharistia, vt probat ex D. Dionysio noster Franciscus Turrianus tractatu 2. de Eucharistia, c. 20. P. Henriquez lib. 8. cap. 42. P. Suarez disp. 62. sect. 4. Bellarminus lib. 1. de Sacramento Confirmationis, c. 7. qui optimè aduertit lib. 4. de Sacramento Eucharistiæ, c. 26. aliquid Sanguinis Dominici instillari consuetum in ora infantium recèns ablutorum, cùm alterius alimoniæ non essent capaces: ex eodem, numero superiori ostendimus, reliquias viuifici Panis consumendas tradi pueris adultioribus: verùm, qui ad discretionis nondum venerant annos, quemadmodum obseruauit P. Suarez loco ibidem citato: Tum sic: Pueris vsque ad ætatem aptam bonum à malo secernere, si daretur Eucharistia sub hac, aut illa specie, cederet in magnum eorum emolumentum, crescerétque multùm eorum gratia: hæc est receptissima, Scholarum sententia, etsi pauci in diuersum abierint: Probant dilucidè Suarez, & Henriquez locis allegatis. P. Valentia disp. 6. quæst. 8. punct. 2. P. Coninck ad quæstionis 80. 3. partis art. 11. dubio vnico, num. 72. & tamen, quæ ex hoc vsu emergebat Sacramenti irreuerentia, correxit posterior Ecclesia veteris praxim prudentissimè, vti omnes iidem Auctores aduertunt; existimans, nempe, præferendam emolumento puerorum Sacramenti decentiam. Eadem Ecclesia prohibuit laïcis Calicis vsum, cùm tamen existimauerint præclari Theologi, de quibus Henriquez nominato lib. 8. cap. 44. §. 5. nouam, diuersámque gratiam conferri ab altera specierum, vini, nempe, idipsúmque tueantur luculenti huius tempestatis Magistri; Potissimam

71. *Quamuis augeretur gratia in communicantibus cũ veniali scelere, præstaret ob reuerentiam abstinere.* Turrianus. Henriquez. Suarez. Bellarm.

Ecclesia visa præstitisse Eucharistiæ reuerentiam augmento gratiæ dando per Sacramẽtum multis in casibus.

Infantibus data Eucharistia olim.

Eucharistia si daretur infantibus baptizatis, crescerent in eis gratia. Suarez. Valentia. Coninck.

Calix, quare laïcis negatus.

Quamuis absit peccatum mortale, non expedit in genere, quotidie Eucharistiam sumere. Magist. S. Thom.

Communicare sæpiùs in eodem die cur prohibitum? Suarez.

Accedere ad Eucharistiã cum veniali labe est, irreuerenter accedere.

Pueris data reliquia Corporis Christi antiquitùs, sed ieiunis. Bellarm.

mam cauſam extitiſſe debitum Sacramento honorem, conſentiunt, qui de hac agunt materia aduersùs Sectarios: adi Bellarminum lib. 4. de Euchariſtia, cap. 23. propoſit. 3. apud quem reperies eodem lib. cap. 24. *Quintus ritus*, &c. in pœnam quorundam criminum Clericis olim negatam Calicis copiam, reductóſque ad laïcorum Communionem; Sed & non rarò ob delictorum exceſſus, vſque in mortis horam negatum omninò Chriſti corpus: erant illi interim de ſceleribus compuncti: poterant, ſi crebrò manducaſſent, ab Angelorum Pane roborari; in gratia, doniſque prouehi; Quid, ſi frequenter eodem die Sacerdotibus ſacrificare liceret? laïcis miniſtrare eſcam ſalutiferam? Denique, ſi non ita ſeueræ ieiunij leges, fortaſſe ex aulicis, & delicatulis plures non tam ſerò Altaria viſitarent: ſi permitterentur Chriſtiani domum ferre Euchariſtiam, quemadmodum Eccleſiæ initio fiebat, vt probat ex Tertulliano Bellarminus lib. 4 de Euchariſtia, cap. 4. Baronius ex Cypriano tom. 1. anno Chriſti 57. num. 149. Suarez ex Baſilio diſp. 46. ſect. 6. ſumpſiſſent Dominum multi, qui id amittunt, quoniam extra limina pedem ferre coguntur: Igitur, velut Mater Eccleſia in his tot, tantiſque caſibus poſthabuit gratiæ incrementa Sacramenti gloriæ, reuerentiæ; iudicauitque maturè, præſtare per interuallum à communicando abſtinere, quàm indecorè accedere: nos tantæ Præceptricis manuducti diſciplina, & exẽplis, prudenter fecerimus, quoties docere oporteat, ſatius eſſe, temperatam, cautámque Euchariſtiæ frequentiam ſuadere, quàm vſum quotidianum cum irreuerentia coniunctum: quamuis diſputationis cauſa concederemus, à crebra illa ſumptione augendam gratiam, virtutes, auxilia.

Bellarm.

Chriſtiani domum ferebant Euchariſtiam, Tertull. Bellarm. Baron. Baſilius. Suarez.

72. Confirmatur: Quoniam illius, qui Chriſtum recipit cum voluntaria diſtractione, irreuerentia erga Sacramentum excedere videtur puerorum irreuerentiam: Oſtendo iſta: nam puerorum ea cogitur eſſe irreuerentia, quòd incapaces ſint iudicare, qualem cibum percipiant, nec ſciunt à cæteris eſcis ſecernere nobiliſſimum pabulum: perluſtra P. Henriquez lib. 8. cap. 42. Et ſanè ob hanc paruulorum inſipientiam, gratiæ ſacramentalis incapaces fuiſſe, ex Theologis præſtantes aliqui opinati ſunt, quos eodem loco inuenies: Sed premamus incepta: Illa puerorum fatuitas, & quòd non attenderent, quali veſcebantur alimonia, inculpata erat, vti conſtat: Atqui, quòd voluntariè diſtractus non conſideret, qualem ad menſam accedat, præſentiſque honoris, & beneficij prorſus immemor ſit, vitio ipſi vertitur; voluntariam enim diſtractionem ſupponimus: Igitur cùm ab inconſiderantia oriatur puerorum irreuerentia, cùm hæc eorum incogitantia extra crimen ſit, quantum culpa non culpam ſuperat, tantùm prætergreditur puerorum irreuerentiam, illius, qui voluntariè diſtractus ſit, irreuerentia: Ergo, quemadmodum ob illam irreuerentiam, quam emendaſſe penes pueros non erat, Eccleſia exiſtimauit conuenire, ne Chriſtum ſumerent, priuſquàm bona à malis ſeiungere noſſent: ſic ob eam irreuerentiam, quæ ex voluntaria diſtractione pullulat; æquum eſt, à Dominica menſa abſtinere, donec corrigatur: At quàm pauci harum diſtractionum victores inter ſæculi curas? Nam, vt diem vnam ſeptidui, animæ negotiis impendant, atque tum abigant procul operoſa, quæ cum tempore pereunt negotia, facient non pauci, quibus melioris vitæ cupiditas: Cæterùm ſingulis diebus quaſi extra mundum ferri, & immemorem fieri terrenorum, vereor, ne exiguus mortalium numerus id conſequatur.

Pueris ante vſum rationis cur denegatur Euchariſtia? Henriquez.

Dicamus de ſecundo Pronunciato. Aſſerimus itaque priori dogmate, non minùs falſum, affirmare à quotidiana Communione maiora gratiarum incrementa prouenire; ſed poſſe eum, qui octaua quaque luce ſolùm Chriſti fit particeps, plures gratiæ eius, quæ ex opere operato confertur, acquirere gradus, quàm is accumulet, qui per vniuerſam hebdomadam communicat: Probatur: Nam gratia, quæ in Sacramento ex opere operato infunditur proportionem habet cum diſpoſitione accipientis Sacramentum; ita vt meliùs diſpoſito Sacramentum eiuſdem rationis maiores gratiæ effectus præſtet: Eſt Angelici Doctoris exiſtimatio, quem producit cum aliis eximiis Scholarum Ducibus, & ſectatur P. Suarez tom. 3. in 3. part. diſput. 7. ſect. 5. & diſp. 63. ſect. 4. loquens in particulari de ſuſcipientibus Euchariſtiam. P. Vaſquez tom. 2. in 3. part. diſput. 209. conſtantem Theologorum doctrinam nominans: P. Henriquez lib. 8. cap. 52. num. 3. P. Coninck. ad articulum primum quæſtionis 62. 3. partis dubio 3. num. 50. concluſ. 2. Atqui accedens octaua quaque luce ſolùm, aut interpoſitis Sanctorum celebrationibus, atque hanc vitæ ſpiritalis normam obſeruans, quò cum potiori eius, quam aggreditur, rei conſideratione, & reuerentia appropinquet præſtituto tempore, interimque ſe colligens, & conſcientiæ latebras excutiens; huiuſmodi meliùs multò diſpoſitus accedit, quàm is, qui quotidie properanter manducat, diſtractus voluntariè, & fortaſſe peccans venialiter in ipſa receptione Dominici Corporis, quoniam actus ille ex genere ſuo nobiliſſimus vitiatur à malò fine vanæ gloriæ, aut alterius praui deſiderij; Igitur ita accedens Dominicis, aut profeſtis tantùm diebus, maiora lucra reportat, gratiæ, quæ ratione Sacramenti, & ex opere operato confertur, quàm is, qui quotidie communicat: ac proinde verum non eſt, ſupponere, indiſcriminatim maiorem gratiam ex opere operato illis conferri, qui quolibet die Chriſtum ſumunt: Quare aptè S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. de Offic. eccleſ. cap. 18. *Dicunt aliqui, Euchariſtiam quotidie accipiendam, & benè dicunt, ſi hanc cum religione, & deuotione, & humilitate ſuſcipiant. Alioquin* (inquit Bonauentura in 4. diſtinct. 12. parte 2. art. 1. q. 1.) *ſi ex quodam tepore, vel ex diſtractione non ſe debitè præparet, aut nullam, aut modicam reportat efficaciam, quamuis non incurrat mortalem offenſionem:* Bonauenturæ fidus Achates, Angelicus Præceptor, in 4. diſtinct. 12. quæſt. 3. art. 1. quæſtiuncula 2. *Vnde, ſi aliquis* (ait) *experimentaliter cognoſceret, ex quotidiana ſumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui; talis deberet quotidie communicare: ſi autem ſentiret, per quotidianam frequentationem, reuerentiam minui, & feruorem non multùm augeri; talis deberet interdum abſtinere, vt cum maiori reuerentia & deuotione poſtmodum accederet:* Atque generaliter expedire laïcos modicè abſtinentes eſſe, (nam pro Altarium Miniſtris peculiares ſunt cauſæ, de quibus Sectione ſequutura,) quò meliùs præparati conuenientibus diebus Chriſtum hoſpitio excipiant, docent in 4. diſtinct. 12.

Iſid. Hiſp.

Quando cõmunicare quotidie expediat. Bonauent.

S. Thom.

73. *Gratia ex opere operato maior collata ei, qui cum reuerẽtia debita accedit ad Euchariſtiam, licèt non ita ſæpè. Gratia ex opere operato infunditur maior ſecundùm maiorẽ diſpoſitionem accipiẽtis Sacramentum.* S. Thom. Suarez. Vaſquez. Henriquez. Coninck.

Albert. Richrd. Paludan. Dion. Cart. Argentina. Sanchez.

Albertus, Richardus, Paludanus, Dionysius Carthusiensis, Thomas de Argentina, & multi præterea ex vetustioribus, quos imitati classici quique recentiorum: citat bonam partem Ioannes Sanchez selectarum disputationum pro foro interiori disput. 22. num. 5. Iuuat Cœnobiorum vsus, & in tanta sanctissimarum Familiarum varietate similis, & perseuerans norma, non initiatis ministrandi sacram alimoniam semel tantùm intra septiduum; aut bis, si intercedat celebritas: Putas autem, Ductores illi maximi spiritalis vitæ non optima quæque docuissent alumnos suos, quorum progressus ardentissimè sitiebant? Putas, non Deus ipse tantis amicis suis charissimis reuelaret, quod præstantius fuisset? Quid, si cum Bonauentura sentiebant? qui lib. 2. de profectu Religiosorum, cap. 77. *Vix aliquis* (inquit) *ita religiosus esse videtur, & sanctus, exceptis Sacerdotibus, quin semel in septimana sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque, vel ratio plùs suadeat, infirmitas superueniens, vel singulariter festiuitas solennis.*

Religiosorum vsus, nisi interueniat festiuitas, semel in octiduo cõmunicare. Bonauent.

74. *Nullo modo permittendũ, vt seculares sibi duces sint, quando expediat illos ad Eucharistiã accedere.*

Tertium nostrum Pronunciatum esto: Quamuis ampliora gratiarum incrementa afferret quotidiana communio: minimè tamen conueniret, præter Confessariorum arbitratum, (quos spiritalium Magistrorum vices gerere supponimus,) fideles quoslibet suo iudicio ductos, quoties vellent, ad mensam magni conuij accumbere; sed conuenire supra modum animarum Ducibus morigeros, & obtemperantes se præbere: Egêre de hoc argumento pulcherrimè multi ex nostro Sodalitio, atque in subsidium coaceruarunt, quidquid speciosè ab antiquis dictum: P. Bernardinus Rosignolius lib. 1. de disciplina Christianæ perfectionis, cap. 1. Ecclesiæ, atque Sanctorum iudicium fuisse commonstrans: P. Petrus de Ribadeneira tractatu de Societatis Instituto, c. 25. & cap. 32. P. Iacobus Aluarez de Paz tom. 1. de vita spiritali, lib. 5. part. 2. cap. 12. P. Platus lib. 1. de bono status religiosi, cap. 24. P. Arias tom. 1 de imitatione Christi, tractatu 5. P. Ludouicus de la Puente tom. 1. de perfectione Christiana, tract. 2. de Sacramento Confirmationis, cap. 9, §. 1. P. Alfonsus Rodriguez tom. 3, tractat. 7. de manifestanda conscientia: P. Iulius Nigronius Commentariis ascetics ad Regulas Societatis, agens de regula ex communibus vigesima: & pro Scholarum more P. Salmeron tom. 4. in Euang. tractatu 41. ad calcem: P. Henriquez lib. 8. cap. 53. num. 2. P. Salazar tractatu de consentanea Eucharistiæ frequentatione, cap. 14. Et quoniam hanc nouam in Ecclesia doctrinam opinamur, & quæ timam aperiat grauioribus incommodis, erit à nobis rogandus Christianus Lector meliorum dogmatum amator, mitis sustineat; si longiores fuerimus in referendis Patrum effatis. Auspicemur quidem à Magno Antonio: Docebat igitur ille, vt perhibet Athanasius in eius vita, *Multas esse vias, quæ videntur hominibus iustæ; sed fines earum ad profundum respicere Inferni: sæpè nostra non posse nos intelligerè peccata, sæpè falli in ratione gestorũ; aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium: Necnon dicebat, magnã esse ad virtutem viam, si singuli vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent: non enim posse aliquem peccare, cùm relaturus esset ad alium, quæcunque peccasset:* Succedat Antonio secundus post ipsum Monachorum Pater, Basilius Cappadox: is Regula 26. ex fusiùs disputatis: *Debet autem vicissim vnusquisque eorum, qui inferiores sunt, si quidem memorabilem aliquam facere progressionem studet, nullum animi sui motum apud semetipsum celatum retinere; sed mentis suæ arcanum aperire iis, quibus datum illud negotium sit: hoc enim modo fiet, vt & quod laude dignum sit, in nobis confirmetur, & quod minùs probandum congruo remedio sanetur:* Loquitur eadem in Constitutionibus monasticis cap. 20. & cap. 23. ad cuius finem auream ponit gnomen, inquiens: *Illud firmissimum tenendum, rem omnium esse difficilimam, seipsum cognoscere, & curare: propterea quòd naturaliter seipsum quisque amat, & quilibet propterea quòd in seipsos propensiores sunt, in veritatis iudicio fallantur: Porrò ab alio cognosci, curarique facile est: cùm iis, qui cæteros iudicant, ad discernendam veritatem nequaquam obstet amor sui ipsorum:* Et quoniam Ioannes Cassianus in collationibus, quid prisci Monachatus Præceptores sentirent, diligens enarrat, demus proximum Basilio locum: Quàm multa, & egregia ille sola 2. collatione, quæ est de discretione, cap. 10? *Tandiu* (ait) *suggestiones noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde.* Cap. 11. repetitus à plurimis celebris Aphorismus: *Nullo nanque alio vitio tam præcipitem Diabolus Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cùm eum neglectis consiliis Seniorũ, in suo iudicio persuaserit, ac definitione, doctrinâve cõfidere.* Cap. 15. Pauli Apostoli ab alio instrui cupientis prolato exemplo: *Quis ergo* (inquit) *tam præsumptor, & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio, ac discretioni committere, cùm Vas electionis indiguisse Coapostolorum se collatione testetur? Vnde manifestè cõprobatur, nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens, vnde valeat erudiri, doctrinam Seniorum, vel instituta contempserit: parui pendens illud eloquium, quod oportet diligentissimè custodiri: Interroga patrem tuum, & annũciabit tibi:* (Deuteronomij cap. 32.) *Seniores tuos, & dicent tibi* Ponat conclusionem Græcorum Patrum testimoniis Dorotheus doctrina 5. *Cauere nos admonet,* (inquit), *ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum: opus enim est nobis auxilio prater Deum, opus coadiutoribus: Nihil est miserabilius, nihil, quod citiùs expugnari queat, his, qui nullos duces nullos auctores habent ad viam Dei.*

Rosign. Ribaden. Aluarez. Platus. Arias. Puente. Rodrig. Nigron. Salmeron. Henriq. Salazar. *Sancti Patres quàm periculosũ duxerint, absque Magistri spiritalis regimine suo ferri quenquam iudicio.* Athanas. Ant. Mag. *Conscientia reddendara tio quàm salutaris.* Basil. Deut. 32. Dorotheus.

75. Hieron. *Etiam bruta animantia magisterio vtuntur.* Greg. Papa. *Discipulus esse contemnens, Magister erroris fit.*

Transeamus ad Latinos, & inspiciamus in primis, quid Hieronymus epi. 4. Rustico Monacho præscribat: *Mihi quidem placet, vt habeas Sanctorum contubernium; nec ipse te doceas. & absque Doctore ingrediaris viam, quàm nunquam ingressus es, statimque tibi in partem alteram declinandũ sit, & errori pateas: plúsque, aut minùs ambules, quàm necesse est; aut currens lasseris, aut moram faciens obdormias: Nulla* (repetit iterum) *ars absque magistro discitur: etiam muta animalia, & ferarum greges ductores sequuntur suos: in apibus principes sunt, grues vnam sequuntur ordine litterato: in naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grandi exercitu, vnius signum expectatur: & ne plura replicando, fastidium legenti faciam: per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam, te non tuo arbitrio dimittendum:* Hieronymi salutaria monita approbat Gregorius Papa lib. 1. Dialogorum, c. 1. *Sed tamen sunt nonnulli,* (inquit,) *qui ita per magisterium Spiritus, intrinsecùs docentur, vt etsi eis exteriùs humani magistery disciplina desit, Magistri intimi censura non desit: quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exemplum non est trahenda; ne, dum se quisque similiter sancto Spiritu impletum præsumit*

Nemo sibi bonus Iudex.

mit, discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat: mens autem quæ diuino Spiritu impletur, habet euidentissima signa sua, virtutem, scilicet, & humilitatem : Sed quàm diues salutaris huius
Bernard. pharmaci apotheca, Bernardi calamus? epist. 87. ad Ogerium Canonicum: *Nam, cùm pastorali vinculo solutus, possis tui remanere iuris: tu tamen hac potestate tui non vtens, sicut aliis dominari renueras, sic tibi quoque præesse timuisti: quique, vt magister esses aliorum, minus te iudicabas idoneum; nec te tibi quidem credens, tuus fieri discipulus contempsisti; & meritò: quia, qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit.* Et serm. 77. in Cantica: *Seductori* (ait) *dat manum, qui dare dissimulat præceptori*: Quo in loco, & tractatu de præcepto, & dispensatione paulò ante medium præclarissimè disputat: Adiiciamus B. Vincentij Ferrerij dignum consideratione assertum, quoniam
S. Vinc. Ferr. etiam sapientes comprehendit: Is igitur Opusculo de vita spirituali, cap. 4. *Sciendum est,* (ait) *quòd homo facilius, & breuiori tempore posset ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus, paruis, & magnis sequeretur, quàm aliquis posset seipsum perficere, quantuncunque vigeat acumine intellectus, & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam: imò plus dico, quòd nunquam Christus suam gratiã ministrabit, si homo habet, à quo posset instrui, & deduci; & negligit, vel non curat alterius ducatũ amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse inuestigare, & inuenire, quæ sunt vtilia ad salutem:* Sed exclamat vehemẽtissimè B. Laurentius Iustinian. de
S. Laur. Iust. casto connubio Verbi, & animæ, c. 3. *Quis etenim* (inquit) *in hac præsentis vitæ positus peregrinatione, & in huius spiritualis eremi cõstitutus vastitate, vbi errores innumeri, inimicorũ sæua genera, & prædonum discurrẽs insidiatur exercitus, incedere securus absque directore audeat, quum vix euadere valeat, qui præceptorẽ habet, & qui spiritualis, expertique Ducis munitur prudentia?* Dictat idem his consentanea tractatu de obedientia, c. 20. Bibit de limpidissimis antiquorũ fontibus, vt solet omnia sua haurire, Beatissimus Parens noster Ignatius, Regulam 13. ad discernendos motus animæ,
B. P. Ignat. Libello illo incomparabili spiritualium exercitiorum: è quo tot emanarunt vtilitates Ecclesiæ Catholicæ: *Inimicus* (inquit) *noster moram insequitur nequissimi cuiuspiam amatoris, qui puellam honestorum parentum filiam, vel vxorem viri alicuius probi, volens seducere, summoperè procurat, vt verba, & consilia sua occulta sint; nihilque reformidat magis, ac ægrè fert, quàm si puella patri suo, vel vxor marito, illa patefaciat, cùm sciat hoc pacto dẽ votis, ac conatibus suis actum esse: Ad eundẽ modum obnixè satagit Diabolus, vt anima, quam circumuenire cupit, ac perdere, fraudulentas suas suggestiones teneat secretas: indignatur verò maximè, ac grauissimè cruciatur, si cui, vel confessionem audienti, vel spirituali homini molimina sua detegantur, à quibus ita excidere se funditùs intelligit:* Et ne exaggeratoriè loquuti fuisse Patres dicantur, claudat floridissimum agmen, & ex Scholæ more pronunciet
S. Thom. Angelicus Doctor 1. 2. quæst. 13. art. 5. *Ad tertium dicendum,* (ait,) *quòd hîc dicitur, an aliquid sit possibile, subditus non debet suo iudicio definire; sed in vnoquoque Superioris iudicio stare.*

7C. Iam igitur Patres Græci, atque Latini, qui omnem penè vitam in addiscenda spiritus peritia consumpserunt, quorum plerique Monachorum

Sherlogi Anteloq. in Cant.

Patres extitêre, sanctissimámque sobolem genuêre, post longum rerũ vsum, & optimam magistram experientiam pronunciant palàm, in maximo salutis discrimine versari eos, qui absque ducatu, media, quæ ad perfectionem faciunt, pro suo arbitratu sine Medicorum spiritalium consilio applicant; stultos appellant, quibus nunquam Christus suam gratiam ministrabit; seductori dare manus? errorum præceptores; ad perditionem præcipites ferri; nullam memorabilem progressionem facturos: Atqui inter ea media, quibus animæ mirificè iuuantur, potissimum est Eucharistia: hoc enim est illud Sacramentum, in quo *Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem,* (vt effatur Tridentinum sessione 13, cap. 2.) *diuitias diuini sui, erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum: Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritalem animarum cibum, quo alantur. & confortentur viuentes vitâ illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis venialibus præseruemur:* Æquúme igitur, & ex prudentia, vt quibus temporibus, quibus circunstantiis sumendum sic hoc tam diuinum medicamentum, vnicuique iudicare liceat, non expectato spiritalis Ducis oraculo Quando alienæ industriæ adiumentis opus sit, si non in tam magnis?

Medium ad profectũ spiritalẽ conducens mirificè, Eucharistia. Trident.

77. Confirmatur primò: Nam non est liberum cuilibet Sacerdoti hoc Sacramentum ministrare; sed ei, qui aut iurisdictionem habet comparatione illius, cui administrat, vel facultatem ab habente iurisdictionem: docet ex recepta omnium sententia P. Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 73. sect. 2. Putauit igitur Ecclesia consentaneum, vt non nisi à Pastore suo fideles escam immortalitatis acciperent: Quorsum hoc? Nempe, vt ipse tanquam *fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam,* (Luc. cap. 12.) *daret illis in tempore tritici mensuram.* Quem locum & de rectoribus animarum, & de Sacramentorum pabulo scitè intellexit Cornelius Iansenius, alluslúmque putat ad veterem tritici diuisionem, quod non dabatur passim, & sine methodo; sed statis temporibus, aut anni, aut mensium; habebatúrque personarum ratio: pro seruorum enim, clientúmque numero, & pro meritis postulantium plùs, minúsve dabatur: qua de materia Turnebus Aduersariorum lib. 19. cap. 6. Sic igitur iuxta Pastoris præscriptum, Panis hic salutifer diuidendus, cuius est definire, quoties, quibúsve diebus manducare oportet; vt alia sit ratio eorum, qui perfectorum semitas terunt; alia eorum, qui proficiunt; alia denique tyronum, & incipientium. Confirmatur secundò: Nam hoc genus licentiæ, quod superuacaneum affirmat, Confessariorum, illorúmve, quibus regendas commiserint conscientias, approbationem expectare, velut analogiam quandam habere videtur cum pessimis quibusdam noui Euangelij erroribus: dicebant enim ad Scripturarum auctoritatem minimè attendendum esse, sed considerandum solùm internum spiritum, eiúsque afflatum, sequendúmque; Auctores deliramenti Gaspar Suenckfeldius, & Libertini apud Bellarminum tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 1. Rursúmque ex Hæreticis, qui verbum Dei scriptum admittunt, tamen pro huius comprehensione non vocandos in subsidium Patres, non Concilia, non Theologos, non

77. *Cuicunque Sacerdoti non licet administrare Sacramentum Eucharistiæ.* Suarez.

Locus ex c. 12. Lucæ expensus.

Iansen. *Frumẽti distributio apud veteres.*

Turneb.

Hæreticorũ cloacam aliquo modo olet, Magistri spiritalis ducatum respuisse.

Bellarm.

vllum genus hominum ; ſed ſufficere ſibi vnunquenque : quas deperditi cerebri inſanias, & Bellarminus, & cæteri dogmatis Catholici propugnatores in primis deteſtantur ; quòd contra omnium benè ſentientium calculos in re grauiſſima ducatum reſpuunt ; atque Auguſtini vſurpant verba tom. 3. Prologo ad libros de doctrina Chriſtiana : *Caueamus tales tentationes ſuperbiſſimas, & periculoſiſſimas, magiſque cogitemus & ipſum Apoſtolum Paulum, licèt diuina, & cœleſti voce proſtratum ; tamen miſſum eſſe, vt Sacramenta perciperet, atque copulareturEccleſiæ: & Centurionem Cornelium, quamuis exauditas eius orationes, eleemoſynáſque reſpectas, ei Angelus nunciauerit ; Petro tamen traditum, per quem non ſolùm Sacramenta perciperet ; ſed etiam, quid credendum, quid ſperandũ, quid diligendũ eſſet, audiret.*

Auguſt.

SECTIO XI.

Quibus nitantur fulcris, qui manducandum quotidie Chriſti corpus laïcis graui noxa non implicitis perſuadent ? An olim præceptum de comunione quotidiana? Patrum iudicium, ſemper, vt Chriſtum manducaturi excepta mortalis noxæ abſentia, afferrent animæ quoque ornatum decentem ; Chriſtianorum primitiuorum in Miſſarum ſacrificio deuotio, Ioannis verba diſcuſſa, Lucæ item; Regula pro frequentatione ſynaxeos in genere.

78. *An fuerit præceptum de Communione quotidiana initio Eccleſiæ? Act. 2. 42.*

ASseuerant primò viguiſſe apud primitiuos Chriſtianos morem quotidianæ Synaxis: quemadmodũ Actorum c. 2. Lucas non indubiè ſignificat: *Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis Panis, & orationibus*: Quin & præceptum extitiſſe, contendũt probare ex verbis Anacleti epi. 1. quæ habentur c. *Peracta.* de conſec. diſtinct. 2 in hãc formam. *Peracta conſecratione omnes cõmunicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus: ſic enim Apoſtoli ſtatuerũt, & ſancta Romana tenet Eccleſia:* Reſpõdeo, hæc verba, ſi quid euincũt, indicare, quemadmodum optimè obſeruauit Suarez tom. 3. in 3. par. diſput. 69. ſect. 3. §. *Ad ſecundum.* eos, qui Miſſarum ſolenniis aſſiſtebant, obligatos ad communicandum : Hic ſenſus. quem præ ſe ferunt ; At hoc intellectionis genus falſitate plenum eſt, cùm nunquam eiuſmodi fuerit conſuetudo in Eccleſia : aſſiſtebant enim vno, eodémque die pluribus Miſſis Orthodoxi : recepiſſe autem ſæpiùs eodem die Chriſti corpus, nemo pronunciauerit in vſu fuiſſe : Quare nullum poſitum fuiſſe præceptum fidelibus vniuerſis ſub Eccleſiæ incunabulis, exiſtimat idem Suarez, & de Clericis, qui ſacrificanti miniſtrabant, accipiendũ potiùs Anacletum: nam de reliquis Catholicis quid in vſu poſitum fuiſſet, declarat Dionyſ. de eccleſiaſtica Hierarchia, part. 2. c. 3. *Sacerdos* (ait) *& ipſe cõmunicat; & alios, vt communicent, hortatur*: Exhortatio autem conſilium, non præceptũ denotat Affert pro hac explanatione dictorum Anacleti; P. Suarez ex veteribus Alenſem: ex nuperioribus Hoſium Cardinalem, noſtrúmque Franciſcum Turrianum: Henriquez lib 8. c. 53. profert Taperum, Petrum de Soto, Catechiſmum Pij V. Bellarminum, Aialam: P. Salazar id ipſum putat libello de Euchariſtia frequentanda vtiliter, c. 3. Reſpondeo præterea, vt viguerit apud infantiam Eccleſiæ norma illa, non vbique terrarũ regnaſſe; ſed apud Hieroſolymitanos. & Alexandrinos Chriſticolas : quibus ; ſimiles ſi aduerſarij velint eſſe, quos conſentaneum ſit quotidie Chriſtum ſumere, conſentiemus non inuiti, vt dicebamus Sectione præcedenti ex Bonauentura, num. 59. Cæterùm, multiplicata gente deinceps per reliquos orbis angulos, non eſt multiplicata lætitia : quare tepeſcere cœpit, & minui fames ſacri paſtus : quin & Doctores, vitæque ſpiritalis Magiſtri cœpêre modum ponere iis, qui abſque congruo Sacramenti honore accedere non verebantur : Atque, quemadmodum ex eorum conſilio plures alij antiqui ritus finem habuêre, quòd experientia docceret in Sacramenti aliquam contumeliam cedere ; quemadmodum, quòd domum ferrent laïci ; quod in viam ſecum portarent nonnulli ; quod ſuis manibus ori admouerent communicaturi ; quod infantibus recèns è fonte erutis inſtillaretur ſanguis, grandiſculis ante rationis aduentum porrigeretur : de quibus, aliiſque vſibus Scriptores, quos commemoraui Sectione elapſa, num. 6. ſic licèt aliquando viguerit mos communicandi quotidie, conſopitus tandem eſt, poſtulante id Sacramenti reuerentia, maiorique fidelium ſpiritali fructu.

Si quod præceptũ de quotidiana Synaxi in primitiua Eccleſia, obligabat ſolum miniſtrantes altari. Suarez. Hoſius. Turrianus. Henriquez. Taperus. Soto. Catechiſm. Rom. Bellarm. Aiala. Salazar. *Mos communicandi quotidie apud Hieroſolymitanos, & Alexandrinos Chriſticolas.*

Aſſerunt ſecundò, ad recipiendum quouis tempore Euchariſtiam cum fructu, non aliud deſiderari, quàm mentem à lethiferis culpis liberam eſſe : Sic Pauli verba cap. 11. prioris ad Corinthios Epiſtolæ intellexiſſe ſemper viſa vniuerſa Patrum cohors : Conſule noſtrum Iuſtinianum : & expreſſit Tridentina Synodus ſeſſione 13. cap. 7. *Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptũ: Probet ſeipſum homo: Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quãtumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat:* Profert, qui ad frequentem ſanctiſſimi Panis ſumptionem hortantur, modò graui noxa non oneretur conſcientia, Auguſtinum, Gregorium Romanum, Chryſoſtomum in primis, cuius illa vehementer dolentis exclamatio homilia 61. ad populum Antiochenum: *O conſuetudinem ! ò præſumptionem ! Sacrificium fruſtrà quotidianum ! incaſſum aſſiſtimus altari ; nullus, qui communicetur.* Hieronymum, Ambroſium, alióſque P. Salazar tractatu, quem citauimus de Euchariſtia, cap. 7. §. 1. Igitur non ſolùm vtcunque Chriſtum manducare licet, tantùm cordis domus careat grauibus delictis ; ſed etiam id ipſum frequenter iteraſſe ex Patrum doctrina conueniens eſt : Reſpondeo, à nobis concedi facilè, quicquid aliqui dixerint Theologi, gratiam, quæ in Sacramento confertur ex opere operato, ei conferri, qui lethalis noxæ inſcius accedit ; quamuis cum venialibus maculis appropinquet, & ipſo recipiendi actu venialiter delinquat : de hoc non eſt litigium : Cæterùm, docere conueniens eſſe, atque animarum profectibus vtilius, quotidie Chriſtum ſumere, alia præparatione excluſa, eáque ſolùm deſiderata, quæ mortiferæ labis conſcientiam expungit ;

79.

1. Cor. 11.

Iuſtin. Trident.

Patres quotidianam corporis Chriſti manducationem num cõſulant non irretitis peccato lethifero?

Chryſoſt. Salazar.

huiuſmodi

huiusmodi assertum definimus, neque veterum exemplis, neque auctoritate posse commonstrari; sed habere aduersariam Christianam antiquitatem, cuius fuit consensus semper, præter graues maculas, abolendos quoque, quod eius fieri possit, leues defectus, excitandam diuinissimi pabuli esuriem piam, ornandum cordis thalamum; atque his munitum præsidiis posse crebrò cum Christo accumbere, modò aduertat quotidiana manducatione hæc ipsa crescere, & augere: sin autem notet diminutioné pati, salutare fore consilium, nonnunquam modicè abstinere, quò nauseam abigat, & tædiosæ mentis fastidia.

Patrum iudicium fuit sæpè, vt manducaturi Christum sæpius, excepta mortalis noxæ absentia, afferrēt animā quoque ornatum decentem.

80.

Ergo, si ad exempla conuertamus aciem, primitiuos continuò respiciemus Orthodoxos: de his autem velim, attendant, quid Chrysostomus narret homil. 27. in Epistolam priorem ad Corinthios, prope finem: *Cogita, quid fecerint Apostoli, quando sacrarum illarum mensarum fuerunt participes: an non conuersi sunt ad preces, & hymnos canendos, non ad sacras vigilias, non ad sacram illam doctrinam, plenam Philosophia? Nam audiuisti, quomodo etiam illa tria millia, quæ perceperant Communionem, perpetuo perseuerabant in oratione, & doctrina; non in ebrietatibus, & comessationibus.* Sed veteris Ecclesiæ vsum distinctis coloribus pinxit Iustinus Martyr Apolog. ad Anton. *A precibus finitis* (ait) *mutuis nos inuicem osculis salutamus: deinde ei, qui fratribus præst, offertur panis, & poculum aquæ, & vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuersarum Patri per nomen Filij, & Spiritus sancti offert: & Eucharistiam, siue gratiarum actionem pro eo, quòd nos donis hisce suis dignatus sit, prolixè exequitur: atque vbi ille preces, ac gratiarum actionem absoluit: populus, qui adest omnis, fausta approbatione acclamat, dicens, Amen: Amen autem voce Hebræa, fiat, significat. Præsidens verò, postquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus à precatione læta eam comprobauit; qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri, distribuunt vnicuique præsentium, vt participent eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem, vinum, & aquam, & ad absentes perferunt:* Verùm tam deuotos ad Dominicam mensam accessisse illis temporibus, mirum non est, cùm penè æqualia obseruauerint ante communes escas: Auctor est Tertullianus Apologet. cap. 39. *Non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur: editur, quantùm esurientes capiunt: bibitur, quantùm pudicitiæ est vtile: ita saturantur, vt qui meminerint, etiam post noctem adorandum Deum: ita fabulantur, vt qui sciant, Dominum audire: æquè oratio conuiuium dirimit.* Commendat & illius sæculi mores, Origenes, homi. 13. in Exodum: *Volo vos admonere religionis vestræ exemplis: nostis, qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo, cùm suscipitis Corpus Domini, qua cautela, & veneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat:* Commendat & seuera illa Tertulliani censura, aduersùs eos, qui sedere, dum Missarum solennia peragerentur, audebant: de Oratione, cap. 13. *Siquidem irreuerens est assidere sub conspectu, contráque conspectum eius, quem cùm maximè reuerearis, ac venereris; quanto magis sub conspectu Dei viui, Angelo adhuc orationis adstante, factum istud irreligiosissimū est: nisi exprobramus Deo, quòd nos oratio fatigauerit:* Commendat denique distincta illa disciplina, cuius meminit Nilus Monachus ad Anastasium Episcopum: refert Turrianus tract. 2. de Eucharistia, cap. 2 huiusmodi eius sententiam: *Hoc scribo, vt intelligentes, quanti tremoris sit diuina Missa, ne ipsi timorem Dei remissi negligatis: nec vllos alios loqui, aut mussitare tempore oblationis, neque innuere audacter, aut à statu grauitatis dimoueri, neque huc, aut illuc circunspicere, aut ignauè, aut dispersè vagari permittatis:* Transferamus igitur illorum sæculorum effigiem ad hodierna axiomata: ibi piaculum in loco sacro mussitare, lassitudini succumbere orantes, & paululùm sedere; mensa, sermones, gestus omnes ad sobrietatem compositi: sic, qui quotidie alimenta immortalia edebant. Nunc, si Deo placet, accedant in vnunquenque diem fideles cum voluntaria distractione, aliisque næuis: sic decet consuluisse, sic animæ prouehuntur?

Primitiui Christiani quali cum dispositione accederent ad sacram mensam? Chrysost.

Iustin. Martyr.

Christianorū primitiuorū, quàm insignis ardor & deuotio.

Nilus.

Ambros.

Cyprian.

Gregor.

Beda.

Bernard.

Rupert.

Carnotens.

Lyran.

Baron.

Maldonat.

Ad Patrum sententias descendamus, ex quibus quid Tertullianus, atque Nilus cùm Origene sensissent, quid Iustinus quoque Martyr doceret, perspeximus numero elapso. Augustinus autem tractatu 56. in Ioannem explicans illa cap. 13. *Qui lotus est, non habet opus, nisi pedes lauare; sed est mundus totus. Hic moueatur fortasse quis, & dicat: Imò, si mundus est totus, quid opus est, vel pedes lauare? Quid, Fratres mei, quid putatis nisi quia homo in sancto quidem Baptismo totus abluitur, non præter pedes sed totus omninò: verùntamen cùm in rebus humanis postea viuitur, vtique terra calcatur: ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non est.* De venialibus quoque delictis interpretantur Ambrosius lib. de iis, qui mysteriis initiantur, cap. 6. & lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. Cyprianus, siue quis alius eruditus Auctor, tractatu de Cardinalibus Christi operibus, §. *De lotione pedum.* Gregorius lib. 9. Epistolarum, seu Registri, Epist. 39. Beda in cap. 13. Euangelij Ioannis, & in cap. 11. Epistolæ prioris ad Corinthios: Bernardus sermone de Cœna Domini: Rupertus lib. 5. de diuinis officiis, cap. 20. suo Carnotensis sermone in Cœna Domini: Amalarius Fortunatus lib. 1. de ecclesiasticis Officiis, cap. 12. Glossa ordinaria in cap. 13. Iob: Nicolaus de Lyra ibidem. Iam verò hanc pedum lotionem peractam ante Eucharistiæ institutionem, ostendunt Ianssenius Concordiæ cap. 130. Baronius tom. ad annum Christi 34. num. 38. nostri Maldonatus ad cap. 13. Ioannis, num. 2. Iustinianus ad verba illa: *Similiter & Calicem, postquam,* &c. cap. 11. Epistolæ 1. ad Corinth: *Quorsum autem cæromonia talis abluendorum vestigiorum? Quo,* (scilicet, *exteriori quodam signo doceremur,* (inquit Ianssenius,) *quæ munditia requireretur in eo, qui Eucharistiam dignè esset percepturus:* Maldonatus id ipsum voluisse instruere Christum: *quòd si post datam fecisset Eucharistiam,* (ait,) *docere non potuisset.* Igitur ex tantorum Patrum existimatione, quamuis vt recipiatur Christi Corpus dignè, vtcunque sufficit mundum esse à lethiferis sceleribus; tamen vt recipiatur cum manducantium cumulato fructu, leues quoque maculæ, quoad fieri queat, abradendæ sunt; quod huiusmodi pedum mundities denotat; quæ ideò præcessit institutionem magni Sacramenti, vt quanta debe-

Veniales noxæ expiandæ à communicantibus. Augustin.

Ioānis sermo ex c. 13. v. 10. declaratus.

81.

Tertull. *Christianorū primitiuorū mensa quàm sobria?*

Origen. *Christianorū cautela, ne quid Christi corporis decideret.*

Tertull. *Missarū tēpore non sedebant Christiani, nec loquebantur.*

Canticorum verba ex c. 5. v. 1. disſluſſa.

ret eſſe epulantium nitela, indicaretur: Locum illum cap. 5. Canticorum: *Comedite, amici, & inebriamini, chariſſimi.* de Altaris Sacramento ſic explanant Nyſſenus hom. 10. in Cantica: Ambroſius lib. 5. de Sacramentis, cap. 2. & 3. Paſchaſius lib. de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 10. Abſalon Abbas ſermone 7. de natiuitate Domini: Berengoſius Abbas lib. de myſterio Crucis, & duplici loco: Rupertus lib. in Cantica: Pſellus, & Philo Carpathienſis ad cap. 5. Canticorum: vt qui inebriari quidem velit, & copioſa emolumenta colligere, hunc oporteat non ſolùm amicum eſſe; ſed prætereà chariſſimum: ex his, videlicet, quibus cura eſt non tantùm mortalia ſcelera vitaſſe; ſed etiam magno ſtudio leues quoſque næuos extinguere.

Nyſſenus. Ambroſ. Paſchaſ. Abſalon Ab. Bereng. Ab. Rupert. Pſellus. Philo Carp.

82.

Orationis, ieiuniorum, caſtimonia, ratio habenda Chriſti corpus manducaturis. Auguſt.

Sed, qui non in vnius loci expoſitionem conſpirauerunt; verùm, provt ſe offerebat occaſio, quid ſuper hac re ſentirent, exprompſerunt, ex relatis eſt Auguſtinus, imprimis tom. 10. ſerm. 216. de Chriſtiano nomine, vbi ait: *Eum bonum Chriſtianum eſſe, qui quoties ſanctæ ſolennitates veniunt, vt ſecuriùs communicet, ante plures dies caſtitatem cum propria vxore cuſtodit, de ſyncera, & ſecura conſcientia ad Altare Domini caſto corpore, & mundo corde præſumat accedere.* Et ſerm. 252. *Priùs* (inquit) *orationibus, ieiuniis, vel eleemoſynis ſtudet mundare conſcientiam ſuam; & ſic Euchariſtiam præſumit accipere:* Chryſoſtomus, quem præcipuum titularem aduerſaria phalanx iactat homil. 61. ad populum Antiochenum: *Cum enim diceret, Sancta Sanctorum: hoc dicit: Si quis non Sanctus, non accedat: non ſimpliciter dicit ſi à peccatis purus; ſed ſanctus: non peccatorum tantùm liberatio; verùm & Spiritus præſentia ſanctum facit, & bonorum operum diuitiæ.* Et homil 40. ad eundem populum: *Video rurſum & alios loquentes rectos, dum oratio celebratur: eorum verò leuiores non ſolùm, dum oratio perficitur, verùm & dum Sacerdos benedicit: O rem horrendam! quando ſalus erit; quando Deum placare poterimus?* Et homil. 83. in Matthæum: *Quos radios ſolares non deberet excedere manus illa, quæ hanc Carnem perrumpit; os, quod igne impletur ſpiritali; lingua, quæ cruentatur hoc admirabili Sanguine?* Dionyſius Alexandrinus epiſt. ad Baſilid. cap 2. *Ad Sancta Sanctorum, qui animo, & corpore purus non eſt, accedere prohibetur.* Et de feminis menſtruatis addit: *Si piæ & fideles ſint, non debere ſic affectas attingere Corpus, & Sanguinem Domini.* Conſulendus Theodorus Balſamon ſuper dictam epiſtolam Dionyſij, & Timotheus Alexandrinus in ſuis reſponſionibus, cap. 7. Gregorius Papa lib. 2. in cap. 1. lib. 1. Regum, ad illa verba: *Repleti priùs pro panibus*, &c. *Non ſaturantur ergo niſi famelici, qui à vitiis perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis: Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etſi minima ſint peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei meritò auferunt fructum interna ſaturitatis:* Totus in hoc argumento eſt Auctor de cardinalibus Chriſti operibus, inter tractatus Cypriani, § *De Cœna Domini:* Ambroſius, vel potiùs Remigius Lugdunenſis, ſub titulo Ambroſij, vt placet Maldonato ad cap. 12. Ioannis, num. 32. *Deuoto animo, & cum timore accedendum ad Communionem* (docere Paulum ait illis verbis Epiſtolæ 1. ad Corinth. cap. 11. *Qui enim manducat, & bibit*, &c.) *vt ſciat mens reuerentiam ei ſe debere, ad cuius Corpus ſumendum accedit:* Hieronymus in

Loqui inter orandum, & Miſſarum ſolennia, piaculum veteribus.

Chryſoſt.

Dionyſ. Alexand.

Balſamon. Timoth. Greg. Papa.

Cypr.

Remig.

Hieron.

eandem Epiſtolam (aut alius Scriptor, vt doctiores volunt,) ad illa eiuſdem cap. 11. *Reus erit Corporis*, &c. *Sindonem nouam Chriſti præfigurare Corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam:* Quæ ſunt quoque verba Primaſij ad eundem textum: Verùm, ne legitimus Hieronymi partus nobis defuiſſe videatur: is contra Iouinianum ſcribens: *Sed ipſorum conſcientiam conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant, & iuxta Perſium, noctem flumine purgant:* Similia proferunt Dionyſius Areopagita cap. de communione: Iſidorus Ægyptius epiſtol. ad Ophelium Grammaticum: dabit ſententias horum Turrianus tractat. 2. de Euchariſtia, cap. 2. & 3. Ioannis autem Damaſceni tom. 1. Hiſtoriæ de Sanctorum Vitis Aloyſius Lippomanus oratione in Sanctiſſimum Chriſti Corpus: Theophylacti noſter Iuſtinianus ad illa verba capit. 11. epiſtolæ 1. ad Corinthios: *Similiter & Calicem*, &c. Caſſianus exquiſitam munditiem poſtulat collatione 22. cap. 7. Gaudentius, Brixienſis Antiſtes, tract. 2. in Exodum, ad illa cap. 12. *Renes veſtros accingetis*. Bruno, Carthuſiæ Patriarcha, Opuſculo de Feſtis Sanctorum ſerm. in Cœna Domini: Petrus Damiani epiſt. 50. ad Archiepiſcopum Byſuntinum: Hugo de Sancto Victore tom. 2. ſerm. 94 in die ſancto Paſchæ: Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. de Eccleſiaſticis Officiis, cap. 18. *Coniugatis autem abſtinendum eſt* (inquit) *à coitu, plurimiſque diebus orationi vacare: & ſic deinde ad Corpus Chriſti accedere:* Rabbanus Maurus lib. 1. de inſtitutione Clericorum, cap. 31. ſuſcipiendum Chriſtum *cum religione, & deuotione, & humilitate:* Vvalfridus Strabo lib. de rebus eccleſiaſticis, cap. 19. *Cum munditia corporis, & cordis, quantum fieri poſſit, vt à cibis cæteris longè diſtare ſciamus:* Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia, prope medium; de Chriſti triumphali agone, cap. 4. de diſciplina & perfectione, cap. 19. vbi diſſerit: *Non enim ab omnibus vniformiter communicandum eſt; ſed à quibuſdam ſapiùs, à quibuſdam rariùs, provt vniuſcuiuſque affectus trahitur, & virtus meretur: potiſſimùm tamen ab iis, qui Deo dicati ſunt, ſumi debet Sacramentũ hoc: Videat autem quilibet, ne cõſuetudine, aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti myſterij; ſed deuotione; ſed præuia meditatione:* Nicolaus de Lyra ad cap. 11. Epiſtolæ prioris ad Corinthios, ad illa: *Reus erit corporis*, &c. *Alio modo accipitur indignitas ex parte ſumentis ex defectu deuotionis; vtpote, quia diſtracta mente, ex occupatione temporaliũ, accedit ad hoc Sacramentum: habitualiter tamen retinet debitam reuerentiam: & talis indignitas non facit ſumentem reũ Corporis, & Sanguinis Domini; impedit tamen fructum Sacramenti, ſaltem ex parte:* Sic Patres, & non aliud Tridentina Synodus ſeſſ. 13. cap. 8. *Hac ſacra myſteria Corporis, & Sanguinis eius ea fide, conſtantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt Panem illum ſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint.*

Primaſ. Hieron. Dion. Areop. pag. Iſid. Peluſ. Turrian. Damaſc. Lipom. Theophyl. Iuſtin. Caſſian. Gaudent. Bruno. Pet. Dam. Hug. Vict. Iſid. Hiſp. Rabbanus. Vvalfrid. Laur. Iuſt. Nicol. de Lyra. Trident.

Patrum igitur perpetuus vſus fuit, poſtulare à recepturis Euchariſtiam, ſatisfactionem, fletúmque pro venialibus exceſſibus, reuerentiam, famem, auiditatémque, orationis, cæterarúmque virtutum ſtudium: Atqui hoc non petebant, quò Chriſti Corpus ſimpliciter, & vtcunque ſumi poſſit: nam ad hoc ſatis erat à mortifera culpa liberum eſſe, vt monſtrauimus ex Tridentino, numero 70: Flagitabant igitur, vt me-

83.

liùs

liùs manducaretur, atque cum epulantium cumulatioribus lucris: Quis dubitet de iſtis, inquis? Tum ſic: Quotidiana Communio, generaliter loquendo, non conducit ad reuerentiam, ad famem, ad animi ſpiritalem dulcedinem, & ſaporem: confert autem ad hæc omnia abſtinere aliquando moderatè, & per iuſta interualla: Igitur ad Euchariſtiæ, quæ melior, & vtilior eſt, ſumptionem, non quotidie acceſſiſſe ſatius eſt; ſed ſobriè abſtinuiſſe: Oſtendo autem vniuerſaliter loquendo, ſaporem ſpiritus, famem mentis, reuerentiam, animique munditiem eximiam deſiderari in his, qui quotidie communicant. S. Thomas quæſt. 80. in 3. partem, artic. 10. *Ex parte ſumentis requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat: ſed, quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indiſpoſitionem, vel animæ; non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere:* Articulo autem 8. quæſtionis 78. *Dictum eſt enim,* (ait) *quòd effectus huius Sacramenti non ſolùm eſt adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis; ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritalis dulcedinis, quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente diſtractus:* Bonauentura in 4. diſtinct. 12. parte 2. quæſt. 2. *Omnes ergo rationes* (inquit) *pro frequentia intelliguntur, ſalua debita præparatione, quæ in pauciſſimis eſt, vt ſemper:* At eſſe in ſtatu gratiæ non eſt pauciſſimorum: Igitur vltra ſtatum gratiæ pro frequentia deſiderantur alia, nempe, feruor, puritas ſingularis, timor, & id genus: Quare ibidem Seraphicus Cardinalis: *Maiorem efficaciam, credo, quòd accipiat homo in vna manducatione cum bona præparatione, quàm in multis, ſi non ſe præparet diligenter.* Alexander Alenſis 4. part. art. 4. §. 1. quæſtiuncula 2. *Poteſt eſſe in bonis, quòd quotidie communicare generet faſtidium, & minorem reuerentiam, & deuotionem: in aliquibus autem ipſa frequentia auget deuotionem, & reuerentiam; & tunc laudabile eſt quotidie accipere:* S. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſerm. 57. artic. 2. cap. 3. quæſt. 2. *Cùm Sacramenti perceptio debita requirat purgationem peccatorum, & mentalem eleuationem, ſeu reuerentiam, atque deuotionem; ſi quis qualibet die paratus ſit prædictis modis, & aliud impedimentum non habeat, vtile eſt ei, hoc Sacramentum frequentare:* Quibus manifeſtè ſignificat, hæc ſi deſint, non fore vtile quotidie Dominicum Panem mãducare. Sub eadem verborum formula loquuntur Albertus de Miſſa, prope finem: Richardus in 4. diſt. 12. quæſt. 6. S. Antoninus 3. part. titulo 14. §. 5. Thomas de Argentina in 4. diſtinct. 12. quæſt. 13. artic. 3. Abulenſis ad cap. 5. Matthæi, quæſt. 247. B. Laurentius Iuſtinianus, & Nicolaüs de Lyra loco numero antecedenti oſtenſo: Finiamus ab eo, à quo incepimus Angelici Doctoris pronunciato, quoniam, quæ ad communicandum cum abundantiori fructu & emolumento deſideratur, & quam Patrum nemo non poſtulat, diſpoſitio, in pluribus hominum non elucet propter multa impedimenta, à corporis, vel animæ indiſpoſitione: *Non eſſe vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere,*

In paucis reperitur diſpoſitio requiſita ad Chriſti Corpus quotidiè manducandum. S. Thom.

Bonauent.

Alexand.

Bern. Sen.

Albert. Richard. Anton. Argentin. Abulenſ. Laur. Iuſt. Lyra.

84. Quorſum ergo, interroges, Auguſtinus, aliúſve de Eccleſiæ columinibus aliquando dixerit, etiam peccatis venialibus oneratos ad Sacramentum quotidie poſſe accedere, neque nimiùm curanda eſſe venialia delicta? Reſpondeo, vt concedamus ita loquutos, intelligendos reſpectu diſpoſitionis ſimpliciter requiſitæ, non comparatione melioris apparatus: Potuerunt autem moueri ob duo hominum genera: alterum quidem eorum, qui ſcrupulis vexantur, & putant delictum committi, quando nihil ſceleris perpetratum eſt: hos igitur animaturi Patres, ne illuderet inimicus, & ſub boni falſa imagine ſuaderet diu abſtinendum ab Altaribus, quod periculoſum eſt in primis, dicebant de venialibus noxis non nimiùm ſollicitos eſſe debere; quò hac licentia allecti, conuenienti tempore, Chriſti Corpus ſumerent alterum genus hominum fortaſſe extabat, quod quidem ob nauſeam, teporem mentis, ignauiam diu abſtineret à ſacra menſa; nolebant autem haberi à cæteris mortalibus, quales reipſa erant, pigri, indeuoti, Sacramentorum oſores; quare præſeferebant ideò abſtinuiſſe per longa tempora à cœleſti eſca, quòd indignos ſe reputarent, vt cui continuè veniales maculas plures contraherent, à quibus cùm liberari propter fragilitatem non poſſe cogitarent, abſtinebant à Chriſti corpore: Huic igitur peſti, eò atrociori, quòd à malitia, & tepore ſpiritus ortum duceret, medelam adhibituri ſapientiſſimi illi Doctores affirmabant, non habendum de venialibus næuis tantum animi angorem; ſed cum fiducia, & ſpe bona accedere eos oportere quotidie, qui à lethiferis culpis per Chriſti gratiam immunes fuiſſent: quò hac doctrinæ libertate ineſcati, ſi minùs creberrimè, ſaltem non rarò cum Chriſto accumberent, déque ipſo veſcerẽtur: Sed, quemadmodum hæc, atque ſimilia pronunciabant in gratiam eorum, qui ſerò Dominicum Corpus deguſtabant, quò ad ſufficientem frequentiam traherent: ſic eos cohibituri, qui abſque conuenienti præparatione quotidie Chriſtum manducabant, aſſerebant, præter lethalis peccati expunctionem, requiri prætereà, ſi modò cumulata fœnora reportare cuperent, virtutibus ornari animum, mente excitari œſtrum, & famen ſanctam, aliiſque non paucis inſtructos eſſe debere: Itaque ſcopus orationis erat, vti medium tenerent: neque conuenire diu abſtinuiſſe; neque quotidie acceſſiſſe, ſed frequentiam quandam ſobriam amplectendam ex idonei ſpiritalis Ducis conſilio.

Quorſum Patres aliquando videantur dicere, venialibus noxis implicitos Euchariſtiam frequentare poſſe?

85. Aſſerunt tertiò, verba illa orationis Dominicæ: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, &c. ex veterum ferè omnium conſenſu de Chriſti Corpore eſſe intelligenda, quemadmodum commonſtrat Maldonatus ad cap. 6. Matthæi, num. 11. quando igitur de pane vitæ ſermo ſit, quid aliud repræſentat contextus, quàm oportere quotidie ſumere cuiuſque diei alimoniam? Quem ſenſum cùm omninò legitimum eſſe cogitarent priſci, aliter Græcam ſententiam, ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, tranſtulerunt, *ſuperſubſtantialem* dicentes, quem vulgatus Interpres quotidianum appellabat: Sed audiamus à Vvalfrido Strabone: Is igitur eo, quem diximus, libro de rebus eccleſiaſticis, cap. 20. *Alij* (inquit) *omni Dominica, vel omni Sabbato apud Orientem, vel Hiſpanias, Miſſas facientes, commemorationem Paſſionis Chriſti omni ſeptimana ſi facerent, ſufficere credebant: vnde etiam orationem Dominicam, quæ ab ipſis, vt credimus, Apoſtolis; ante Communionem, & Panis fractionem dicebatur, illo tantùm tempore recitandam crediderunt, quo ſacrificia celebrabant: quia Panem illum, qui in eadem oratione petitur, ſuper, ubſtantialem intelligi, non quotidianum voluerunt:* Ergo, aut

Euchariſtia, num ſignificata pane quotidiano orationis Dominicæ. Maldon.

Vvalfrid.

non retinenda lectio illa, quæ præfert *quotidianum*; quam tamen lectionem Biblia correcta retinent Lucæ cap. 11. vers. 3. fideléſque, dum recitant communem Orthodoxorum orationem aut ex talis verſionis germana ſignificatione, conſulenda Eccleſiæ filiis quotidiana Communio: Reſpondeo, admittere nos, ſiue dicamus *Panem ſuperſubſtantialem*, vt Matth. cap. 6. vers. 11. ſiue *quotidianum*, vti apud Lucam; vtrobique denotari eadem, id eſt, panem noſtræ ſubſtantiæ neceſſarium, qui in dies omnes deſideratur: Verùm eo pane non denotari Euchariſtiam quaſi ſemper manducandam, aut nullo pacto deſignari: quoniam, vt probè aduertit Ianſenius Concordiæ cap. 41. cùm hanc à fidelibus orationem fundendam ſuaſit Chriſtus, nondum inſtituerat Sacramentum Corporis ſui: Prætereà, vt ſapienter annotauit Cardinalis Bellarminus tom. 3. lib. 1. de bonis operibus, cap. 6. permittebatur Chriſti ſectatoribus, hanc orationem ſæpiùs interdiu, noctúque pronunciare: Igitur, qui ſemel de Chriſti pane comederant, deinceps iterantes, *Panem noſtrum da nobis hodie*, quid flagitabant? Num eodem die ſæpiùs Chriſti Corpus recipere? At nunquam licitum fuit frequenter eodem die Chriſti Corpore veſci: Non igitur Chriſti carnem petebant fideles, ſi vicies, ſi quadrageſies in die Dominicam precem iterabant: Quare peti malunt, quicquid ad humanam vitam honeſtè tranſigendam neceſſarium, & Ianſenius, & Maldonatus; aut vniuerſim, quicquid & corpori & animæ conueniens eſt, putat Bellarminus optandum: Certè Albinus Flaccus lib. de diuinis Officiis, §. *De celebritate Miſſæ. Panem noſtrum* (ait) *quotidianum, id eſt, omnia neceſſaria ad victum & veſtimentum: illud, quod dicitur, hodie, non poſſumus generaliter referre ad Corpus, & Sanguinem Domini: quia ſunt tales, qui non poſſunt quotidie communicare, aut aliqua diſcordia contra proximum commaculati, aut nocturnali coinquinati pollutione: homines ſunt; non poſſunt ſemper eſſe parati*: Sed exhibeamus ſignificari *panis* vocabulo Chriſti carnem; adhuc quotidiana ſumptio variè accipi valeat: Primùm, vt illud, *hodie*, non denotet præſentem lucem; ſed totum huius vitæ interuallum, vti Auguſtinus, & Cyrillus ſumpsêre apud Bellarminum: qua admiſſa interpretatione, non vrget quotidianus eſus, neque hoc poſtulatur verbis illis: Deinde, vt de cuiuſuis diei ſumptione neceſſe ſit conſtruere, ſpiritalis Communio, non realis intelligatur: aut, ſi realis; non tamen comparatione particularium, ſed reſpectu Eccleſiæ, in qua non pauci quotidie Chriſtum pectore, & animo admittunt: Poſtremò ſit ſermo ad vniuerſos fideles: ſed videant, modò quotidie Chriſtum eſuriant; obſeruent, quæ præſcribit Rabbanus Moguntinenſis Antiſtes lib. 1. de Inſtitutione Clericorum, cap. 31. *Dicunt aliqui, niſi aliquo intercedente peccato, Euchariſtiam quotidie percipiendam: hunc enim Panem quotidie dari nobis (iubente Domino) poſtulamus, dicentes: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. quod quidem benè dicunt, ſi cum religione, & deuotione, & humilitate ſuſcipiant:* At, quoniam plerique mortalium hæc negligunt: propterea multi vtiliùs facturi, ſi abſtineant parumper, & ploreni interim deſidiam, atque ita tandem idonei reperiantur, qui etiam quotidie, ſi oporteat, de Dominico conuiuio participent.

Luc. c. 11. locus diſcuſſus.

Matth. c. 6.

Ianſen.

Bellarm.

Alb. Flacc.

Regula: Hodie, *probabilius vitæ ſpatio ſumitur.*
Auguſt.
Cyrill.

Rabban.

Aſſerunt quartò, vel ex hoc amplectendam magis eam cogitationem, quæ antefert quotidianam Chriſti manducationem: quoniam certum terminum rebus præfigit, cùm oppoſita ſententia per incerta vagetur: quoto enim tempore abſtinere conueniat, vniuerſim ſignare nequeant. Confirmatur primò: quoniam abſtinere per ſe non conducit: Ponamus quempiam cum voluntaria diſtractione, aliiſve leuioribus maculis ſolitum accedere quotidie ad Altaria: abſtineat huiuſmodi per ſeptiduum, nec tamen mores corrigat, ſed iiſdem fœdatus ſordibus appropinquet: ſanè nihil tali contulit diſtuliſſe, quin potiùs vtilius fuiſſet quotidie epulari; augeretur enim gratia ex opere operato quotidiana manducatione: Quare celebratur Ambroſij dictum lib 5. de Sacram. cap. 4. *Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit: Sic viue, vt quotidie mereari accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere:* Quæ verba ita interpretor: Vel poſt annum accedit cum ea, qua par eſt, corporis, animique nitela; vel ea carens: ſi purus eſt, quantùm oportet, accedat quotidie; poteſt enim ſufficienter purus: ſin autem deſiderata munditia vacuus ſit, nec poſt annum ſine hac acceſſiſſe decet: quodcunque igitur eligamus, fit, vt ad nihil conduxerit abſtinuiſſe. Confirmatur ſecundò: nam, ſi quæ laudabilis eſt abſentia à Dominicis ferculis; illa in primis, quæ ob Sacramenti reuerentiam, cùm ſe humana fragilitas indignam cogitat, quæ ſæpiùs cum Chriſto accumbat: At hæc, quæ bona & timorata eſt abſentia, quò maior fuerit, longioríſque interualli, eò potior, excellentiórque: ſicut, quoniam communicare frequenter cum debito ſpiritus apparatu, commendabile eſt; quò quiſque eum in modum frequentiùs communicauerit, laudabiliùs fecerit: Sequitur itaque præſtantiùs acturum eum, qui per menſem ex reuerentia abſtineat, quàm qui biſſenos tantùm dies, qui per plures menſes Chriſti Altaria non ſalutaret, quàm qui per duos tantùm, aut tres: Volentes itaque quotidianam declinare Synaxim, in alterum extremum prolabemur, vt ſemel, biſve ad plurimum per anni rotam Chriſtus ſumendus ſit.

86.

Ambroſ.

Reſpondeo, non mirum, ſi definiri nequeat ſcopus indubius, cùm docuerimus num. 73. ex B. Laurentio Iuſtiniano, *Non eſſe ab omnibus vniformiter communicandum; ſed à quibuſdam ſæpiùs, à quibuſdam rariùs, prout vniuſcuiuſque affectus trahitur, & virtus meretur. Et iſtud eſt rationabile* (inquit Thomas de Argentina datus numer. 74.) *quia, ſicut in comeſtione naturali videmus, quòd vnus homo naturaliter indiget, vt plùs comedat, vel ſæpiùs, quàm alter, ſecundùm quod vnus habet fortiorem virtutem digeſtiuam, & velociorem; alter verò debiliorem, & tardiorem: ſic etiam in comeſtione ſpiritali iſtius benedicti Sacramenti, illos ſæpiùs congruit ſumere iſtum cibum ſpiritualem, qui ſpiritualiter habent fortiorem virtutem digeſtiuam: putà, in quibus magis viget amor, & æſtuans deſiderium ad ſumendum iſtud nobiliſſimum Sacramentum: in quibus autem è conuerſo fieret, illis expedit abſtinere, donec magis eſuriant; quia tunc ſumptio iſtius cibi ad maiorem ipſis proficit ſanitatem:* Nihilominùs tamen ſapienter illos loquutos arbitramur, qui vt plurimùm octauo quoque die Chriſtum ſumendum putant. Dixit rectè P. Suarez tom. 3. in 3. part. diſput. 69. ſect. 4.

87.

Quæ certa regula adhibẽda pro frequentia Cõmunionis?
S. Laur. Iuſt.
Argentina.

Vt plurimũ octauo quoque die communicãdum.
Suarez.

sect. 4. Primùm, quoniam in diiudicandis temporibus cibo conuenientibus, Medicorum calculis, præsertim si constet hos arte ipsa excelluisse supra modum, standum sit: At Medicorum, qui intra cœnobia claruerunt, quibus Superiores nulli, hæc semper fuit existimatio: extra claustrum id ipsum peritissimi quique senserunt, vt ibidem aduertit Suarius: deinde hoc tempus sic accommodum est, vt valeant imperfectiores colligere se semel intra octauam, cùm aut non velint, aut non posse se dicant quotidie, quia in rei familiaris dispendium cederet sacra quies, & feriatio: idoneum quoque est perfectioribus; nam neque absentia tam longa est, vt pariat oblitionem dilecti, neque præsentia tam continua est, vt contemptum, aut nauseam generet: Ad primam confirmationem, abstinere secundùm se indifferens esse; ex circunstantiis bonum, aut nociuum censeri: damnosum si nimium: Quare Cabilonensis Concilij monitum est: *In perceptione* (ait) *Corporis, & Sanguinis Domini magna discretio adhibenda est: cauendum est enim, ne si nimium differatur, ad perniciem animæ pertineat:* Si modicè abstineatur, ad excirandam esuriem mentis, pellendum contemptum Sacramenti facere ostendimus numero 74. Ad alia conueniens esse, & venialiter delinquere sæpè non abstinentes, commonstrat Suarez tomo nominato disput. 68. sect. 2. Quid autem Ambrosius intenderet, nobis sic declarasse placuit: Erant, qui præter eam, quam viri spiritales communiter ponunt diligentiam, quoties ad Altaria inclinantur, & Christo vescuntur, exquisitam quandam sanctitudinem postularent: quasi cuperent digni esse, qui Christum sumerent, non quantùm patitur humana fragilitas; sed ex æqualitate & rigore excellentiæ: sciens autem Beatus Antistes, quantuncunque conentur mortales, adhuc longè impares esse hospitando Filio Dei, præsumptuosis istis dicebat: *Qui non meretur quotidie accipere, nec post annum* id est, si hæc diligentia, quam viri spiritales quotidie exhibent, non sufficiat, incassum vos laboratis: nam nec post annum aliter eritis digni, quàm ex quadam velut congruentia: semper enim, qui admittendus sit, multo superabit interuallo recepturos ipsum: non enim sufficeret gratia habituali, & virtutibus ornatos esse ad tantam maiestatem, nisi ipse clementer intrare casam humilem disposuisset, Porrò extitisse prædictum genus hominum scribit Vvalfridus Strabo lib. de rebus ecclesiasticis, cap. 20. & eo antiquior Cassianus collatione 23. cap. 21. *Alioquin nec anniuersaria quidem dignè est præsumenda Communio, vt quidam faciunt, qui in Monasteriis consistentes ita Sacramentorum cœlestium dignitatem, & sanctificationem, ac meritum metiũtur, vt æstiment, ea non nisi sanctos, atque immaculatos debere præsumere; qui profectò maiorem arrogantiæ præsumptionem, quam declinare sibi videntur, incurrunt: quia vel tunc cùm ea percipiunt, dignos se eius perceptione diiudicant: multo enim iustius, vt cum hac cordis humilitate, qua credimus, & fatemur, illa sacrosancta mysteria nunquam pro merito nos posse cõtingere: singulis ea Dominicis diebus ob remedium nostrarum ægritudinum præsumamus, quàm vt vana persuasione cordis elati, vel post annum dignos eorum participio nos esse credamus:* Ad confirmationem secundam, abstinere à Communione propter honorem, & reuerentiam non esse abstinere diu; sed modicè, & congruenter: non enim longa abstinentia esuriem spiritalem causat, aut ne Sacramenum contemnamus, facit; sicut de humanis alimentis, non si quis fastidit cibos, diuturna ieiunia, pluriúmque dierum iuuant, potiùs nimia inedia tabem, & consumptionem afferre posset: Qua de re præclarissimè loquitur Cyrillus lib. 4. in Ioh. cap. 37. *Sciant baptizati omnes, si rariùs in Ecclesiam proficiscantur, & longo temporis spatio propter simulatam religionem mysticè communicare Christo recusent, ab æterna se vita procul depellere: quippe recusatio huiusmodi, quamuis ex religione proficisci videatur, & scandalum facit, & laqueos instruit:* Quamobrem inefficax argumentario est: parum abstinere prodest, igitur & multùm: velut si dicat quispiam: Vini modicum sumere indecorum non est: igitur fœcundos calices haurire, & pleno se ore prolucre, indecens non est.

Asserunt quintò, Sacerdotes quotidie communicare: at, quæ aduersùs laïcos militant rationes, contra Altaris etiam Ministros faciunt; accedunt quippe multa pars eorum tepidè, irreuerenter: Respondeo, Sacerdotem esse Mediatorem apud Deum pro vniuersa Ecclesia, pro qua, & omnibus membris eius sacrificium offert: publicam igitur cùm personam agat, vt loquitur S. Thomas in 4. distinctione 12. quæst. 3. articul. 1. cùm ab eo bonum commune pendeat, grauiores ob causas abstinere eum ab Altaribus oportet, quàm laicum, qui priuatam agit personam: Quare ob hanc potissimùm rationem grauissimi Scholæ Duces, in quibus est Angelicus Doctor apud Suarez tom. 3. in 3. parte, disput. 80. sect. 1. arbitrantur, obligatos sub mortali Præsbyteros ad sacrificandum aliquoties in anno: deinde, cùm Sacerdos sit specialiter ad hoc obeundum destinatus, ex vi acceptorum Ordinum, peculiare ius habet ad Corporis Christi quotidianam manducationem, submini-strátque ad sanctè peragendum iniunctum officij munus Deus singularia auxilia: Denique & de Sacerdotibus asserimus etiam facturos prouidè, si aliquando adipiscendæ deuotionis, & reuerentiæ gratia, à manducando Dominico Corpore abstineant: quemadmodum Sotus aduertit in 4. distinct. 12. art. 1. concluſ. 3. P. Suarez allegata disput. sect. 2. Quamobrem Tridentinum sessione 23. cap. 14. Antistites monet: *Curet Episcopus, vt ij saltem diebus Dominicis & Festis solennibus: si autem curam habuerint animarum, tam frequenter vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent:* Hæc autem ipsa est frequentia, ad quam generatim hortati sumus laïcos numero elapso, videlicet, vti octauo quoque die, aut cùm magnæ celebritatis occasio offertur, sacro roborentur pabulo: quæ quidem dicta volumus de Clericis, quibus specialis nulla incumbit obligatio celebrandi, præter eam, quæ ab ipso Sacerdotio deriuata est: nam de iis, qui ex officio, aliáve causa legitima Missam dicere tenentur, aliter philosophandum, vt Concilium ipsum insinuat, quanquam hos imprimis, vtpote Pastores cæterorum, & Duces, decentissimè præparatos accedere conueniat.

***

Cyrillus. *Lõga à Communione abstinentia, quam periculosa?*

88. *Num à Sacerdotibus ad laïcos valeat argumẽtum quotidiana Communionis?*

S. Thom. *Sacerdotes teneri aliquoties sacrificare.*

Sacerdotes aliquando à sacrificando abstinere cõueniens est.

Sotus. Suarez. Trident.

Cotic. Cabil.

Non abstinẽs ab Eucharistia, aliquando venialiter peccat, quãuis à lethali noxa liber. Suarez.

Vvalfrid.

Cassianus.

SECTIO XII.

Non omnia ſcientiarum arcana ab antiquis expedita; eſſe in quibus recentiores deſudare valeant: per occaſionem declaratus verſus ex Pſalm. 44. ad litteram.

89. ARgumentum Canticorum iuxta hiſtoriam, & ſecundùm litteræ intelligentiam à veteribus intactum fuiſſe, monſtrauimus Prælocutione 1. Sect. 5. num. 33. aſſerere non paucos huius Epithalamij Interpretes. Porrò in myſticæ explanationis filo deducendo, ſequutos poſterioris ævi Scriptores diuerſas ſemitas, Commentationiſque genus, cuius ad ſummum lineamenta pinxit antiquitas, ipſi venuſtatem, pulimenque attulere, & tanquam vitam, ſpiraculúmque addidêre emortuis vmbris, oſtendimus proximè lapſa Diſceptatione, Sect. 4. Subſectione 3. numero 132. Sed quoniam ex his, qui ſolùm barba, & pallio tenus Philoſophi ſunt, non exigua pars, ſtatim ſuſpectum habet quicquid noua Minerua parturit, & ex cariosa apotheca non prodiit, age, probemus ipſos inſcientia laborare, & quas excitant tragœdias à ſapientibus facilè contemnendas, tantùm vulgi eſſe territamenta: Dicant igitur nobis imprimis, quid illa adſignificent, de quibus Reuelationum volumine Ioannes cap. 19. verſ. 11. *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis, & verax, & in capite eius diademata multa, & vocabatur nomen eius, Verbum Dei:* Hæreo ad diadematum multiplici corona verticem: Velitne indicare nobis, ſe plurium regnorum Monarcham? Sic enim legimus de Ptolomæo multiplicatis imperiis, & diademata multiplicaſſe, Machabæorum 1. cap. 11. verſ. 13: *Et intrauit Ptolomæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo Ægypti, & Aſiæ:* At non conſueuêre Reges pro ſubiectarum nationum numero coronas geſtitaſſe: moleſtum extitiſſet onus delicatis capitibus; quid enim ille, qui ſupra centum, & viginti prouincias imperitabat, ſi tot coronas portare cogeretur? Appingunt quidem inter inſignia cuiuſque regionis ſtemmata: at vertice ferre omnia, labor fuiſſet intolerandus: Quòd ſi ob gloriam, & pompam auctas coronas affirmes, quorſum cum vno tantùm diademate hoc ipſo Epithalamio; in die tamen deſponſationis, & lætitiæ cordis illius? Puto equidem hoc Apocalypſis ſymbolo ad amuſſim exprimi veritatis triumphum de mendacio: ſiue, cùm in quarumlibet ſcientiarum ſcrutinio vera notitia victrix euadit: ſiue potiſſimùm in ſacrarum diſciplinarum tractatione: ad has enim verbum Dei attinet: ſeu denique, quoties Catholica definitio hæreſim iugulat: nam de veritate ſermonem eſſe, & vehentis beſtiæ candor, & equitis titulus, qui *fidelem*, & *veracem* prædicat, denotat manifeſtè: Quid igitur? Inſurrexit Arius, blaſphemauit, mentitus eſt peſſimè de Verbo Dei, negans genitori æquale eſſe: aſcendit Verbum quadrigas candidas, Athanaſium, videlicet, cæteróſque Nicenæ Synodi athletas fortiſſimos: ſuperauit mendacium, impoſuit victor glorioſus capiti diadema: At fortaſſe aut non erit poſt Arium, qui deinceps mentiatur: aut poſt Athanaſium qui ſuperet? Vtinam, qui mentiretur, non eſſet: ſed quoniam oportet hæreſes eſſe, erunt, & qui ſemper vincant: Abiit, ſublatus eſt Athanaſius: ſucceſſit Auguſtinus, ſuppreſſit falſitatem, coronat de nouo Verbum: Longum eſt ire per vniuerſa: quemadmodum non vnum aliquod ſæculum figmenta omnia produxit, ſed per ſingulas ſparſit ætates noua mendacia ille qui non ſtetit in veritate infelix Spiritus: ſic nec qui cuncta refutaret, vnum aliquod æuum parturiuit: extinxit quædam Hieronymus, alia Gregorius: diſceſsêre illi, & pro Patribus nati ſunt Eccleſiæ filij, Thomas, Scotus, Bonauentura & poſt hos turba magna, quam dinumerare nemo poſſit ex omnibus ferè gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: Verbum igitur, quod toties coronatur, quoties de erroribus triumphum reportant Catholici pugiles, propterea cum multiplici diademate apparet, quoniam non vni Doctori tribuit, vt vniuerſa ſuperaret mendacia: ſed huic principatum conceſſit, cùm de Deo trino, vnóque dubitatio eſt; illi, ſi de incarnato Deo agatur; alteri, cùm liberi arbitrij, & gratiæ concordiæ examen eſt: Sic Geneſim quiſpiam meliùs explicat, alius Pſalmorum librum, alter Euangelia: Sed, neque hi omnes ſimul regnauêre: Venêre ad vineam nonnulli hora prima, aliqui hora ſexta, non nemo ad occaſum penè; & potuit poſterior iſte coëquari primis à patrefamiliâs; quoniam ſic ei placitum fuit honorare nouiſſimum illum: Percipiamus ab Origene, quæ iuuare poſſint hunc diſcurſum: *Si enim vnum eſſet vniuſcuiuſque generis falſum*, (ait ille tom. 1. in Ioannem,) *quo ſuperato, & victo, contra illud coronam ſumpſit Verbum: profectò iure, ac merito corona vna amictum fuiſſet: Nunc cùm multa falſa ſint, quæ veritatem profiteantur, in quæ bello geſto Verbum corona donatur; multa ſunt diademata, quibus caput Verbi, quod vicit omnia, redimitur.*

Ex ſanctis Doctoribus Vnus vna in re, alius alia in re excellit.

Origen.

Apoc. 19.

Diademata Regibus pro multitudine ditionum.

Machab. 1. 11.

90. Progrediamur à ſponſo ad ſponſam, & quod illius cidaris coronata nobis expreſſit, huius declaret amictus glorioſior: *Adſtitit* (inquit Propheta Pſalmorum Cantor Pſalm 44. verſ. 10.) *Regina à dextris, in veſtitu deaurato, circundata varietate:* Si circundata, & vndique cooperta varietate: igitur latebat aurum: Id autem quamobrem? Nempe, abſcondiſſe, quod præ reliquis pretioſum erat: Voluit ſignificaſſe, quantuncunque foris emicat iuſtorum virtus, quò glorificent Patrem ſuum, qui in cœlis eſt, præſtantiora ſemper eſſe, quæ latent mortalium oculos: Sed dices, non occultatam inducta deſuper alia tunica veſtem ex auri filamentis; ſed pictas ipſo auro varias figuras; ſic vt vnum, idémque ſtamen eſſet, quod aurum, variúmque colorem repræſentaret: qualis illa purpura, quam Seneca conſolatione ad Heluiam depingit, cap. 11. *intextam auro* (dicit) *variíſque coloribus diſtinctam, & artibus:* At erat hæc amictus forma indigna ſponſæ, & modeſtia & pudicitia: ſcribit enim Alexandrinus Clemens Pædag. libro 2. eiuſmodi tunicas variegatas, quæ floridæ nuncupantur, meretricium ornatum fuiſſe: Laſciuis, effeminatíſque tribuit Prudentius ſcribens aduerſùs Marcionitas: ſic quippe inquit:

Pſal. 44. locus ad litteră enucleatus.

Præſtantiores ſunt, quæ latent, iuſtorũ virtutes, quã quæ apparẽt.

Tunica floridæ & variegata, an meretricius amictus? Clem. Alex. Prudent.

——— *Hunc videas laſciuas præpete curſu*
Venantem tunicas, auium quoque verſicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.

Quare

Conc. Lat. Quare Concilio Lateranensi 5. sub Leone X. sessione 9. prohibentur Clericis versicolores amictus: Sanctus Paulinus epist. 7. tractans de Monachorum seuera disciplina: *Non vestibus (ait) pictis superbi; sed horentibus ciliciis humiles:* Dicere tamen est, in litteræ fauorem, neque aurum fugisse inspicientium oculos; quoniam, quæ superferebatur vestis, subtilis erat, & diaphana: nec floridum, polymitúmque ornatum vbique, & quouis tempore dedecuisse castos animos, quibus fusè probandis alia erit opportunior occasio: gradum moueamus ad mystica sensa; Aurum igitur, Scripturarum textus est: varietas, sensuum diuersitas, quorum alij historici, alij tropologiam constituunt, alij ad Anagogen pertinent. Sic Basilius Magnus in Psalm. 44. *In vestitu deaurato, hoc est, in dogmatibus spirituali intelligentia subtextis, & variegatis floribus interstinctis, sese grauiter componens, & adornans religiosè: quid enim non vniformia sunt quæque dogmata; sed horum species multivariæ, ac multimodæ sunt, vt quæ in se recipiunt sermones, & complectuntur morales, & physicos: ob hoc vestem sponsa indicat Scriptura varietate picturatam:* Breuiter & acuminosè Augustinus ad eundem Psalmum: *In ipsa autem varietate aurum quid est? ipsa sapientia: non diuersum aurum; sed varietas de auro:* Nunquid itaque Augustinus solus hanc tam distinctam, tam diuersicolorem Scripturarum cycladem neuit, contexuit? Nunquid Bibliorum vniuersa arcana absoluit? Nequaquam sanè: *Tanta est enim* (ait scribens ad Volusianum epist. 3.) *Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo, tunc incipit.* & epistola 119. ad Ianuarium, cap. 21. *Et miror: quia hoc te latet, quòd non solum in aliis innumerabilibus rebus multa me latent; sed etiam in ipsis sanctis Scripturis multò nesciam plura, quàm sciam.* Quibus consentientia scribit Hieronymus epistola ad Paulinum, de institutione Monachi; & procemio ad Ephesios ad Paulam, & Eustochium missо: Irenæus lib. 2. contra hæreses, cap. 47. S. Thomas opusculo 72. quod incohat, *Pertransibunt plurimi*, &c Multùm igitur assequutus Tertullianus, plurimùm præclarissimus Carthaginensis Martyr Cyprianus, innumera Lactantius: *Sed nunquid, aut Tertullianus Beatum Martyrem Cyprianum* (loquitur Hieronymus nominato prologo ad Ephesios,) *aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hilarium deterruit à scribendo?* Nõ equidem: quoniam, vt propè infinitis coloribus sponsæ ornatum decorauerit, siue Cyprianus, siue Hilarius, seu alius quispiam de Potentatibus; tamen adhuc supersunt & de peregrinis, & de raris coloribus non pauci, quos sequutura tempora proferent: vt nulla sit ætas, à qua huius Reginæ amictus non vernet, quæ in substratum aurum nouos non congerat splendores, nouis arrideat coloribus: Aurum ergo vnum sit, id est, Scripturæ textus idem & impermutabilis semper: verùm expositio varia, & multiplicis faciei, atque lucis: alia inueniat Chrysostomus, alia Ambrosius, sic intelligat Thomas, ita Scotus & præter horum omnium mentem, etsi nos contra ipsorum omnium sententias, Durandu' aliúsve peritorum: Hæc sunt, quæ Ecclesiæ tunicam venustant.

S. Paulin. Dempster. Basilius. August. *Scripturarũ consummata notitia quæ difficilis adeptu?* August. Hieron. Iren. S. Thom. *Præcedentiũ Scriptorum maiestas, non debet subsequentes à scribendo deterrere.*

Antiquo nitori restituisse Isaac puteos, quos Abraham, genitor eius, quondam foderat, & Palæsthini oppleuerant, legimus Genes. cap. 26. vers. 18. Laudo in parentem obsequium: at præter paternos puteos, non paucos alios de nouo à Patriarcha erutos contemplor: Miror tantam aquarum sitim: Dices, fuisse Isaaco pecoris infinitam propè multitudinem: *Nam locupletatus est homo,* (ait Textus diuinus,) *& ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuit quoque possessiones ouium, & armentorum, & familiæ plurimùm:* Laborabat autem Chananæorum gleba aquarum penuria: vnde effectum, vt non minùs, quàm cætera alimenta, pretio comparandæ fuissent lymphæ: Deuteronom. cap 2. vers. 28. *Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus:* Quare, cùm numerosis gregibus, & armentis non sufficerent paterni putei; de nouo alios inuestigasse oportuit: At quidem hæc difficultatem patiuntur: Nam Abraham tam diues pecoris fuit, quàm gnatus eius Isaac: *Fuerunt enim ei* (Genes. cap. 12. vers. 16.) *oues, & boues, & asini, & serui, & famulæ, & asinæ & cameli: nec poterat terra eos capere,* (Abraham, scilicet, & Lot, Genesis cap. 13. vers. 6.) *vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter:* Igitur, quemadmodum putei illi adaquandis tantis Abrahæ gregibus, cùm præterea de iis potaret familia numerosa, sufficerant; quamobrem non iidem satis esse poterant Isaaco; Sanè tribuamus inuentas ab Abrahamo profundas scaturigines sufficientes fuisse adaquandis & bobus, & camelis, & asinis, & minori pecori filij eius Isaac: noluit tamen gloriæ auidus natus contentus esse his, quæ à genitore parta fuerant: voluit insuper addere incrementa; & non tantùm inuentis addidisse, sed inuenisse & ipsum: Ex his autem quid congruum est nos discere? Sanè his puteis significari viuentes Scripturarum latices, auctores sunt Glossa interlinearis, & Rupertus lib. 7. in Genesim, cap. 11. Has à Iudæorum, Hæreticorúmque corruptela vendicare Catholici Doctoris potissimum munus est: Verùm, quo id pacto? In primis quidem Patrum sectando vestigia, eorum ope: hi sunt putei Abraham: At præter accepta à priscis Magistris, niti debet optimus quisque repertis in eum diem non cognita adiungere; déque duplici puteo, de eo, nempe, quem genitor velut ex hæreditario opere reliquerat, & de eo, quem ipse marte suo in lucem protulerit, bibere: Nemo igitur existimet, quamuis Abraham, pater excelsus, & Deo tam charus extiterit, ab eo consumptas omnium aquarum venas; Commendandus supra modum, quòd primus glaciem fregerit, & inueniendis lymphis viam aperuerit: sed non desperet Isaac, posse & ipsum nouos aquarum riuos de subterraneis latebris eruere, qui fortasse & dulcedine, & claritate cum Abrahæ torrentibus contendant, aut etiamnum superent: tantùm velit impigrè desudare Isaac: Palæsthinæ ager spatiosus est: vt fodiant innumeri, nunquam exsiccabunt; erunt recentes, quæ semper prodeant vndæ; Sed, quoniam hanc de Patriarcharum duorum puteis Allegoriam pulcherrimè tractat Tutiensis Abbas, vestibulo Commentariorum

91. Genes. 26. *Aqua pretio cõparata in Palæsthina.* Deut. 2. Genes. 12. v. 16. *Filij gloria paterna non debent esse contenti: eam ipsi auxerint.* Gloss. Rupert.

mentariorum in Apocalypſim, dabimus eius, quamuis longiorem, Commentarium: Sic igitur Rupertus differit: *Sed dicat: Iam ſatis eſt,* Rupert. *quod alij meliores, & ſanctiores, & doctiores inuenerunt, atque ſcripſerunt: illicitum eſt, temerarium eſt adiicere quidpiam ad ea, quæ à nominatis, Catholiciſque Patribus dicta ſunt, atque ita legentibus faſtidium facere, augendo multitudinem Commentariorum: Ad hæc, inquam, nimium ſanctarum ſpatioſus ager Scripturarum omnibus Chriſti Confeſſoribus communis eſt: & tractandi illas nulli iure negari poteſt licentia, dummodo ſalua fide, quod ſentiat, dicat, aut ſcribat: Quis namque rectè indignetur, eò quòd in eadem poſſeſſione poſt vnum, aut duos puteos, quos foderunt patres præcedentes, plures fodiant labore filij ſuccedentes? Denique Iſaac & alios puteos fodit præter eos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham, quos illo mortuo olim obſtruxerant Philiſthiim: Itaque iuxta hanc regulam nobis quoque concedant, poſt illos puteos, quos foderunt; id eſt, poſt illos tractatus, quos tractauerunt Patres, & priores noſtri, & alios fodere puteos proprij vomere ingenij, dummodo viuam & nos aquam reperire poſſimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli ſcandalum, vel errorem faciat legenti.*

Recẽtes Scriptores debent inuentis maorũ addere.

92. Hæc ipſa comprobaſſe Eccleſiaſten arbitror ſententia illa cap. 1. verſ. 4. *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat.* Non moror nunc, an poſt diem Judicij manſurum ſit terræ elementum hoc ipſum, quo potimur, pro quo adi Suarez tom. 2. in 3. part. diſp. 58. ſectione 2. ſufficit nobis non defecturum vſque in eum diem magni Examinis; Cernis igitur ſuccedentem per tot annorum myriades nouam & hominum & animantium prolem? Diſceſsêre aui, abiêre Patres, venerunt nepotes, & his pereuntibus emergit rurſus recentior ſoboles: Quid interim terra, quid mare, quid cætera elementa? Præbuit Oceanus his, qui ante quatuor milia annorum vixerunt, piſcium innumerabiles formas, margaritas, purpuram: dedit aër paſſerum genera multa, ex quibus alij palatum recrearent, alij vocali & docto gutture aures demulcerent, alij venantium deliciæ eſſent; Terra autem fœcundior genitrix, quanta profudit? Abundant valles frumento; colles olea; vitis, & in conuexis, & depreſſis ſpatiis aſſurgit, & extendit palmites ſuos vſque ad mare: luxuriat in pratis agniculus, amat ſyluarum opaca hinnulus: itur & in viſcera, & quas Stygiis penè admouerat vmbris, eruuntur auri, & argenti bracteę; nec lapillis parcitur, ſub quibus ſudent matronarum digiti: Tam diuites, tam beati homines, qui ante quater mille annos vixerunt: Quid ſubſequutæ progenies? Caruêre eadem gloria? fortaſſe non tam benignè erga eos elementa? Benigna ſanè: quin verò maiora vidêre incrementa poſteriores dies: Quid enim apud antiquitatem, quod certet cum vtriuſque noui Orbis prodiga largitate? Tanta aromatum copia, tot margaritæ, ebur, byſſus, murrhyna, balſamum ad contemptum ferè; Superuacaneum eſt meminiſſe, quantùm auri, argentique Hiſpanienſes claſſes aduexerint; Hæc igitur gleba, quæ pereuntibus colonis perſeuerat ſemper, Scripturarum ager eſt; Collegêre de his campis centeſimum fructum ſecundi illi poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſtri, Clementes duo, Romanus, atque Alexandrinus: Dionyſij duo, alter ab Athenis, alter ab Alexandria: Iuſtinus, Irenæus, Hippolytus, Tertullianus, Origenes, Victor Pictauienſis, Cyprianus, Methodius, atque illis ſublatis ſimiles produxit meſſes nouis agricolis Ambroſio, Auguſtino, Gregoriis plurimis, Athanaſio, Chryſoſtomo; ſic deinceps Generatio quidem alia, atque alia præterit; quoniam mortalitatis conditio eſt interitus: at Scripturarum prata, tellurem æmulatura, præter frumenta auorum horreis recondita, vnúmque, ſi libet, centum annorum, recentes ſemper venturis nepotibus fructus emittunt; & tam lætam hodie ſegetem cultori rependit campus, quàm ante mille annos; Quid obſtupeſcitis? Dies eſt, & in omnia hæc ſufficit; Donec erunt, qui vomere proſcindant, qui ſeminent, exurget noua ſpica: reportabunt eadem, quæ primi, fœnora nouiſſimi; Hanc eſſe myſticam Eccleſiaſtis ſignificationem viſus indicaſſe Olympiodorus Commentario in eum Salomonis tractatum: *Sacra verò Scriptura* (inquit) *terra nuncupatur: inſtar enim terræ immobilis eſt, fructus gignit, omnibus patet, ac omnes accipit, veterique ac nouo Teſtamento ſubnixa manet in ſæculum.* Olympiod.

Noui Orbis mira vbertas.

93. At, patefaciamus non tantùm conceſſa iunioribus aliquando paria cum veteranis ſtipendia; ſed fuiſſe nonnunquam inter minores, qui in quibuſdam optimos quoſque de priſcorum claſſe ſuperaſſe videri poterant; Noſtis veniſſe ab Oriente Chaldæorum ſapientes, micantioris ſtellæ fulgoribus incitatos, quæſitum, vbi naſceretur Rex Iudæorum? Quid in illo ſydere eximium? Leo Magnus excelluiſſe aſſerit aſtrorum cæterorum radios: hoc plurimùm demiratos Aſſyrios Aſtrologos: Eius diſcurſus eſt ſermone 3. in ſolennitate Epiphaniæ in hanc formam: *Commouet Magos remotioris Orientis habitatores ſtellis cæteris ſtella fulgentior, & demirandi luminis claritate viri ad hæc ſpectanda non inſcij magnitudinem ſignificationis intelligunt: agente hoc ſine dubio in eorum cordibus inſpiratione diuina, vt eos tantæ viſionis myſterium non lateret: & quod oculis oſtendebatur inſolitum, animis non eſſet obſcurum;* Ecce nouitium ſydus vniuerſam Aſtrorum gloriam candore, ignibúſque ſuperat; etiam illud *quod infra Solem ambit ingens aſtrum* (Plinius lib. 2. cap. 8.) *appellatum Veneris: ipſíſque cognominibus æmulum Solis, ac Lunæ: præueniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter diem maturans: contra ab occaſu refulgens, nuncupatur Veſper, vt prorogans lucem: magnitudine extra cuncta alia ſydera: claritatis quidem tantæ, vt vnius huius ſtellæ radiis vmbræ reddantur:* Potuit antiqui huius tam luminoſi ſyderis honorem obſcuraſſe nata poſt ſæculorum decurſus ſtella: Quid hæc proclament? Sanè ſtellarum nominibus in ſacro idiomate Doctores ſignificati, quorum eſt de cœleſtibus tractatio; Notum illud ex cap. 12. Danielis: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates:* Vide Pererium lib. 15. in Danielem: Docet igitur, fieri poſſe nonnunquam, vt de nuperis Magiſtris quiſpiam vincat ſapientia, atque acumine, ex his, qui præceſſerunt de potioribus quoſdam. Suppreſſit fortaſſe, quæ à Magis conſpecta, ſtella aſtrorum tantùm faces? Vltra Apollinem fulgens extitit: ceſſit huius ſyderis luci luminare illud maius, cui regimen diei commiſſum: aſtrum illud, quod medium inter errantes, vagáſque fertur ſtellas: *Ampliſſima magnitudine, ac poteſtate,* (Plinius vbi ſuprà cap. 6.) *nec temporum modò, terrarúmque;*

Suarez.

Ecclef. 1.

Leo Mag.

Stella Magorum claritas.

Lucifer, quã excellens ſydus.

Plinius.

Pererius.

Sol, quàm illuſtris Planeta.

Plinius.

nam hic ſuum lumen cæteris quoque ſyderibus fœnerat; præclarus, eximius, omnia intuens: Sed, quomodo ſuperatum ab hac ſtella Solem probamus? Equidem, quoniam Phœbo micante non contraxit radios: ſi autem, aut à Sole mutuata fuiſſet claritatem, aut Solis lucerna minus fuiſſet ipſius iubar, non potuiſſet coram diei præſide, mundique oculo radiare: radiaſſe autem conſtat, cùm ab eius conſpectu interdiu Magorum peregrinatio penderet: Verùm auſcultare iuuat, quid Chryſoſtomus pronunciet homil. 6. in Matth. *Neque enim nocte cernitur; ſed lucente prorſus die, ac Sole fulgente: quam lucendi vim non modò ſtella nulla; ſed nec ipſa quidem Luna ſortita eſt, quæ, licèt multò clariùs omnibus coruſcet aſtris, continuò tamen ortu Solis abſconditur; & quæ priùs illuſtrabat omnia, ſub multo clariore ſydere vix ipſa conſpicitur: Hæc verò ſtella ipſos etiam Solis radios proprio quodam, præcipuóque fulgore ſuperabat, clariùs illis profectò apparens, atque in tanto eorum limine magis ipſa reſplendens*: Ergo, ſi ſtellæ, Doctorum ſymbola, quid ſuperata à iuniori ſydere Solis radiatio indicat, niſi vinci in aliquibus poſſe à recentioris ſcholæ Magiſtris, veteris Lycei etiam Coryphæos? ſed ne quis ſtomachetur, quòd omnium ſapientiſſimos à minoribus in quibuſdam diſcere poſſe aliquando auſi ſimus affirmare, Chryſoſtomi grauiſſima monita proferamus: Is itaque tom. 3. homilia de ferendis reprehenſionibus, & conuerſione S. Pauli, ita effatus: *Multa enim ſunt, quæ magni, & admirabiles viri ignorant; quæ tamen parui, abiectique ſcire ſolent. Nam, poſtquàm Moyſes ex Ægypto exiit, & in ſolitudinem venit præfuit ſexcentorum millium populo, & ſolus omnium contendentium lites diiudicauerit; quod vidit ſocer eius; erat autem Iethro homo alioqui barbarus, & inſipiens, quique in ſolitudine vitam egerat, neque vlli communicarat, qui populos legibus rexerat; & ad hoc impius erat, quo non eſt certius inſipientiæ argumentum: nihil enim Gentilibus eſt inſipientius; Veruntamen ille barbarus, ille impius, ille inſipiens, vbi vidit Moyſem quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans, quòd ſapiens eſſet, & intelligens, & Dei amicus: & cùm dixiſſet ei: Quare illi ſtant coram te? didiciſſétque cauſam, inquit: Non rectè hoc feciſti, iunxítque conſilio increpationem: & neque ſic exaſperatus eſt ille ſapiens, ille intelligens, ille tot myriadum Dux: ſed conſiderabat, quòd licèt magna à ſe, ſigna fierent; humanæ tamen particeps eſſet naturæ, quam non rarò multa latent; & ſæpè abiectus quiſpiam, & vilis inuenit, quod magnus & ſapiens vir præterit:* Nihil vltra hoc dici valeat: nam, ſi tantum homini ſtupido, & imperito conceſſum; quid iis conceſſuri ſimus, quorum ingenium maximum, acumen rarum, labor & eruditio incredibilis?

Chryſoſt.

Chryſoſt.

94. Epheſ. 3. 8.

Verùm proferamus ex Paulinæ ad Epheſios Epiſtolæ cap. 3. maiora exempla: *Mihi omnium Sanctorum minimo* (ait Apoſtolus) *data eſt gratia hæc, in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundùm præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:* Quem locum diſertiſſimè tractat Chryſoſt. homil. 7. in hanc Epiſtolam: Ventilat in primis, quòd Gentium Magiſter *minimum* ſe appellet, non ſolùm inter commilitones, qui Apoſtoli erant, & ad quorum ſanctitudinem, atque ſcientiam nemo deinceps acceſſit; ſed comparatione iuſtificatorum omnium, qui Sancti dicuntur; Sanè, ſi vocationis tempora pendamus, *minimus*; quoniam poſt cæteros ad Apoſtolatum aſſumptus: ſi anteactæ vitæ ſcelera conſideremus, *minimus*; quia nemo ſodalium Chriſti Eccleſiam perſequutus eſt, vt tamen in aliis peccatores fuerint: denique *minimus*, ſi ſpatia cogitemus, quibus didicit altiſſima Theoſophiæ arcana; non enim Seruatoris ſcholam ſequutus eſt, dum in humanis ageret, non recubuit in ſinu IESV, quemadmòdum Diſcipulus, quem diligebat Redemptor; non denique excepit ignitam linguam, Paracleto deſcendente: hic igitur tantas ob cauſas *minimus*, quorum tandem Doctor, & Inſtitutor factus eſt? num docuit quempiam de Prophetis? num Pſaltem illum, cui incerta, & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit Dominus? num Filium ipſius, cuius eruditio inſignis præcedebat ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus? Hos ſi diſcentes habuiſſet, erat, quòd vniuerſus Orbis miraretur; attamen homines auditores habuiſſet: nunc autem ſupra mortales vehitur, & Angelos pertingit, illos, illos Angelos, qui, cùm in Verbo Dei legant, quid non penetrant, qui videntem cuncta intuentur viſione, quæ Beatos reddit? At in his non infimum aliquem Ordinem elegit, quem inſtrueret, auſus docere ipſos Principatus, & Poteſtates: O non viſam ab æuorum initiis ſimilem *minimi* huius Cathedram! *Si igitur Principatus, & Poteſtates,* (ait Chryſologus prologo in Ioannem,) *Cherubínque, & Seraphim hæc per Eccleſiam didicerunt; planè conſtat, ipſos Angelos ſumma cum attentione eius ſe auditores exhibuiſſe:* Sed aduersùs hæc emergit ſcrupulus: nam, ſi quæ de nouo ſcire oporteat cœleſtes ſpiritus, illuminantur à ſuperioribus inferiores, & Deo immediatos ipſe illuſtrat ex vulgata ſcholæ diſciplina approbantis, quæ Dionyſius tradidit, de cæleſti Hierarchia, cap. 7. Deinde Angelorum miniſterio conſueuit Numen Prophetas inſtruere, per quos ideò lex lata dicitur, quemadmodum ſcribit idem Dionyſius cap. 4. Secundùm hæc itaque, non Paulum Angelos docere; ſed ab Angelis Apoſtolum erudiri decebat; Denique, ſi quid magni Spiritus ab homine diſcerent, maximè Incarnationis diſpenſationem; at Angelos nouiſſe non ſolùm ab initio beatitudinis ſed etiam in via incarnandum Chriſtum, grandium Theologorum opinacio eſt, pro quibus vide Molinam 1. p. q. 57. art. 5. diſput. 2. Valentiam tom. 1. diſp. 4 quæſt. 8. punct. 4. & ante alios P. Suarez lib. 5. de Angelis, cap. 6. Reſpondeo tamen, vt iidem Theologi, D. Aquinatem ſequuti ſtatuunt, latuiſſe ſaltem Angelos, etiam beatos, non paucas circunſtantias eorum, quæ ad Incarnationem conſequutura erant, quæ arcana, non ab Angelis, ſed ab ipſo Deo didiciſſe Paulum velit Molina: Quo pacto autem cœleſtes Spiritus ab Apoſtolo docti adſtruantur, explicat ſolidè P. Suarez, ad quem remittimus Lectorem; Sufficit, verum id eſſe abſque improprietate, Angelos Pauli auſcultatores fuiſſe; ſic enim habemus *minimo* conceſſum, nouiſſimóque ſacri Collegij Apoſtolici, & tanquam abortiuo tributum, non tantùm docere maximos ex hominibus; ſed Angelorum præſtantiſſimos: Sed faciamus iam locum aureis Chryſoſtomi verbis homilia, quam diximus

Paulus Angelorum Magiſter, quo pacto? Chryſoſt.

Dion Areopagit.

Angeli qualem de Incarnatione ac initio habuêre ſcientiam? Molina. Valentia. Suarez.

Chryſoſt.

diximus 7. in epistolam ad Ephesios: *Mihi* (inquit) *minimo omnino omnium Sanctorum; non dixit Apostolorum: quamobrem est illud quoque hoc minus: illic enim dixit: Non sum dignus vocari Apostolus: hic autem se etiam dicit omnium Sanctorum minimum; Mihi, inquit, omnium Sanctorum minimo data est hæc gratia: Quænam? Euangelizare Gentibus imperuestigabiles Christi diuitias, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio mysterij absconditi à sæculis in Deo, vt innotescat Principibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: esto, hominibus non fuit reuelatum; & illuminas Angelos, & Archangelos, & Principatus, & Potestates? Certè, inquit: in Deo enim fuit absconsum: & audes hoc dicere? Et vnde hoc fuit manifestum Angelis? Per Ecclesiam? Quid hoc ergo est? non norunt Angeli: nam, si Principatus non norunt, multò magis nec Angeli nouerint; Quid verò nec Archangeli norunt? nec illi; quamobrem quod est admirabile, & stupendum; Mihi, inquit, datum est, qui sum minimus: erat autem hoc quoque gratiæ, quod paruo maiora sunt credita, vt esset eorum Euangelista.*

95. Asseras, istis confici, à veteribus prætermissa quæpiam fuisse: non enim cuncta dicenda exhausêre: cæterùm in his, quæ tractauit antiquitas sic ab illis, tantáque diligentia explorata vniuersa, vt horum disceptationibus, si conferantur recentiorum discursus, exangues, & semesi appareant; Sed ego ita existimantibus opponam Vincentium Lyrinensem Commonitorio 1. aduersùs profanas nouitates, cap. 27. nam, quid posteriores Scriptores facere iuuet, explanans: *Adyce* (ait) *splendorem, gratiam, venustatem: per te posteritas intellecta gratuletur quod antè vetustas non intellectum venerabatur.* & cap. 30. *Fas est,* (ait,) *vt prisca illa cœlestis Philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur:* Quibus concordia habet Melchior Canus proœmio ad locos theologicos: *Atque* (inquit) *hac vna re, quantùm animi mei coniectura colligere possum, iuniores, vel pares antiquis, vel etiam superiores reperientur:* Hæc mihi vtcunque denotasse visum portentum illud conuersarum aquarum, accumbente Christo cum nouè nuptis apud Canam Galilææ, in vina falernis iucundiora: stupesco autem, quod ab aquis velut suppetias postulauerit, quasi sine his, & absque præiacente substantia, Nectaris, & Ambrosiæ flumina, vt decurrerent, præstare non posset; nam, vt doctè annotat Chrysostom. hom. 21. in Ioannem, plùs suspicerent quique, si ex nihilo produxisset cùm verus Philosophia non aliud magis admirata sit, quàm posse aliquid ex nihilo protrahi: transcribamus Gaudentij Brixiensis verba ex tract. 8. *Nam vetera* (inquit) *transierunt, ecce facta sunt omnia noua: sic tamen facta sunt omnia noua, vt origo maneret ex veteri: cùm non ex nihilo vinum, sed ex antiquo aquæ gignitur elemento!* Aquam in sacris Hieroglyphicis doctrinæ symbolum esse, notissimum est: recens igitur Scriba eruditus, & politus bibat quidem de veterum cisternis; verùm tantùm lucis, splendorísque afferat, vt si posteriora hæc cum prioribus illis conferantur, vincant, quantùm superant calicem aquæ frigidæ crateres vini laudatissimi; Hoc illud Vincentij præceptum suprà memoratum: *Adyce splendorem, gratiam, venustatem: per te posteritas intellecta gratuletur, quod antè vetustas non intellectum venerabatur:* Hoc, quod Gaudentius significabat inquiens: *Sic fieri noua, vt origo maneat ex veteri:* Quibus cognata sunt, quæ ab Augustino tradita tract. 9. in Ioannem: nam de Christo traditas nouas Scripturarum interpretationes cum priscis expositionibus Magistrorum, quos habuit Synagoga collatas vinum doctissimè appellat, cùm illa frigidi aquarum latices extiterint; *Erat Prophetia* (inquit) *antiquis temporibus: sed illa Prophetia quãdo in illa Christus non intelligebatur, aqua erat: tollitur velamen, cùm transieris ad Dominum, tollitur insipientia, & quod aqua erat, vinum tibi fit; Lege libros omnes propheticos nõ intellecto Christo, quid tã insipidum, & fatuum inuenies? intellige ibi Christum, non solùm sapit, quod legis; sed etiam inebriat.*

Vinc. Lyr.

Melch. Can.

Chrysost.

S. Gaud.

Quantum splendorẽ debeat nouus Scriptor veterũ addere inuentis?

Augustin.

96. Atque hæc ipsa testãtur scitissimè, quæ Dauid, quæ Salomon diuisis operibus in templi magnifici structuram contulerint: nam Dauid quidem aream ab Ornan Iebusæo emit Regum 2. cap. 24. & Paralip. 1. cap. 21. infinitam vim congessit metallorum, odoratæ syluæ, lapidum exquisitorum, Paralip. 1. c. 29. denique delineatam tradidit futuræ basilicæ iconem: *Dedit autem Dauid Salomoni filio suo* (Paralip. 1 cap. 28. v. 11.) *descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum, necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum*, &c. Duo igitur potissimùm à Dauide præstita: alterum, quòd materiam apparasset, etsi magna ex parte indolatam & rudem, præsertim quæ ex lignis, lapidibúsque constabat: alterum, quòd vmbram & lineamenta operis, aut tabula, aut marmore, aut charta reliquerit expressa, vt post Abulensem notauit Salianus tom. 3. anno mundi 2990. num. 76. Quare rectè Chrysostom. tom. 1. in illa Psal. 131. *Si dedero somnum oculis meis, donec inuemam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: Non dixit,* (ait:) *Donec ædificauero: hoc enim ei non fuerat permissum: sed, donec inuenero locum Domino, & tabernaculum*; Salomon autem conquisitis lectissimis templorum magistris, ipse cùm esset inter paucos nobilissimus Architectus, quæ à genitore acceperat, partim indigesta, partim exemplaria solùm, ad pulchritudinis perfectionem perducit tandem, non tamen sic multorum annorum indefessis laboribus; vt quantùm pictæ vrbes & basilicæ à verarum laudibus differunt, tantùm distauerint filij atque parentis opera; At, quorsum placitum fuit Numini, gloriam incomparabilis fabricæ discriminare, vt tantùm inchoaret Dauid, consummaret Salomon? Dices: Imminebant adhuc à Philisthinis Israëli bella: interrumpenda erat incœpti moles ædificij: dedecebat autem operas Deo dicatas non ad amussim perfici post semel iacta fundamenta: Sed, vt sic oporteret hiatus, & voragines non pati Superis consecrata, potuit continuationem structionis Salomoni commendasse Dauid: nam, etiamsi adhuc adolescens; sapiens tamen erat, eodem approbante Dauide, Reg. 3. cap. 2. vers. 6. Verùm, vt filio maturam cognitionem rerum concedamus; at vicariæ solertiæ reliquisse opus Domini non minori vituperatione dignum fuerat, quàm non prosequi inchoatum: quid, quòd Numen palàm significauerit Dauidi, ne pergeret templum erigere? Adi Abulens. q. 21. ad cap. 22. lib. 1. Paralipomenon: Non illepidè Procopius ad cap. 7. lib. 2. Regum: *Domum orationis construere Deum Dauid non permisit, docens humanitatem omnes, quotquot hoc in loco Deum erant inuocaturi; Nam, qui vident Prophetam non concedere Dauidi propter cædes, quantumuis iustas, vt Deo ædificet; puras*

Dauid, an Salomõ quis plùs contulerit ad templi gloriam?

2. Reg. 24. 1. Paral. 21. 28. & 29.

Abulens. Salian. Psal. 131. Chrysost.

Exercitia spiritalia nõ debent interrumpi.

3. Reg. 2.

Sacerdotes in primis ab ira desistere oportet.

Abulens. Procop.

puras manus habere docentur: At, quæ noſtro inſtituto deſeruit expoſitio, inſinuata aliquantulùm à Lyrano, dum moraliter interpretatur illud eiuſdem 7. cap. *Suſcitabo ſemen tuum*, &c. Nam de diſcipulis ſermonem eſſe putat ſub typo Salomonis, ac retulit primùm ad contemplatiuos diſcentes, deinde ad litterariam rem, inquiens: *Suſcitabo ſemen, id eſt, dabo tibi bonos diſcipulos, qui ædificabunt pro te, quia per meritum circa doctrinam ipſorum habebis in patria gradum altiorem, quàm ſi ſtatim tranſires ad gloriam:* Ergo diſcipulus ſupra magiſtrum, & vincent auorum quoſdam, nepotes? Ita ſanè: Dauide nanque adumbratos exiſtimamus non paucos ex Doctoribus, quibus remotior gloriata eſt ætas: his autem quid debeant ſcientiæ? Sanè initia; incrementa autem poſterioribus? Quòd ſi iuniorum curæ & induſtria in nõnullis conferantur cum priſcorum ſolertia, apparebit veterum labor, lineamenta ſolùm, & vmbras duxiſſe; Itaque, & Dauid, & Salomon, ad templi ædificationem concurrunt: ſed Dauid, qui ſenior eſt, materiam, ignobiliorem compoſiti ſubminiſtrat partem: Salomon, qui adoleſcentior eſt, formam, concreti nobiliſſimam portionem adhibet; *Certè poſt priores illos* (ait Cano proœmio ad locos theologicos,) *in rerum inuentione tribuere ſibi poſteriores vix quicquam poſſunt: ordinem verò, diſpoſitionem, perſpicuitatem ſibi ſi aſſumunt, videntur ea iure ſuo quodammodo vendicare: quapropter vtriſque legendis efficiet Theologus ſcholaſticam diſputationem ſine dubio pleniorem: nam ex illis quaſi materiam: ex his tanquam formam differendi mutuatus, potens, nimirum, erit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Ergo argumentum Canticorum iuxta Lyram non paucorũ opinione, vt in præcedentibus oſtendimus cùm vetuſtas aut non attigiſſet omninò, aut ſubobſcurè, & leuiter tractaſſet: poſteritas vel integrè in lucem protulit; vel ad miracula perfecit iucundiſſimis coloribus, cuius illi primas tantùm lineas, & elementa pinxerunt: his autem non offenditur antiquitas, quæ in aliis multis vicit, & excelluit: commendatur verò immensùm Dei virtus, quæ poſt tantam donorum effuſionem etiamnum diſtribuit perenni abundantia abſque acceptatione, aut perſonarum, aut temporum.

Lyran.

SECTIO XIII.

Ad beneficia præſtanda feſtinandum; ad vindictam malúmve quoduis inferendum, lentis ambulandum paſſibus.

97. ADproperabat ſponſus, & volebat ſine mora Virginem ſibi tradi; cognati & affines Puellæ differebant cõnubialia pacta, & excuſationes commiſcebantur, non ſatis etiamnum adultam adſtruentes: *Soror noſtra parvula eſt*, &c. Sed quare feſtinus illemet? hi lenti? Nempe ſponſus beneficium conferebat; ſiquidem ex paſtrice Reginam faciebat; Parentes verebantur, ne leues fuiſſent Principis cogitationes, & poſt ſatiatam libidinem repudiaret; itaque iniuriam metuebant; rectè igitur, qui beatam reddere proponebat, velox & citus eſt; qui de damno timebant, deliberant, & ſegnes procedunt; nam ad commoda feſtinatio decet, vindictæ melior eſt cunctatio: Cùm in Geraſenorum regiones Chriſtus veniſſet: dæmones ex obſeſſis corporibus vociferabantur: *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?* Matth. c. 8. verſ. 29. addit Marcus ſubindignatum IESVM imperaſſe ſtatim, vti obmuteſceret, c. 1. v. 25. Quamobrem contra hunc dæmonem ſtomachatur Saluator magis, quàm aduersùs alios, quibus ſilere non iuſſit? Num propterea, quod ante tempus veniſſe eum, imputauerit? Sed nónne hoc quàm verum eſt? nónne enim Daniel teſtatur cap. 9. verſ. 24. *Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum*, &c. quibus indicari verbis antiquos Patres meruiſſe accelerationem Incarnationis Theologi docent; vide Suarium tom. 1. in 3. part. q. 2. art. 10. diſp. 10. ſect. 2. Si ergo abbreuiata ſunt tempora, accelerauit IESVS, & venit ante tempus, ac proinde dæmon non eſt mentitus; quamobrem itaque vt obmuteſcat præcipit? Sanè Chriſtus feſtinauit plurimùm, nam venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis vtique capreæ, hinnulóque ceruorum, ſed venit ad benefaciendum, vt genus humanum libertati aſſereret; non verò ad puniendum, vt dæmones ſpargebant aientes, *veniſti ante tempus torquere nos*; quia ſi ad plectendum veniſſet, ſpatiosè procederet, & non tanquàm gigas exultaret ad currendum; non igitur dæmonem increpat, quod adſtruat quaſi ante tempus veniſſe, nam verum eſt acceleraſſe Incarnationem ob iuſtorum preces; ſed quòd dicat ita egiſſe, vt torqueret eos, nam ad torquẽdum IESVS non properat: Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: *Atqui increpuit eum Ieſus planè vt inuidioſum, & in ipſa confeſſione petulantem, vt malè adulantem; quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti ſi ad perditionem dæmonum veniſſet, & non potiùs ad hominum ſalutem; qui nec diſcipulos de ſubiectione ſpirituum, ſed de candida ſalutis gloriari volebat.*

Matth. 8. v. 29.

Daniel 9. v. 24.

Cur indignatus Ieſus in dæmonem iuſſit eum obmuteſceret

Tertull.

Mira Creatoris benignitas erga iuſtos; Dauidis laudauit carmen Pſal. 33. v. 16. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum*; cuius ſententiæ explicationem ſuggeret nobis Saluianus lib. 2. de prouidentia Dei: *Vide* (ait) *qua benignitate agere cum ſuis Deum ſcriptura dicit; in hoc ſiquidem quod ait, oculos Domini ſuper iuſtos eſſe, affectus aſpicientis oſtenditur; in hoc autem, quod aures in precibus paratas, ſemper exaudientis largitas demonſtratur; Quamuis per id quod dicit diuinas aures in precibus ſemper eſſe iuſtorum, non audientia tantùm Dei, ſed quædam quaſi obedientia Dei deſignatur*; conſiderandum hæc vltima particula: *quædam quaſi obedientia Dei*, &c. Deum enim pro ſũma humanitate ſeruos ad auſcultandũ promptiſſimos imitari ſubinnuit; qui enim egregij famuli ſunt, oculos perpetuò intentos habent ad geſtus, nutúſque Dominorum, aures ad leuiſſimũ verborum ſonum, vt cum vel tãtillum perceperint heri voluntatem, ſagitta & vento ocyùs pergant ad obtemperandum; itaque his omnibus metaphoris feſtinatio quædam ingens Numinis ad exaudiendas iuſtorum orationes, ad indulgendum demõſtratur; ſed eſt quando & Dominus tanquam ſurdus factus videatur: *Vox* (inquit) *ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Geneſ. cap. 4. verſ. 10. & c. 18. verſ. 20. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt*, &c. Si tã perſpicax in obaudiẽdo Deus, vt vel tenuẽ ſonum percipiat, quid opus vociferatione & clamoribus? at, ſicut diximus ſeruos indicare veloces ad obediendum qui ad exiguum ſonũ imperij herilis mouentur, ita aſſeueramus moroſos & lentos ſignificari famulos, ad quos clãmare neceſſarium ſit; igitur Deus ad exaudien-

98. Pſ. 33. v. 16.

Saluianus.

Sedula Dei obedientia Iuſtorum votis.

Gen. 4. v. 10. Geneſ. 18. v. 20.

Deus quandóque celeriter audiens, quandóque ſurdus.

exaudiẽdas voces iuſtorũ celer atque promptus; ad exaudiẽdas voces Sodomorum lẽtus & ſpatioſus; cur hoc? videlicet, iuſtorũ preces ad benefaciendũ excitãt; clamores Sodomitarũ ad vlciſcẽdũ; Quoniã igitur Deus ad benefaciẽdũ properus & accinctus, ad vindicandũ cunctabundus; rectè, quod deſcribatur in preces iuſtorũ, quæ beneficia promerẽtur feſtinus exauditor; in voces peccatorum, quæ ad iram concitant, tardus & patiens.

99. Cùm hominẽ exceptis pauciſſimis quibuſdam delẽre ſtatuiſſet Deus, *facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Gen. c.7.v.12. cur nõ paucis horis? cur nõ in momẽto? & quidẽ breui tempore fabricauit hominẽ, quare non & exiguo deſtruxit interuallo? animaduertit Caietanus; *creando, ſi quidem hominẽ,* (inquit) *creauit ipſum in momẽto perfectum; delendo autem hominẽ, non operuit in momento omnẽ terrã aquis. faciendo ſcilicet in momento per ſeipſum, quod fecit per quadraginta dies, ac noctes per cauſas ſecũdas; quod vtique facere potuiſſet;* ſed horum ratio in promptu eſt; nam hominẽ quando condebat, formabat ad gratiam & beneficia, beſtiarũ Regem & Paradiſi cõſtituens poſſeſſorem; cùm extinguebat, pœnam inferebat eidem; Quoniã igitur ad gratiam celer eſt, ad vltionẽ tardus; idcirco, cum exigit & creat, properãs eſt; cum delet, immoratur & pauſat: Equidẽ & de fabuloſo ſuo Ioue Pagani referebant, cũ in terras fulmina iacularetur, nonnunquã priùs Deorũ conuocaſſe ſenatũ, quibuſcum deliberaret antequàm ignibus feriret, nonnunquam & iaculatũ abſque interrogatis aliis: quæ huius diuerſitatis occaſio? Scilicet, dicebãt quæ iaculabatur aliis incõſultis Deorum ſummus fulmina, ea ſalutaria fuiſſe generi humano; ad opẽ autem ferendã tanquam nõ opus eſſe cõſilio aut deliberatione aliqua, ſed feſtinatione magis; atque curſu: Verùm, quæ mittebãtur fulmina poſt adhibitã cõſultationẽ, ad vindictã & terrorem eſſe contra impios hominum auſus; ſed quia Gubernatorẽ cunctabundũ & lentũ in ſuppliciis eſſe oporteat: præcedere ideò ſententiã multorum, & tempus deliberando innecti: affabrè imprimis Seneca lib.2. natural. quæſt.c.43. *Quare ergo id fulmen, quod ſolus Iupiter mittit, placabile eſt! pernicioſum id, de quo deliberauit, & quod alijs quoque dijs auctoribus miſit? Quia Iouem, id eſt Regem, prodeſſe etiam ſolum oportet: nocere non niſi cum pluribus viſum eſt; diſcant hoc ij quicumque magnam potentiam inter homines adepti ſunt, ſine conſilio nec fulmen quidem mittãt: aduocent, conſiderent multorum ſententias, placita temperent, & hoc ſibi proponant vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem ſuum ſatis eſſe conſilium:* & ſimilẽ ob cauſam viſum quibuſdam tam diuerſæ naturæ animantia quadrigã Chriſti trahere apud Ezechielem c.1.v.10. nempè leonem; hominem, aquilam, bouem: quid enim tam pigrum atque bos? Quid aquilâ velocius? Sed & lentum & feſtinum pariter deceat eſſe IESVM properum ad beneficia; ad ſupplicia quaſi pigrum & coactum.

Caietanus. *Cur tempore diluuij Deus non deleuit hominem in momento?*

Seneca. *Regem prodeſſe, etiam ſolum, oportet; at nocere non niſi cum pluribus.*

In Chriſti quadriga bos iunctus aquilæ, cuius rei ſymbolum?

100. Cùm Moyſem in Ægyptũ contra Pharaonem Numen deſtinaret, inquit: *Sed ego ſcio, quòd non dimittet vos Rex Ægypti vt eatis, niſi per manum validam.* Exod c.3.v.19. Si igitur ante executionẽ creator nouit, quorſum tot impendia miraculorũ ad perfringendã duritiam cordis Pharaonis? nónne incaſſum tantus labor? perimatur itaque ſceleſtiſſimus Monarcha & excusẽtur Moyſes & Aarõ ne in Ægyptũ pergant! Equidem ſi tunc occideretur Pharao antequàm prodigiis infinitis actu reſiſteret: ob demerita ſolũ cõditionata, Sciẽtiámq; de illis punitus fuiſſet: non autẽ erat conueniens Deũ ſupplicio afficere ob ſolã notitiam de futuris ſub cõditione delictis: obſeruauit optimè Theodoretus in catena Græcorũ Patrũ; nã interrogat: *Quamobrẽ Deus cùm ceruicoſum Pharaonẽ præuideret à principio, nõ ſtatim vindicauit?* & reſpõdet: *Quòd enim præuiderit, cõſtat: noui, inquit, vos nõ eſſe dimiſſurũ niſi percuſſero: attamen quæ ſua eſt benignitas, humanitáſque, de præcognitione pœnas infligere nõ occupat: ſinẽ rerũ expectat omnibus demonſtrãs iudicij ſui æquitatẽ, cùm alioqui multò æquius eſſet vt Pharaonis detegeretur improbitas, quàm Deus haberetur immitis:* perpende illa; *de præcognitione pœnas infligere nõ occupat,* & cõpara his, quæ de Abrahami cũ Deo colloquutione narrãtur Gen c.20. nã detegere volẽs Patriarchæ euerſionẽ Sodomorũ & Gomorrhæ, inquit verſ. 18. *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum,* &c. rectè, quòd ſecretũ amico fideliſſimo crẽdat, ſed inſpiciamus quãobrẽ? *Scio* (addit) *quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiãt viã Domini, & faciãt iudicium & iuſtitiam,* &c. igitur propter merita futura certè quæ tũc non exiſtebãt, ſed extitura erãt poſteà, Deus ei arcanũ conſilij latentis detexit: vt ſcitè aduertit Chryſoſtom. hom.42. in Gen. *Vide Domini bonitatẽ non ſolum pro preterita virtute, ſed & pro futura remunerat.* iã igitur cum antecedentibus componamus: ſi Deus noluit caſtigare Pharaonem ob ſolã notitiam ſcelerũ, antequàm reipſa exiſterent, & innoteſcerent vniuerſis: quorſum Abrahamum reuelatione velut præmiat ob futurã bonam nepotũ inſtructionem? Nam ſi in Pharaone occupare & præuenire videbatur; nónne quoque reſpectu Abrahæ præueniebat, & præoccupabat? Sed intuere diſcrimen: equidem Numen ita præueniẽdo, & non expectans exiſtentias rerum, feſtinabat, properabátque, natiuitatem ſcilicet, lucémque earũ cõmunem anticipans; hoc autẽ cõparatione Pharaonis nõ expediebat, ſecùs verò reſpectu Abrahæ; quare? quoniã Abrahæ quidẽ beneficium præſtabat, reuelando obſtruſa; Pharaoni damnũ attuliſſet vita priuãs: feſtinare autẽ Numẽ ad gratiam & fauores nihil dedecet, imò laus eſt; properare verò ad vltionem non tam gloriosũ eſt, clementiæ enim tanquam repugnat: rectè igitur comparatione Abrahæ quaſi ſola rerum præcognitio ſufficit: non autem reſpectu Pharaonis.

Prius conſiliatur Iupiter quam fulmen mittat.

Deus præmiat aliquando merita futura, antequàm exiſtant.

Exod c.3.v.19.

101. Proficiſcebatur in Ægyptum Moyſes, & cùm eſſet in diuerſorio *occurrit ei Dominus, & volebat occidere eũ* Exod.c.4.v.24. Quænã huius indignationis cauſa? quid ſceleris commiſit legatus? Ecce mittebatur à Numine vt Hebræorũ gentẽ ſeruitutis intolerabili quodã liberaret iugo, vt in terrã lacte & melle fluentẽ ductaret: quid hoc mãdato lætius afflicto illi populo? itaque ſplẽdidũ omninò beneficiũ nepotibus Abrahæ: fateor, paruit tãdem diuinis imperiis Moyſes, ſed poſt cunctationes & moras: Quoties deprecatus eſt ne mitteretur: quoties excuſauit ineloquentem ſe profeſſus? Quia igitur ſic retardauit, mors illi propoſita eſt: ſed dices: mirũ nõ eſſe quòd Propheta cũ Numine diſputauerit, & remoratus ſit aliquãdiu: quippe legatio erat diſcriminis plena: cũ vehemẽti nimirũ, imò inſano prorſus, & furibũdo Tyrãno dimicandũ erat: eſto, ſed licet cũ vitæ periculo, ſi quãdo nihilominus benefaciendũ eſt præſertim autẽ in publicæ ſalutis negotio, properandum, feſtinandúmque eſt: moriatur itaque penè vates, qui in totius nationis cõmodum deſtinatus pigritat:

Exod.4.v.24. *Moyſes cunctabundus in liberatione populi, necis periculum incurrit.*

Theodoret.

Diodorus

Diodorus.

Diodorus in catena Græca Pentatheuchi ; *illud quidem pro comperto habemus Moysem Pharaonis tyrannidem extimescentem tantum non detrectasse imperium Dei, & cunctando rem etiamnũ prorogare conantẽ; Deus itaque illi iratus occurrit mortẽ intentans :* Similia & passus Ionas, extinctus penè sub aquis, in bestiæ atrocis ventre, quòd pœnitentiam Niniuitis prædicare recusaret; de quo pulcherrimè

Tertull.

Tertull. lib. de Pudicitia, c. 10. *Non ergo & Ionas idcircò Ethnicis Niniuitis non putabat pœnitentiã necessariam cum cauillaretur in prædicationis officio; an potiùs misericordiam Dei prouidens etiam in extraneos profusam, quasi destructuram præconium verebatur ? atque adeò propter ciuitatem prophanam, nondum Dei compotem, adhuc ignorantia delinquentem penè periit prophetes ;* Scitè illud; *cum cauillaretur in prædicationis officio*, hoc est, cum tergiuersaretur, & moras poneret, vapulauit *vt penè perierit Propheta.*

102.

Tertullian.

Sed eodem de Pudicitia lib. c. 21. mysterio grauida altera sententia Tertulliani loquẽtis de Apostolis : *Nam & mortuos suscitarunt, quod Deus solus, & debiles redintegrauerũt, quod nemo nisi Christus; imò & plagas inflixerunt, quod noluit Christus:*

Cur Christus adeò in omnibus fuerit mansuetus, cùm Apostoli nonnũquàm seueri extiterint?

At quamobrem punire Christus renuebat? cur sub clementia omnis disciplinæ ratio ? Sanè mentientes Spiritui sancto Ananiam & Sapphiram Princeps Apostolorum Simon morte castigauit subitaneâ: quamobrem non & idem Iesvs fecerit cum his qui comprehenderunt eum, & tradiderunt vt crucifigeretur: imò increpauit discipulum qui auriculam Malcho abscidit, & restituit amputatam!

Tertullian.

respondet eodem loco Tertullianus ; *Non enim decebat* (ait) *eum sæuire qui pati venerat* ; aliter pro nostræ dissertationis fine ; omnis Christi vita in festinatione & properantia, quando non ambulare satis, etiam currebat saltans montes ipsos similis capreæ, hinnulóque ceruorum; ob quam causam Ambrosius inquit serm. 6. in Psal. 118. *Videamus* (ait) *salientem de cœlo in Virginem, de vtero in præsepe, de præsepio in Iordanem, de Iordane in crucem , de cruce in tumulum , in cælum de sepulchro:*

Ambros.

Quando igitur vbique saltus, vbique & festinatio: Quomodo igitur si Christus semper festinabat, supplicium inferret , nam & ad hoc properare diceretur? Iesvs autem festinat ad beneficia, lentus in vindictam ; sic itaque dissimilis Apostolis, quoniam *illi plagas inflixerunt, quod noluit Christus.*

103.

Pauit quinque millia quinque hordaceis multiplicatis panibus, duobúsque piscibus Christus: & cùm ex saturati fuissent, colligere discipulos iussit, quæ superauerunt fragmenta Ioan. c. 6. v. 13. id quem in finem? scilicet, vt denotaret pabulum non auara manu distributum, sed licuisse quibusuis quantum placebat: Theodorus Mopsuastenus

Theodorus Mopsuast.

catena Græca in Ioannem : *Gratiæ siquidem vbertas in illa ciborum redundantia multitudini apparebat*; Danielis autem c. 5. scribitur in pariete aduersus Balthasarem sententia, & interpretatur *Thecel, appensus es in statera ; & inuentus es minùs habens*, v. 17. Quamobrem nunc in pondere mensura , & tum cùm diuiderentur panes , lex nulla posita , nulli præfixi limites ? nempe beneficium in panibus dabatur, qui si appenderentur in statera , & examinarentur , diu cunctandum esset in tanta multitudine; gratiam verò mora & procrastinatio beneficio dempsisset, in quo properandũ est; Balthasari clades inferebatur maxima; damnum autem & periculum lentè atque spatiosè inferendum est : Chrysostom. in Psal 95. *Considera*

Vindictam ad mensurã infert Deus, beneficia autem absque mensura.

Chrysost.

illud admiratione dignum: quomodo declarauit Deũ omnia numero, & mensura facere. librauit inquit ac mensus est, nihil enim ab illo fit absque mẽsura, nihil sine põdere, nihil sine congruentia; sed iusta mensura vindictã infligit, cúmq; punit, trutina librat vltionẽ.

SECTIO XIV.

Iustitiæ, & virtutum studiosis, neque victui, neque honori oportuna subsidia deesse Numen patitur.

104.

DEerant sponsæ opes, deerat familiæ splẽdor, latebat obscura & despecta in montium angulis; sed quoniam verecundiam , omnísque honestatis , & pudicitiæ adamauit cultum ; præter spem atque expectationem gloriâ & diuitiis cumulata est: Quippe Spósum Puellæ virtus singulariter stimulauit vt præferret Virginibus, quibus & gẽtilitia decora, & possessiones multæ: ô quantum potest iustitia beare! venient simul cum ipsa salus, voluptas, fama, aurúmque & argentum; non enim derelinquet bonos Numen: Mittebat discipulos Iesvs prædicare regnũ Dei , & sanare infirmos ; abeuntibúsque intimauit : *nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.* Luc. c. 9. v. 3. Quid igitur si fame, si nuditate premantur: Quis opitulaturus sit? nihil declarasse opus à quo subueniendũ: Deo laborant, Deo acquirunt, sacra est ministerij ratio: sufficiunt ista, de reliquo curâ exonerentur , mira atque multiplici forma Numen prouidebit cælestium amatoribus: Chrysologus serm. 170. *Homo, cum operarios inuitat ad opera : non necessaria victus solum, sed etiam largo fundit epulas apparatu, vt conuiuium humanitatis effusæ, pondus operis superet & laborem : Deum quantum credit inhumanum, qui ad opera eius inuitatus, pera , pane , precio onustius incedit ?* Sanè qui inter homines probi sunt & fideles Domini, famulos qui optimè laborarunt debitis compensant stipendiis: Si quem autem seruorum intuentur pigrum , atque otio torpentem : quid si vitia alia superaddat enormia? tantùm abest in hunc benefici existant , vt potiùs diris excrucient & torqueant modis: Non sic Pater supernus & vniuersitatis Rector solem suum oriri facit super bonos & malos, indignis nationibus munera præstat , vsque & in voluptatem subministrat eis: Qui igitur tam humanus, atque officiosus est cum discolis , patietur æqui studiosis deesse quod conueniens sit ? Quare omittant discipuli virgæ , pecuniæ , peræ meminisse : satis est apud talem Magistrum famulari, quem inhumanum facit , qui seruorum obliuiscì posse arbitratur.

Iustitia homines beatos facit.

Luc. 9. v. 3.

Chrysolog.

Deum credit inhumanum qui de eius diffidit prouidentia.

105.

Frequens in Paulinis litteris inscriptio fronte epistolarum: *Gratia vobis & Pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo*, &c. quorsũ nõ & præmittat gratiæ pacẽ? Num quia post gratiã, qua iustificamur, & Deo recõciliamur, pax quæ trãquillitas cõscientiæ est, intrat: nulla enim quies peccatoribus: ita Hieronymus explanatione in Psal. 86. ad Cyprianum, dum ait; *Vnde & Apostolus dicit, Gratia salui estis facti per fidẽ, & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei: & omnes epistolæ eius in salutationis principio non priùs pacem habent, & sic gratiã, sed antè gratiam, & sic pacẽ. vt donatis nobis peccatis nostris pacẽ Domini consequamur:* sed alio modo: Nã supponamus quidem id, quod Bibliorum

Hieronym.

multa confirmant exempla, Pacis vocabulo in ſacro idiomate indicari quicquid eſt felicitatis & opulentiæ; genus, honores, opes & cætera mortalibus chara; innuat igitur Apoſtolus oportere *Gratiam* procedere, hoc eſt ſanctitatem quidem, qua cum virtutes connexæ; Hoc itaque ſi fuerit Dux, ſequetur eam *pax*, id eſt, poſſeſſiones, magiſtratus, valetudo, & delectabilia vniuerſa; pulchrè ergo Doctor gentium *Gratiam* primum occupare ſemper locum volebat; diſce ſi non ita conſentaneum ab adoleſcente, qui vocatus ad ſcholam Chriſti; cum replicaſſet, *Domine permitte mihi primùm ire, & ſepelire Patrem meum.*

Luc. 9. v. 59 Luc. cap. 9 verſ. 59. Nec tamen poſtulationi Chriſtus indulſit. *ſine* (ait) *vt mortui ſepeliant mortuos ſuos*; ſed quid in petitione abſurdi? Nônne pium

Parentes non præferendi Chriſto. defunctos Parentes buſto condere? verùm attende imprudentem vocem: *Domine* (inquit) *permitte mihi primùm ire*, &c. Non Genitor, non mater, non cognati primum debebant poſſidêre, ſed

Chryſolog. Iesvs: Chryſologus ſerm. 19. *Hoc ei non primum eſſe debuit, ſed ſecundum, terrenus Pater cœleſti poſtponendus eſt Patri*; taliter ergo & Paulus, Gratiam pacem præcedere velit, quemadmodum Chriſtus, vt humanum cœleſtis præcedat Genitor.

106. Quam ſapiens Dauid, quam benè poſtulabat? *Vnam* (inquit) *petij à Domino, hanc requiram.* Pſalm. 26. verſ. 7. nihil ô Rex niſi vnum? &

Pſal. 26. v. 7. quidnam illud? *vt inhabitem* (ſubiungit) *in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*; explicat Incognitus, *ſcilicet non gloriam temporalem, non diuitias, & huiuſmodi, quæ vnum dici non poſſunt, quia ex ſe diuiſionem & diſcordiam generant*; Si ergo

Solius iuſtitiæ cura eſt homini neceſſaria, non vitæ temporalis. Propheta à Numine non niſi *vnum*, quod cœleſte, ſanctúmque eſt, petit; quid fiet de temporalibus humanæ vitæ ſubſidiis? quis ſuggeret eſurienti panem, laſſo thalamum, ſitienti hauſtum, nudo regumentum? at peritè nimium Rex ſanè; ſcit ille non opus eſſe iuſtos ſollicitos eſſe quomodo aut manducent aut bibant, veſtiántque; æquitatem obſeruent, rectitudinem diligant, aderunt continuò non tantum neceſſaria, ſed quæ iucunditatem vitæ offerre poſſent: Quàm diſſimilis ferus ille Eſau? exclamat ad Patrem, *Num vnam tantùm benedictionem habes?* Geneſ. c. 27.

Geneſ. 27. v. 38. verſ. 38. Quid ſi ô non niſi vnam quidem? expete hanc & concupiſce ſi vis beatus & perfelix eſſe; ſed erat de perditorum maſſa homo ille venator & ſilueſtris, & ita *vnius benedictionis* negligens, quæ ad ſuperna ſpectabat; inhiabat totus in caduca bona; meritò dignus qui primogenituram amiſerit vnius benedictionis remiſſus æſtimator: Bernardus ad finem Declamationum

Bernardus. ſuper: *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. *Pretioſa ſi quidem diuina conſolatio eſt, nec omninò tribuitur admittentibus alienam; infelix Tu Eſau, qui dixiſti; Num vnam tantùm benedictionem habes pater? quantò melius erat dicere cum propheta; vnam petij à Domino, hanc requiram; indignus enim benedictione cæleſti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione, aliud ſibi refugium parans, ſi fortè eam non obtinêre contingat.*

107. Filius diſſipator vt ad Genitoris conſpectum reuerſus accuſator ſui factus dicebat; *Pater peccaui in cœlum, & coram te.* Luc. cap. 15. verſ. 21.

Luc. 15. v. 21. Ecce remeabat fame conſumptus, abſque veſte inornatus prorſus; & tamen nihil de pallio, nihil de obſonio, nihil de calceamentis, ſed omnis oratio in ſpiritalia dirigitur, videlicet contrà peccatum; ſtatim famulos genitor contuitus; *citò* (inquit) *proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius*, &c. ô Pater conſidera, quoniam non te ſerui, ſed gnatus alloquutus eſt; reſponde filio, & concede hanc miſericordiam cum cætera indulgentia; ſanè gauiſus eſt ſuprà modum optimus Genitor cum videret humanorum beneficiorum oblitum nouum Pœnitentem, de ſpiritalibus & cœleſtibus tantummodò ſollicitum; ergóne propterea veſtimentis carebit, quòd horum anxiam curam abiecerit, & iuſtitiæ tantùm recordatus ſit? eia quærenti ante vniuerſa regnum Dei, concedamus & humana affluenter; adeſto ſeruorum manus, aperite capſulas eburneas, reſerate theſauros noſtros, producite ſtolam primam, annulum honoris, & ſandalia nobilium; ſic condecorari expediens eſt, qui coram patre, lacerus quamuis & miſer, indumenti non meminit, ſed memoratur iuſtitiæ ſolius: Gregorius Nyſſenus orat. 2. in orationem Dominicam propterea filio iuniori placabilem redditum genitorem affirmat, quod ſpreto rerum humanarum deſiderio, ſuperna integro animo complexus fuerit: *Quapropter etiam eiuſmodi confeſſionis, aditu facilem ei patrem efficit; adeò vt etiam accurreret ad eum, & oſculo collum appeteret, atque etiam ſtola circumdaret eum*, &c.

Affluenter prouidet Deus vitæ neceſſariæ pœnitẽtibus.

Verè ad Deũ conuerſus, ſolius iuſtitiæ ſollicitus eſt.

Nyſſenus.

Quæ tribui Aſer contigit ſorte pars ob triticum laudatiſſima gleba: *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.* Geneſ. c. 49. verſ. 20. quidnam eſt *præbebit Regibus?* Nulliſne inſuper? Equites, Ciues, reliquum vulgus non habebunt vnde emant, & manducent panes? Sed quare non ſaltem officioſus in pauperes Aſer? Sed plùs mirabile cum in ſummos, mediocres & infimos Aſer frumenta diuidat tamen non niſi Regibus concedere; quale hoc imperij genus, quod diuitem ſimul & pauperem æquè admittat? Sanè virtutis corona & dominatio: *præbet* (aiunt Procopius, Eucherius, Rupertus) *delicias ſapientiæ gratiæ, virtutum & verbi Dei Regibus, id eſt, qui ſenſus proprios benè regunt, qui dominantur vitiorum ſuorum, qui caſtigant corpora ſua, & animæ ſuæ in ſeruitute ſubijciunt*; ſiue igitur quiſquam nobilis, ſeu plebeius, ſeu locuples, ſeu egenus, panem & alimoniam non præſtabit Aſer, quo Iesvs figuratur, niſi *Rex*, id eſt iuſtitiæ, & virtutum amator fuerit; quamobrem qui piſcatum ierant conqueſti dicentes: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Luc. cap. 5. verſ. 5. At ſi nox piſcationi aduerſa quorſum in nocte remigant? ſin autem & oportunæ etiam tenebræ? cur vmbras & caliginem accuſant? imò quidem in noctibus maior piſcium captura, per lucem namque inſidias facilè odorantur, quas noctis opaca velant; verùm myſticè Nox conſideranda eſt, videlicet tempus illud, quo ſub peccato eramus: ô denſitatem tenebrarum! Tum igitur etſi plurimum collaborarat à nobis; nihil capiebamus, fame & nuditate conſumebamur; certè quantum miſerrimus ille qui in longinquam abiit regionem Adoleſcens laborabat? annon labor maximus porcorum ductare greges, regere, cohibere? & tamen fame enecabatur, cum nec de ſiliquis ſatiari licuerit: Quamobrem diuinè Petrus noctis exoſus ſæuam tyrannidem ne vnum concedentis piſcem fatigatis, ad Iesvm tranſit & conuertitur, aiens, *in verbo autem tuo laxabo rete*; mox autem vt in ſæculo & peccato-

108.

Geneſ. 49. v. 20.

Procopius.

Iuſtitia & virtutum amator, Rex eſt.

Luc. 5. v. 5.

Peccatũ nox.

ribus,

ribus ſpem non collocauit, ſed in Chriſto, regni illius, quod in iuſtitia, & ſanctitate fundatum eſt, quæſitor, multitudinem piſcium tam immanem concluſerunt, vt oneri imparia diſtrumperentur retia: ô Chriſti profuſam beneficentiam!

Galfridus. ô noctis acerbitatem! Galfridus ad citatum Lucæ caput in Allegoriis Tilmani: *Nox erat priſtina conuerſatio vitiorum tenebris obuoluta, mortis operta caligine, in qua plurimum laborantes ſi diligenter aduertimus, nihil nos cepiſſe fatebimur; felix qui retia laxat, qui ſtudia applicat in verbo Dei*, &c.

109. Murmuratio erat de Chriſti diſcipulis, quod non ieiunarent; reſpondet pro eis Saluator: *Numquid poſſunt filij ſponſi lugêre quamdiu cum eis ſponſus eſt? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Matth. cap. 9. Matth c. 9. verſ. 15. verſ. 15. Quando autem auferetur ſponſus? Hieronymus ad Euangeliſtæ verba: *Cùm ſponſus à nobis propter peccatum diſceſſerit tum maximè luctus ſuſcipiendus eſt, ac ieiunium*; itaque tum præſens nobis ſponſus, cùm iuſtitiam colimus, & Dei gratia ornamur; tum abeſt, cùm ſub Diabolo & peccato captiui; venuſtè igitur dictum, quod iuſtitia præſente neque ieiunium hoc eſt famem, aut neceſſitatem temporalium, neque luctum ex aduerſis caſibus ſuſtinerent diſcipuli; virtuti enim adhærentes ab his damnis vendicare Numini conſuetudo eſt; certè dic mihi, quando eſuriuit, quando plorauit improuidus iuuenis, quoad cum ſponſo, hoc eſt in Dei & patris domo verſatus eſt? Sed quomodo ibi filius Dilectus famem toleraſſet, quando mercenarij panibus abundant? Simul autem ac ſponſus eius ab oculis ob luxuriam & alia vitia ſeparatus fuit, egêre miſerrimè cæpit, nec qui fruſtrum panis daret, inueniebatur; de quo Titus Boſtrenſis: *Iuſtitia præſente nulla neceſſitas, neque luctus.* Titus Boſtr. *Quomodo enim omnium virtutum cimelio dilapidato talis prodigum fames non inuaderet?* Sed de filiis ſponſi Baſilius Magnus in Iſaiam, cap. 10. Baſilius. *Propterea filij ſponſi, dum cum illis ſponſus eſt, ieiunare nequeunt, quia fames eorum, ſitiſque extinguitur; ne itaque fame pereamus, quæramus cæleſtem panem; & ne ſiti tabeſcamus, quæramus aquam, de qua dixit Dominus. Si quis biberit ex aqua; quamego dabo ei, non ſitiet in æternum.*

Putabat aduerſarius malus Sathan chariores 110. Iobo opes Dei iuſtitiâ; & poteſtatem nactus vt tentaret, quò proſterneret nihil omiſit; vbi Athletam ſuum Numen probauit, & fidelem reperit, congeminauit priorem gloriam; adeò ob virtutem nunquam deterior factus eſt; verùm Baſilium proferamus oratione 11. loquentem; Baſilius. *Vita* (inquit) *omnibus bonis cumulata eſt; & diuitiæ auctæ omni ex parte in domum confluxerunt; ita vt vnam partem quaſi nihil vnquam amiſiſſet haberet; alteram verò ob patientiam mercedis loco accepit*; qua in dictione illa profundioris ſignificationis: *& diuitiæ auctæ omni ex parte in domum confluxerunt*; Sanè cum in magnis ædibus ſingulare aliquod ſpectaculum; accurrit vulgus cum ciuibus vniuerſis, & ob nimium videndi, locáque meliora præoccupandi ſtudium, impellunt ſe, & remorantur introeuntes communibus portis, tædiúmque peroſi multi, & in feneſtras, & in tegulas, & in foramina quoque ſcandunt, ne foras manere euentu aliquo cogantur, itaque domum omni ex parte aggrediuntur; ſimilem in modum tanta properantia & feſtinatione, diuitiæ, valetudo, forma, & quodcumque apud homines conſpicuum, ſplendidúmque eſt ad Iobum concurrebant, vt vices intrandi non expectarent, ſed quocumque arrepto aditu, *omni ex parte in domum confluerent*: ô prouidentiam ſacrati numinis, ô remunerationem propugnatæ fortiter iuſtitiæ! vtinam crederent mortales non defuturum ſanctis ſuis Deum cæli! Claudebatur cum leonibus Daniel, & cùm mouueri poſſint ex Babylonis habitatoribus, qui ſubuenirent, longo viarum tractu ſulcat aëra motore Angelo Habacuc, & prandio inſueto exhilarat: Danielis, cap. 14. verſ. 33. nam quod ciues & vicini ſuccurrerent, ordinariæ prouidentiæ modus; opus eſt iuſti intelligant, vt confidant ſatis, inde venturam opem duris in periculis, vnde minùs humani expectabant diſcurſus; Cyprianus in explicatione Dominicæ Orationis; *quærentibus regnum & iuſtitiam Dei, omnia promittit apponi; Nam cum Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit: ſic Danieli in leonum lacu iuſſu Regis incluſo prandium diuinitùs procuratur*, &c. *Inde ſuccurrit nobis Deus vnde minus expectamus.* Cyprianus.

Cum redeuntes ex Babylonica captiuitate 111. ad Templi cohortaretur renouationem Prophetarum vocibus Deus, illi autem tardiores ſe exhiberent quòd ſumptus futurus eſſet ingens, & opes exhauriendæ, quæ nec ſufficerent, quò excitet: *Meum eſt* (inquit per Aggæum cap. 2. verſ. 9.) *argentum, & meum eſt aurum*, tanquam dicat: à vobis non exigo niſi Religionem, pietatem, cultum; ſuſcipite Prouinciam ſacræ fabricæ, & iactate cogitatum in me penes quem aurum & argentum, & theſauri omnium diuitiarum: ô ſi mortales fide pollerent! & ad propheticum hoc oraculum in anguſtiis poſiti, antequam aut pudicitiam, aut conſcientiam vendant, attenderent, intúſque in cordibus vociferantem creatorem: *meum eſt argentum & meum eſt aurum*; cuſtodite mihi ſpiritum purum, obſeruate præcepta mea, ego adero & locupletabo, dabo filios & ſubſtantiam, & nomen magnorum in terra, & replebuntur horrea & torcularia veſtra; Quod homini arduum, mihi, qui omnia porto verbo virtutis meæ facillimum omnino eſt: ſi differo tantiſper, probo electos meos, vt glorioſiùs eueham tentatos: Chryſoſtomus homilia 35. in cap. 13. epiſtolæ 1. ad Corinth. *Prophetæ enim Aggæus cùm aſſiduè Iudæis denunciaſſet poſt illum ex Babylone reditum, eadem forma templum exhibiturum, quale prius fuit; & plerique quòd poſt cineres & ruinam illam inſtaurari templum impoſſibile videretur, fidem verbis non haberent, illorum diſcuſſurus incredulitatem ex perſona Dei in iſta verba prorupit, quaſi dicat: Quid timetis? quare non creditis? meum eſt argentum, meum aurum; nec opus habeo aliunde exornare templum*; Non ſponſæ iugera ampla terrarum, non monilia precioſa, non auri pondera, non fauor, non auitus honor in claris Ducum imaginibus: his omnibus carenti ſubſidiis virtus opitulata eſt, & ob pudicitiæ inſignem verecundiam Regina adorari, ſolióque fulgere meruit. *Omnium thesaurorum & diuitiarum poſſeſſor Deus idémque diſtributor.* Chryſoſt.

SECTIO XV.

Patriam & Cognatos reliquisse, summi laboris & renitentiæ opus.

112. QVid Libani eremo vastius? populares inconditi & agrestes; montium culmina semper niuosa: terror ferarum vbique; & tamen vix in Epithalamio frequentius quidpiam sponsæ inuitatu ad metropolim, atque vt horrentia deserat loca: cur toties repetita oratio? Demus fuisse quæ retinerent ex iucundis & amabilibus non pauca; sed quæ comparatio Ierosolymæ, & ruris? eóque præsertim tempore quo Salomon regnaret, vt nihil Sionis vrbis aut pulchritudini, aut diuitiis vspiam gentium esset comparabile; Ah quantùm potest arui natalis insita dilectio! non voluptates, non illecebræ, non fastus mouet; sola in maritum fides cogere potest vt discedat, nec tamen lachrymas cohibere potest quamquam in fortunæ tanta conuersione; Nato Iosepho dixit Iacob socero suo: *dimitte me vt reuertar in patriam & ad terram meam.* Genes. cap. 30. vers. 25. Quæ hæc petitio tua est ô Iacob! ad pristinos reuerti lares meditaris? Quamobrem obsecro? quid in hac displicuit regione? modicum habuisti antequàm venires, & sub Laban dies effectus es: Nónne hîc Rachel illa formosa tibi obtigit pro qua seruisti bis septem annis? iam verò & quò pergis? Non viuit adhuc Esau? non reminiscetur veterum iniuriarum? nihilominus Iacob instat, & cum apertè discessisse non liceat, clanculum abibit: patriæ allicit voluptas; dulcior hæc commodis apud Laban; dulcior periculis sub Esau.

Genes. 30. v. 25. *Natale solũ quantâ voluptate alliciat.*

113. Mortuus est pauper & mẽdicus Lazarus, quem Angeli cum triumpho portauerunt in sinum Abrahæ Luc. cap. 16. vers. 22. hoc est in locum tranquillæ pacis, vbi æternæ Beatitudinis candidati expectantes aduentum Saluatoris IESV commorabantur: sed honoris quare Abrahæ concessus titulus vt ab eo nominaretur locus inclytus designatorum olympo? Cur non Moysis, cur non Iobi, cur non Dauidis, aut Ioseph, aut Tobiæ sinus? Ecce Abraham inter Patriarchas primus ad quem monitum de cœlo vt egrederetur de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui &c. Genes. cap. 12. Durum profectò carni & sanguini mandatum, non modò tunc quando imperfectiora omnia, sed etiam modò post legem gratiæ, vnde Chrysostomus homil. 31. in Genesim inquit: *Nunc enim quamuis tanta sint Religionis incrementa, multi adeò sunt consuetudini suæ alligati, vt potius multa, imò omnia ferre velint, quàm loca mutare, in quibus priùs habebant domicilia; id, quod non solùm vulgò fieri videmus, sed etiam ab his, qui monasticam vitam delegerunt:* Res itaque cumprimis ardua locum negare natiuitatis, cognatis valedicere, peregrinos vagari per terminos: Quoniam igitur Abraham primus ille extitit, qui tam magna aggressus sit; idcirco inter veteris instrumenti Heroës gloriam tam singularem consequutus vt eius de vocabulo limbus diceretur *sinus Abrahæ*: Gregorius Nyssenus tractatu de Anima: *Quamobrem bonum quoque animæ statum, in quo patientiæ athletam sermo requiescere facit, sinum Abrahæ nominasse mihi videtur: primus enim hic Patriarcha ex ijs, qui olim fuerunt cum spe futurorum, præsentium commodorum vsum, atque voluptatem commutasse memoratur; qui quidem omnibus nudatus, in quibus ei vita ab initio consistebat, inter alienos conuersabatur, & domicilium habebat, per afflictiones & incommoda præsentis vitæ, eam quæ speratur beatitudinem quærens.*

Quare limbus signanter dictus sit sinus Abrahæ?

Chrysost.

Nyssenus.

Sed antequàm Abrahæ deseramus sinum, intueamur quídnam ab eo Diues ex chao inferiori postulet: *Rogo ergo te Pater, vt mittàs eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Luc. c. 16. vers. 28. At cur non mitti ad longinquas & barbaras nationes desiderat? his enim prædicatores necessarij erant, non autem defuncti fratribus, nam habebant apud se Moysem & Prophetas vt testatus statim Abraham: Verùm non ille zelo tangebatur maioris diuinæ gloriæ, sed affectu quodam intimo carnis & patriæ atque idcirco nõ rogat destinari Lazarum in Armeniam, vel Scythiam, vel ad Indos, sed in domum Patris, cuius obliuisci qui spiritales esse cupiunt iubentur: & animaduerte quanta sit huius passionis vehementia! solent qui insigni aliquo dolore percelluntur aut corporis, aut animi, charissimorum ad interuallum memoriam deponere, quoad sibimetipsis restituantur: faciléque & amantissimi veniam obliuiosis concedunt, norunt enim sensibus abalienatos ex morbi pondere: Quomodo igitur sub tantis cruciatibus domus paternæ locuples ille reminiscebatur: cúmque totus in flammis atque vstione versaretur, linguę tamen acerbius tormentum, & propterea mitti Lazarum flagitabat, vt intingeret extremum digiti sui in aquam, & eam refrigeraret: cur ergo in verba soluit, & cruciatum adauget? labor enim plurimus est febricitantibus quibus fauces arescunt, sermocinari vt cogantur: ô natalitiæ sedis, ô larium paternorum infixam nimium medullis cogitationem! quam non sopire, nedum extinguere infernus valeat, non voraces flammæ, non exustulatæ linguæ implacabilis ardor! Nyssenus de Anima; *Quænam igitur in his doctrina est? quoniam Lazari quidem anima circa præsentia occupata est, & ad nullam earum rerum, quas reliquerat, sese conuertit; dies autem tanquam viscu cuidam, carnali vitæ etiam post mortem adhuc adhæret, quam nec cùm viuere quidem desiisset, penitùs exuerat, sed adhuc ei cura caro & sanguis erat (per hoc enim quod rogat, vt illi qui communione generis eum contingebant, malis eximerentur, perspicuum est, quòd nondum carnali affectu exolutus erat) per has vtique narrationes existimamus censere Dominum, quod oporteat eos, qui in carne viuunt, quàm maximè secundum virtutem viuendo, quodammodo separari, & expediri ab affectu carnis, ne post mortem alia morte rursus opus habeamus, qua reliquias carnalis glutinis separet, excernat, & expurget.*

114. Nec in ipsis tormentis, oblitus diues Epulo consanguineorũ & patriæ.

Nyssenus.

Inuitabatur Berzellai, vt aulæ frui deliciis, pompâ, & assiduo cupiat tripudio: fateor, senectutem obtẽdit adeò iam fractam, vt ad voluptatum illecebras nullus remanserit sensus: At certè in palatio haberet qui valetudini prospiceret: Regi gratum cum animaduerterent, adorassent multi: itaque honora fuissent vitæ extrema: At fastu & ambitione, ipsóque Regis fauore delectabilior patriæ angulus: *Sed obsecro vt reuertatur seruus tuus, & moriar in Ciuitate*

115. Emortuis cæterarum rerum sensibus adhuc viget affectus patriæ.

Ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum Patris mei, & matris meæ. Reg.2. c.19.v.37. Quid si Dauid Regni purpuram obtulisset? deseruisset vel tum auitos ignes, solúmque quod vagitum nascentis excepit, & innutriuit posteà? nonne ierunt ligna vt vngerent super se regem, oliuámque alloquuta detulêre principatus insignia? respuit insigne munus; at quam ob causam? fortasse, quod ad gubernandum consilio careret? quod ad regiam maiestatem non satis diuitiarum, ad hostes coërcendos non satis armorum? aut quoniam imperij grauissima est sarcina, & plurimùm inuidiæ obnoxia? nihil istorum allegat: quidnam ergo: *Numquid possum* (respondet Iudic.c.9. v.9.) *deserere pinguedinem meam, qua & diy vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear?* En vinculum, en remoram *deserere*, inquit, *pinguedinem meam*, mutare pro externis domestica: honorabile est regnum sed non tam sublimi comparandum pretio; amætur corona, sed infra patriam; neque vnius arboris votum; ficus & vitis in eadem opinione, recusarunt pariter diademari.

Reg.2 19. v.37.

Iud 9.v.9.

Amatur dignitas Regia sed infra patriam.

116. Qui in Babylonem translati captiui Hebræi, super eius flumina sedebant & flebant tantúsque mæror animos obsederat, vt curarum dulce lenimen musicam respuerent nolentes consolari aliquo modo: *in salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.* Psal.136.v.2. Sed quamobrem super flumina? nempe quod intra ciuitatem habitare prohiberentur coacti in villis & pagis manere, quod seruilibus addicerentur operibus: igitúrne plorant miseram conditionem mancipiorũ, quod ergastulo concluſi verberarentur? quod non cibus, non vestis, non domus eis? at certè non pauci illorum apud Babylonem diuites facti, vbe recepti, gratiam coram magistratu inuenêre; sub tam læta fortuna adhuc plangunt & discruciantur! quamobrem obsecro? *Sedimus* (inquiunt) *& fleuimus cùm recordaremur tui Sion:* Sed quorsum ob memoriam *Sion*, neque ob alios lachrymantur titulos? Numquid maior Babylone Sion, cuius gloriæ flos elanguit? numquid opulentior? numquid ex deliciis iucundior? Babylonem igitur habentes Sionem quare concupiscunt, profundóque inuocant singultu charum desiderium? nempe *Sion* patria exulantium, ibi generis & stirpis sedes: quos itaque fletus elicere non contumeliæ superbæ Dominorum, non iniuriæ valent, non denegati victus atque vestitus possunt, *Sion* recordatio extrahebat; rectè Bellarminus: *gemunt & plorant non iacturam temporalium rerum, sed captiuitatem suam, dum recordantur dulcissimæ patriæ, quæ est in sancto monte Sion*; breui sententiâ Origenes hom. 15.in c.24.Numerorum; *sed non flere antè quidem possunt. nisi cum recordati fuerint Sion*! quare non anteà flere queant? annon lugendi occasio sub tantis malis, quanta mancipiorum suffert conditio. Infelix quidem mancipiorum sors, sed animorum grandium generosa constantia lachrymas antequàm prodant suffocat; ad patriæ verò amissæ memoriam cedit robur omne, & luctibus habenæ laxantur.

Bellarmin.

Omne robur mentis cedit patriæ amori.

117. Quàm immani crudelitate prima germanitatis exordia fædauit Cain, iustum & innocuum Abelem mactans per dolum? Sed qualem inflixit pœnam audacissimo Numen? *Cùm operatus fueris terram non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram.* Gen.c.4.v.12. doluit sententia, versóque ad Deum sermone: *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra*; At si conqueri libuit, cur non & altera edicti pars accusata est, quæ pronunciabat postquam terram coleret, fructus eam non præbituram? Num aliquid acerbius quàm laborasse in vanum, & tali quidem fatigatione, qualis agriculturæ? certè hoc potissimum Adæ, à cuius gula tam innumera damna, supplicium: *Maledicta terra in opere tuo; spinas, & tribulos germinabit tibi*; Quamobrem igitur hac tam graui neglectà mulctà, totum querimoniæ pondus quòd *vagus & profugus futurus sit?* aut certè quidnam est *profugum* esse, quod tam atrox sit? Ambrosius lib.2. de Cain, & Abel, cap.10. *Repulit enim eum à facie sua, & à parentibus abdicatum, separatæ habitationis quodam relegauit exilio, eò quod ab humana mansuetudine transisset ad sæuitiam bestiarum*; nota illud: *& à parentibus abdicatum*, hoc est patria & cognatione propelli, & natiuis interdici aruis? Lippomanus: *Hac fuit alia pœna, qua damnatus est Cain vt Hebræorum plures volunt, vt procul ab eo loco vbi pater habitabat, secederet, ad plagam scilicet orientalem ipsius Paradisi; & cum nactus esset locum, nec eum quidem teneret, sed vagus vbique extaret*: cerne igitur, quantus sit mortalium in domestica & patriam affectus! duæ promulgantur aduersùs Caïnum pœnæ; alterius quasi non meminit; non quia leuem arbitretur; sed quòd tantam eam putet, quæ natalis glebæ habitationem vetat, vt huius acerbitas alterius recordationem tollat, & exiguam faciat esse ob comparationem, cùm reuera maxima sit.

Gen.c.4. v.12.

Grauissima Cain punitio exulare à parentibus.

Ambros.

Lippoman.

118. Cæco visum restituere cupiens IESVS, *apprehensa manu eius, eduxit eum extra vicum.* Mar.c.8. vers. 23. Qua de causa extrà vicum ducitur? nimirum vt denotet mysticè, si quis spiritaliter illuminari desiderat, patriam cum domesticis ab eo relinquendam: Chrysologus serm.176. *Aperiatur iam spiritalis intelligentia, vt quis sit iste cæcus, intelligamus, & quare ducitur manu Christi, & educitur extra vicum, & alibi recipit visum, qui diu apud suos longam sui pertulerat orbitatem?* benè interseruit: *quare ducitur manu Christi?* rectè enim quærit, nam quare Apostoli officiosi erga Magistrum non accurrerunt, vt extra pagum ferrent? Christi námque grauitatem quasi dedecere videbatur, vt ipse discipulos sub se habens foras extraheret: probè ita quidem secundùm humanam considerationem; at in hac latebat arcanum, significabatur enim discessus ex paternis ædibus, solóque natali, vt igitur hoc tantũ opus indicetur, ad quod Apostolorum vires tanquam inbecilliores iudicentur; introducitur IESVS qui per seipsum & non alium præstet, vt cæcus quamuis & non videns quod agatur extrà patriæ tenues angulos adigatur: Quid mirum? Nónne contemplamur sponsam, libanum quàm segnis deferat? & agrestia vrbanis præferat?

Mar.8.v.23.

Chrysolog.

Vt quis patriæ amori constanter renunciare possit, Dei gratiâ opus habet.

ANTELOQVIVM V.

Locum, tempus, honestatem connubiorum; sodales nuptiarum; sponsi quanta fuerit potestas? sponsa Deos, & genus explorat.

HIVVS disceptationis materiam sibi velut iure suo vendicabat tertia Isagoga: sed cùm in multa excreuisset quæstio illa membra, ne ramorum nimia diffusione arbor, inter præludialis huius nemoris syluas, omnium pulcherrima, aut ingrata, aut informis redderetur, visum amputare de nimietate luxuriantium frondium, atque in hanc transferre glebam, nostro, Lectorísque commodo.

SECTIO I.

Sponso ex Hebræorum genere, & secta, an licuerit Chananæam feminam ducere? Maacha Dauidis vxor an Chananæa; duplex Gessur: superatis Chananæis num vitam concedere Hebræi possint? Quid de fœdere cum eis? & num magistratu fungi possint conuersi inter Iudæos? Quæ conditiones nuptiarum cum alienigena? locus ex Regum tertio declaratus; vera Prophetia vt à falsa discriminetur?

I. NON disputo generalem controuersiam, licuerit, nécne, Mosaïcos ritus profitenti, paganismi erroribus infectam virginem, quæ sub peregrinis elementis vitales hauserat auras, alienigenarum educata sit regionibus, thalami, & bonorum consortem nominasse, Transeo ad particularia; Esto, inuetitum fuerit Abrahamitico semini cum ethnica femina maritale pactum ferire, & dexteram nubentis more porrigere duas ob causas: Prima, quoniam post S. Thomam classici Scriptores existimarunt, nullo Sacramento obstrictos Iudæos, quominùs cum cæterarum nationum mortalibus, exceptis Chananæorum populis, connubia inire possent. Numerat huius effati Assertores Caietanum, Bellarminum, Azor, Thomam Sanchez, Filliucium, Magister Basilius Legionensis Appendice de matrimonio Catholici cùm Hæretico, cap. 4 §. 1. n. 5. Altera causa est, quòd Bibliorum Interpretes, atque ex Theologis copiosa pars intelligat, quamuis iure naturali, & scripto negatum fuisset Israëlitis cum Gentilismo connubialia fœdera celebrare: at litigasse præceptum vtrunque, quoties ex nuptiali amicitia, Hebræo imminebat animæ discrimen, erátque non vulgare periculum bibendi superstitiones vanas: semotis autem his timoribus, licuisse ethnicos thalamos: Pro quo themate grauissimos Patronos idem recenset Basilius præfata Appendice, cap. 3. n. 10. Sed nihil istorum iuuare valeat nuptias cum Chananitide: omni igitur patrocinio cùm eiusmodi coniunctio destituta appareat, prorsus illicitam iudicemus, necesse est. Minorem propositionem defendo: Primùm, quia si animæ discrimen perpendamus, perpetuum imminebat à Chananæorum consortio: legimus quippe Regum 3. c. 11. *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas de Gentibus, super quibus dixit Dominus filijs Israël: Neque ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos eorum*: Porrò de quibus loquutus est Dominus in lege Exodi, c. 34. v. 15. Deuteron. c. 7. v. 3. Chananæorum gentes sunt: ab his igitur cùm pronunciet is, cuius infallibile testimonium, fore vt certissimè Hebræorum animos conuertant ad sequenda idola, colligitur ex connubiis ipsorum perpetuum, & indeficiens periculum imminere, ac proinde nullo aliquando, aut tempore, aut circumstantia immaculata fuisse. Alterum est, vt concedamus, casibus quibusdam idololatriæ apparens tantùm discrimen extitisse: sed etiam absente animæ periculo inconcessæ erant cum Chananæis nuptiæ: addo, quamuis & ethnica virgo polliceretur superstitiones detestari, veri Numinis adorationem complecti: Nam, vt probatior euincit sentêtia, interdictum fuerat Hebræis vniuersim cum paganis matrimonio coniungi: Tutatur eruditè noster Pineda lib. 7. de rebus Salomonis, c. 4. citatus Legionensis Basilius Appendicis, c 4 §. 1. n. 7. Atqui, vt iidem aduertunt, specialis erat prohibitio comparatione Chananæorum: Igitur, cùm nominatim excipiat Scriptura cum Chananæorum viris, mulieribúsque connubialia fœdera, sic vt construamus, subindicare videatur: nempe, cum aliis Gentilismo deditis nationibus nuptias posse inire Iudæos, quoties aut Pagani veteres exuére ritus ad Moysem conuersi; aut, si persistant in antiqua corruptela, ab eorum familiaritate nullum impendat periculum; commoda autem, & lucra deriuentur ad Hebræum, aut maritum, aut vxorem: at

Cum paganis, excepta Chananæorũ gente, potuisse Hebræos cõnubia inire.

Basil. Leg.

3. Reg. 11. v. 1.

Exod. 34. Deut 7.

Probabilior opinio cum nullis ethnicis potuisse Hebræos matrimonio iũgi.

Pineda. Basilius.

Specialiter prohibita matrimonia cum Chananæis.

at verò etiamsi hæ intercedant conditiones, adhuc Chananæorum connubia illicita habeantur: quid enim aliud præter hoc sit speciatim prohiberi cum ipsis thori societatem? Cur autem placuerit Creatori concessa reliquis mortalibus indulgentia priuare solos Chananæorum terminos? Fortasse propterea commissum, quoniam eorum malitia prætergressa fuerat cæterarum Gentium scelus, & præ vniuersitate hominum ipsi ad bonum flecti difficiles: de eis quippe Sapientiæ c. 12. v. 10. *Quoniam nequam est natio, & naturalis malitia ipsorum; & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum.* Quid, si & plectebantur minores propter antiquam Chanaam maledictionem, quam ille diluuij triumphator pessimæ soboli imprecatus, cùm vnius delictum quoad pœnam in omnem posteritatem transire nonnunquam velit Angelicus Theologus 1.2. quæst. 105. art. 3. ad 1. Verùm hæc generalior causa, & quam eneruare impigrum non sit.

Chananæi pessimis moribus homines. Sap. 12.

Pœna delicti transiens in posteros. S. Thom.

2. *Chananæorũ matrimonia permissa Hebræis.*

Attamen potuisse Hebræos Chananæorum societatem per matrimonia ambire, quin aut irritum, aut illicitum fuisset coniugium, & multiplex ratio, & exemplorum bona pars, & Scriptorum classicorum adsensus credibile faciunt. Exempla suppeditabunt ante legem, Abraham, qui Ceturam Chananitidem duxit Genes. c. 25. quod nec Abulensi, nec Pereiro num. 14. displicet. Iudas quoque, cuius vxorem Chananæam extitisse manifestè propalat Genes. cap. 48. v. 2. Simeon etiam ex Chananæa femina prolem suscepit, Genes. cap. 46. vers. 10. Sed erit, vt dicant nobis, dum naturæ decreta vigebant, potuisse indiscriminatim cum quaruncunque nationum mortalibus connubialem amicitiam sanciri, quemadmodum velit Sotus in 4 distinct. 39. quæst. vnica, art 1. Veruntamen semper fidelem cum ethnico matrimonio copulari veritum fuit, nisi semoto periculo idololatrandi: at erant etiam tam specialiter Chananæi, quorum conuictus, & societas metuebatur magis, aliàs Abraham non adiurasset seruum seniorem domus suæ, Genes. cap. 24. ne Isaaco acciperet vxorem de filiabus Chananæorum: nec of ficit duxisse ipsum Chananitidem Ceturam, fecit enim post insignes virtutum probationes, cùm esset plusquàm centenarius: duxit quoque illam, quam Agaris in modum domi ancillam habuit longo tempore, secundùm Delrij existimationem ad cap. 25. Geneseos: Saliani tom. 1. anno mundi 2179. num. 6. Itaque probabile est iam diu ad veri Creatoris cultum conuersam, præclara duraturæ religionis, & fidei documenta exhibuisse: Denique aliud est, florentem ætate adolescentem Isaacum periculo se obiectare; aliud grandæuum parentem Abrahamum, quem & longa probitas, & frigida senectus armabant, ne succumberet: Verùm transeamus ad scriptam legem: Occurret statim Iosuë sexto Rahab Chananitidis cum Salmone ex Israëlitarum Optimatibus coniugium: deinceps reperiemus Iudic. 14. Samsonem Philisthææ copulari: atque inueniemus, Reg. 2. cap. 3. vers. 3. Dauidem cum Maacha, filia Tholomaï, Regis Gessur, genialia fœdera celebrantem; quos, nempe, & Regem Gessuræum, natámque falsa Deorum superstitione imbutos fuisse, interpretum vulgata cogitatio est: at Chananæam extitisse, aut ex earum nationum catalogo, quarum maritales nexus singulariter prohibiti à Legislatore Deuteronomij cap. 7. vers. 3. licet visus negasse Abulensis, quæst. 4. ad præfatum cap. 3. lib. 2. Regum: Caietanus palam ibidem: & apertè Salianus tom. 3. anno mundi 2981. n. 5. Torniellus quoque anno mundi 1931. n. 39. at Salianus dicto tomo anno mundi 1979. n. 16. distinguit fortè haud imperitè duplicem Gessuræam regionem, alteram trans Iordanem conterminam Syriæ, propterea que Gessur Syriæ appellatam pertinentem ad tribum Manasse; quam tamen non possedit: *Noluerunt enim* (ait Scriptura Iosuë c. 13.) *dispergere filij Israël Gessuri, & Machati; & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem:* Pro quibus remittit lectorem ad Adrichomium in Manasse 2. num. 57. qui planè hanc collocatam Prouinciam intra ditiones Israëlitis pollicitas astruit; Huius tractus Dynastam fuisse vterque asserit Tholomaï, cuius filiam Dauid vxorem duxerat, ex eáque orti Absalon, & Thamar: Altera Gessur extra limites Iudęorum posita prope Amalecitas, de qua prædas agitabat Dauid, vti Regum Historia monstrat lib. 1. c. 27. v. 8. cùm moraretur apud Achis: atque consentientia docuit tomo 1. anno mundi 2589. n. 2. quæ & à Torniello constabilita anno mundi 1979. n. 4. Et sanè Gessur, de qua præfato, c. 13. Iosuë liber ad Chananæos pertinere, & quam Ptolomæus Gentilis Monarcha moderabatur docet Andreas Masius ibidem: quod indicare septuaginta Seniorum versionem benè aduertit, cùm de suo addunt, τὰ Χαναναίων; sic enim habet transl atio: *Et non exterminauerunt filij Israël ipsum Gessuri, & ipsum Machati, & Chananæum:* Planè quisquis ille Collector est nominum Hebræorum castigator editus à nostro Bonfrerio: *Machati* (ait) *vrbem Amorrhæorum esse supra Iordanem iuxta montem Hermon, de qua exterminare non valuerunt filij Israël Machataum;* Quibus subscribit Sanchez in lib. 1. Regum. c. 27. n. 3. At erat Amorrhæus ex sectis Chananæorum, quibuscum nuptias, & fœdera prohibuit Dominus, Deuteron. c. 7. Gessuram à Chananæis occupatam docet Bonfrerius in v. 2. c. 13. Iosuë; Iosephus Stephanus Oriolanus Antistes libro de vnica Religione, c. 20. Disquiramus etiam de altera illa Gessur, quam deprædabatur Dauid, an fortè ipsa ad Chananæam spectat? Quidni autem? Solidè quippe Nicolaüs de Lyra ad c. 27. lib. 1. Regum, de spoliis Gessuræorum agens: *Nec ipse Dauid peccauit* (ait) *prædictos infideles interficiendo: quia manebant infra terminos terræ promissionis, quorum habitatores fuerunt à Domino condemnati ad mortem, vt dictum est suprà frequenter in libro Iosuë & Deuteron. & Num propter quod filij Israël poterant eos licitè occidere, habita opportunitate, & bona eorum occupare:* Sunt autem Chananæi, quos delendos ab Hebræis præceperat expressim Deuteronomij cap. 7. & c. 20. fuitque Abulensis in hanc solutionem propensio q. 6 & 23. c. 27. lib. 1. Regum: quæ dixisse aptius sit, quàm sine testimoniis asserere, speciali oraculo incitatum Dauidem ad deuastandas circumpositas regiones profectum; Si quis aduersùs hæc nodus, ille maximè: quoniam parcendo Gessuritis, atque Machatæis, dux cum exercitu Hebræorum, peccasse videatur: at, quid de his sentiendum, ostendemus num. 4. Siue igitur vnam Gessur sub Palæstinæ circulo locatam meditemur, siue excepta hac alteram: vtranque verosimilius est Chananæos accolas habuisse, ac proinde Maacham Dauidis conthoralem Chananitidem fuisse.

Ceturæ ex famula vxor Abrahæ primaria. Delrius. Salian. Iosuë 6. Iud 14. 2. Reg. 3. *Maacha Dauidis vxor, num Chananæa?* Deut. 7. Abulens. Caiet. Salian. *Duplex Gessur, & ad quas ditiones pertinerent?* Sotus. Abulens. Perer. Gen. 25. Gen. 48. Gen. 46 Gen. 24. Adrichom. 1. Reg. 1. 27. Masius. Septuag. Hieron. Sanchez. Lyra. Deut 7. Abul. Torniel. Iosuë 13. 13.

Accedamus ad Patronos sententiæ huius: & in primis, quis Rahab, quam de Chanaan fuisse 3.

omnes

omnes admittunt, connubia cum Salmone damnauit? Approbat S. Thomas 1.2. quæst. 105. art. 3. ad 1. & clariùs art. 4. ad 6. Approbat Abulensis quæst. 58. in cap. 6. Iosuë, & q. 10. ad c. 1. Matthæi: Sed his non vremur propugnaculis, quoniam alibi S. Thomas, videlicet, in 4 dist. 39. quæst. 1. art. 1. ad 1. cogitasse videtur, Chananæorum nuptias nullis circunstantiis extra vitium fuisse, atque Abulensis varius est citatis, aliisque locis: neque ob parem causam Caietanum testem adhibebimus; quorum igitur pro nobis est citra ambages, consensus, sunt, Nicolaüs de Lyra ad cap. 3. libri 3. Regum, & ad cap. 1. Matthæi in verba illa: *Naason autem genuit Salmon.* Dionysius Carthusiensis ad cap. 3. lib. 2. Regum, & ad cap. 3. lib. 3. Regum: Serarius quæst. 50. ad cap. 6. Iosuë: Magallanez in idem cap. sect. 2. annot. 4. num. 5. ad cap. 1. Matthæi, in verba illa: *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Maldonatus, Claudius Guillaudus, Alfonsus de Auendaño, Thomas Beauxamis tom. 1. Harmoniæ euangelicæ: Ioannes Suarez, Episcopus Conimbricensis, tract. 6. in cap. 1. Matthæi: Barradas tom. 1. lib. 5. cap. 8. ad cap. 7. Deuteronomij: Lorinus vers. 3. & 4. Pineda lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 4 num. 7. Cornelius in cap. 7. Deut. vers. 3. Salianus tom. 3. anno mundi 3012. num. 118. & anno 3048. num. 5. Gaspar Sanchez ad cap. 3. lib 3 Regum, num. 4. P. Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 12. Laiman. tom. 2. tract. 10. part. 6. cap. 16. n. 2. Becanus in Analogia, cap. 20. quæst. 3. Bonfrerius ad vers. 16. cap. 34. Exodi: Basilius de Leon 1. part. variarum, q. 4. expositiua, cap. 8. & tomo de Matrimonio Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 1. num. 7.

S. Thom. Abulensis. Caietan. Lyra. Carthus. Serarius. Magall. Maldonat. Guillaud. Auendaño. Beaux-amis. Io Suarez. Barradas. Pineda. Sanchez. Azor. Laiman. Becan Bonfrer. Basil. Leg.

4. *Chananæis quorsum viam concedere potuerint Hebræi victores.* Deut. 7. 2.

Iam, quæ sint Asserti huius momenta, discutiamus: Primum, eodem cap. 7. Deuteronomij, quo interdicuntur nuptiæ cum Chananæis, seuerè præcipitur victori populo Hebræorum, delendam penitùs gentem inimicam: *Percuties* (inquit) *vsque ad internecionem, nec misereberis earum, non parcet eis oculus tuus, ne sint in ruinam tui:* Atque hoc tam austero mandato publicato, nihilominùs absque piaculo ex trita opinatione Interpretum Rahab Chananæam, *& domum Patris eius* (Iosuë cap. 6. vers. 25.) *& omnia, quæ habebat fecit Iosuë viuere, & habitauerunt in medio Israël:* Cuius simile facinus aliud Iudicum cap. 1. Nam, cùm Luzam, Palæstinorum vrbem, Israëlitæ obsiderent, hominem de Chanaan, qui introitum ciuitatis præliaturis ostendit, capto oppido, liberum cùm omni cognatione dimiserunt citra Numinis indignationem ex communi Explanatorum sententia: At celebris in primis fama indulgentiæ erga Gabaonitas Iosuë cap. 9. Et poterat Dux magnus inuiolato iureiurando fraudibus extortam pacem denegare: poterat in ore gladij consumpsisse vniuersos accolas secundùm Augustinum quæst. 13. in Iosuë: Abulensem quæst. 17. in cap. 9. eiusdem voluminis: Magallanium sectione 2. annot. 3. num. 6. parcitum tamen iisdem meritò, & illæsa religione superuis debita decretis, auctores sunt Augustinus indicata, & sequenti quæstione: Ambrosius lib. 1. de Officiis, cap. 29. & lib. 3. cap. 10. ad cap. 9. Iosuë. Lyra, Caietanus, Andreas Masius, Dionysius Carthusianus artic. 18. Abulensis quæst. 30. & duabus, quæ sequuntur: Serarius quæst. 8. Magallanius vbi suprà: Salianus tom. 2. anno mundi 2584. num. 157. Iosephus Stephanus, Episcopus Oriolanus, libro de vnica religione, cap. 20. Frater Ioannes Marquez in Gubernatore Christiano, libro 2. cap. 23. Basilius de Leon Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 1. num. 9. atque in simili proloquutus Torniellus tom. 2. anno mundi 3043. num. 3. Caietano duce de reliquis Chananæorum montis Libani, quos rebellionem meditatos compressit Salomon, & viuere permisit: Legimus quoque Iosuë cap. 13. vers. 13. *Noluisse disperdere filios Israël Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israël:* Quas quidem sedes spectasse ad Amorrhæos Tostatus concesserit ad dictum versiculum, noster quoque Magallanius: sed vterque quò saluent à scelere Moysem tum populorum ducem, quòd impiam nationem non extinxerit, cogitant nescio quas aduentitias gentes terrarum illarum colonos fuisse: quare cùm de Chananæorum stirpe non essent Machatæi, Gessuræique, parcere eis absque noxa potuerunt Hebræi: Verùm quibuscunque orti patribus hi Idololatræ, siue à Chananæis genus deducerent, seu ab aliis, percunctari libet, an contumaces perstiterint in Deorum superstitionibus, an sponte conuersi ad verum Numen, quemadmodum Gabaonitæ? quòd si errorem veterem deponere noluerunt, viuere cum tranquillitate, suóque frui patrimonio haud finere potuerunt Iudæi impunè, vt contendit fusè Tostatus in cap. 17. libri 1. Regum, à quæst. 16. Exodi, prolato, cap. 17. & Deuteronomij 20. Nam Exodi cap. 34. omnes illarum regionum possessores indiscriminatim complectitur, vers. 12. & 15. & hac causa aduertit Caietanus, cùm Esdras lib. 1. cap. 9. maritos Hebræos à Paganis vxoribus separaret, æquè diuisit Ammonitides, Moabitides, Ægyptias, ac procreatas ex Chananæorum sanguine: quoniam Ammonitæ Ægyptij & Moabitæ illi suas inter Chananæos, domos, & possessiones habebant: Quid quòd Abulensis infinitis locis, & Magallanius sæpè perhibent, negatas amicitias Hebræis cum quaruncunque nationum mortalibus, quales nunc memoramus, nisi magna aliqua causa ostendatur sufferenti gentem abominandã, & quæ scandalo, atque præcipitio esse possit fidelium congregationi? Sin autem concedamus Iudaïsmum complecti voluisse Gessuræos, quídni licitè indultum illis dicamus, quemadmodum Gabaonitis parcitum est? Permittamus igitur Chananæos fuisse, cùm peregrinos extitisse, nullos testes habeamus, & dicamus peccasse quidem Israëlitas, quoniam non deleuerunt, vt Carthusianus planè ad nominatum Iosuë c. 5. asseuerat: Iosephus Stephanus nuncupato libello de vnica religione, cap. 21. Bonfrerius ad c. 16. & 17. Iosuë. Et sanè absque vlla Imperatoris negligentia, vtpote facientis quantum possit, vt de Iosuë in pari omninò materia tradit Abulensis q. 9. ad cap. 2. Iudicum: nam, quæ eo capite recensentur, perpetrata fuisse vsque ad versiculi septimi Acta, dum inter viuos numeraretur Iosuë, autumant Lyra, & Richelius in eum locum: Tostatus q. 1. Aut certè, vt mitiùs agamus, & pro instituto, in quod ferimur, putemus populos istos pacem ab Hebræis postulasse posthabitis Gentilium ritibus, & sic aggregatos fidelium conuentui.

Marquez. Basil. Torniel. *Gessurais & Machathæis Iosuë cap. 13. cur pepercerint Israëlitæ?* Tostat. Ezod. 34. Caietan. 1 Esdr. 9. Dionys. Stephanus. Lyra. Tostat.

5. *Num Hebræi amicitiã cũ Ethnicis inire poterant?*

Huius formæ argumentum est, quod à fœdere desumitur: nanque iidem Exodi, & Deuteronomij locis prohibentur Israëlitæ amicitiam, & concordiam

Gabaonitas *num delere potuerit Iosuë?* Iosuë 9. Augustus. Abul. Magal. Ambros. Lyra. Caietan. Masius. Carthus. Abul. Serar Magal. Salian. Stephanus.

concordiam ſtabilire cum Chananæis: quod tamen ita interpretatum volunt ad verſ. 3. cap. 7. Deuteronomij, Lorinus noſter cum Leonardo Mario, modò illi perſiſtant in falſo religionis cultu; poſſe tamen ad ſocietatem recipi conuerſos ad Iudaïſmum: Sed pacem conceſſam Gabaonitis, quot approbarunt teſtes numero elapſo? Vide Lorinum loco nuper monſtrato: Becanum Analogiæ cap. 17. Salianum tom. 6. anno mundi 3894. num. 28. Claudium Rangolium tom. 2. in lib. 1. Regum, quæſt. 42. ad verſum 10. cap. 21. Æqualis probatio ab illis verbis cap. 23. Deuteronom. verſ. 3. *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt Eccleſiam Dei in æternum*: Quæ verba communiori ſignificatione conſtruuntur de Magiſtratu, & loco honoris inter ciues: & tamen Achior Ammonita, de quo cap. 14. Iudith, principem dignitatem obtinuit inter Bethulienſes, auctoribus Serario quæſt. priori ad citatum 14. cap. Saliano tom. 4. anno mundi 3346. num. 106. Ruth Moabitidis poſteritas ad faſtigium gloriæ aſcendit: nam Obed ex Iudicibus fuit ex Rabbinorum fide: Dauid, eiúſque, & filius, & nepos, imperij habenas rexêre: Denique, vt traxerint Hebræos ad idololatriam muliebres blanditiæ, & lenocinia (nam hæc potiſſima cauſa Canonis, & ſtatuti huius,) ſed non à ſolis Chananæis virginibus tam peſtilens contagio: decepêre quoque aliarum regionum puellæ; à quibus deprauatum ſcientiſſimi Salomonis cor, cùm iam ſenex eſſet, vt ſequeretur Deos alienos? Equidem ab Ægyptia aliqua, vt multis placet, ab Ammoniticarum, Idumæarum, Moabiticarum femineis illecebris: atque eædem hæ deceptrices apud Eſdram lib. 1. capit. 9. verſ. 1. Quid, quòd præfato Regnorum loco indicatum non leuiter, eſſe has ex gentibus, ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſraël: *Non ingrediemini ad eas, neque ingredientur ad veſtras: certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum?* Ergo colligentes hactenus diſperſa: ſi, prohibente Deo, ne viuerent Chananæi, ſeruari potuerunt licitè: ſi pacem vetuit, atque amicitiam; abſque piaculo tamen cum iis initum fœdus: ſi Ammonitas, Moabitáſque in ſempiternum è dominatu excluſit; & tamen iure ſummam poteſtatem adepti ſunt: Quamobrem quoque non de connubiis aliqua poſſit eſſe exceptio? præſertim verò cùm oſtenderimus, diuino edicto æquè comprehenſas virgines ex Moab, ex Idumæa, ex Ægypto, ex filiabus Ammon? monſtrauerimus quoque non minùs aptas ad illaqueandas animas mulieres aliarum prouinciarum (cum quibus tamen noſtri thematis aduerſarij connubia permittunt Hebræis,) quàm ſint Chananitides?

Lorinus. Marius.

Becanus. Salianus. Rangolius.

Magiſtratu & honoribus donari an potuerint apud Hebræos Pagani? Deut. 23. Iudith 14. Serar. Salian.

3. Reg. 11.

1. Eſdræ 9.

6. *Quæ deſiderata conditiones, vt Hebræus ethnicam feminã licitè duceret?*

Sed, quando ſtatuerimus, poſſe connubialia pacta inire Hebræos, pariter atque Chananæos; illud diſquirendum breuiſſimè, quibus tandem conditionibus? Communiſſima Scriptorum opinatio eſt, deſiderari ante pollicitas nuptias infidelis comparis ad Moſaïcos ritus conuerſionem: quippe præcepti vetantis coniugia ſcopus eſt, ne ruinam pariat ethnica coniux marito, & ex veri Numinis adoratore, falſorum deorum cultorem faciat: vxore autem ſalutari doctrina imbuta, nullum ſupereſt diſcrimen: Arridet hoc placitum: quin & iungimus, non vtcunque inſtructam debere admitti ad thalami ſortium; ſed probè, ſufficientérque edoctam veram religionem: ne, ſi leuis tantùm inſtitutio ſit, facilè ad priſtina reuertatur, & occupatam amoribus ſocij mentem debili ictu proſternat: Verùm, vt hæc ſit communiter à contrahentibus obſeruanda norma; quibuſdam tamen caſibus contingere poſſe æſtimamus, vt Hebræus Paganam virginem, quin ante nuptias ethniciſmũ contempſerit, licitè ducat aut è conuerſo, marito iungatur Iudæa puella, qui necante coniugium, nec poſteà, receſſerit à vanis ſuperſtitionibus: Sic Maacham, Regis Geſſur filiam, de qua Regum libr. cap. 3. verſ. 31. de qua nos ſuperiùs numero 2. antequàm deponeret errores Deorum, Dauid vxorem accepit: *Fiducia* (inquit Caietanus) *trahendi eam ad cultum veri Numinis; & quia opus erat illi fauore vicinorum Regum*: Atque hanc fuiſſe Chananæam, ſatis probauimus loco nominato: Sic abſque ſcelere aliquo Euphratæi illi de Bethlehem Iuda, de quibus Ruth cap. 1. Mahalon, ſcilicet, Chelion fratres copulati ſunt vxoribus ex Moabitarum genere, iis vetera dogmata ſemper retinentibus, vti Rupertus, Tutienſis Abbas, libro 1. in Matthæum adſignificat: clarè teſtantur Abulenſis quæſtione 14. in cap. 1. Ruth: Serarius quæſtiuncula 11. idem caput; Et quidem potiſſimam cauſam faciunt, ne abſque prole diſcederent, quippe cùm redeundi ad patrios lares propter temporum miſeriam, vicina ſpes ablata fuiſſet: Quod etiam Eſther Aſſueri idololatræ amplexibus ſuccubuerit, honeſtas rationes accumulat Salianus tom. 5. anno mundi 3596. numero 44. nempe, ſperabat trahi poſſe Imperatorem ad veri Creatoris agnitionem; potuiſſe ex his nuptiis non mediocria emolumenta deriuari ad fidelem Iudæorum conuentum: At ſine perſonarum expreſſione defendunt pronunciatum, Gaſpar Sanchez in cap. 1. Ruth, numero 11. & multis allatis probationibus Magiſter Baſilius Legionenſis Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 3. numero 10. cap. 6. toto: Itaque, ſi grandis, & eximij alicuius emolumenti affulgeat radius, vrgeátve neceſſitas iuſti, atque æſtimandi ponderis, aderit fideli coniugi propitium Numen; & quemadmodum Saram, Iuditham, Eſtherem tutatus eſt, defendet, virtutis gratia, periculis ſe obiectantem: Adſentient nobiſcum, credo, qui ſine peccato contrahere hodierna tempeſtate aſſeuerant Catholicos cum hæretica lue apud Germanos, Gallos, Poloniam, aliáſve gentes prauo dogmate infectas: Recenſet graues noſtri Ordinis viros Baſilius de Leon nominata Appendice cap. 5. num. 2. nam certè, vt peſtilens admodum fuerit Chananæorum toxicum, vix tamen conferendam eorum malitiam cum aſſeclis Caluini, atque Lutheri, cæterorùmque Monſtrorum dicas: Confert vtriuſque ætatis geſta & mites opinabere Chananæos, cæteróſque Iudæorum hoſtes, præ nouiſſimarum hæreſum inaudita vaſtitate, rapinis, incendiis, ſacrorum iniuriis: vnus Antichriſtus potens vincere malitia ſceleſtiſſimam fæcem.

Supereſt, reſoluamus poſita num. 1. Quod igitur Scriptura affirmet aſſeuerantèr Regum 3. cap. 11. v. 2. *Certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos eorum.* Dicimus, obiectum huius clauſulæ ex illis eſſe, ad quæ magna Dei ſcientia fertur, illa, per quam Numen fauſtè guber-

Potuit Hebræus aliquãdo ethnicam ducere, quæ nõ abiurraſſet ſuperſtitionẽ;

2. Reg. 3.

Ruth 1.

Rupert. Abulenſ. Serar.

Salian.

Sanchez. Baſil Leg.

Catholici Hæreticam vxorem ducunt.

7. *Locus ex Regum 3. c. 11. declaratus.*

Scientia conditionata Dei prouidẽtia subseruiens

nat, & atingit futura conditionata: Sensus igitur oraculi huius est: Si Chananæas ducant Hebræi non benè doctas veram religionẽ, si absque Dei instinctu, si præter vrgentes, grauésque rationes; si reuertentes ad vomitum non dimittant, non interdicant thoro, & societati; positis his circunstantiis, *certissimè* auertẽda ab vxoribus corda virorum: lapsuros affirmat citra dubium; non tamen, quia necessaria, aut vtilis sit vt hæc infallibiter eueniant, qualitas aliqua, siue physicè, siue moraliter, prædeterminans: voluntas ipsa, sponte sua, & impræmota, manus dabit impietati; fixum hoc, constánsque adimpleta, quam declarauimus, cõditione: Nam, quæ maior huius propositionis virtus, quàm illius Genes. cap. 11. vers. 6. *Cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant?* At continuò legimus destitisse vers. 8. *Et cessauerunt ædificare ciuitatem*; Fuit igitur prior enunciatio conditionalis, id est, nisi homines illi fanatici diuinitùs immisso obstaculo præpediti fuissent, inchoata ad exitum perduxissent: Sic construxêre ex firma interpretatione Pererius lib. 16. in Genesim, num. 95. in cap. 11. Suarez in Opusculis libro 2. de scientia futurorum contingentium sub conditione, cap. 1. numero 11. Arrubal. tom. 1. in 1. partem, disp. 44. cap. 4. num. 9. Par est momentum vulgatissimi, & minacis effati apud Ionam cap. 3. vers. 4. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, Et tamen salua facta est per pœnitentiam vrbs iniquitatis: hîc autem subintellectam conditionem, quanti ex veteribus, quota nouorum pars asseuerauit? Lege Isagogen nostri Christophori Castrensis ad Prophetas minores lib. 3. de Vaticinio, cap. 9. Cantapretensem lib. 4. hypotyposeon, cap. 1. §. *Sicut duplices*, &c. & lib. 9. regula 3. Explanatores Ionæ, Montanum, Cornelium à Lapide, Sanchez, Castro, Riberam, Abulensem quæst. 7. in cap. 18. Deuteronomij; Fortasse Ionam latebat, placandam iratam diuinitatem, modò doluissent Niniuitæ; Putat omninò Sanchez scribens in Ionam: atque non nunquam latuisse quædam ex his, quæ prædicerent Vaticinantes, existimarunt Abulensis ad Deuteronomij caput citatum, ibidémque Lorinus ad versum 21. Cornelius procemio in Prophetas maiores, quæst. 2. Augustini suffultus vmbra 7. de Ciuitate, cap. 32. Ambrosij libro 1. de Abraham, c. 8 Gabriel Aluarez tom. 1. in Esaïam, ad versum 5. cap. 38. Martinez hypotypos. lib. 4. cap. 1. §. *Quamuis Propheta*, &c. Sed nostri parum interest nunc, quid Ionam fugerit; Deum assecutum esse contendimus, non dissipandam Niniuen: erat autem hoc ex futuris contingentibus, sub conditione pœnitentiæ, nempe, & luctus, quamuis prophetæ verba absolutum quidpiam indicarent: ergo sententia illa: *Certissimè auertent*, etsi absque additamentis prolata, conditionem imbibit; denorátque in cõditionalibus modus absolutus loquendi, non minùs certò cognosci à Deo, quæ absolutè futura sint, quàm sub conditione extitura:

Gen 11. Regula: Conditio subintellecta in enunciationibus, quæ videntur absoluta.

Pereira. Suarez.

Arrubal.

Ion. 3.

Castro. Cantapr.

Montan. Saochez. Ribera.

Prophetas vaticiniorũ significatie latebat aliquando.

Abulens. Lorin. Cornel. August. Ambros. Aluarez. Martinez.

8. *Vera Prophetia vt à falsa discriminetur?*

Verùm ex his subinferri euincas, confundi bonam cum falsa Prophetia, nec superesse notas cæterarum vaticinationum: Ponamus à mendace promissum Niniuiticum occasum; Stante vrbe, si coarguere statuamus, erit, vti satisfaciat, prædictionẽ accusari non debêre quoniã à conditione, exitus rerum pendebant: quare, nisi interpositus fuisset lugentium dolor, euertendam, præter dubium, ciuitatem: Respondeo, hanc Charybdim nullam scholarum subterfugere posse: nam, quid dicant omnes? Patet aliter Ionam loquutum; aliter Niniuitis accidisse: Trita est S. Thomæ animaduersio 1. part. quæst. 19. art. 7. & 2. 2. quæst. 171. artic. 6. ad 2. de Prophetia *ex præscientia*, quæ sola Dei operatione adimpletur: & vaticinio, *ex iudicio operum*, Quod consuecuit mutari quoad verborum sonum, non iuxta intellecta, quemadmodum Ionæ contigit: verùm à præsenti inuolucro non liberat distinctio isthæc, quin hinc arma obiicienti ministrantur; Quando igitur Deus per se ipsum, aut per Ecclesiam non reuelat nobis, quæ sit vera, & indubitabilis Prophetia, coniectatur Abulensis quæst. 7. in cap. 18. Deuteronomij, certam, exploratámque eius fidem haberi non posse; sed præsumptionibus vtendum: nempe, inprimis euentus rerum considerandi, quemadmodum idem sacer Deuteronomij textus vers. 21. admonet: vitæ sanctitudo cogitanda: nam perseuerans donum vix vnquam repertum in mente criminosa: scopus vaticinationum maximè discutiendus, quid hortentur, quid suadeant; spectanda acriùs erga Maiores obedientia, erga omnes modestia, qua popularis auræ cupidine rapiatur; Sed de his ad amussim Gerson 1. parte, tractatu de distinctione verarum visionum à falsis, Cardinalis Turrecremata prologo ad reuelationes S. Birgittæ à cap. 1. frater Ioannes de Castaniza præfatione ad insinuationes diuinæ pietatis S. Gertrudis Moura opusculo 1. de incantationibus sect. 2. cap. 3. num. 35. Ludouicus velluga in vita duorum c. 15. primi præludij; ex nostris P. Christophorus de Castro Isagoga ad minores Prophetas, libro, 3. de Vaticinio, cap. 14. atque ex illo, P. Lorinus ad vers. 71. cap. 18. Deuteronomij, P. Ribera libro primo vitæ S. Theresiæ, cap. 2. breuiter, & perspicuè P. Gabriel Aluarez ad v. 5. c. 36. Isaïæ; qui num. 62. probè monet, diuinæ maiestatis, cuius vice loquuti Prophetæ, interesse, vt populi quoquo modo intelligant, vaticinia prophetalia quæ absoluta videbãtur, conditionalia fuisse, ne impercepta Dei voluntate, legatum illius tanquam vana garrientem, despectui habeant.

Gerson. *Castro.* *Lorin.* *Ribera.* *Aluarez.*

Tantùm restat dicamus, cùm iuxta veriorem Interpretum speculationẽ prohibitum fuerit Hebræis thorus nuptialis quaruncunq; prauarum nationum, quippe timor idololatrandi ab omnibus, trahendiq; ad sectã impiam, quid supra hæc attulerint specialia præcepta pro Chananæorũ nuptiis: Respondeo, ex peculiari interdicto deriuari, plures, potioréſq; causas desiderari, si Chananæa ducenda fuisset Hebræo, quàm si aliarũ Prouinciarum virgines, atque diutiùs instruẽdam, si Iudaïsmum amplecti cupiisset, Chananitidem. Ita Nicolaüs ad c. 3. lib. 3. Reg. Velut si dicamus, Hæreticorum omniũ detestanda cõnubia, societatem, alloquium; sed præ omnibus Caluini, pessimi vtpote rabulæ, assleclas vitandos: At difficilior hinc emergit quæstio: quamobrem præ cæteris gentibus solis Chananæorum incolis intercluſum ostium, ne matrimonio iungantur Israëli? Nam certè, quanta esset Numinis indignatio aduersùs Amalecitas, indicat Exodi liber, cap. 17. vers. 14 & 16. *Delebo enim memoriam Amalec sub cœlo, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem.* Et Deuteronom. cap. 25. vers. 17. *Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via*, &c. Iam de duobus aliis populis eiusdẽ Deuteron. c. 23. v. 3.

9. *Cur specialis prohibitio aduersus nuptias cũ Chananæis? quidve obligarei?*

S Thom. *Lyran.* *Exod. 17.* *Deut. 25. & 23.*

Ammonites

Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum. Non facies cum eis pacem (vers. 6.) *nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum:* Quin & Idumæi non minùs inhumani fuisse contra Iudæos leguntur Numerorum cap. 20. Num. 20. vers. 18. quàm fuerint Amalecitæ: de Ægypto, quantis malis oppresserit Abrahæ progeniem, otiosum est referre: harum igitur Gentium, quarum in Hebræos Vatinianum odium, quamobrē non interdictus Hymenęus sub iisdem sententiis, quibus vetitum Chananæorum coniugium? Dedi sub finem numeri primi aliquas causas: nunc addo ex S. Thoma 1.2.q.105. art.4.ad 6.& Abulensi quæst.4.in cap.3.lib.2. Regum; non Amalecitarum, Idumæorúmve, aut Moabitarum regiones promissas fuisse Iudæis, sed Chananæorum agros: cùm igitur distarent aliæ illæ nationes, Chananitæ autem intra eosdem terminos habitarent, erant instar proximæ occasionis, præsentísque Chananæi, cùm exteræ illæ gentes remotam solùm occasionem facerent; Numen igitur præcauere volens fidelis, & amati populi lapsum; à viciniori occasione maximè abstinendum præcipit: nam ab hac summum consueuit discrimen pullulare; Declaro isthæc. Deuteronomij cap. 20. bellorum leges præscribuntur: sed alia cum peregrinis nationibus, alia cum Chananæis obseruanda proferuntur: nempe, exteris pacem concedere licuit: contumaces autem delere visum, at seruatis mulieribus, atque infantibus: *De his autem ciuitatibus,* (inquit,) *quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittes viuere: sed interficies in ore gladij Hethæum, videlicet, & Amorrhæũ & Chananæum* &c. Quæ huius differentiæ ratio? *Ne fortè* (ait) *doceant vos facere cuncta abominationes, quas ipsi operati sunt Dijs suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum*: Sed nónne aliarũ prouinciarum incolæ poterant scandalo, & ruinæ esse Hebræorum fidei? Poterant quidem: at erat occasio illa remota, hæc proxima; & ante oculos posita; Quid, quòd amor ille vanissimus, quem carnis illecebræ generant, ad præsentia tantùm attentus est: audi eius Mysten Propert. lib. 2. elegia 21.

S. Thom. Abul. *Occasio in proximo nimium periculosa.* Deut. 20. Propert.

Vnum erat auxilium, mutatis Cynthia terris:
Quantùm oculis, animo tam procul ibit amor.

Procul igitur locatos Ægyptios, Ammonitas, Idumæos facilè obliuisci poterant Hebræi: periculum impendebat à Chananæis, quoniam præluminibus, & coràm habebant illos: quando itaque licuerint Hebræis iugales tædæ Chananæorum, coniuge præsertim ethnicâ Deorum inania portenta abhorrente, potuit Canticorum sponsus, etsi Hebræus domo, sanguine, religione, puellam ex Libani Chananæis vxorem ducere: quippe cùm virginis sola virtus insignis Principem ad has nuptias contra affinium, cognatorúmque vota adamantinâ quadam vi raptaret; persuasum habebat, eam feminā, quæ ante agnitum plenè Deum verum talibus affulgebat ornamentis, fideliū, vt pene mores superaret, essétque Iudæis erubescentiæ Gentilis virginis modestia: hanc sanctis imbutam disciplinis, marito non offendiculum futuram, sed stimulum ingentem ad omnem penitùs honestatem, pietatémque.

SECTIO II.

Statutis quæ obsistere valeant, refero & dissoluo: discussa ad longum verba ex Numerorum libro de Hebræorum coniugiis; obiter lux sententiæ Pauli epistolæ ad Hebræos: examinata Canonum synodi Trullanæ auctoritas,

CONFLICTVS igitur nobis primus à verbis Numerorum cap. 36. versu 7. *Omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, & cunctæ feminæ de eadem tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus; sed ita maneant, vt à Domino separatæ sunt:* His quidem sententiis P. Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 4. P. Gaspar Sanchez ad cap. 3. lib. 3. Regum, Num. 4. existimant, vetitum Hebræis cum quaruncunque prouinciarum habitatoribus matrimonialia pacta firmare; siquidem nec licebat quosuis etiam Israëlitas ducere; sed eiusdem tribus circulis comprehensos: At dicturus sit Abulensis quæst. 58. in cap. 6. Iosuë ad 1. argum quæst. quoque 10. in cap. 1. Matthæi, prohiberi sanè Hebræis coniugia alienarum tribuum: pagani autem & gentes omnes extra Palæstinam locatæ, quemadmodum nullius tribus sunt; ita nec alienæ; quare proposito edicto non contineri nationes ethnicas: Verùm hæ tantùm argutiæ sunt: nam ponamus deuolutam aliquando ad feminas possessionem, & bona auorum: nubant Ægyptio, aut Idumæo; iam illa hæreditas ad nullam tribum spectabit, ad nullum redeunte Iubilei sacro otio, remeabit: siquidem Idumæus, aut Ægypti incola nullius tribus est, quemadmodum proloquitur Abulensis: Quid hinc deriuetur? Equidem non ita manere tribus, *vt à Domino separatæ,* cùm quando à Domino facta est sortitio, illa agrorum pars ad aliquam spectaret tribum, nunc ad neminem ex tribubus referatur, quod legi à Moyse latæ nominato loco Numerorum planè contradicit: Patet igitur, non potuisse coniugia celebrari inter Gentiles, atque Hebræos; Quòd si affirmaturus sis, verum esse, donec Paganus quisque veteres detestaretur ritus prauæ religionis: his autem depositis, potuisse ad thalamos admitti, vti habet communis Auctorum existimatio, probántque diuersa exempla; Huiusmodi tamen suffugio aduersatur: quoniam ethnico etiam proselyto facto, adhuc eadem sequantur incommoda; etsi enim noua religionis intemeratæ professio, fideli illum populo agregget spiritaliter, at Hebræum non constituit, neque ad tribum aliquam reducit; Hæreditas igitur ad eum deuoluta ad nullam tribum pertinebit, cùm ipse nullius tribus existat; igitur penes hæc æquales sunt Gentiles, atque proselyti: at hac causâ prohibita cum Ethnicis coniugia monstrauimus, igitur & idipsum de conuersis ad Iudaismum, sentiendum fuerit.

I. Quæ leges matrimoniorum apud Hebræos cõparatione tribuum? Pineda. Sanch *Ex num. c. 36, verba enucleata.* Abul.

II. *Femina quibus hæreditas contingit sola prohibẽtur suam extra tribum nubere.* Euseb. Gall.

Pronuncio tamen, illo Numerorum statuto non prohiberi vniuersim nuptias, aut cum aliena tribu, aut cum profanis nationibus, sed præcipi tantùm, ne feminæ, ad quas delata est hæreditas, alterum maritum ducant, quàm qui sit de tribu sua: Sic Eusebius Gallicanus, aliis Emisse-

nus, homil. de Natiuitate MARIÆ: Ambrosius lib. 3. Lucam: plures apud Lorinum, Castrum, Suarez, Tenam statim citandis: Azor lib. 6. cap. 12. Antonius Perezius de authentica Euangelistarum fide, controuersia 1. cap. 23. num. 171. hunc esse finem mandati constat; quoniam plura referuntur exempla ex Scripturis eorum, qui aut alterius tribus vxores acceperunt, aut nullius, quòd ethnicas, & peregrinas ducerent; Lege Abulensem quæstione 8. ad cap. 36. Numerorum: Lorinum ad idem caput, versu 7. Maldonatum ad cap. 1. Matthæi, vers. 16 Serarium quæst. 3. in cap. 21. Iudicum: probant optimè, absque piaculo vllo vtrunque sæpè perpetratum: Causa potissima est: id namque Legislatorem præcipuè mouit, ne tribuum possessiones confunderentur: at non est necesse, horum saluandorum gratia excludi omnes personas; Ostendo istud: nam, si hæreditas penes viros est, quancunque ducant feminam, semper intra eandem tribum hæredum iure acquisita perseuerant, quoniam apud Hebræos imprimis soboles paternam lineam sequitur: notat Abulensis quæst. 58. in cap. 6. Iosuë: Iansenius concord. cap. 6. Suarez tom. 2. in tertiam partem, disput. 2. sect. 3. §. *Secundò dicitur*, &c. Tena ad vers. 14. cap. 7. Epistolæ ad Hebræos, difficultate 6. sect. 3. Iustinianus, & Ribera ad eundem versum; Atque in huius stabilimen vocant Hebræorum vsum de non computandis feminarum genealogiis, de quo passim multi ad cap. primum Matthæi: Lorinus ad cap. vltimi Numerorum versum 7. Christophorus de Castro tractatu de Deipara, capit. 1. Patris igitur cùm nomenclaturam sequatur hæres, nihil refert, cuius originis fuerit genitrix: De mulieribus autem sermo vt instituatur; ex his quædam sunt, quibus obuenit aliquando vetus possessio auorum masculinæ propaginis defectu: hæ quidem, si extra tribum suam maritos accipiant, cùm paterna appellatio regnet in filiis, confundetur vxoris patrimonium cum sponsi fundis, nam ad gnatum ex ambobus ortum vtraque confluet possessio, sed solo genitoris titulo retento; proinde quæ pars erat agrorum ad Ephraïm pertinentium, & eam attulit coniux, deinceps Zabulon substantia appellabitur, quia maritus ita vocabatur; in cæteris autem mulieribus horum quidpiam accidere necesse non est, cùm ipsæ hæredes non fuerint, vt supponimus: Concludo igitur, Numerorum Canonem de more, circunstantiisque nuptiarum apud Hebræos, de viris nullo pacto intelligendum; quoniam quacunque ab his ducta virgine, siue extera, siue domestica, nihil aduersùs decreti scopum sequebatur: non enim confundebantur possessiones; femineum verò non omnem sexum complexum fuisse, sed eum, quem hæredem esse contigerat: Sponsa autem Canticorum, cùm de Hebræorum semine non fuisset, hæres esse non poterat; atque vt esse potuerit in posterum aliqua via, duxit tamen eam sponsus carentem impedimentis omnibus, tum quando coniuncti sunt.

Lorinus. Castrius. Suarez. Tena. Azor. Perez.

Abulens. Maldon. Serar.

Regula 1. Apud Hebræos soboles paternam lineã sequitur.

Abulens. Iansen. Suarez. Tena. Iustinian. Ribera. *Regula: Feminarũ genealogias non contexũt Hebræi.* Lorin. Castro.

12. Occurret Abulensis ad cap. postremum Numerorum, afferétque, difficile esse hoc interpretamenti genus: quippe Anna, verbi causa, ex tribu Ephraïm nupsit Sadoc ex tribu Zabulon, sanè absque culpa, nam erat minima natu inter multiplicem sobolem; ad hæreditatem remotissimus ille titulus, cùm tot interponerentur vtriusque sexus: at, vt varij sunt humani euentus, ante tempus, & sub ipso ætatis virore fato succubuêre vniuersi; Quis tum auiti iugeris hæres? Certè Anna: At confundi possessiones necesse, cùm alterius tribus maritum habeat, cuius nomen filius sustineat; ergo à duobus alterutrum asserendum, vel quidem Numerorum verbis comprehendi feminas omnes; vel expectandum toto vitæ spatio Hebrææ virgini, an fortè casu aliquo cuncti pereant, & nullo superstite, ipsa hæres scribatur; quid autem tam insolens ac postremum istud, præsertim apud populum illum cuius deliciæ, gloria omnis in matrimoniis? nondum enim beata castitatis virtus dominari cœperat; Respondeo, legem prohibere eorum connubia, quæ in spe proxima sunt capiendæ hæreditatis, non quas alit spes remota, & de longinquo tantùm prospectans; nam, quòd multi pereant fratres, & præter opinionem nouissimus fiat primus, rarò id contingit legislator autem non ad insolitos fertur euentus, sed quotidianis præcauet; ac quidem quamuis existimat Tostatus de omni femina Hebræa construendos Numerorum citatos versus; ait tamen quosdam casus pati exceptionem quæst. 8. in cap. 36. Numerorum, vt si Dynastæ cuipiam ducenda sit vxor; & Serarius quæst. 3. in cap. 21. Iudicum, posse accidere, inquit sine scelere aliquo, diuersæ tribus maritum accipiat etiam puella, quæ antecessorum hæres relicta fuerit.

Femina cum hæreditate. aliquãdo nubere valebat cum externa tribus viro. Abulens.

Serar.

13. At, si constans sit intercludi damnum omne, modò virgines, & ad quas temporum decursu deuecta est hæreditas, non alios sponsos appetant, quàm eiusdem tribus homines; sufficiebat igitur legum conditori mulieribus interdixisse connubia dicenti, *Et cuncta femina de eadem tribu maritos accipiant*; Superflua ergo erit altera decreti pars, quæ viros perstringit; *Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua*: Respondeo, haud rarò in Scripturis duas sententias coniungi eiusdem omninò significationis, aut elegantiarum causa aut exaggerationis, vel energiæ, maiorisve firmitatis gratia, vt loquitur ipse sacer Textus Genes. capite 41. versu 31. *Quòd autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est*: Exempla omnium suppeditabunt multa Martinus hypotyposeon libro 5. caput 7. sub initiis; P. Salmeron tom. 1. prolegom. 10. quinquagena 2. canone 23. nonnihilque Galarza euangelicarum institutionum lib. 2. cap. 5. & 6. P. Cornelius regulis ad Prophetas maiores, canone 25. P. Sanctius ad vers. 1. cap. 2. Ioëlis; P. Pererius disput. 2. in cap. 41. Geneseos: Ribera Sophoniæ cap. 1. numero 15. Igitur, vt concedamus, id ipsum indicari duabus illis sententiis, nihil alienum à sacri vsu sermonis asseremus; Puto nihilominùs, peculiare quidpiam denotari; equidem si præcepti vis solas feminas complecteretur, sanè viris nullo Sacramento compulsis, fieri poterat, vt nullus de eadem tribu vir, puellam quæ maritum ambiret, vxorem ducere vellet: ac quanquam difficilis foret huiusmodi casus, præsertim cùm non vacuæ accederent virgines, sed cum hæreditate, & bonis paternis; formam autem, & genus Regina pecunia præstet: attamen, ne contingeret, & feminæ à viris despectæ tabescerent dolore, duo præcepta dedit Legislator; alterum negatiuum, muliebrem sexum

Regula: Eiusdem feminæ geminatio, & quare?

Martinez. Salmeron. Galarza. Cornelius.

Sanchez. Pereira. Ribera.

conuoluens

conuoluens : alterum positiuum comparatione virorum ; Poterant quidem propinquitatis iure aliis intra eandem cognationem cedere , quemadmodum docemur Ruth cap.4.versu 7. quanquam pudori habetur,vt Deuteronomij cap. 25. vers.9. insinuat ; at non potuisse vniuersos mares eiusdem tribus subducere se à nuptiis , cauetur prolatis Numerorum clausulis.

Ruth 4. Deut. 25.

Asseras , Paulum ad Hebræos scribentem cap. 7. vers. 14. definire ; *Manifestum esse, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster , in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyses locutus est :* At , si aliquo modo fieri possit , vt diuersarum tribuum mortales coniugia inire queant , nullum supereſt euidens, manifestumque argumentum, Christum ex regia tribu genitum fuisse : nam , vt concedamus, probari clarè Iosephum Dauide satum esse,sed de Virginis tribu dubitatur,quoniam nullum est certum testimonium probans sponsos ex eadem tribu esse oportere ; at Christi verus parens non fuit Iosephus, sed MARIA, sequitur itaque , modò certum argumentum, Christi ortum ex Dauidico stemmate probans, habere cupiamus, vt affirmemus nullis casibus licuisse tribus per matrimonia commisceri ; Respondeo , probationem deriuatam ex Seruatoris genealogia , quantùm ad connubia Hebræorum attinet, firmam , & indubitatam fidem non præstare , vti optimè aduertit Abulensis in cap. 1. Matthæi , quæst. 28. Nam certè oportebat strictiùs multò obseruari Canones positos de non ineundis nuptiis cum sponsa,aut marito ethnico;quippe ab his, quemadmodum vbique proclamant Scripturæ , creabatur animabus ingens discrimen; cùm humana tantùm incommoda traherentur ex tribuum alternis matrimoniis. nempe, confundi exigua quædam agrorum spatia,Sed quis inficias ierit,nunquam permissum Hymenæum cum paganis ? quod tamen si dixissent omnes,pro altero hoc pronunciato numeraremus non mediocres,nec exiguos testes,subseruirétque ratio aperta ; quid enim prohibet licere tribuum coniunctionem per maritales nexus quamuis ethnicorum connubia interdicta fuissent ? Paulus tamen , manifestum esse asseruit , IESVM ex Iudæ nepotibus esse ; quoniam sanè palàm hoc constabat Iudæis illorum temporum , vti obseruarunt Paulini Interpretes ad verba præfata , Cornelius atque Tena difficultate 6. sect. 3. Maldonatus ad cap. 1. Matthæi , numero 16.P.Suarez tom. 2. in tertiam partem, disput.2.sect.3.§.*Responsio communis* , &c. Ratio istorum : aut quod Breuiculi generationum in templo asseruarentur, vt primus Esdræ liber, cap.2.secundúsque liber , cap.7. indicat , & prosequitur multis Abulensis quæst , 26. in cap. 1. Matthæi , quibus cuiusque lineæ facilè paterent : aut fortasse , quoniam Herodes metu noui Regis , quem natum intra Palæstinam à Chaldæis inaudierat ; ipsiue posteà Iudæi rumore sparso hunc esse Messiam , diligentiùs quæsierint de auorum serie , apertúmque ex hac inuestigatione fuisset , Iuda , atque Dauide satum: aut demum quoniam Paulus scribebat ad Hebræos recens conuersos , vt probat Tena præludio 4. in Epistolam illam , sectione 5. Hi autem ex Apostolorum doctrina , aut dono ipsis concesso intelligendarum Scripturarum, cognouerant dilucidè Dei Filium ex Iudæ , atque Dauidis posteritate in lucem prodiisse : atque sanè hac etiam via syllabus parentum à Matthæo concatenatus validam probationem fecerit;nempe , scribebat Euangelista in gratiam eius portionis suorum contribulium , quæ Christo adhæsit , probat ex veterum relatione Antonius Perez volumine de authentica quatuor Euangelistarum fide , controuersia 1. capit. 13. Abulensis nominata quæstione 28. in primum Matthæi caput ; His igitur cùm satis perspecta fuisset Virginis , quæ Deum genuit , admiranda sanctitas , scirent quoque Iosephum insigniter probum fuisse ; inferebant , dubio omni semoto , legem Numerorum cap. 36. pro connubiali vinculo positam , ab eis perfectissimè obseruatam ; at eius decreti exacta forma postulabat maritandos non tantùm ex eadem esse tribu , sed eiusdem pariter familiæ; nam & Hebræa versio , & septuaginta Seniorum translatio id prædicant : ex Hebræo enim ita constituit Maldonatus ad cap. primum Matthæi , numero 16. §. *Itaque restat* , &c. *Omnis filia hæres hæreditatis ex tribubus Israël , vni ex familia tribus patris sui , erit in vxorem , vt possideant filij Israël vnusquisque hæreditatem patrum suorum* ; Septuaginta consonant : *Et non circunuertetur hæreditas filiis Israël à tribu in tribum : quoniam vnusquisque in hæreditate tribus familiæ suæ coniungetur filiis Israël*; Legis quoque finis monet : quippe terrarum iugera non solùm inter tribus diuisa , sed inter familias etiam , vt insinuat Iosuë cap. 21. atque petebat ordinaræ sortitionis methodus ; præcaueri ergo necesse erat , non tam confusionem inter tribuum possessiones , sed etiam inter familiarum terminos ; Cùm igitur colligerent ex Matthæi Euangelio , Iosephum de domo Dauidica fuisse , inferebant clarè nupsisse MARIAM viro suæ familiæ ; ac proinde , & ipsam , & sobolem ex ea procreatam , Iudam , Dauidémque atauos habere ; atque equidem semel definito, virginem perfectissimo more legis decreta coluisse,firmissimum erat hoc argumentum,quamuis præbeamus eam paternarum facultatum hæredem non fuisse scriptam ; quoniam eiusmodi etiam feminæ secundùm legem potiùs fecissent, si cum eadem tribu , cum eiusdem familiæ viris matrimonio iungerentur ; at super hæc Dei Mater hæres extitit domestici patrimonij , quod genus fœminarum lex extra quæstionem comprehendebat; Porrò mobilem, immobilémque parentum substantiam ad Virginem Ioachimi, atque Annæ vnicam , beatámque prolem , delatam , ex priscorum testimoniis euincunt Christophorus de Castro tractatu de Deipara Maria, cap.1.Antonius Perez allegato tractatu , controuersia 1.cap 23.numero 172. P. Vincentius Regius euangelicarum dilucidationum lib. 1. cap.2. theoria 12. docent Iansenius Concordiæ cap. 6. P. Suarez tom.2.in 3.part. disputatione 2.sectione 3 § *Responsio communis* , &c. Atque in his quidem paululùm euagati sumus , quo plenè satisfaceremus nodo , quem Numerorum sacer peperit Textus.

14. Hebr.c.7.

Num Christi genealogia probet eum ex tribu regia Dauidica ortum?

Iudæis palàm constabat, Christum ex Iuda stirpe esse; Cornelius. Maldon. Tena. Suarez.

Tabulæ genealogiarum in templo seruatæ. 1.Esdr. 2 2.Esdr.7 Abulens.

Christi generatio scribebatur pro recèns cõuersis ex Iudaismo. Tena.

Abulens.

Perez.

Abulens.

Num.56.

Maldon. Matth.1.

Septuag.

Terra Chanaam diuisa inter familias eiusdē tribus. Iosuë 21.

Deipara hæres paternorũ omnium bonorum.

Castro. Perez.

Vinc.Reg.

Iansenius. Suarez.

Sed veniamus ad sextæ Synodi supposititios Canones, quos Trullanos dicunt : *Non licere* (asserit) *virum Orthodoxum cum muliere hæretica neque Orthodoxam cum viro hæretico copulari: sed,si quid eiusmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit,irritas nuptias existimari,& nefarium coniugium dissolui :* Sanè,quando communi Theolo-

15. *Tullani Cõciliabuli Canon perpẽ sus.*

gorum, atque iure-peritorum iudicio admissum sit, vt peccet quidem Catholicus, si Hæreticotum matrimoniis consentiat nisi apud certas prouincias, in quibus vsus contrarium obtinuit; tamen cùm validum esse coniugium docent apud Thomam Sanchez lib.7.de Matrimonio, disput. 72.numero 2. Basilium Poncium Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 1. num.2.alium esse Canonis Trullani sensum existimauêre apud eundem numero 9. Couarruuias,& noster Reginaldus;ille tom.2.in epitoma, parte 2.cap.6. §.11. num. 4. hic lib. 31. cap. 21. nempe, Hæretici nomen translatè vsurpandum pro infideli; quod tum ex Paulo, tum ex Concilij cæteris verbis, eorúmque cohærentia deducunt: Igitur Synodi si constare velimus sententiam,oportet intelligamus, nuptias inter fideles, infidelésque semper cassas, atque inualidas extitisse; Confirmo hoc: nam Esdræ lib.1. cap.9. & 10.atque Nehemiæ 2.cap.13.cùm multa pars fidelium Hebræorum vxores ex paganismo duxissent, separantur Ethnicæ & infideles sponsæ à fidelibus maritis; Quòd si equidem connubia valida fuissent, nequaquam in sempiternum à sponso diuelli poterat coniux infidelis: signum igitur est, eiusmodi connubia irrita ab initio fuisse; Præstat sanè resolutionem à posteriori hoc inchoare, quoniam de Trullanis statutis longior erit dissertatio; Sotus in 4. distinct. 39. quæst. vnica,artic.1.§.*Dubium tamen est*,&c.Augustinum sequutus tom. 6. lib. 1. de adulterinis coniugiis ad Pollentium, cap.18. affirmat dimissos Dei imperio propter idololatriam; Puto ego maritos, Nehemiæ oratione permotos, repudij libellum dedisse vxoribus, quo dato certè licebat nouam ducere coniugem, vt pronunciat Azor Institutionum moralium lib.6. c.13. quæsito 3. Basilius Legionensis cum aliis lib. 7. de Matrimonio,cap.50. num.1. Itaque coniugatorum separatio apud Hebræos inter eos contingere poterat, qui non tantùm validè, sed etiam licitè, & absque scelere contraxerant, causa in posterum data repudiis sufficienti.

Sanchez. Basil. Leg.

Couarr. Rhegin.

Matrimoniũ Catholici cũ Hæretica, validum.

1.Esdræ 9. & 10. 2.Esdræ. 13.

Hebræi poterant separari ab vxoribus, & nouas ducere.

Sotus.

Azor. Basil. Leg.

16. Iam largiamur Trullani Conuentus definitionem intelligendam, non de Hæretico; sed de infideli,qui nunquam baptizatus fuerat, (quam tamen violentam, & impropriam explanationem existimat Thomas noster libr. 7. de matrim.disp. 72. num.1.)quis non facilè animaduertat, haud meminisse Patres illos veterum Mosaicorum decretorum aut respexisse ad tempora Euangelio anteriora? Quibus sanè ætatibus iure naturæ inualida fuisse eiuscemodi coniugia difficillimum erit comprobare: ostendunt Sanctius allegato libro,disp.71.numero 7. Bellarminus tom.2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 23. proposit. 2. Basilius Poncius volumine de Matrimonio,lib.7.cap.41. numero 2. Sed, nec posse ex veteri depromi testimonia Instrumento,idem optimè notauit;vnicum quippe Esdræ factum quo solo vtuntur subsidio contrariæ factionis Scriptores, fragili adiumento esse & ipse ostendit, & nos commonstrauimus numero præcedenti: igitur nuptiæ illæ, neque ex naturæ, neque ex diuino iure cassæ fuêre: quamuis ablatis certis conditionibus, illicitæ haberentur; at post legem nouam cœpere irrita esse matrimonia isthæc; sed nonnisi à quadrigentis annis, vt opinabatur Bellarminus vbi suprà, 3. Propositione; & quidem ex consuetudine vim Canonis sortiente: sed Basilius Legionensis indicato loco,num.5.longiores annos tribuit, atque adeò à primi œcumenici Concilij Nicæni ætate; Thomas Sanctius disp. 71.num.8.ad Apostolorum sæcula transfert:quibus suppositis, affirmandum, Trullanos Antistites ad præcedentia tempora respexisse, quibus vel floruêre Christi discentes, aut Nicænum primum Concilium celebratum sit; Sed illi, quibus credere asperum est, *Hæretici* vocabulo intelligẽdum *infidelem*; atque hoc non intellecto, difficiliùs multò opinantur admisisse irrita aliquando existimasse Catholicorum cum hæresi infectis coniugia; Trullana decreta tanquam spuria Græcorum Schismaticis tantùm colenda relinquunt; quare manifestè pronunciant, à sexta Synodo nullos editos Canones; sed ad Christi annum 692. quarto Pontificatus Sergij, cùm iam octo regnasset annis Iustinianus Imperator conuocatos Episcoporum quosdam Constantinopolitano palatio, cui *Trullum* nomen, absque Romanæ Sedis consensu edidisse copiosam Decretorum summam, nempe tres supra vel vt alij memorant quinque centum Canones, quos neque Sergius, neque subsequuti Pastores voluerint approbare; quamobrem erraticam Synodum, & Romanæ auctoritatis, atque gloriæ acerbissimam mastygem grauissimi, & veteres, & noui Scriptores dicere non sunt veriti.

Trullani Canones non sũt sexta Synodi.

Atque equidem definitionibus illis vniuersis patrocinium quærere, nemo arbitror Orthodoxorum conatus est; Cæterùm vix adhuc elapso biennio, cùm Bullæ Cruciatæ pergeret expositionem declarare Theologicæ Facultatis Princeps, Anteceſſor Magister Basilius Legionensis in publica huius Salmanticensis scholæ exedra, apud frequentẽ auditorem, dictauit sanè Commentationum suarum cap. 4. num. 12. Canones Trullani Conciliabuli, exceptis duobus, altero de continentia Clericorũ, alio de Primatu Sedis Constantinopolitanæ, cæteros cunctos receptos fuisse, & illis gubernatam Ecclesiam Orientis; Sed, cùm eo tempore actiùs inueheretur in recens emissam opinionem P. Stephani Fagundez ex nostris,quam ille scripsit de lacticiniis,& ouorum esu, spectata solius communis iuris prohibitione lib.1.de quarto Ecclesiæ præcepto,cap.2. num.12. periculosam, si Deo placet sententiam proclamauit, quoniam aduersaretur Canoni ex Trullanis sexto, & quinquagesimo. Sed cogitationi Fagundez quanti subscripsêre ex flore doctrinarum Salmanticæ, apud Eboram, & Conimbricenses? Denique & verendum fidei Tribunal post grauissimum examen, approbauit cumulatè: cæterùm vehementer edoceri cuperemus, quibus fundamentis nixus tàm sapiens vir tantam auctoritatem conciliare erraticæ Synodo æquum, iustúmque duxerit; vt, quæ ab huius institutis diuertisset opinio, meritò à Catholicis viris periculosa censenda esset; Et fortasse poterat quidpiam peregrinum depromere, & præter inuenta hactenus: nam ferebatur in Conciliorum studiis multùm operis, & diligentiæ posuisse: at, quoniam infecto hoc labore, ad meliora nuper vocatus est, experiamur, quid his, quæ nobis manserunt, monumentis sparsa reliquerit: Dicit sanè Appendice sæpiùs memorata de Matrimonio Catholici cum Hæretico,cap.1.num.7. *Apud Græcorum Ecclesias vim legis obtinuisse, & diu seruatos*; Producit testes Photij Nomocanonem

17.

Basilij Legionensis in approbandis Trullani cõuultus Decretis opinio excussa:

Fagund.

Basil. Leg. Photius. Balsam.

Fidelis cum infideli à quo tẽpore irrita reddita matrimonia?

Sanch.

Bellarm. Basil. Leg.

nem, & Balsamonis Theodori in eosdem Commentarium: & paria ferè tradiderat lib. 7. de Matrimonio, cap. 47. numero 11. Verùm, quanti hi testes? Nam de Photio ecclesiasticorum Annalium conditor tomo 10. anno reparationis humanæ 861. sceleſtissimum, & immanissimum Ecclesiæ persecutorem extitisse prædicat: atque idem Baronius tom. 8. anno Christi 692. Theodorum Schismaticorum Patronum pingit, à suis etiam Græcis notatum mendacem, perfidum, dicacem: & de vtroque Posseuinus totidem: Iam qualis Ecclesia Græcanica tantorum Canonum sedula obseruatrix? Certè Nicolaï Papæ verba sunt illa epistola ad Gallicanos Episcopos, quam Cæsar Cardinalis transcribit tom. 10. ad annum incarnati Dei 867 *Nunquid nos Hæretici aliquando fuimus? Nam, licèt nos peccatores quidem esse non denegemus, quorumlibet tamen errorum face pollutos, Deo gratias, minimè recognoscimus, quemadmodum illi, qui nunquam sine schismate, nunquam prorsus ab errore reperiantur extranei:* Et quidem ab his Pseudosynodi temporibus grauiora schismata oppressère: quemadmodum ab eodem animaduersum allegato tomo 8. anno quoque 692: Sed nec in Oriente nisi à paucis admissos eos Canones cogitauit differrè ibidem Baronius: quippe auctore Anastasio Bibliothecario epistola nuncupatoria ante 7. Synodum: *Nec* (inquit) *in cæterarum Patriarchalium Sedium, licèt Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis; nimirum, quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est:* Attamen ex eodem Anastasio, eadémque præfatione bellum nobis indicit nominatus Magister; probatos nanque ab Ecclesia maxima ex parte his Anastasij conatur ostendere verbis: *Ergo regulas, quas Græci in sexta Synodo perhibent editas, ita in hac 7. Synodo principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex illis illa recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum Sedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniantur aduersæ:* Sed Cardinalis Baronius relato tomo octauo, anno Sergij Papæ 4. postquàm sufficienter probauit, à nemine Romanorum Antistitum vnquam confirmatas Trullanas regulas; occurrit ingeniosè, Anastasium significare solùm, quæ vera sunt inter illos Canones, locum habere apud septimam Synodum, ideò solùm quoniam veritas quæuis ab omni legitimo Concilio admittitur; at synodicam auctoritatem habere aliud est, atque verum vtcunque esse; adiungítque aliquando pugnatum contra Græcos à Romano Præsule per horum Canonum quempiam, non quoniam putarent comparatione omnium pondus habere; sed, quia Græci, aduersùs quos dimicabatur, admittebant, suísque iugulandi essent armis, vti Paulus nonnunquam de Gentilium Poëtarum penu Hemistichium producebat, ethnicis persuadere volens; sic etiam noster Coninckus de Sacramento Ordinis, disp. 20. dubio 9. num. 89. Itaque sacra Concilia nunquam, quod verum est, ad bonósque mores facit, respuunt: sed non his omnibus certam, infallibilémque auctoritatem per definitionem tribuunt.

Photius Ecclesiæ, immanissimus hostis.

Baron.

Theodorus Balsamon Schismaticorum Patronus.

Posseuin.

Ecclesia Græcanica erroribus fœdata.

Nic. Papa.

Trullani Canones nec etiá ab orientali Ecclesia admissi.

Anast. Bibl.

Non omnia, quæ Concilia vt vera admittunt, synodica auctoritate stabiliunt.

Baron.

Coninck.

18. Anastasij tamen iisdem sententiis vtemur contra præfatum scriptorem; asserit quippe nullatenus recipienda, vel quæ prioribus Canonibus, vel quæ Romanorum Decretis Pontificum, vel quæ bonis moribus obuersentur: quæ si comperta sunt, vt esse debeant apud omnes sanæ mentis, cum his quo pacto maritabimus, quæ ipsemet docuerit? nempe, exceptis duabus regulis de Clericorum continentia, & Constantinopolitano primatu, cæteras receptas esse? At expungendum esse Canonem 55. de Sabbatorum ieiuniis, quod Romanæ Ecclesiæ leges præscribere auderet procaciter ipse probè aduertit Appendicis sæpè repetitæ cap. 1. num. 4. delendos quoque esse, ob causas ab Anastasio positas, plures alios Canones euincit singulari eloquentia Baronius tomo 8. anno à natiuitate Seruatoris 692. Canus. lib. 5. de locis, cap. vltimo, §. *Quarto loco.* Dominicus Bañez Commentario scholastico breuiori in 2. 2. quæst 1. art. 10. dubitatione 5. Franciscus Iouerius in Sanctionibus ecclesiasticis, velitatione de Canonibus sextæ Synodi: Prologus ad Canones sextæ Synodo attributos, tom. 3. Conciliorum, quæ prodierunt ex Vaticano prælo iussu Pauli V. ex nostris P. Franciscus Torrensis libro de sexta, septima, & octaua Synodo: P. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 16. At, cùm Basilius præter duos, admissos asserat reliquos, vnum & centum Canones; lubet interrogare, à quibus tandem? Græcisne, an Latinis? Græcos esse noluit; tum, quia & hi aliàs illas erroris regulas amplexati; tum, quia ab eorum factis pro Latinorum moribus apta argumentatio non conficitur: Latinos igitur recepisse significauerit: Sed quibus hoc Auctoribus dicat, qua vereris Historiæ probatione, quàm multa & efficaci ratione tot in diuersum vrgentibus? Pro nobis autem quotæ legiones, quantus veterum, & nouorum sæculorum consensus? Atque hi quidem Trullanam congregationem erraticam, & falsam Synodum nominant, aut in Romanæ & Apostolicæ Sedis odium, & apertam inuidiam conspirasse affirmant, regulas autem flocci pendunt: Hæc asserunt apud Baronium, aliósque, Beda de sex ætatibus mundi in Iustiniano minore; Paulus Diaconus de gestis Longobard. lib. 6. cap. 11. Anastasius Bibliothecarius præfatione ad 7. Synodum: Ado Viennensis, & Marianus Scotus in Chronicis; qui & addit, puduisse Græcos Historicos mentionem facere horum Decretorum, Cedrenum, Zonaram, Constantinum, Glycam, & alios: Bellarminus tom. 1. lib. 1. de Conciliis, & Ecclesia, cap. 6. refert prætereà Othonem Frigensem lib. 1. cap. 13. Rhegionem lib. 1. Canus citat Theophanis Græci Historiam, & Humbertum Syluæ candidæ Episcopum, Apocrisarium Leonis IX. atque hæc est veteranorum cohors: ex iunioribus dedimus hunc, quem iam nominauimus Canum, Baronium, Iouerium, Bañez, Turrianum, Azor, Bellarminum, qui eadem inculcat lib. 2 de Romano Pontifice. cap. 18. adstruunt Platina in vita Sergij, Surius tertio Conciliorum tomo ad sextam Synodum: ad eandem Seuerinus Binnius tertij tomi parte 2. Iacobus Septimacensis de Cacholicis Institutionibus, titulo 40. numero 38. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ, tom. 1. lib. 11. signo 48. Dominicus Sotus de iustitia, & iure, lib. 7. quæst. 6. artic. 2. §. *Quo ergo Hæc*, &c. P. Valentia tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 5. §. 2. ad 6. argum. P. Thomas Sanchez tom. 2. de Matrimonio, lib. 7 disp. 28. num. 7. Pater Gretserus tom. 1. defensionis Bellarmini, cap. 1. lib. 1. p. 89. P. Serarius tom. 2. Opusculorum, tractatu de coniugio Catholicorũ cum Hæreticis, § 4. P. Gordonus ad annum Christi 692. P. Gaulterius ad finẽ sexti sæculi P. Petauius in

Baron. Canus. Bañez. Iouer. Prol. Conc. Turrian. Azor. Beda. Paul. Diac. Anast. Bibl. Ado Vien. Scotus. Bellarm. Otho. Frig. Rhegio. Canus. Theophan. Platina. Surius. Binnius. Simanc. Bozius. Sotus. Valent. Sanch. Gretser. Serar. Gordon. Gaulterius

Ex Synodi Trullanæ decretis multi expungendi Canones.

Coninck. in Rationario temporum lib. 9. cap. 3. P. Coninckus de Sacramento Ordinis, disp. 20. dubio 9. num. 89. P. Rebellus lib. 3. de obligatione iustitiæ, & iuris, sect. 4. quæst. 9. P. Gaspar. Hurtado disp. 24, de Matrim. difficult. 2. num. 5. P. Reginald. Praxis pœnitentialis lib. 31. cap. 21. num. 169. P. Salmeron tom. 12. in Acta apostolica, tractat. 23. §. *Deinde, si obiicias.* P. Lorinus ad vers. 3. cap. 7. Deuteronomij: Ferdinandus de Mendoça lib. 2. de confirmando Concilio Illiberitano ad Canonem 26. c. 52. Petrus de Ochagauia tract. 3. de Matrimonio, quæst. 51. num. 12. Petrus Arcudius Corcyreus eleganter, & neruosè contra Græcos, tomo de Concordia Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ in Sacramentorum administratione, lib. 7 de Matrimonio, cap. 34. 35. & 36. Constat igitur infirmam, atque indoctam argumentationis formam esse, quæ Trullani Conciliabuli decretis munitur.

Rebell. Hurtado. Reginald. Salmeron. Lorin. Mendoça. Ochagauia. Arcudius.

SECTIO III.

Quos Interlocutores Canticorum Scriptor in scenam mittat? quos iuxta historialem sensum? quos iuxta mysticum? Viri an seorsim, an pariter cũ mulieribus canerẽt? quid de Orthodoxæ Hymnodiæ vsu? ex Zacharia, Regum 2. Iudicum libro, & Psal. 67.

19. *Quatuor personarum genera Salomonis introducta dramate.*

QVALES diuinæ huius fabulæ Actores, quæ dialogizantis Epithalamij personæ, cæteris excelsior Interpres Adamantius declarauit prologo quatuor homiliarum, atque etiamnum distinctiùs genuino Opere suo, priori, videlicet, homilia ex duabus per Hieronymum Latino charactere donatis; *Quatuor mihi* (ait) *in his videor inuenisse personas; virum, & sponsam; cum sponsa adolescentulas; cum sponso sodalium greges: alia dicuntur à sponsa; alia à sponso; nonnulla à inuenculis; quædam à sodalibus sponsi; congruum quippe est, vt in nuptiis adolescentularum sit multitudo cum sponsa, iuuenum turba cum sponso,* Origeni totus Explanatorum chorus accinit: sed expressiùs, & penè ipsius verbis Glossæ vulgatæ collector, Richardus Victorinus, Hugo Carensis prologis in Cantica: Aptè illud animaduersum, nouam nuptam comitari virgines, sponsum viros associari; Tale quidpiam notatum à Papinio in funere Achemori pueri; nam de eius genitoribus loquens, lib. 6. Theb. ait:

Origen. Glossa. Richar. Vict. Hugo Card. *Sponsum viri comitantur, sponsam femina.*

Statius.

——— *cinxêre Lycurgum*
Lernæi proceres, genitricem mollior ambit
Turba.

Sic & deturbato in profundum Pharaone Hebræorum victorialis exercitus in turmas distributus: *Diuisa* (ait Philo de vita Moysis) *omni gente in duos choros, alterum virorum, & alterum mulierum; Moyses viris carmen præiuit, sororem autem dedit præcentricem feminis; vt illud in parentem omnium conditorẽ Deum alternis canerent versibus, non discrepante à moribus carmine, dum certatim canunt suis vicibus, & carmen miscetur ex sonis acutis, atque grauibus; virorum enim voces graues sunt, acutæ mulierum, vnde temperamentum fit commensuratæ, suauitérque coptatæ melodiæ;* His addit Comestor cap. 31. in Exodum, nescio, ex quibus fontibus hauserit: *Moratus est* (inquit) *Israël iuxta littus maris septem diebus, & cum tympanis, & musicis instrumentis veniebat ad littus, & cantabat Domino Canticum Moysi; viri seorsum, & mulieres seorsum; in cuius rei memoriam septem Paschalibus diebus cantando redimus ad fontes:* Quod & in luctuosis quoque obseruatum, vt diuulsæ à virorum comitatu plangerent feminæ; quem in morem Theodoretus, atque Lyra Zachariam interpretantur cap. 12. vers. 12. *Et planget terra; familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum;* Quamobrem Musica Hebræorum non solo virorum modulata gutture, sed feminarum quoque dulciori cantu constasse videatur; propterea apud Nehemiam lib. 1. cap. 2. vers. 65. æquè recensentur cantatrices cum cantoribus; Salomon quoque cap. 2. Ecclesiastis, vers 8. inter delicias suas numerat vtrosque: quo voluptatis genere neque iustus Dauid caruit, nam eo inuitante senem Berzellaï, Regum 2. cap. 19. vers. 33. ad aulæ festiua, & genialia, respondit octogenarius: *Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue, aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus, & potus? vel audire possum vltra vocem cantorum, atque cantatricum?* Apud nationes quoque è duplici sexu chorus modulantium, sed intermixto puellari numero cum masculis; *Non vides, quàm multorum vocibus chorus constet?* (inquit Seneca epist. 84.) *vnus tamen ex omnibus sonus redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media; accedunt viris feminæ; interponuntur tibiæ; singulorum illic latent voces, omnium apparent:* Atque idem epist. 29. *Cæterùm, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi; si intrante te, clamor plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate te feminæ, puerique laudauerint:* Verùm, neque apud Hebræos perpetuum vsum fuisse autumo, vt à viris segregatæ virgines intonarent; nam admixtas nonnunquam, aut circunfusas sanè Psalm. 67. indicat versu 36. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum;* Ac quanquam Iacobus Boulduc lib. 3. Ecclesiæ ante legem, cap. 15. ad hunc versum, arbitretur alludum ad sororem Moysi cum duplici canentium cœtu, demerso Phariorum Rege: at separatam ibi femineam turbam docuimus; hîc autem in meditullio locatam verba adsignificant, & constructêre sic Iansenius, atque Folengius perspicuo sermone; simul etiam vir, atque femina coniuncti Iudicum cap. 5. vers. 1. *cecinerũtque Debbora, & Barac, filius Abinoëm in illo die dicentes,* &c. Sed neque perennis mos fuit, vt simul canerent vtriusque sexus personæ: nam de solo muliebri legimus post abscissum Goliath superbum caput: quippe *egressæ fuerunt mulieres* (Reg. lib. 1. cap. 18. vers. 6.) *de vniuersis vrbibus Israel cantantes, choróque ducentes, in occursum Saül Regis, in tympanis latitiæ, & in sistris;* Existimo tamen communiori Iudæorum norma, diuisas fuisse præcinentium classes, & separata virorũ à feminarum contubernio loca, quoniam apud illos singulari diligentia prohibebantur virginibus, præsertim virorum aspectus, vt tangam numero 22. Quare concinnè Origen. definit, sodales, & nuptiarum amicos ad sponsum attinere; adolescentulas

Comestor. *Zachariæ locus ex c. 12. de planctu in luctuosis.* Theodor. Lyran. 1. Esdr. 2. Eccles 2. 2. Reg. 19. *Intermixti choro virorũ mulieres etiã cantatrices.* Psal. 67. Boulduc. Iansen. Foleng. Iudic. 5. 1. Reg. 18.

Chori duo canentium apud veteres: alter feminarũ, alter virorum. Philo.

adolescentulas ad sponsam. Et quidem sub initio catholicæ fidei pariter cum viris in Ecclesia feminas cantasse docet Isidorus Pelusiotta lib. 1. epist. 90. his verbis: *importunas in Ecclesia loquacitates Domini Apostoli comprimere in Ecclesiis studentes, modestiaque, atque grauitatis Magistros sese nobis præbentes, vt mulieres in ipsis canerent sapienti consilio permiserunt.* Sed quidem diuisis in templo locis, quod de Essenis pro comperto Philo statuit libro de vita contemplatiua, at iustas ob causas postea mulieribus prohibitum, ne publicè in Ecclesiis canerent ostendit noster Cresolius Mystag. lib. 3. cap. 27. sect. 1. modum vero canendi Ecclesiasticorum ex Venantio Fortunato & aliis delineat Ioannes Filesaccus selectorum lib. 2. Tractatu de cantu Ecclesiæ. §. 10.

SVBSECTIO I.

Quæ feminarum diuersitas in hoc Epithalamio? Virgines & funesta & læta cantibus celebrant apud Hebræos, speciatim connubialia gaudia: Amos explicatus; ex Reg. 2. locus; Ieremias sæpè: virgines Iudæorum absconditæ, quando prodirent? Iudithæ lux; Pedissequarum quotus numerus Reginis? virgines, quæ lampades gestarent in nuptiis an decem? Matthæi parabola diligenter enucleata; venatrices puellæ genialem pompam instruunt: Matrina Sponsæ quænam?

20. *Adolescẽtularum vocabulo quid significatur in Cantico Salomonis?*

VErùm attentiùs considerari necesse est, quid, siue Origenes, siue reliqui Interpretes, adolescentularum vocabulo indicare voluerint? Puto equidem omne genus muliebre, quod hoc dramate proloquitur, excepta vna sponsa; quatuor enim personarum formis cùm dicit constare vniuersum Actum, oportet, per adolescentulas intelligat mulieres cunctas; aliàs proculdubio sermocinantium numerus quaternarium prætergredietur: neque his obstare quidpiam valeat, nisi Critici acerbè ferant, matronas etiam adolescentularum nomine comprehendi: Sed Grammaticis relicta vocum contentione, age, expendamus, cuius fortunæ, & conditionis feminæ hoc Epithalamium instituant? nam video pauca ab Explanatoribus pro his cogitata: Nolo intra has complecti metas prætereuntium turbas, à quibus acclamationes illæ Canticorum cap. 3. *Quæ est ista, quæ ascendit, sicut virgula fumi,* &c. Cant. 3. & 8. Et cap. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens,* &c. incertum quippe est, an à viris, an à mulieribus profectæ admirationes illæ: atque vt femineas esse voces dicamus, præter opinionem fuit, quoniam extra spem casu occurrerunt: de iis igitur argumentaturi, qui ex proprietate aliqua ad genialem pompam spectant, in primis Heroïnas aliquas, & de procerum ordinibus adfuisse reor; fortasse hæ sunt filiæ Hierusalem, quas sponsus sæpè adiurat, ne quiescenti dilectæ obstrepere pergant, quæ & formam nouæ nuptæ aliquando in inuidiam vocauerant, subfuscam nominantes: at extitisse in comitatu de nobilitate indicat apertè cap. 6. Canticorum, vbi Reginæ, & concubinæ laudauisse sponsæ singularem gratiam, atque pulchritudinem perhibentur; æquum nanque fuerat, cùm sponsus metropolita esset, déque Optimatum medulla, ipsum vt comitarentur regni Proceres, recentem eius vxorem ambirent Heroïdes: sic de thalamis filiarum Adrasti Regis, Statij Musa cantauit Thebaïdos 2.

Heroïnæ nobilissimæ sponsam Cãticorũ comitatæ.

Interior sacris calet, & sonat aula tumultu
Femineo: casta matres cinxêre corona
Argolides: pars virginibus circum vndique fusæ Statius.
Fœdera conciliant noua, solantúrque timorem.

Arbitror autem pleraque Dominarum affinitate, aut cognatione sponso coniunctas, sed & locum habuisse propinquas sponsæ; tum, quia verba illa significant, cap. 8. Canticorum: *Soror nostra parua, & vbera non habet*; tum, quia insolens apparebat excluſis domesticis vocari peregrinos ad lætitiam solennium nuptiarum; tum denique, quoniam consuetudo gentis ita obtinuit, legimus quippe Machabæorum lib. 1. cap. 9. vers. 39. Cant. 8. *Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis*; Vbi vides, inter socios nominari *fratres*! atque sanè decebat ita, nuptam in primis cognatione, tanquam pudicitiæ vallo circundari; Quare de honestissimo Christianorum iugali fœdere Euaristus Papa epistola 1. *Vxor* (inquit) *petatur, & à parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & suo tempore sacerdotaliter* (vt mos est) *cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à Paranymphis* (vt consuetudo docet) *custodita, & consociata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & solenniter accipiatur*: Concilium Carthaginense IV. canone 13. *Sponsus, & sponsa, cùm benedicendi sunt, à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur*: Lucanus lib. 2. loquens de mœstis, & infelicibus Martiæ connubiis:

Parentes & cognationũ sponsam vallant. 1. Mach. 9.
Euarist. pap.
Concil. IV. Carth.
Lucanus.

Non soliti lusêre sales, nec more Sabino
Excepit tristis conuiuia festa maritus,
Pignora nulla domus, nulli coiêre propinqui,
Junguntur taciti:

Atque hæc, de qua hucusque diximus, inter feminas honoratior portio, vtpote quam matronæ maiori ex parte constituant: Videamus etiam, quę sint iuuencularum munia: nam hæ, quemadmodum innuebamus, cum, rigore adolescentularum titulis appellandæ.

21. *Virgines & funestæ & læta cantibus celebrabant apud Hebræos.*

Erant igitur ex virginibus, vt opinior, quoniam harum suauior atque æqualior vox, apud Hebræos pars, quarum officia, & munus, aut læta canere vincentibus turmis, aut potentum conuiuia mulcere, aut defunctos plangere lamentationibus, & epicædiis, aut denique nubentium concelebrare gloriam per Epithalamia, & Hymenæos: Et de prioribus duobus adhibuimus exempla numero 19. Nunc de lugubri, & geniali metro; est autem pro funesto versu elegans locus Paralip. 2. cap. 35. vers. 25. nam mortuo Iosia, optimo Rege: *Vniuersus Iuda, & Hierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè: cuius omnes cantores, atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israël; Ecce scriptum fertur in lamentationibus*: Et fuerant quidem non obscuri rumoris

2. Parr. 35. *Threni Ieremiæ super Iosiã compositi.*

rumoris Scriptores qui obitum Iosiæ putarent argumentum Threnorum Ieremiæ, cuius quanta sit sententiæ probabilitas, docebunt præter Threnorum Interpretes Sanchez ad cap. 23. lib. 4. Regum, num. 29. Salianus tom. 4. anno mundi 3425. num. 13. Sed huius moris Auctorem fuisse Dauidem metricis doctissimum, forsan haud absurdè pronunciauerimus; quippe cùm næniam Saüli, & Ionathæ interemptis cantaret plorabundus, *Præcepit* (Regum 2. cap. 1. vers. 18.) *vt docerent filios Iudæ arcum*, id est, huiusmodi lamentum, cui titulus, *Arcus*, quæ est elegans, & ingeniosa cogitatio Marianæ, & Sanchez num. 19. vt ea planctus norma vterentur nepotes, quod in sua tempora obseruatum scribit Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 1. Denique vsum fuisse Iudæis, lamentatores, lamentatricésque habuisse, quos pretio conducerent ad lugendum in acerbis euentibus, prodit Ribera num. 42. in cap. 5. Amos ad illa verba: *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere*; Ibidémque subindicat Hieronymus, sed expressiùs ad Hieremiæ cap 9. vers. 17. *Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent*; Sequitur Stridonensem Lyranus: Quæ autem huius generis fuerint apud nationes barbaras, & infideles, docebunt nostet Pineda ad versum 8. cap. 3. Iob, numero 5. Ioannes Rosinus Antiquit. Rom. lib. 2. cap. 19. & lib. 10. cap. 39. iam & ab huiuscemodi concelebratam genialem lætitiam præmonstrabit idem Hieremias, qui in his declarandis multus est: *Et quiescere faciam* (inquit cap. 7. vers 34.) *de vrbibus Iuda, & de plateis Hierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ: in desolationem erit terra.* Repetit cum istis homogenea, cap. 16. vers. 9. cap. 25. vers. 10. cap. 33. vers. 11. & Apocalypsis textus consentit cap. 18. num. 22. Atque hæc sunt gaudia illa publica, quæ amissa ingemit idem Vates cap. 5. Threnorum, vers. 14. *Senes defecerunt de portis*: nimirum, cùm transeunte nuptiali apparatu vocarentur ad eum modum, quo hoc Carmine, cap. 3. *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius. Iuuenes* (addit, subaudi, defecerunt) *de choro psallentium: defecit gaudium cordis nostri: cecidit corona capitis nostri.* nempe, illa, qua cinguntur ad nuptias vocati; Sed de hoc more publicę lætitiæ auscultemus Augustinum differentem ad illa Psalmi 41. *In voce exultationis, & confessionis*, &c. *Festa cùm hìc homines celebrant suæ luxuriæ, consuetudine habent constituere organa ante domos, aut ponere symphoniam, vel quæcunque musica ad luxuriam seruientia, & illicientia: & vt audita fuerint hæc, quid dicimus, qui transimus? Quid hìc agitur? Et respondetur nobis aliqua esse festa; Natalitia, inquit, celebrant, nuptiæ hìc sunt, vt non videantur inepta illa Cantica, sed excusetur festiuitate luxuria.* Et quidem posterioribus temporibus abundasse Syriam, & conterminam Ægyptum eo mortalium genere, quod molliora theatri spectacula componit, significat Iulius Capitolinus in Vero, cap. 8. nam de Imperatore inde reduce asserit: *Adduxerat secum & fidicinas, & tibicines, & histriones, scurrásque, mimarios, & præstigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria pascitur voluptate*; Vnde & antiquus Iuuenalis Scholiastes ad illa Satyræ 2.

Forsitan expectas, vt Gaditana canoro,
Incipiat prurire choro.

Speras (ait) *forsitan, quòd incipiant saltare delicatæ ac pulchræ puellæ Syriæ, quoniam de Syris, & Afris Gadis condita est*; Quando igitur extiterint apud Hebræos, quibus ars, & conditio vitæ fuerit nubentium laudes, & encomia canere, quod ipsum & pagani facere soliti, vt notauit Muretus ad Epithalamium, quod Iuliæ, & Manlio Catullus modulatus est; ipsique Poëtæ versus indicant apertè, cantant enim: Muret. Catull.

Vos item, simul integræ
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite in modum:
Dicite: ô Hymenæe, Hymen,
Hymen, ô Hymenæe.

Quibus Catulli versibus si adiungas Martiani Capellæ verba; constabit omninò id, de quo loquimur. Is libro 2. de nuptiis Mercurij, & Philologiæ: *Ecce* (ait) *ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus suscitatur, quem Musarum conuenientium chorus impendens nuptialibus sacramentis, modulationis doctæ tinnitibus concinebat: nam nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonus, nec hydraularum harmonicarum deerat plenitudo: sed in blandum collata cantum, ac modificato fine compactum voce virginum complementi spatium, ratum facere silentium: ac tunc ille omnis chorus canoris vocibus, dulcique modulatu præuertit omnes organicas suauitates, & cùm sacra numeris cantilenæ hæc dicta fundantur, haud dubium est adolescentularum vocabulo istiusmodi comprehendi puellas*; Et sanè ex his crediderim compactum chorum huius dramatis: atque esse forsan, quæ sponsam mitis afficiant titulis cap. 4. & cap. 7. huius Poëseos. Capell. *Chorus Canticorum ex Virginibus cantatricibus.*

Opponas Feminas omnes apud Iudæos virorum conspectus fugere, conclaui, & angulis abscondi, atque virgines potissimùm; argumentum primum ex Hieronymo tritum illud quidem, sed firmissimum à vocis Hebrææ *hahalmah*, quæ virginem repræsentat etymo; At qualiter? Ergo *alma* (ait ad c. 7. Isaïæ) *non solùm puella, vel virgo, sed cum ἐπιτάσει virgo abscondita dicitur, & secreta, quæ nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit*; Denotat igitur, nequaquam virginem nũcupandam, quæ virorum obtutibus se permiserit: Secundum testimonium eiusdem gentis Philo præbebit, qui in Flaccum scribens, atque Alexandrinorum violentam irruptionem in lares Iudæorum enarrans, ait: *Denique, quia mulierculæ incluſæ nunquam è conclaui egredi solitæ, & virgines præ pudore declinantes etiam aspectum familiarium: tunc non solùm ignotis, verùm etiam militari ferociæ spectabantur pauidæ*: Ergo, cùm tam secretæ fuerint Hebræorum puellæ, quo pacto affirmamus, cantatum ab illis nuptialem Hymnum, cùm hunc asseramus modulatum in plateis, publicísque vrbium viis coram multitudine? Ad hæc, geniale carmen, ante nubentium thalamos occini solitum probat Muretus ad Epithalamium Iuliæ, & Manlij apud Catullum Cælius Rhodiginus lib. 18. cap 15. & innuit ecclesiastica Antiphona, *Ante thorum huius Virginis cantate nobis dulcia cantica dramatis*: Respondeo, Hymenæum variis constare partibus, atque nunc eius articulum aliquem accini inter epulandum, nunc dum cubiculo secederent amantes, nunc dum traduceretur geniali ferculo sponsa; nam his omnibus circunstantiis quis

22. *Virgines absc. condebantur apud Hebræos* Hieron. הָעַלְמָה

Philo.

Muret.

Hymenæus & ad mensam, & in plateis, & ante thalamum cantatus.

Sanchez. Salian.

Dauid funebris metri inuentor.

2. Reg. 1.

Mariana. Sanchez.

Ioseph.

Lamentationes conductæ ad funera mortuorum.

Amos 5. 16. Ierem 9. Hieron. Ribera. Lyra. Pineda. Rosinus.

Nuptiale carmen per plateas cantatum.

Ierem. c. 7. cap. 16. c. 25. cap. 33.

Apoc. 18.

Thren. 14.

Cant. 3.

Augusti.

Organa ante domorum ostia.

Syria fidicinas & histriones plurimos habēs.

Capitol.

Iuuenal.

quis dubitat collaudatos à Musicis nubentes? Quando enim harmonia nisi sub conuiuio? *Qui cantus ad vocem Psalmi* (inquit Amos capit. 6.) *bibentes vinum in phialis:* Tum certè cithara crinitus Iopas personat aurata: *Tum Canticum quod appellabatur* σκολιόν, *id est, obliquum* (ait Clemens Græcus Pædag. lib 2. cap. 4.) *canebatur distillantibus poculis:* Quid autem de traductionis gloria triumphorum magnorum æmula, necesse sit dicere? Consule prælibata superiùs Proloquio 3. Sect. 3. Subsect. 2. num. 90. Verum itaque fuerit, fortassè cantatum Hymenæum ad thalami fores (quanquam thalamum cubicularem intellexisse non sit opus,) vt monui eodē loco: Nam indecens ante cubiculum aliquos stare; quare modestissimè Augustinus lib. 14. de Ciuit. cap. 28. *Quid concubitus coniugalis, qui secundùm matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum fit causa liberorum? Nónne & ipse, quanquam sit licitus, & honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nónne omnes famulos, atque ipsos etiam paranymphos, & quoscunque ingredi qualibet necessitudo permiserat, antè mittit foras, quàm vel blandiri coniux incipiat?* At de Musica inter conuiuandum dicemus nonnihil inferiùs num. 36. Sed non omnis ibi Hymenæus; Verùm, quod ad grauioré de virginibus litem attinet: primùm affirmare valeamus, cantatrices has ex plebeia multitudine fuisse, histrionicam, & vilem turbam: hoc autem genus rarò secretum obseruat; sed palans, & vagabundum fertur, vbicunque lucri amplior spes affulgeat; Deinde, vt concedamus ex honestarum classe fuisse, earum, quæ diligenter fugissent virorum consortia: at est aliquando, infrequenter tamen, cùm hæ quoque posthabeant seria ludo, nempe, cùm aut propinquorum, aut Reipublicæ lætitia est: Sanè Iudith cap. 15. vers. 15. effusos omnes ordines indicat sacer Textus: *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & Virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis:* Atque Iudicum cap. 11. *Reuertente Iephte in domum suam occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis, & choris*; Erat autem Virgo, quæ per bimestre spatium fleuit virginitatem suam in montibus; Denique virgines sunt, quanquam dimidia parte stolidæ, quæ Matth. cap. 25. vers. 1. accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ: Et quidém lucro adductas has virgines, quo canerent nuptialem rithmum, arbitratur Tostatus septima parte in Euangelium Matthæi, quæst. 3. in nominatum cap. 25. Vide Pinedam lib. quinto de Salomone, cap. 3. num. 7.

Amos. 6.

Clem. Alex.

Augustin.

Virgines Hebræorum in publica lætitia foras prodibant.

Iudith 15.

Iudic. 11.

Matth 25.

Abul. Pined.

23. *Pedissequarum quātus esset numerus Reginis, & Heroïdibus?*

Alia expositio est, quæ adolescentularum dictione pedissequas, siue ancillas intelligat: quas *ornatrices feminas* Alexandrinus Clemens appellat Pædag. lib. 3. cap. 3. quòd componendis, ornandisque Matronis deseruiant; *Et hæ quidem* (inquit) *speculis; illæ autem vittis; aliæ verò præsunt pectinibus:* quarum negligentiam Ceres, nata abrepta, ferò arguebat apud Claudianum lib 3. de Proserpina:

Clem. Alex.

Claud.

Heu! vbi nunc est nata mihi? quò mille ministræ?
Quò Cyane? volucres quævis Sirenas abegit?
Hæccine vestra fides? sic fas aliena tueri
Pignora?

Sed iuuat excerpsisse ex Plutarchi Marco Antonio famulitium Cleopatræ; *Recumbebat illa sub tabernaculo auro intexto, eleganter exculta, vt pingitur Venus: Pueri pictis cupidinibus assimiles hinc inde stabant, & ventulum ei facichant; Ancillæ item-dem, quæ forma præcellebant, Nereïdum, & Gratiarum modo amictæ, partim assistebant gubernaculis, partim rudentibus:* Tribuit præterea Eunuchorum satellitia Pelusiacæ Reginæ Lucanus libro 10.

Cleopatræ blandum satellitium. Plutarch.

Necnon infelix ferro mollita iuuentus,
Atque exsecta virum; stat contra fortior ætas;
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.

Eunuchorū famulatus. Lucan.

Sed quantas habuerit vel ipsa, vel cæteræ Reginæ famulas, difficile est statuere, siue Hebræorum vsum, seu peregrinarum gentium respicias. Latonæ myriadem tribuit Poëta Æneid. 1.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros; quam mille secutæ
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades.

Maro.

Epulas autem describens, quas naufrago Troïanorum Duci opiparas Dido parauerat, præter centum pueros, tres ancillarum quinquagenas dapibus seruiendis, apparandisque adstitisse pingit: Dearum tamen Principi, Iunoni, idem paucas admodum Virgines donauit, bis septem, videlicet, nisi potissimas nominasse tantùm asseras, & delectum multitudinis; Sed Romanorum luxus fidem omnem antestat; *Familia* (inquit Seneca libr. 7. de Benefic. cap. 10.) *bellicosis nationibus maior, & ædificia priuata laxitatem vrbium magnarum vincentia:* Per Scripturas inuenimus Abigaïl, cùm Dauidis Hymenæos peteret, quinque pedissequis associatam iuisse: Esther cap. 2. versu 9 septem speciosissimæ puellæ de domo regia assignantur: Illa, quæ Sabæis præerat, *legitur* (Regum 3. cap. 10. vers. 2.) Hierusalem ingressa fuisse *multo cum comitatu, & diuitiis.* Quicunque ille est in hoc nostro Cantico tantarum vxorum maritus cap. 6. cui sexaginta Reginæ & concubinarum maior copia, certè adolescentulas tot habuisse dicitur, vt earum stabilis numerus iniri non potuerit; videlicet, erant illæ Reginarum, concubinarúmque famulæ: Denique nostrum hoc geniale carmen iuuenculas non rarò nominat; sed quot fuissent, non definit, vti neq; Dauidis nuptiale metrum; nam solùm generaliter cantat Psalm. 44. adducendas Regi virgines post eam, proximas eius afferendas in lætitia, & exultatione: Puto in his nullam certam regulam anxiè quærendam; sed aut auaritiam, aut opes exhaustas modum posuisse famularum, seruorúmque & fastui; & multitudini; sed, cùm Reges etiam feminarum ministeriis vterentur, non quòd thoro deseruirent, & secundarię vxores essent: sed quòd domi obeunda pleraque munia peragerent: *vnguentariæ enim* (Reg. 1. cap. 8. vers. 13.) *focariæ, & panificæ erant,* puto, quemadmodum Dynastæ satellitibus quandoque vestium certos colores & modos ex donatiuo, & præter stipendia, dispertiunt, Hispana dialecto, *librea*: sic & distribuisse ancillis; atque hoc illud esse ob quod oportere filias Israël Saülis occasum deflere, dicebat Threno suo Dauid Reg. 2. cap. 1. vers. 14. *Filiæ Israël super Saül flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.*

Pſal 44.

1. Reg. 8.

2. Reg. 1.

Tertia linea adolescentularum illa est, quæ prælucebat in nuptiis, & siue lampades, seu tędas geniales ferebat; de his habemus expressum Euangeliorum textum apud Matthæum cap. 25. vers. 1. *Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ:* Atque idem Textus diremisse visus, quæ potuit esse cardinalis, & potissima quæstio de numero tædiferarum istarum:

24. *Virgines, quæ lampades gestarent in nuptiis, quot essent?* Matth. 25.

nam

nam denas fuisse manifestè declarat, visus huic adstipulari sententiæ Papinius lib. 1. Syluarum, Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, sic accinit dulcis & pomposus :

Statius.

——procul ecce canoro
Demigrant Helicone Deæ, quatiúntque nouena
Lampade solennem thalamis coeuntibus ignem :
Quas inter vultu petulans Elegia propinquat
Celsior assueto, Diuásque hortatur, & ambit
Alternum factura pedem, decimámque videri
Se cupit, & medias fallit permixta sorores.

Quibus planè & lampadas, & decem virgines nuptiis accommodat; Sed est non minùs insignis, religiosior Oratio Ambrosij ad virginem lapsam, cap. 5. *Nam, si inter decem testes* (inquit) *confectis sponsaliis, nuptiis consummatis, quauis verò femina coniuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium : quid putes fore, si inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram angelicis exercitibus cœli, facta copula spiritalis per adulterium soluitur?*

Ambr.

Quemadmodum itaque ex viris recenset Ambrosius decem testes adhibitos fuisse, neque supra hunc numerum : sic fortasse quæ nubentibus prælucebant virgines, connubiorum quoque ipsæ pars, decem solùm extiterant ; Sed his obsistere dicas Abigaïlem ad nuptias progredientem, quinas tantùm secum tulisse puellas : Estheri non ampliùs quàm septem datas, cùm thalamis se præpararet : Adde, si ex virorum multitudine, virginum ineundus sit numerus, Samsoni Iudicum cap. 14. vers. 11. signatos triginta sodales, vt essent cum eo, quos nuptiarum amicos fuisse coniectatur Abulensis, docet palàm Serarius quæst. 11. in præfatum caput : Denique qualis sponsus sit, aut cuius mentis, qui virginibus fatuis vtatur, luciferis suis ? Atque externa etiam repugnant : Festus tribus contentus, altera facem ex spina alba præferente, duabus tenentibus sponsam, dum ad mariti veheretur lares. Plutarchus quinque facit, quos cum sequutus ædiles connubiorum nominat Scaliger poëtices lib. 3. cap. 101. Sed vltra decimum quoque numerum processit Theocritus edyllio 18. quod Helenes Epithalamium inscribitur :

Iudic. 14. Tostat. Serar.

Festus.

Plutarch.

Scaliger.

Theocrit.

---Huc viridi bis sex in veste puellæ
Delectæ numero ex omni, quas illa tenebant
Mœnia : progressæ festas duxêre choreas
Ante recens pictum thalamum, cùm filius Atrei
E geminis natu minor, & florentior annis
Tyndaridem sibi dilectam despondit.

Quid igitur sentiendum in tanta opinationum differentia, existimantibus quibusdam ternarium fuisse, aliis quinarium numerum, his septem astruentibus, illis decem, nonnullo perhibente duodecim admittendas virgines?

25. *Regula : In historiis, aut parabolis, veris fabulosa admixta.*

Ex his duo communiora placita propugnanda, nempe, affirmantia, aut decem, aut quinque; Vt quinarium defendamus numerum, sciendum est, in parabolis, aut etiam ipsis historiis, nonnunquam veris conficta quædam admisceri, quoniam ad scopum mysticè à parabolizante intentum, illa in primis faciunt : Notauit Iansenius Concordiæ cap. 79. in principio : sed multo cum acumine distinctius explicat Maldonatus ad cap. 16. Lucæ, num. 23. obseruat enim prudenter, quòd diues in Inferno positus sanctum Abrahamum rogauerit, nequaquam euenire, vt Sanctorum opem postulent damnati: petere quidem aliquid possunt, sed non propriè orare, Consule P. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 29. quæstio 10. & cap. 31. quæsito 2. P. Valentiam tom. 3. disput. 6. quæst. 2. puncto 2. conclusione 2. Sed tamen ad finem præcipuum, quem Christus sibi narratione proposuerat, hoc conducere valdè ; quoniam si fieri posset, vt qui flammis tartareis cruciantur, leuamentum per orationes à Beatis sperare valerent, verosimile est obnixè postulaturos ; quod deinde pergit probare desumpto robore ab hac ipsa de virginibus parabola, & ab ea, quæ de patrefamiliarum est, qui misit operarios in vineam variis diei horis ; Sic igitur, quamuis concedamus non fuisse admissas ad nuptialem pompam fatuas virginis, vt quæ dedecori potiùs essent, quàm honori : sed tamen, vt perciperent auditores ea, quæ Christus significare cupiebat ; nimirum, fidem absque adiunctis bonis operibus ad salutem non sufficere, virgines simulauit stolidas, quæ lampades quidem, id est, fidem, portabant, sed absque oleo, id est, sine virtutum cæterarum adminiculis : quod indicare non posset, si virgines omnes nauas descripsisset, & quæ futurorum prouidæ, lychnos oleo opportuno tempore repleuissent : atque his vtcunque probabiliter defendi posse appareat, quinque solùm virgines tædas ferre solitas, quoties noua nupta omnibus conspiciendam se offerebat.

Valent. *Quinque virgines fatuæ, de quibus Matth. cap. 25. num verè in nuptiis?*

Iam, si decem extitisse conemur præmonstrare ; quanquam, vt benè aduertit Maldonatus ex Patrum doctrina, numerus ille non tam significat definitam aliquam collectionem, quàm fuisse magnam virginum turbam ; probemus tamen & potuisse insipientes virgines ad genialem celebritatem admitti ; Putabam igitur ego apud me, quemadmodum in defunctorum funeribus mercede conducebantur lamentatrices, quę nunc tunso pectore, & sparsis capillis omnia eiulatu complerent; nunc dulciùs, & mitiori gutture personarent, vt loquebamur secundùm Hieronymi mentem num. 21. sic vocari consuetas ad nuptialem traductionem puellas, quæ siue tædas, seu lampadas præferrent, & eò magis arbitrabar, quòd hæ ipsæ essent, à quibus Hymen cantabatur ; quod docui eodem numero : cui rei fidem aliquam facit, quia iubentur ire ad vendentes, & emere oleæ succum : nam, nisi ex mercede cum illis conuentum fuisset, remisissent potiùs ad sponsi domum, vbi gratis accepissent ; tenebantur, nimirum, ratione pacti ipsæ lampadarum nutrimenta quærere, quos sumptus postèà compensabat nubentis Domini Procurator domesticus : istis, si libet, annecte, quibus Minerua Alcioni filiam increpat apud Homerum Odyss. 6.

26. *Matth. locus ex cap. 25. de decem virginibus enucleatus.*

Virgines pretio cõducta, vt lampades ferrẽt in nuptis.

Nauficaa, cur te sic negligentem genuit mater?
Vestes quidem tibi iacent neglectæ admirabiles:
Tibi autem nuptiæ propè sunt : vbi oportet pulchras quidem ipsam
Indui, alias autem his præbere qui te ducent;

Vestes datæ à sponsa nuptiarum amicis. Homerus.

Sicut igitur viris ducentibus sponsam, præmium laboris, dabantur venustæ tunicæ, & amictus: ità verosimile est virginibus prælucentibus concessum pro mercede quidpiam simile ; vocat ergo fatuas virgines, non quod rationis vsu carerent, amentibúsque pares essent, sed quòd oleum & operam infeliciter perdiderint : nam & sumptus fecerunt emendo Mineruæ pinguedinem, & laborauerunt huc, illuc festinanter cursitando, sed quoniam extra prouidentiam omnia fecerant, & alieno tempore ; nullam, neque gratiam, neque mercedem retulerunt, quin sponsum ad indignationẽ concitarunt, vt ne aspicere vellet, quoniam

Maldon. *Damnati nõ orant.*

Azor.

carum

earum incuria defuit nuptiis solennis tædiferarum virginum numerus; nisi fortasse suppletum hoc per alias; quod tamen Euangelista non innuit; sed illæ tamen risui habitæ sunt à populo, vt quæ somno se tradidissent vacuis lychnis, cùm nescirent, quàm longus sopor eas opprimeret, nec susceitandas nisi à clamoribus iam procedentis nuptiarum pompæ, quando vix accendendis lucernis locus, quantò minùs proficiscendi ad tabernam emendi olei gratia?

27. *Iuuenculæ in nuptiis, quæ venationem exercerent, & palæstra ludos.* Propert.

Quartam seriem iuuencularum meditari valeamus, earum, quæ venatrices essent, & per syluas, atque nemora, mitiora saltem animalia persequerentur; ad quarum contubernium relatas volumus, quæ lucta, cursu, aliisve pugilum exercitationibus, aut in gymnasio, aut ad fluminum ripas excellerent: quales illæ apud Propertium lib. 3. elegia de Laconicis virginibus.

Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris,
Missile nunc discit pondus in orbe rotat.
Gyrum pulsat equis: niueum latus ense reuincit,
Virgineúmque cano protegit ore caput.
Et modò Laygeti crines aspersa pruina,
Sectatur patrios per iuga longa canes.

De his feminarum turmis, quibus spiritus militares, saltem venantum animus, intelligi Canticorum verba illa cap. 2. posita, quæ deinceps repetuntur tertio, atque octauo pariter capite: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, ceruósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam*, fusè de monstro nunc sufficiat monuisse, inter virgines, quæ Epithalamium, & geniales plausus ornant, huiusmodi non vulgarem locum occupasse: nam & has nuptiale admittit Helenes Carmen apud Theocritum, edyllio 18.

Cant. 2.

Theocrit.

Nos igitur, quibus vna ætas, quas vnus ad vndam
Eurotæ labor exercet iuueniliter vnctas,
Lauriferóque sacræ currentes margine ripæ,
Sexaginta quater numero sumus; omnibus idē est
Virginitatis amor, muliebris; & apta iuuentus:
Non tamen è nobis tam forma est vlla beata,
Quæ caruisse nota possit collata venustæ
Tyndaridi.

28. *Matrima spōsa an vna, & qualis?*

Supereſt dicamus de paranympha, ea, nempe, patrona, quæ sponsæ velut præesset, docerétque nubentium ritus, & cæremonias, atque huc illuc deduceret; Equidem triginta sodales Samsoni assignatos per septiduum genialis lætitiæ, vulgatus postremo versu cap. 14. Iudicum, pronubos appellat; atque in hac significatione, non vnam aliquam feminam, sed plures tribuemus sponsæ connubiorum parochas: at si ad vnam restringere velimus, quoniam lata est illa altera acceptio, matrimam eius fuisse dicemus affinium, aut cognatarum aliquam, & fortasse erat genitrix ipsius, quoniam ab hac custodita fuisse videatur, quando & amissum sponsum, ne quis deinceps timor perdendi eum afflictaret miseram, tanquam in firmum propugnaculum introducturam se asserit Cantic. cap. 3. *in domum matris*, &c. *in cubiculum genitricis suæ*; Sed Pausanias, vt referunt Cœlius lib. 28. antiquarum lectionum, cap. 15. Alexander Neapolitanus lib. 2. Genialium. cap. 5. sponsam solitam curru locari attestatur, hinc atque hinc positis sponso, atque aliquo affinitate proximo, quem parochum nuptiarum appellabant; nescio tamen, an apud Hebræos huius formæ viguerit vsus: Si coniecturis meis indulgerem, arbitrarer sponsum ipsum nuptæ recentis porochum, & auspicem extitisse; Sanè docuimus Prolusione 3. num. 122. post connubiorum sponsionem traditam marito futuro seruandam virginem, quoties ei ante iugalia fœdera in remotas terrarum oras proficisci necessarium non erat: credibile est igitur sub ipso nuptiarum tumultu ab hoc potiùs, quàm ab altero deductam, custoditámque: Hoc non leuiter corroborat Matthæi cap. 25. Nam virgines tediferæ obuiam processisse narrantur sponso, atque sponsæ: nimirum, veniebant simul; at pompa erat illa, qua tamen excepto sponso alium patrimum non contemplamur; Quid, quòd hoc Cantico, cap. 8. sponsam innixam super dilectum suum intuemur: Debebat autem parocho inniti ex ritu vetusto nuptiarum: Quid, quòd cap. 3. ferculo magnifico, quo traducenda erat noua vxor, non alias legimus sedisse personas præter Salomonem ipsum, qui erat sponsus; & in meditullio positam coniugem; *Media nanque charitate constrauit propter filias Hierusalem*, id est, in vmbilico posuit dilectam, charitatis, seu dilectionis vocabulo significatam; sic enim Septuaginta Cantic. cap. 3. *Si suscitaueris charitatem, quoadusque velit*; Sanctes, & Vatablus *amorem* construunt, cùm vulgatus dilectam nuncupet, quo pateret nuribus Hierosolymitanis, peregrinam sponsæ contemplari cupiētibus pulchritudinem: nisi forsan charitatis synceræ pudica, & honesta imago effigiata esset prope sponsam in pilento illo, docente operis ingenioso artifice per symbola, vnicum coniugalis fidei robur, amorem esse vxoris erga maritum: quare apud Hebræos, quò de his moneant nuptam, non aliam dari virgini matrimam, præter charitatis adiunctam iconem.

Parochus nuptiarum, an spōsus ipse apud Hebr.

Matth. 25.

Cant. 8.

Cant. cap. 3. verba discuſſa, v. 10.

Septuag.

Vatabl. Pagnin. *Amoris effigies prope spōnsam in curru geniali.*

Atque his pertractandis si æquo prolixiores fuimus, cōdonabit Lector, quoniam intacta fuēre à cæteris; Mysticam significationem suppeditabunt alij, in primis Sotomaior præfatis in Cantica, titulo, *De personis, & interlocutoribus*; Delrio Isagogæ cap. 4. plerunque adolescentularum typo animas imperfectas intelligunt voluminis huius prisci Enarratores; nonnunquam, & proficientium, & perfectorum simulacrum præferre dixēre: cœlestes quoque Hierarchias, & Ecclesiæ varios ordines intellexēre aliquando; sed id cōmune fuit omnibus pro scopo interpretationis sibi præfixæ, personas accommodare, neque aliter cohærentia esse potuit; Sic, qui referunt ad Anagogem, & cœlestia, dicent Angelos esse, aut animas beatas; & qui expositionem texunt tantùm de Seruatoris gestis, putabunt illorum temporum solos mortales designari; Nos sub adolescentularum vocabulo varios feminarum ordines complectimur; ex quibus sunt, quæ sponsam lædunt, dum aut venustatem illius minuunt, aut quiescenti graues, atque molestæ sunt: hæ Iudæorum, Hæreticorúmque vmbram sustinere possunt; aliæ benè erga nouam nuptam affectæ, fideles denotant; harum multi gradus sunt; nam aliquæ ex prima nobilitate, & de Optimatibus populi repræsentare valent Ecclesiarum aut Præsules, aut masculos, & ardentes animos Heroüm spiritalium; aliæ consanguineæ sunt, & affines, quæ chariores sponsæ animas adsignificant; aliæ pedissequæ, & ancillarum turba, mediocris perfectionis mentes indicant; aliæ denique tædiferæ, & venatrices puellæ, quæ luce, & facibus præcones verbi charitate pariter

29. *Adolescentulæ in Cantico Salomonis, quid mystice indicent?* Sotomaior. Delrius.

Iudic. 14.

Cant. 3.

Rhodig. Alex. ab. Alex.

pariter, & scientia conspicuos, sagittis, & arcu de hæresi triumpharores loquuntur; Atque hanc tantam varietatem reperire est apud nos, non vna aliqua ætate; sed omnibus sæculis à passo Seruatore vsque in extremos mundi fines: quoniam tot, tantáque tempora, atque in iis præclara quæque gesta facinora complectitur noster Commentarius.

SVBSECTIO II.

Qui nuptiarum amici dicerentur, & quales sponso sodales fuerint? De Amicorum vocabulo, numero, ordine, singulariter de conuiuialibus plenior Disquisitio; passim ex Bibliis multa interpretata; nouè & cum industria enodatus Ecclesiasticus; Matt. Lucas, Ioannes.

30. QVando quidem huius dramatis Explanatores præter nubentes ipsos, duo tantùm alia personarum genera assignant, adolescentulas, videlicet, quæ cum sponsa sint, sodales sponso adhærentes; quemadmodum sanè iuuenculam nomine complexi sumus, diuersas, & inæquales feminarum classes; ita necesse est amicorum vocabulo comprehendamus virorum multos ordines; nempè, & quosdam dignitate atque stemmate sponso, aut æquales, aut proximos, quosdam ex medio populo tantùm, quosdam ex cognatorum, & affinium serie, quosdam denique ex satellitio, & famulatu sponsi: At verò presse vtendo hac dictione, experiamur, quales amicorum catalogo scribendi sunt? Qua de re singulariter præfatus Rupertus, Tutiensis Abbas, lib. 2. in Ioannem, ad illa cap. 2. *Et dicit eis: Haurite,* &c. *Architriclinus* (inquit) *dicitur is, qui est sponsi amicus; qui sponso vacante, & feriato à cunctis negotiis, nuptiis præest, res necessarias prouidet, conuiuantibúsque, ac vniuersæ domui præeminet*; Ac quanquam hæc Ruperti cogitatio confundere videatur cum modiperatore, & conuiuiorum Rege amicum sponsi; sed potuisse vtroque munere fungi eundem, quid vetat? Imò ideò amicus sponsi, quia Architriclinus, & symposiarcha: quæ vt clarescant, aduerto, nuptiarum paranymphum, parochum etiam ab eruditis nuncupatũ: Sic Scalig. datus num. 24. Cœlius & Alex. num. 28. Sanè, quod esset parochi in Romanorũ Republica munus, innuit Horat. lib. 1. Satyra 5.

Proxima Campano, Ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi quæ debent ligna, salémque,

sic enim nuncupatos, qui Legatis in vrbem missis, aut claris quibuscunque hospitibus salem, & ligna præberent, docet vetus Flacci Eclogista Acron, nouus Interpres Lambinus; inde forsan nuptiarum auspices parochi vocati, quòd rerum ad epulas necessariarum cura ipsis impenderet; quare & cœnæ pater ab eodem Poëta parochi nomine expressus lib. 2. Satyr. 8.

Et calices poscit maiores; vertere pallor
Tum parochi faciem, nil sic metuentis vt acres
Potores.

Et propterea etiam appellatus fuerit Architriclinus, & epularum Rex; Sed ex his sequi asseras, vnum tantùm fuisse sponsi amicum; nam vnus tantùm erat triclinij Princeps, & epularum magister: at constat aliter accidisse: nam Genes. 29. vers. 22. Laban, *vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias.* Iudic. 14. vers. 20. Samsonis vxor maritum accipit vnum *de amicis eius, & pronubis*, qui versu 11. vocantur *sodales*, & dicuntur fuisse triginta numero: Machab. lib. 1. cap. 9. vers. 39. *Et sponsus processit, & amici eius, & fratres eius*; Matth. cap. 9. vers. 15. *Nunquid possunt filij sponsi lugere*; Clariùs Marc. cap. 2. vers. 19. *Filij* (inquit) *nuptiarum*, id est, qui pertinent ad nuptias ex Hebraïsmo, vt Reg. 1. cap. 20. *Quia filius mortis est*, id est, morti destinatus. Matth. cap. 8. vers. 12. *Filij autem regni eiicientur*, &c. id est, qui ad regnum pertinebant: Et eiusdem cap. 23. vers. 15. *Facitis eum filium gehennæ*, id est, Tartaro dignum: Respondeo, planè amicos sponsi multos extitisse, sed inter hos vnus erat Princeps, qui propter eminentiam familiaritatis absolutè, & sine additio, *amicus*, nuncupabatur: non enim hoc inusitatum est: qnippe Machab. 1. cap. 11. versu 27. Demetrius Rex legitur feciſſe Ionatham, *Principem amicorum*; Erat etiam Daniel (Danielis 14. vers. 1.) *conuiua Regis, & honoratus super omnes amicos eius*; Sed & ipsum hoc, & munus istius inter amicos Coryphæi insigniter delineat Ioannes, dum Christi prodromum Baptistam sic loquentem facit cap. 3. vers. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi*; Cuius periodi literalem intellectum esse reor, quem nunc indicaturus sim; Sanè nuptiarum amici cum sponso accumbebant, vocabantur quippe, vt epularentur, quemadmodum citatâ Geneſis verba cap. 29. manifestè insinuant: Docet hoc Canticum cap. 5. vers. 1. *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi*; Lucæ monet textus cap. 14. vers. 10. cùm de pluribus ad nuptias conuocatis, vni dicitur: *Amice, ascende superius*, & de natalitio epulo pro parta sobole cecinit Prudent. lib. 1. contra Symmachum:

Iam sponsus, saliente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud sterilem certus fore iam sibi pactã.

Reliquis igitur familiaribus voluptati, & genio vnà cum sponso indulgentibus, sodalium dux, idémque amantissimus, lautitiæ, & obsoniorum curam gerebat: quare recumbentibus cæteris stabat illle quidem, vt notauit benè Maldonatus ad versum octauum cap. 2. Ioannis; quoniam, vt peritè fungi munere possit, sic oportebat, qui & ad conuiuas, & ministrantium ordines simul attentus, & diligens esse debebat; Iam igitur concinnè Baptista: *Amicus* (ait) *sponsi*, singulariter sic dictus, non eorum quispiam est ex iis, qui accumbunt; sed ille, qui *stat*, sympoſiorúmque curam gerit; qui ad nutus sponsi attendit sollicitus, & vel leuissimum eius susurrum excipit lætissimus, summáque alacritate eius imperio auscultat; aut certè, cantante sponso inter conuiuandum, eiúsve nupta; nam ita à priscis factum probamus ad versum 1. cap. 1. Canticorum: igitur accinente nouo marito, lætantur quidem amici eius, & conuiuæ omnes; sed qui *gaudio gaudet*, id est, incredibili oblectamento perfunditur, is demum est. qui *stat*; quoniam, vt ille sponsum præ cæteris, & amat, & ab eo diligitur super vniuersos; ita plùs deliciatur perceptis melodis accentibus gutturis eius.

31. Nemo autem existimet, quoniam, stare, seruorum proprium esse videatur, & eorum, qui ministrant, hunc, quem dicimus stare sponsi amicum

Amici in Salomonis Hymenæo, quinam sint?

Rupert.

Nuptiarum parochus, Rex amicus, an idemmet? Scalig. Rhodig. Alex. Neap. Horat.

Acron. Lambin.

Horat.

Genes. 29. *Amici nuptiarum plures, qui & sodales.* Iudic. 14. 1. Mach. 9. Matth. 9. Marc. 19. *Regula: Filius non semper significat genitum ex alio,* 1. Reg. 20. 31. Mat. 8. & 23.

Amici, & sodales sponsi multi: sed vnus Princeps inter eos, qui & conuiuiorum magister. 1. Marc. 11. Daniel. 14. *Ioannis locus ex c. 3. declaratus.*

Gen. 29. Cant 5.

Luc. 14.

Prudent.

Maldon.

Sponsus, atque nupta canunt inter epulandum.

Amicus Princeps sponsi, quis & symposiarcha, cur stare?

cum & triclinij gubernatorem, sedentibus dignitate, aut potentia minorem fuisse: nam quidem stabat, quoniam aliter, neque mensas, neque seruorum ordines aptè disponere posset; Cæterùm stans non solùm ministrantibus, sed recumbentibus quoque præerat, ad cuius imperium, & quisque assignato loco sedebat. & potus, escarúmque certas accipiebat & differentias & mensuras; qua de re nos ad longum versu 3. cap. 1. Canticorum: *Introduxit me Rex in cellaria sua:* Nunc vnum Ecclesiastici solùm proferemus locum cap. 32. vers. 1. *Rectorem* (ait) *te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe, & sic confide, & omni cura tua explicita recumbe, vt lætetis propter illos, & ornamenti gratia accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis*; Quibus sententiis sermonem esse de symposio, & antecedentis capitis pars bona, & subsequentia multa eodem capite indicant palam, vt aduertit noster Maldonatus ad versum octauum cap. 2. Ioannis: Iansenius Commentario in Ecclesiasticum, qui ex Ciceronis libro de Senectute, *Summum poculorum Magistrum nominat*, Potestate igitur supra recumbentes excelluisse patet aduersùs quos ne nimis seuerum & tetricum se præstet, monetur, sed affabilem & humanum, velut si nulla contra, supráve eos, auctoritate donatus fuisset; sed cùm dignitate præemineret, stetisse tamen, donec epulæ absoluerentur, indicant illa: *Et omni cura tua explicita recumbe*; tum sanè si gratiosum se, benignúmque ostendit, accumbebat eodem triclinio, coronatus communi gaudio, & iucunditate hospitum, quòd in eos officiosus & comis extitisset; Sed, vt reuertamur ad Ioannem, & eius verba integrè declaremus: sanè quamuis Architriclinus, & Princeps amicus sponsi tantùm cæteris antecellat, sponso ipso tamen semper inferior est; nam eam omnem potestatem, quam in reliquos exercet, à sponso in illum deriuata est; quare propterea parebant omnes, quòd vnam, eandémque esse, & eius, & sponsi iussionem arbitrarentur; putà, nactum eum, qualem Iosepho concessit dominatum Pharao Genes. 41. vers. 40. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tantùm regni solio te præcedam*; Benè igitur probat Baptista, se Christo inferiorem esse; quoniam quidem Christus sponsus erat, ipse autem ad summũ amicus sponsi: cuius eximia gloria fuit, quòd Verbi vox esset: missus, vt perhiberet de illo testimonium; atque quòd sponsum hunc sequerentur plurimi, fierétque ingentes populorum concursus se dimisso, non tulit ægrè verus hic sponsi sodalis: quinimò significabat gaudentibus multis, se tamen cumulationi lætitia perfusum; Hæc breuis illius textus dilucidatio: conuertamus deinceps calamum eò, vnde digressi sumus.

Magister cõuiuiorum quam potestatem exerceret in hospites?

Ecclesiastici locus ex cap. 32. enodatus.

Maldon. Iansen. Cicer.

Gen. 41.

Monarchæ Princeps amicus, secundus post ipsum.

32.

Non benè igitur declaratos à nobis amicos nuptiarum asseuerabit quispiam, quoniam non alios facimus, quàm qui ad geniale epulum vocati fuissent; hoc autem pacto infinitam Sodalium multitudinem fuisse necessarium est, dicamus; aut potiùs mortales omnes, cùm omne genus hominum ad connubialem mensam nonnunquam, seu precibus, seu vi attractum fuerit: quis autem his acquiescat, & non potiùs certum amicorum numerum designandum iudicet, quémadmodum virginum definitus numerus sponsam sequebatur? Porrò, innumera turba, atque deformi etiam nonnunquam repletam nuptialem aulam euangelicæ narrationes declarant; nam Matth. cap. 22. & Lucæ cap. 14. renuentibus his, qui primùm inuitati fuerant, triclinium ingredi compulsi sunt mali pariter & boni; atque ibi, & claudi, & languentes, & luminibus orbati, & Iro pauperior multitudo; Proh dignos regio apparatu hospites! Sanè Augustinus tom. 9. lib. de Pastoribus, cap. 15. *Sodales* (ait) *dicuntur, tanquam vnius conuiuij; Latina enim lingua sic dicti sunt sodales, quasi simul edales, eò quòd simul edant*; Qua significatione quotquot de mensa, & dapibus nuptiarum participant, amici nuncupandi sunt: Atque hinc monebat Seneca cordatos, circunspicerent, quos admitterent ad conuictum, quoniam amicum haberent oporteret, si mensa donassent. Sic ille epist. 19. *Antè circumspiciendum est, cum quibus edas, & bibas: nam sine amico, visceratio leonis, & lupi vita est; hoc non continget tibi nisi feceseris; alioquin habebis conuiuas, quos ex turba salutantium nomenclator digesserit; errat autem, qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat:* Quare & cùm quisquis ille est, qui conqueritur de perfidia Psalmo 54. cùm ab amico potissimùm inflictum sibi grauissimum vulnus significare cuperet: *Qui simul* (inquit vers. 15.) *mecum dulces capiebat cibos:* Secundùm hoc Augustini etymon, & ille, qui carceri profundo, & tenebris exterioribus adiudicatus est, quòd absque cœnatoria veste discumbere ausus sit, Matth. cap. 22. amicus nuncupari potuit: at hæc laxa nimis acceptio vocabuli est.

Matth. 22. Luc. 14.

Augustin. *Sodalis etymon.*

Seneca.

Psal. 54.

Matth. 22.

Quò igitur compertum aliquid, certúmque statuere valeamus, vtile est, supponamus, amicorum varium fuisse discrimen apud priscæ ætatis mortales; Describit Seneca lib. 6. de Beneficiis, c. 33. *Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas, & secundas admissiones digeruntur:* Atque eodem libro, initio cap. 34. *Apud nos primi omnium Gracchus, & mox Lucius Drusus instituerunt segregare turbam suam: & alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuersis; habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos:* Lampridius in Alexandro Seuero, eius modestiam commendans; *Tanta* (inquit) *moderationis fuit, vt nemo vnquam ab eius lætere submoueretur, vt omnibus se blandum, affabilémque præberet: vt amicos non solùm primi, ac secundi loci; sed etiam inferiores ægrotantes viseret*; Atque ex hac differentia ortum, ne cuiusque sortis homines potentum limina terere auderent; sed cum delectu, & honore. Saluianus lib. 3. de Prouidentia: *Intra ianuas* (ait) *non modò illustrium Potestatum: sed etiam Præsidium, aut Præpositorum non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos, aut Iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprij dignitas introire permiserit: ita vt si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundiæ, aut existimationis suæ labe mulctetur:* Huc refero illa Machabæorum 1. cap. 10. vers. 65. de Ionatha; *Et magnificauit eum Rex; & scripsit eum inter primos amicos:* Sed eiusdem libri capite sequenti vers. 27. Demetrius eum *Principem amicorum* declarauit; Esdræ 1. lib. 1. ex duobus extra Canonem, cap. 8. vers. 13. *Si qui ergo cupiunt ire tecum* (ait Rex Artaxerxes,) *conueniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliarijs:* His itaque animaduersis, puto in primis, præsertim cùm Reges, aut alij maximarum opum homines connubiale epulum exhibuissent, ostentandæ magnificentiæ

33. *Amicorum variæ classes apud priscos Monarchas.*

Seneca.

Lampr.

Potentum atria non licebat cuique intrare.

Saluian.

1. Mach. 10.

1. Esdræ non canonico, c. 8.

Amicus idẽ, qui commẽsalis, & epularũ socius.

In Principum nuptijs & epulum fiebat de media plebe hominibus. Athenæus.

causa ad gaudia vocatos non solùm Dynastas, & Prouinciarum Magistratus; sed etiam de media plebe homines, promiscuúmque vulgus; Nam ex Charetis Historiarum decadibus profert Athenæus Dipnosophist. lib. 12. Alexandrum, cùm sublato Dario, suas, amicorúmque nuptias celebrasset structis nonagintaduobus thalamis; in id conuiuium etiam priuatos hospites admissos, & quotquot in aula versabantur peregrinis: Plinius lib. 10. Epistolarum: *Qui virilem* (inquit) *togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, solent totam bulen, atque è plebe non exiguum numerum vocare: binósque denarios vel singulos dare*; Quibus vides senatorium ordinem cum infimis hominibus iungi; Sed eximium è sacro penu exemplum Estheris cap. 1. quòd si non geniale symposium; sed ad ostentationem tamen & plausum proculdubio compositum, quo in argumento nunc volutamur: iussit ergo Assuerus discumbere ad conuiuium dapsile imprimis & lautitiarum, nullo habito personarum discrimine omnem populum, qui inuentus est in Susan *à maximo vsque ad minimum*: Et quidem arbitratur Lyrensis vno, eodémque exceptos epulo & Optimates, & capite censos, proletariámque multitudinem; vt iam non sit difficile intellexisse, quod narrat Matthæus cap. 22. fuisse Monarcham, qui miserit apparitores in exitus viarum, & coëgerit etiam mendicorum turbam, ad cœnaculum ampliſſimum, atque regifici luxus; sed nec ibi memorata reipsa contigisse incredibile propterea est, quòd pœnas acerbas luere iussus sit absque nuptiali chlamyde inuentus vnus inter myriades; nam, vt concedamus, hunc, qualiscunque extiterit, non habuisse quibus, aut emeret, aut mutuaretur solennem tunicam; at quidem verosimile est repositas in domo sponsi huiusmodi vestes multas in gratiam, aut hospitum peregrè venientium, aut eorum, qui in arca tenere non poterant propter substantiæ detrimenta; Certè vidimus huius Disputationis num. 26. sponsæ incumbere, non solùm vt ipsa ornata prodiret, sed quærendas etiam ab ea sollicitè operosas, subtiléſque stolas his, à quibus ducenda esset ipsa: Nouimus quoque ex Athenæo citato iam duodecimo Operum illius libro, Polycratem Samiorum tyrannum, antequàm principatum adiret, sumptuosos lectos faciendos curauisse, ac pocula, quæ vtenda dabat si quis aut per nuptias epularetur, aut maiore apparatu amicos, vel hospites inuitaret: Sed concessa in nuptiis transisse penitùs in iura eorum, quibus donabantur, certiùs existimamus, quoniam distributa in iis munuscula & apophoreta tradidimus Anteloquio 3. numero 120. & nunc monet nos Estheris cap. 2. vers. 18. *Et iussit conuiuium præparari per magnificum cunctis Principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther, & dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem*: Quando igitur nebulo ille, gratis accepta diuite tunica locupletari potuerit, quòd in contemptum Principis, & sodalium dedecus voluerit sordidatus apparere, atque cum lacero, maleolentique pallio, meritò etiam inter nuptiarum blanditias excanduit Rex, & imperauit ministris detruderent quantocyùs scurram inuerecundum in ergastulum omnium obscurissimum: Atque hoc genus amicorum est infimum illud, & cum vniuersis admissum, vt dicebat Seneca numeri huius aditu: cui certè tam communi vulgo, sodalium & amicorum dulces tituli ægrè adaptentur.

Plinius.

Esther c. 1.

Lyra. *Matthæi parabola ex cap. 22. extra morem declarata.*

Vestis nuptialis data à sponso ijs, qui ad conuiuium vocabatur, alia insuper munera. Athenæus.

Esther c. 2.

Amici infimi quinam?

Ergo, cũ ex eodẽ Annæo Seneca didicerimus, familiarium duas fuisse potissimùm classes: alteram, quasi senatorij, & primi ordinis, eorum, qui Principis semper adhærebãt lateri quibus arcana effundebat: alterum, velut patritiæ, & secundæ dignitatis, illorum quibuscum suauiter quidem cõmunicabat, sed tamen seriùs, & rarenter, quibus nec pandebat omnes animi latebras, sed generales vt cumplurimùm agendorum causas; hos arbitramur sic discriminatos, vt electos illos sodales Monarcha ad quotidiana etiam, & quasi priuata conuiuia admitteret, aut simul, aut vno hodie vocato, altero in crastinum secundi autem amici hospites illius fuissent tantùm in publicis epulis, cùm aut natalis dies, aut regni inauguratio, aut ipsius, gnatorúmve nuptiæ concelebrandæ fuissent: quibus temporibus hæc duo amicorum genera per omnes dies, admistis cognatis, & affinibus suis admittebat ad sympoſium; vulgus autẽ, & confusam multitudinem, aut vno, aut pluribus excipiebat epulis pro celebritatis modo, atque pompa: Itaque dicimus, nuptiarum conuiuas fuisse amicos primæ & secundæ familiaritatis adiunctis consanguineis; ab Optimatibus plebi quoque daras aliquando sportulas: Sumamus probationem ex c. 1. Estheris: nempe, Persarum ille potentissimus Rector. *Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis prouinciarum, centum, videlicet, & octoginta diebus*; Cùm igitur per hoc omne spatium singulis diebus nominatos omnes lautissima, & omnifariæ iucunditatis mensa excepisset, septiduo vltimo conuocauit omnis gradus homines; sic enim significant sequentia verba: *Cúmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum, & iussit septem diebus conuiuium præparari*, &c. vt bene aduertit Salianus tom. 5. anno mundi 3592. n. 4. Ac quanquam Esthere in locum Vasthi substituta geniales epulas præparauit magnificè, à quo populus, & minora capita abfuerunt, quod sciamus: aderant tamẽ amici, & domestici: nam vulgatus quidem Estheris 2. cap. exhibitum conuiuium asserit Principibus, & seruis: Septuaginta, *Et fecit Rex* (inquiunt) *cõuiuium omnibus amicis suis, & virtutibus per dies septem*. Sed excepta huiusmodi publica occasione, quid in more positum fuisset Persarum tyrannis, declarat Athenæi oratio Dipnosophist. lib. 4. *Vt plurimùm* (ait) *Rex solus prandet, ac cœnat: vxor interdum cum eo, & liberorum quidam; aliquando tamen festis diebus in eodem atrio cœnant omnes: Rex quidem in ædificio quodam magno seorsim; qui, si conuiuatur, id, quod facit sæpiusculè, conuiuæ illi sunt maximè duodecim*: Quare & Aman iactabundus cum suis gloriatur cap. 6. Esther, vers. 12. *Regina quoque nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me; apud quam etiam cras cum Rege prandurus sum*; Declaro isthæc à simili: Nam, quemadmodum inter epulandum, aliæ, atque aliæ erant differentiæ, loci, calicis, atque esculentorum pro iure & conditione personarum: *Sunt enim* (inquit Athenæus lib. 1.) *& in conuiuijs sui præstantissimis viris honores, Diomedes & carnibus, & pluribus poculis honoratur, pateris quoque multis, sedili, & carnibus Sarpedonem Regem suum honorificè decorant Lycij*; Sed & lib. 4. tradit; *In secundis mensis* *seuerè*

34.

Amici primi ordinis ad quotidianas epulas admittebantur.

Esth 13.

Salianus.

Esther 2.

Septuag.

Athenæus. *Persarũ Reges, quibus faciebant mensæ copiam?*

Esther 6.

In conuiuijs, & melior locus, melióréſque cibi nobilioribus. Athenæus.

seuerè obseruatum, quem oportebat primo loco, secundóve accumbere, aut in sella sedere; Cui simile est monitum apud Lucam cap. 14. v. 8. *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo; & veniens is, qui te, & illum vocauit dicat tibi: Da huic locũ*, &c. Atque Estheris c. 1. populus vestibulo regiorum hortorum, cùm tamen Dynastæ Imperij, Legionũ Duces, & Magistratus nationum, ad interiores nemoris delicias admissi, vt acutè tetigit Salianus loco superiùs præmonstrato; Sic igitur credibile est, discrimen fuisse quoque numeri, & multitudinis hospitum, vt alij vocarentur ad quotidianam cœnam pauciſſimi illi, & de chariſſimis tantùm; alij in publica lætitia, nimirum & primi, atque secundi amici: alij denique in pompa omnium maxima, nempe, tum & ipsum vulgus.

Luca versus explicatus de cap. 14.

Salianus.

35. *Sodalium an certus & definitus numerus in nuptiis?* Athenæus.

At scio his contentum non futurum scrupulosum Lectorem, nisi pariter exactum, & certi numeri sodalitium sponso signemus: Planè fatemur nostram industriam latere; Nam, quanquam legamus apud Athenæum lib. 12. *Alexandrum orbis domitorem, superato Dario, suas, amicorúmque nuptias celebrasse nonagintaduobus thalamis eodem loco structis*, at diiudicamus, neque omnium familiarium connubia tunc concelebrata; neque probari posse non licuisse Macedonum Regibus vltra duos, & nonaginta sodales alere. Meminit & idem Auctor lib. 4. Carani cuiusdam ex Macedonia quoque, quem scribit genialem exhibentem cœnam viginti hospitibus contentum; sed, quòd pluribus locum non concesserit, fortasse parcus & auarus animus in causa fuit; Denique Iudicum c. 14. cùm Philistæam duceret Samson: *Ciues loci illius dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo*, qui versu vigesimo *amici*, & *pronubi* nuncupantur; Sed tantum numerum creuisse vltra communem modum, visus denotare Lyranus: *Quoniam datos* (inquit) *sub specie quidem societatis, & honoris nuptiarum: reipsa nihilominùs, vt si Samson vellet aliquid agere contra eos, isti resisterent*; Sequutus in hoc Nicolaüs antiquam Iosephi versionem lib. 5. Antiq. c. 10. nam noua, quæ & auctior est, aliud opinari cupidis ansam præbet, nempe, petiisse multò plures socios Samsoné: sed ne aucta nimiùm multitudine rixæ oborirentur, destinatos non ampliùs quàm triginta commensales: *Cùm* (inquit) *Thamnitæ omnes essent in epulis nuptiarum*; *metuentes fortitudinem iuuenis, triginta circa eum pubertate præcelsos constituerunt; sermone quidem velut socios futuros; opere verò custodes; ne quid vellet fortè committere conuiuiorum societate crescente*: Neque ab his longè discedit, quanquam nonnihil corrigit Iosephum Salianus tom. 2. anno mũdi 2880. n. 23. Illud igitur statuamus, si placet, nullam certam regulam fuisse de commilitonibus; quam omnes sponsi tenerentur alere, sed pro cuiusq; facultatibus, próque parentum & amicorum maiori, minoríve copia, quam haberent variæ conditionis mortales, aut diminutionem, aut incrementa accipere solitum hospitũ numerum; Quare apud Monarcham milleni forsan epulabantur; apud Præfectum vrbanum, vel militarem, quingenti; apud ciuem, centum; apud artificem, quinquaginta: Sanè Plutarchus in Alexandro, iis, quas diximus ex Athenæo, suis, amicorúmque nuptiis, epulo quod celebrauit, geniali, tradit *cuique conuiuarum, quorum fuit numerus nouem millium, auream phialam ad libandum donasse.*

Ex Iudic. c. 14. v. 11. verba discussa.

Lyra.

Ioseph.

Salianus.

Plutarch.

SVBSECTIO III.

Quot essent adolescentum, aut puerorum ordines, qui canerent, & tædis anteirent? Pueri symphoniaci in veterum delitijs; ad nuptialem pompam quæsiti; faces multæ in geniali lætitia, portabantur ab adolescentibus simul cum Virginum turmis; lampadarum vsus in Christianorum sacris: Matthæi parabola decem Virginum elucidata: Lucæ detenebrata verba.

TAmetsi verò quotus esset conuiuarum numerus arithmeticè definire non potuimus, & calculis componere; nihilominùs, si fortè ex ephebis, aut iuuenibus aliqui, aut cantarent in nuptiis, aut præluceret face, lychnísve de his eadé censemus, quę de virginibus superiùs ex instituto docuimus à n. 24. nimirum; aut quinque, aut decem fuisse; quanquam satis dubitamus de his quoque, an iisdem regerentur legibus potentiores, atque illi, quorum fortuna honesta tantùm erat; firmiùs existimamus; non prætulisse lampades, non ceciniſſe geniale metrum solas puellas; sed partem horum pueris, aut adolescentibus concessam; & quidem vsitatissimo Hebræorum more adolescẽtulas, aut robustiori sexui admistas, aut alternis choris, arbitror mę ostendisse Subsectione antecedenti à n. 21. atque ipsa huius Sectionis fronte, n. 19. Neque sanè credendum est, quæ in minori epularum lætitia obseruata sunt, defuisse ea maximis gaudiis, qualia fuerunt apud vniuersas nationes genialis thalami; Sanè Augustum delectari solitum inter cœnam Symphoniacis Toranij Flacci mangonis, atque eos frumento donauisse prodit Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 4. Valerius optimus Poëta carminibus celebrat Argonaut. lib. 3. peritissimum Lyristem, nempe,

36.

Adolescentes virginibus mixti cantabant in nuptiis.

Pueri Symphoniaci in deliciis veterum.

Macrob.

—*Insignem cithara, cantúque fluenti* Valer. Flacc.
Dorcea, qui dulci festis assistere mensis
Pectine, Bistoniæ magnum post ausus alumnum.

Claudianus Stiliconis philosophicos, & seueros mores commendans, ita pingit lib. 2. de laudibus Stiliconis: Claudian.

——*Nullo cithara conuiuia cantu*
Non pueri lasciua sonant; quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remissum,
Aut indulgentem dapibus, ni causa iuberet
Lætitiæ?

Sed lusisse voce, atque fidibus adolescentes simul cũ virginibus, idé declarat præfatione ad nuptias Honorij, & Mariæ, dum elegiacis pedibus describit quali cantu Pelei, & Thetidis concelebrassent thalamos Musicorum doctissimi; ait ergo:

Terpsichore facilem lasciuo pollice mouit
Barbiton, & molles duxit in antra choros.
Centauri, Faunique notam, quæ flectere Rhœcum,
Quæ rigidum poterant plectra mouere Pholũ.
Septima lux aderat cœlo, totiésque renatus
Viderat exactos Hesperus igne choros.
Tũ Phœbus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos
Pectine, tentauit nobiliore lyram.

Atque his quidem euicimus, arbitror, puerorum atque adolescentum melodis artibus oblectatos

Varia Poëmatum genera apud antiquos

conuiuas; sed, siue viri, siue canerent feminæ, aut maiorum recensita facta, aut precacia in ipsos discumbentes iaculata dicta, aut laudatos nubentes in epithalamicis, aut benè precatum pusioni, si genethliacum erat Poëma, tradunt Marcus Tullius lib. 4. Tusculanarum quæstionum, Auctore Catone in Originibus; Valerius libro 2. cap. 1. numero 11. Quintilianus oratoriarum

Tull. Val. Max.

Quintil.

Institutionum libr. 1. cap. 10. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 4. Arnobius lib. 4. aduersùs gentes; quem in vsum allatos ex Ægypto ab Alexandrinis negotiationibus puros, quos inter cætera mercimonia sub hasta venales ponebant, fideiussore Quintiliano asserimus relato volumine, cap. 1. de quibus Papinius lib. 2. Syluarum:

Clem. Alex. Arnob. Val. Max.

Stat.

Nec mixtus Pharijs venalis mercibus infans,
Compositósque sales, meditatáque verba locutus,
Quæsisti lascivus herum;

Diximus de his, atque Syris aliquid suprà n. 21. déque argumento pari, cum eruditione & eloquentia nostri, Pineda ad versum octauum cap. 2. Ecclesiastis, Ioannes Aloysius de la Zerda ad hemistichium 1. Æneidos:

Pineda. Zerda.

——— *Cithara crinitus Iopas*
Personat aurata, &c.

Pontan.

Nonnihil ibidem Pontanus:

37.

Faces, atque lampades in nuptijs.

Sed, *Quia semper nuptijs amicæ sunt faces,* (quemadmodum inquiebat Chrysolo gus sermone 22.) *luminum testimonio celebratur castitas nuptiarum*; Post cantum secundus honor datus tædis iugalibus; Sociauit vtrunque Medeæ carmen ad Iasonem:

Chrysol.

Ouid.

At subitò nostras, vt Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant:
Tibiáque effudit socialia carmina vobis, &c.

At prælucebant solæ virgines, aies; Non crediderim ædepol; quippe absoluta geniali cœna domum redeuntes præibant cum facibus iuuenes; Locupletissimus Auctor Lucas c. 12. vers. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*; Ac quanquam significare solùm visa sententia hæc, expectare cum lucernis ad dominorum valuas famulitium; quis tamen credat, per tenebras gradientem ignibus caruisse, cui tanta cura, ne vestibulum absque facibus appareret? Fortasse abeuntem ex sponsi ædibus comitabantur nubentis serui; hoc vrbanitati debitum, Huic consimile, quod de C. Duilio, M. filio, qui Pœnos primus classe superauit, tradit Romanus Orator in Catone; nempe, à cœna regressum sæpè cum tibicine & funali, *insignem bellicæ rei successum* (vt ait Valerius libr. 2. cap. 6. n. 4.) *nocturna celebratione testando*; De quo Silus Italicus lib. 6. Punicorum:

Luc 12. *Adolescentes etiã facibus prælucebant in nuptijs.*

A cœna reuertentes nuptialis Musica & lampades comitabantur. Tull. Valer. Sil. Ital.

Cui nocturnus honos funalia clara, facérque
Post epulas tibicen adest.

Refert & Plinius de Viris illustribus scribens: Sed de secunda magnifica cœna, quam Antonio Cleopatra præsentauit differens Athenæus libr. 4. Dipnosophist. enarrat oblatas his, qui dignitate antecellerent ab Ægyptia potentissima femina, cùm finitis epulis ad sua reuerterentur, *lecticas cum lecticarijs baiulis*; *plurimis datos equos argenteis phaleris decoros*; *omnibus Æthiopicos pueros, qui facibus prælucerent*; Verùm in ipsa nuptiali pompa admistam cum adolescentibus puellarem turbam, probaueritne Homeri locus ex Iliade 18.

Plin. iun.

Athen.

Munera in conuiuas distributa.

——— *Nuptiæque erant, conuiuiáque solennia:*
Sponsas autem ex thalamis tædis subaccensis
Ducebant per vrbem; multúsque Hymenæus excitatus fuerat,
Iuuenes autem saltatores in orbem agebant se, intérque hos
Tibiæ citharæque sonum edebant; sed matronæ
Stantes admirabantur in vestibus singulæ;
Populi autem in concione erant frequentes.

Iuuenes puellis admixti in pompa nuptiarũ. Homer.

Et quòd matronas ad limina domorum visendæ gratia celebritatis stare dicat, inferiùs Poëta noster simile aliquid dixit cap. 3. Canticorum Sionides alloquens: *Egredimini,* (inquit,) *& videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis*; Sed mox clariori loquutus phrasi, ait:

Virgines autem, & iuuenes innupti pueriliter sapientes,
Textis in calathis portabant dulcem fructum;
Hos autem inter medios puer cithara sonora
Suauiter citharizabat; chorda autem bellè resonabat
Tenella voce; hi autem pulsantes terram simul
Cantúque, sibilóque, pedibus tripudiantes sequebantur.

Canticorum verba ex c. 3. v. 11. elucidata.

Sanè supra decem virgines, alios multos faces portare solitos mihi pro comperto est; quod cùm satis roborauero, tum demum definiam, cuius essent sexus; & an vnus, pluréve gradus, siue virorum, seu feminarum.

38.

Lampades in nuptijs non tantùm dispellendarum tenebrarum causa, quantùm ob lætitiam, & honorem.

Quod ergo luminibus omnia arderent in nuptiis, quanquam noctu fierent, non tam dispellendarum tenebrarum gratia, quàm honoris, & lætitiæ causa, ostendo à similitudine aliarum celebritatum: quippe prima illa & deuota Christianitas, cùm siue Christi nobilissimi Ducis, siue Martyrum fortissimorum Militum immortalem memoriam celebraret, templorum, & valuas, & coronas, & tigna cum laquearibus, infinita lampadarum multitudine ornabant; cecinit elegantissimè de sacræ Anastasis peruigilio Prudentius Hymno de cereo Paschali.

Christianorũ mos accendẽdi lampades in Christi, & Sanctorum festiuis diebus.

Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem concilijs, votáque prospera
Certatim vigili congerimus prece:
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro:
Credas stelligeram desuper aream
Ornatum geminis stare trionibus,
Et qua Bosphoreum temo regit iugum
Passim purpureos spargier Hesperos.

Prudent.

Anastasius Bibliothecarius in commendationem Adriani I. *Denique* (inquit) *eius Beatitudo fecit & farum maiorem in eadem B. Petri Ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante Presbyterium, habentem candelas mille trecentas, & septuaginta, & constituit, vt quatuor vicibus in anno ipsum farum accendatur, id est in Natiuitate Domini, in Pascha, in Natali Apostolorum, & in Natali Pontificis*; Sanctus autem Paulinus, quali cultu Beatum Felicem Orthodoxi prosequerentur depingens, tertio eius natali cecinit:

Anast. Bibl.

S. Paulin.

Clara coronantur densis altaria lychnis,
Limina ceratis adolentur odora papyris,
Nocte, diéque micant; sic nox, splendórque diei
Fulget, & ipsa dies cœlesti illustris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.

Sed

Sed obgannit Vigilantius (somniculosus meherclè potiùs, aut lethargicus) & martyrum osor: dolet, *propè ritum Gentilium sub prætextu religionis introductum in Ecclesiis*; *Sole adhuc fulgente moles cereorum accendi*: At doctè Hieronymus: *Illud* (ait) *fiebat idolis, & idcircò detestandum est: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum est: nam & absque Martyrum reliquiis per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria iam Sole rutilante: non vtique ad fugandas tenebras; sed ad signum lætitiæ demonstrandum*: Quidquid de ineptia Vigilantij. Nos inceptæ velitationis cursum sequamur, & pompæ causa accensa lumina cum Hieronymo comprobemus.

Ad lectionē Euangelij accensa lumina.

39. Duobus suademus. Primùm à multitudine: nempe, didicimus ex Prudentio, stellarum æmulas lucernas: ex Anastasio, plùs mille trecentis numeratas: ex Paulino, infinitas penè: sed abigendis vmbris superuacanea tot, tantáque fulgetra; alias itaque magnorum sumptuum quæramus causas, necessarium est; nimirum, celebritatem ipsam: Quam ob causam & apud Homerum Odysseæ 7. in conuiuio Alcyoni Regis, centum depinguntur puerorum aureæ statuæ cum totidem lampadarum ignibus; Sidonius quoque de genialí tripudio lib. 9. epist. 13. pangit: *Numerosus erigatur laquearibus coruscis Camera in superna Lychnus vtero tumente fundant opobalsamum lucernæ*: Secundum priori, affinitate coniunctissimum argumentum: quoniam & interdiu accendebantur lampades; docuêre quid Latina & Græca fecisset Ecclesia, Hieronymus, atque Paulinus; Paganarum gentium morem significauit Arrianus in sermonibus Epicteti, lib. 1. cap. 19. *Tribunatum aliquis adeptus est: omnes obuij gratulantur, alius oculos, alius colla osculatur, serui manus; domum venit, inuenit collucentes lucernas*, &c. Panegyricus Theodosio dictus: *Quid portas virentibus sertis coronatas? Quid aulæis vndantes plateas, accensísque funalibus auctum diem referam?* Scripturæ de Syriæ habitatoribus Holofernis non ferendum robur timentibus; *Tantúsque metus* (Iudith cap. 3. vers. 9.) *Prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores Principes, & honorati simul cum populis exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs*; Apuleius de Isidis pompa lib. 11. metam. coniungens cum lucernis musicam Adolescentum, ait, *Magnus præterea sexus vtriusque numerus lucernis, tædis, cereis, & alio genere facium, lumine syderum cælestium stirpem propitiantes*; *symphoniæ de hinc suaues, fistulaque modulis dulcissimis personabant: Eas amœnus lectissimæ iuuentutis veste niuea & catacliſta prænitens sequebatur chorus, carmen venustum iterantes*, &c. At coram Sole subaccensæ faces quamobrem? proculdubio tripudij & gaudiorum ratione; Hinc iam subinfero apertè præter decem virgines, portatas lampadas ab aliis plurimis; monstrauimus nanque Prælocutione 3. numero 101. lætitiæ præcipuum symbolum nuptias esse; at, quem non moueat, non dico honorem, aut voluptatem aliquam à decem faculis potuisse deriuari, sed ne illustrandis platearum angulis tam exilem numerum parem fuisse? quid decem cerei cum tot Christianorum lucernis? quid cum ethnico Cæsaris triumpho? Nam de Iulio meminit Suetonius cap. 37. *Ascendisse Capitolium ad luminaria quadraginta, elephantis dextera, atque sinistra lychnuchos gestantibus*; Quid denique cum ipsis nuptiarum ritibus? de quibus Claudianus Epithalamio Honorij, & Mariæ:

Arrian. Lampadibus interdiu vsi Pagani in magna pompa.

Iudith 3.

Prater decem virgines Mat. cap. 25. alia multa puellæ tædas ferebant.

Suet.

Claud.

——— *alij funalibus ordine longo*
Plurima venturæ suspendite lumina nocti;

De hoc itaque quoniam constat, à quibus ordinibus prælatas lampadas existimemus, & quorsum Euangelista de virginibus decem solam memoriam fecerit, iam propero declarare pro virili.

40. Atque equidem si dicamus, pro nubentium cumulata laude & gloria cereos præluxisse non tantùm homines ex vltimo aut medio Reipublicæ cœtu; sed etiam supremis honoribus functos, erunt quibus confirmemus, exemplorum aliquot; Nuper ex Iudith cap. 3. perspeximus obuiam prodiisse Holoferni cum luminibus Principes, & honoratos simul cum popularibus: Sed in sacro iubilo *cùm omnis domus Israël duceret Arcam testamenti Domini*, (Reg. 2. c. 6. vers. 16.) *in clangore buccinæ, Dauid saltauit totis viribus ante Dominum accinctus Ephod lineo*; Pharaone, & Ægyptiis conculcatis Moyses, & soror eius, duces erant lætitiæ, atque Epinicij, Exod. cap. 15. atque id quidem exigere natura sua genialium temporum iucunditatem, vt etiam censoria grauitas paulò licentior prodeat, nec mores turbæ Toparchæ dedignentur, bellissimè expressit Claudianus Hymenæo Honorij & Mariæ:

In genialí pompa, etiam notabiles, tædas ferebant.

Iudith 3.

2. Reg. 6.

Exod. 15.

Claud.

Laxet terribiles maiestas regia fastus,
Et sociam plebem non indignata potestas
Confundat turbæ Proceres, soluantur habenis.
Gaudia, nec leges pudeat ridere seueras;

Quòd si nobiles atque ingenuos tædarum iugalium latores cogitare quisquam vereatur, & his officiis destinatos velit mancipiorum greges, dabimus ex seruorum numero sufficientes copias; sed priùs admonitum cupimus famulorum veteribus fuisse ingentem æquè, atque variam multitudinem: de copia ministrantium vnum ex Seneca deprompsimus testimonium suprà num. 23. addimus ex Annalium Taciti lib. 14. c. 13. *Quem numerus seruorum tuebitur* (inquit ibi Cassius) *cùm Pedamium secundum quadringenti non protexerint*? Sed mirabilis Athenæi narratio lib. 6. *At Romanorum vnus aliquis quantò plures possideat seruos tu nosti, optime Massuri*; *nam ad decem & viginti millia, imò plures etiam multi habuêre: non tamen vt quæstum ex ijs faciant, sicut Græcorum ditissimus ille Nicias, sed plerique Romani anteambulones eos habent comitésque maxima ex parte.* Porrò Abrahamus, cùm audisset captum Lot fratrem suum (Genes. cap. 14. vers. 14.) *numerauit expeditos vernaculos suos, trecentos decem & octo, & persecutus est vsque Dan*; Verùm non his militibus circunscripta familia eius: reliquit enim plurimam turbam domi, aut pugnæ insufficientem, aut priuatis ministeriis opportunam, vt notat Chrysostom. hom. 35. in Genesim: De Salomonis ampliſſimo farellitio lege Pinedam lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 9. num. 4. De varietate & differentiis seruorum eloquentissimè Philo de vita contemplatiua; nam de Romanorum luxu disputans: *solitos eos vti* (affirmat) *ministrantibus formosis mancipijs, non tam ad præsens ministerium quæsitis, quàm ad exhilarandos aspectu conuiuarum oculos; ex ijs minores pueri pincernas agunt, grandiores aquam adferunt, loti, & nitidi, fucatique, ac cincinnati;*

Ingens seruorum multitudo prisci.

Seneca.

Tacit.

Athen.

Gen 14.

Chrysost.

Pineda.

Philo

Romanorum luxus magnus.

cincinnati; alunt enim capillitium, vel omninò intonsi, vel à fronte tantùm præfectis in orbem crinibus, tenuissimas, candidásque præcincti tunicas, anteriori parte ad genua dimissas, posteriore ad poplites, vtrinque mollibus taenijs adstricti commissuras tunicæ, propendentibus ad latera sinibus: sic ornati adstant, nutus obseruando quid quisque postulet; adsunt & alij adolescentes prima lanugine malas vestiti curiosè edocti grauioris momenti ministeria, mera ostentatio magnæ opulentiæ; Sed Cleopatræ epulis adfamulantes inspiciamus, quàm arguto carmine depingat Lucanus lib. 10.

Ab Eunuchis, & Æthiopibus custodita femina. Lucanus.

Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas,
Hæc Lybicos pars, tam flauos gerit altera crines,
Vt nullus Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas, pars sanguinis vsti
Torta caput, refugósque gerens à fronte capillos.

Deinde Eunuchos, & primæ lanuginis iuuenes cantat; Dedimus versus numero 23. vidimus numero 37. ex Athenæo, & eandem Reginam Æthiopicos pueros habuisse; nam ab hisce fuscis custoditum feminarum genus cecinit Tibullus lib. 2. eleg. 6.

Tibullus.

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis;

Tanta igitur cùm fuerit seruientium ministrorum diuersitas, tam numerosa turba, cùm ætatis, nationum, coloris ratio haberetur, atque ab his vniuersis distinguerentur, & in multiplices dissecarentur classes, longam facilè pompam canentium, tædiferorúmque confici potuisse constat; nam erant decem, aut viginti fortasse, & triginta pro familiæ amplitudine ex Alexandrinis pueris; totidem de Æthiopibus, par numerus Syrorum, alij ex Europa, alij ex Græcia; atque inter hos iterum distributio in ephebos, in adolescentes, in pueros, in effeminatos: déque istis noua diuisio, quibusdam flauo, quibusdam annulato, aut intonso capillo; quibuscum virginum plurima, & inæqualis sors responderet, ductis differentiis aut ab ætate, aut à climate, aut à forma, quamuis ex qualibet classe non multus esset numerus, sed comparatione omnium maxima emergebat summa.

Puerorũ greges in turmas diuisi.

41. Iam quòd Matthæus cap. 25. decem solùm virgines recenseat, arbitror ad morem communem respexisse; quippe probabam Introductione 3. numero 91. etsi in Heroüm luctu non rarò Hebræi ipsos triginta, aut quinquaginta dies plangendo consumerent; tamen ex vulgato vsu, & in morte charorum ex media nobilitate, aliorúmque infra hos, tantùm consumptam hebdomadam; déque geniali honore paria monstrauimus; itidem nunc de virginum numero asseuerare non absurdum ducimus: nempe, licuisse Principibus cateruas prælucentium adhibere pompæ iugali; vetitum id cæteris, quibus decem virgines cum totidem adolescentibus satis erant; nam præter cereos ab his gestatos permittebantur lampades aliquæ fenestris, ianuísque suis, atque amicorum, quorum limina prætergrediebantur; Quæ, quanquam moderata pompa, at ciuium & Reipublicæ emolumentis apta; Sanè duodecim tabularum legibus cautum, regula tertia; *Ne sepulcrales sumptus fierent, nisi in decem tibicinibus*; Regula octaua; *Ne pretiosi lectices & odorata potio in flammas infunderentur vnà cum cadaueribus*; Canone 10 *Vti plura funera ne vni fierent, néve plures lecti inferantur:* Quorum nihil potentissimi Magistratus, aut militum ductores obseruare soliti, vt probant Rosinus lib. 5. antiquitat. Romanarum, cap. 39. P. Azor tom. 1. lib. 6. cap. 63. fortasse pro ciuibus tantùm composita illa decreta, ne substantiam vanissimè dissiparent, dum senatorio, aut equestri ordini pares esse cuperent; aut etiam quo inter Reipublicæ lumina, & vulgus post mortem, honorum discrimen extaret.

Matth. c. 25. cur decẽ solũ virgines introducta, quæ lucerent nuptiis?

Optimates cõmunibus decretis exẽpti.

Leges 12 tabularum.

Rosinus. Azor.

Sed, quamuis supposuerimus ex mancipiorum turba fuisse, qui canerent Hymenæum, qui tædas portarent in nuptiis; affirmamus tamen ex Hierosolymis, cæteráque vniuersa Iudæa conuolasse nobiliores quosque, quòd sponso, aut affinitate, aut stemmate, aut amicitia, & moribus coniunctissimi essent: Quod pronunciatum in simili corroborauimus loquentes de sponsa Subsectione antecedenti, num. 20. ab his varij gymnastici ludi toto nuptiarum tempore instituti: sæpè in syluis pardalem, vrsum, leonem, & ferociora quæque animantia quæsiuêre: Sed, quid in his medij, infimi, supremi significarent mysticè, & quarum rerum typos gerant: haud arduum est definire ad eorum normam, quæ tradidimus de sponsæ comitatu, num. 29. Finiam vno hoc monito: Cùm in tanta interloquutorum multitudine nemo reperiatur agricola, nemo villicus, nemo de Galaad, aut Carmeli, aliorúmve montium pastoribus: neque enim quidquam est compellens de bobus, aut aratione sermones texere: sequi, Canticum istud Eclogam non esse, aut Georgicum carmen: ducuntur similitudines aliquæ à rustica re; loquuntur de vineis & pomœrio amantes; sed huiusmodi non pauca reperias in Poëmate quouis Heroïco, nisi quidem Eclogam dicas, quasi sermocinationem, aut colloquium sumpta verbi huius lata constructione.

42.

Canticorum metrũ non est rurale, aut pastoritium.

SECTIO IV.

Ver, temporum & celeberrima, & suauissima portio, Canticorum famulatur castis amplexibus: sub veris articulo coniugalia fœdera apud Hebræos, Titulus Psalmi 44. singulari explanatione illustratus: Verè egregia pleráque apud Iudæos peracta.

43. NEmini dubitabile fore præsumimus, facta partium huius Epithalamij collatione, perpensáque totius Operis harmonia, frequentissimè alludum ad tempus aliquod floridum, & amœnum; At poterit esse disceptatio, qua tandem de temperie? Ver enim, æstásque, atque autumnus annorum iucundissimæ partes suis quæque gloriatur diuitiis, quin & deliciis contendere audeant: Quid igitur? Per omnium voluptates itum? & inchoata verno solstitio genialia oblectamenta multiplici, & longo apparatu in autumnale producta æquinoctium? atque supra Assueri superbissimum conuiuium, nostri sponsi gula per nouem mensium sympofia? Ego cum pertinaci indagatione (nisi etiam meditati nos fallunt discursus) post lustratum Canticum hoc, nihil reperissem, quod suaderet vel in æstatem adultam (nedum vindemiam) prolatam nuptiaIem

Veris temperie acta nuptiæ, de quibus volumen Canticorum.

lem pompam, ſecuriùs iudicaturum me putaui, ſi in vernam tranquillitatem referrem; præſertim cùm haberem apertiſſima verba cap. 2. verſ. 10. *Surge, propera, amica mea, & veni: iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit: flores apparuerunt in terra noſtra*; Coniecturæ particulares ſunt; nam veris amabilem, pulcherrimúmque vultum penitùs excluſiſſe hæc non patitur periodus, non ſinet Interpretum communis conſenſus; veri autem ſi æſtatem, atque autumnum aſſociari velimus, dicemus, aut continuatas toto eo tempore nuptias; aut interruptas ab euentu aliquo, & inchoatas verna tempeſtate: intermiſſas æſtate, autumno demum finitas: at huiuſmodi interpolationis nulla ſufficiens ratio proferri valeat; epulari autem per tot menſes non interruptos, nimij luxus eſſet, & abhorrentis à Principe modeſto in primis, atque ſobrio, qualem nobis pinginus in hoc Epithalamio ſponſum; Deinde, cùm hoſpitalibus è longinquo proficiſcendum eſſet, (venerant enim ab omnibus ludææ finibus Dynaſtæ condecoraturi genialem celebritatem,) ſi per æſtatem prouectam, aut vindemiæ tempora itineri ſe commiſiſſent, paſſi fuiſſent incredibilem moleſtiam, cùm Syriæ plaga ardentiſſima ſit; Dederunt igitur ſe viæ poſt fractam hyemis ſæuitiam, & redierunt ad lares vnuſquiſque, antequàm omninò deſiiſſet Phœbus mitis eſſe: At hæc, cùm aut inter nemorum virgulta, & frondes, vel ad loquacem fontis ſuſurrum, aut camporum aperta planitie, vel ad ripam fluminum quandoque cœnandum; exercendæ prætereà venationes, ludi, audienda acroamata: decebat anni temperiem dulcem eſſe, ne agitationi, & motibus eorum, qui exercebantur, ſuperaddita ignea vis intolerabilis à ſolari globo, laſſaret vniuerſos ſupra modum: Poſtremò, quid nuptiæ (vt cætera gaudioſa nunc omittam) abſque floribus? Hi conuiuas ornant, triclinia venuſtant, pauimento camporum gloriam conciliant, lectum, & cubilia iucundant, feneſtras, & domorum limina halare faciunt ſuper pigmentariorum inuenta: Probamus non ſemel præſertim ſecundi capitis Commentario; nunc Catulli verſiculos duos ex nuptiis Iuliæ, & Manlij damus:

Cinge tempora floribus
Suaueolentis amarici:
Flammeum cape, &c.

Nunc ex Claudiani Hymenæo de nuptiis Honorij, & Mariæ guſtatorum tantùm:

Tu feſtas, Hymenæe faces, tu, Gratia, flores
Elige, tu geminas Concordia necte coronas;
Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant.

Sed venuſtiſſimè inferiùs de legionibus: Nam inter militiæ honores, locum floribus datum, quoniam nuptiarum amœnitas ſic poſtulabat, aſſerit:

Candidus intereà poſitis exercitus armis
Exultat ſocerum iuxta, nec ſignifer vllus,
Nec miles pluuiæ flores diſpergere ritu
Ceſſat, purpureóque Ducem perfundere nimbo;
Hæc quoque velati lauro, myrtóque canebant:
Diue Parens, &c.

At ſanè, vt concedamus aliis anni ætatibus non defuiſſe flores, quoniam hyems apud Palæſtinos breuior eſt, & indulgentior: ſed quis non facilè animaduertat, parem copiam non potuiſſe eſſe, qualem ver parturit, cùm hyeme dominentur vtcunque frigora, æſtate calores? Ne igitur florum egeſtate laborare poſſit ſponſus, oportebat nuptias in id diſtuliſſe tempus, quo flores maximè abundant, quoniam auctore Latini Carminis Coryphæo Georgic. 2.

Et tunc omnis ager, tunc omnis parturit arbos:
Tunc frondent ſyluæ, tunc formoſiſſimus annus.

Virgilius.

Verùm & oſtendamus generales fuiſſe cauſas, quarum ad exemplar, & comparationem debuerit ſponſus vernam malaciam cæteris anni partibus anteponere.

44. *Salomonis nuptiæ cum filia Pharaonis verna celebrata temperie?*

In primis exemplorum aliquid fuit: Nam Salomon cùm Pharaonis Ægyptiorum Monarchæ gener factus fuiſſet, delegit ex anni circulo vernam ſpecialiter temperiem: quod ex Canticorum ſententiis, rati eas alludere ad filiam Pharaonis, probant Pineda lib. 4. de rebus Salomonis, cap. 3. num. 1. Salianus tom. 3. anno mundi 3022. num. 120. Verùm, diuerſam eſſe iſtius Hymenæi materiam, oſtendimus Prælocutione 1. Sectione 10. Sanè cùm annus à verno æquinoctio inchoaret apud Hebræos, vt firmior habet ſententia, de qua Pereira diſp. 1. in cap 12. Exodi, num. 2. ſi vera eſt Chronographia Pinedæ, lib. 2. de rebus Salomonis, cap. 14. referentis thalamos filiæ Pharaonis in prima initia ſecundi Monarchiæ Salomonis anni, conſtat apertè delatam ex paternis laribus ſponſam, cùm ver inciperet; Sed, quoniam hoc quoque incertum; ſi quæ huius rei probatio robuſtior eſt, præbet eam nobis Pſalmi 44. titulus; eius enim carminis (quod epithalamicum eſſe Interpretum communiſſima vox eſt) materia fortè Salomonis, & Phariæ puellæ coniunctio, quod plures aſſerere monſtrauimus Anteloq. 1. Sectione 9 num. 73. Hæc ergo, quæ decantat Pſalmus ille connubialia gaudia vere peracta, titulus adſignificat, de quo Hieronymus epiſtola 140. ad Principiam Virginem: *Quadrageſimum* (ait) *quartum Pſalmum legens in titulo reperi: In finem pro his, qui commutabuntur filiorum Core, intelligentiæ Canticum pro dilecto, ex Hebraico vertimus nos in Latinum; Victori pro lilijs filiorum Core, eruditionis Canticum amantiſſimi; Symmachus more ſuo manifeſtius, triumphum pro floribus interpretatus eſt*: Porrò, eundem fieri ſenſum, ſiue dicas, *Pro his, qui commutabuntur*, ſiue, *Pro lilijs, & floribus*, diſertè expreſſit Hieronymus ibidem, inquiens: *Igitur, Soſanin, vel pro his, qui commutandi ſunt, vel in lilia transfertur & flores*; Quod annotauit etiam Magnus Baſilius in Pſalmum 44. *Quare vnus aliquis Interpretum pulchra, ac ſagaci coniectura mihi videtur vſus, dum ſententiam Scripturæ eandem, ſiue ſenſum, alijs verbis expreſſit; nam pro eo, quod eſt: Pro his, qui commutabuntur.* dixit, *Pro lilijs*: Oſtendit ingeniosè P. Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 4. num. 4. *Commutandi* verbum peculiari iure ſpectare ad nuptias, quòd in iis facta quadã coëmptione permutentur nubentium bona: at ego mallem relatum ad flores, & veris fœcunditatem: ſic vt idem ſit, Pſalmum *Pro commutatione*, aut *commutandis*, inſcribi, atque *Pro floribus*, florúmve tempore; Nam certè tum potiſſimùm natura penè vniuerſa immutatur; Neque reſurrectionis aptius eſſe potuit ſymbolum: vt qui eam ſignificatam cupiat, quemadmodum intellexêre Baſilius, atque Hieronymus, veris partubus adumbratam exiſtimet: ab his enim non rarò ſoliti argumentum depromere Eccleſiæ proceres, cùm pro anaſtaſi aduersùs Gentium Philoſophiam certarent: *Quippe etiã terræ de cœlo diſciplina eſt* (inquit Tertullianus lib. de

Pſalm. 44. *Titulus particulari more expenditur*

Hieron.

Baſil.

Pineda.

Ver, reſurrectionis argumentum.

Baſilius.

Hieron.

Tertull.

Cant. 2.

Florum magnus vſus in nuptijs.

Catullus.

Claudianus.

Ver florum tempus.

lib de resurrectione carnis.) *arbores vestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ absumpta sint semina, nec prius exhibere, quàm absumpta; Mira ratio: de fraudatrice seruatrix; vt reddat, intercipit; vt custodiat, perdit; vt integret, vitiat; vt etiam, ampliet, prius decoquit; siquidem vberiora, & cultiora restituit, quàm exterminauit; Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum:* Dicitque eadem pari cum eloquentia Ambrosius oratione de fide resurrectionis.

Ambros.

45. Dicimus ergo Psalmo affigi: *Pro his, qui commutabuntur*, idem esse, ac si proferatur, *Psalmum esse pro veris tempore*; Primum, quoniam Theodoretus planè alludum arbitratur ad vernum temperamentum; idipsúmque Nyssenus tract. 2. in Psalmos, c. 4. Deinde, quoniam altera versio *pro floribus* attestatur apertè, cuius versionis sensum eundem esse cum vulgata inscriptione docuimus ex Hieronymo, & Basilio; Tertiò, quoniam de Resurrectione mystica explanatio quadrat mirificè; Neque obfuerit, non *pro floribus*; sed *pro liljs*, ab Hieronymo, & aliis interpretatum; idem nanque est; fit enim nonnunquam, specificum nomen in genericum transire; Sic illud Canticorum cap. 4. vers. 6. *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*; Vltimam hanc dictionem *thuris* ad omnia aromata, quæ in suffitum cremantur extendit Delrio in litteræ explanatione; idémque mystica Interpretatione versus 10, c. 6. *Descendi in hortum nucum*, &c. *Nucis* vocabulum generale facit ad vniuersa, quæ duriori sunt cortice; ita etiam & lilium flores cunctos significauerit: Certè Sotomaior ad illud cap. 2. Cantic. *Sicut lilium inter spinas*: annotauit Græcam vocem κρίνον, pro qua vulgatus conuertit *lilium*, *florem* quoque omnem significare; id, quod Hieronymus satis innuisse visus ad cap. 6. Matthæi, illud enarrans: *Considerate lilia agri*, &c. Chrysostomus hom. 22. Glossæ ordinariæ Compilator; de floribus vniuersim viderit Lector intellexisse eos comparationem; quem etiam de liliis sensum sequutus Apollonius Argonauticon primo apud Valerianum hieroglyphicorum lib. 55. titulo, *de liljs*; Nec denique obstat legi ante Psalmum 79. similem inscriptionem: *In finem, pro ijs, qui commutabuntur, testimonium Asaph*; Quoniam huius etiam carminis titulum Hieronymus versione sua, ex Hebræo, *Pro liljs*, transtulit; & mysticè eadem norma exposuit Athanasius epistol. ad Marcellinum, vbi monet, si quem rudem docere cupiat de resurrectione, Psalmum ei septuagesimumnonum reciter, & declaret.

Regula: Specificum nomẽ pro generico positum.
Cant. 4. & 6.
Delrio.
Sotomaior.
Lilium pro omni flore. Cant. 2.
Hieron.
Chrysost.
Gloss.
Apollon.
Pier. Val.
Psalm. 79.
Athan.

46. Sed concedamus, Cantilenæ nomen esse, *Pro liljs*, vt coniectatur Mariana; aut, vt nos, Psalmum dici *florum*, seu *veris*: quorsum eiusmodi nuncupatio? Equidem, vt scribuntur Psalmus octauus, atque octogesimus, nonnullique alij, *Pro torcularibus*; quòd per vindemiam canerentur in gratiarum actionem pro fructibus maturitatem consequutis, vt velint quidam apud Lorinum ad eorum initium Psalmorum, neque ipse abhorret: sic asseuerare poteramus pro anno prosperè inchoato, frugúmque fortunato principio Psalmum 44. accini solitum: quam quidem ego cogitationem libenter amplecterer, nisi conspicerem toto Poëmate nullam memorationem fieri de terræ muneribus, pro quibus haberentur gratiæ; sed nec gratiarum actionem lego: Denique, cùm omnis Interpres recens, atque verus Hymenæum esse dicat, quale gratitudinis monimentum, quàm insolens, atque inauditum, cecinisse ob tales causas Epithalamium? Quòd si aliquod metrum canendum fuit erumpenti telluris proli, genethliaci pangendi erant versus: quando igitur duo constant, nempe, modum carminis ad thalamos spectantem; ipsum autem blandissima anni temperie modulatum; arbitror medius fidius ad eum morem, quo suprà definitum à nobis Sectione 2. num. 21. à Dauide compositam Saüli, & Ionathæ Næniam, quam præcepit discerent filij Israël, vt ea lugendi forma vterentur in defunctorum exequiis, & parentalibus: ita ab eodem inuentam methodum canendi honestè, & festiuè in nuptiis, quam hoc Psalmo præmonstrauit: & quoniam *Dilecti* epitheto significabatur sponsus apud Hebræos, vt hoc Canticorum Canticum variis locis innuit; indicaturus Epithalamium esse, & ad nuptias pertinentem Poësim, inscripsit: *Canticum pro dilecto:* Quia autem non alio tempore communissimo vsu, iugali fœdere iungerentur Hebræi, quàm accedente verno æquinoctio; dixit quoque: *Pro his, qui commutantur*, siue, *Pro liljs, aut floribus*; Quod idem est, ac si pronunciaret, carmen esse vernale, quoniam vere tantùm pangebatur, quòd eo solùm tempore nuptiæ concelebrarentur apud Iudæos ex vsitato vulgariter ritu: Atque hiscum insigniter consonat mysticus de vniuersali anastasi intellectus: tum enim cùm omnis humana creatura resurget, & immutabitur Ecclesia per duraturas in omne æuum nuptias Christo copulabitur, vt dicebamus Isagoga 3. num. 110. quæ in eum diem tantùm desponsata fuerat; Vere igitur adumbrata mortuorum suscitatio, Epithalamio expressum connubium: Quòd si ad Incarnationem Filij Dei Psalmum referre placeat, quæ trita opinatio est apud Patres, quorum indiculum reperies apud Leonem Castrensem Apologetici lib. 10. cap. 40. Pinedam lib. 5. de Salomone, cap. 4. Lorinum ad Psalmum 44. vix aliud tantæ rei emblema, quale à nobis proponitur; florida enim sunt vniuersa, quando Verbum caro fit: nempè, tempus vetnans Aprili proximum quando Puella grauidanda illibato pudore Mater euadit; *Nazareth*, quò destinatur Archangelus, vbi virgo moratur, florem interpretatur Bernardus homil. 1. super *Missus est. In Nazareth ergo nunciatur Christus* (inquit) *nasciturus quia in flore sperat fructus proces surus: Sed prodeunte fructu flos decidit, quia veritate apparente in carne, figura pertransit. Vnde & Nazareth ciuitas Galilææ dicitur, id est, transmigrationis; quia nascente Christo omnia illa transierunt, quæ superius enumerauimus, quæ, vt ait Apostolus, in figura contingebant illis. Hos ergo flores, & nos, qui iam fructum tenemus, pertransisse videmus; & dum adhuc florere videbantur, transituri præuidebantur*; Igitur, cùm *& florem, & commutationem, & nuptias* aduehat Incarnatio concinnè mysterium eius adumbratur Psalmi titulo, in quo hæc omnia reperisse possibile est: *commutationem* quidem quoniam pro his est, *qui commutabuntur*; flores & plantas suauehalantes, quia victori est *pro liljs*, siue *floribus*: denique *connubium*, quòd in gratiam dilecti, id est, sponsi compositum fuerit carmen.

Epithalamici carminis inuentor Dauid.
Nuptiæ apud Hebræos verno æquinoctio.
Psalmo 44. Incarnatio Fily Dei celebrata.
Leo Castr. Pineda.
Bernard.

Suadet quoque vere nuptias peragere consuetum fuisse, quòd eodem tempore, lætissima, & memoranda pleraque, gesta esse reperiamus: nam eo tempore conditum mundum asseuerat

47. *Veris tẽpore grandia pleraque peracta.*

Theodo

Theod. Theodoretus quæst. 17. in Exodum; *Sub idémque tempus* (inquit) *Deus liberauit populum Israël à seruitute Ægyptiorum; & Gabriel Archangelus sanctæ Virgini* MARIÆ *latum nuncium admirandi partus attulit: eodem quoque tempore Christus Dominus salutarem pertulit passionem:* Ac sanè editum orbem verno solstitio Patrum multò copiosior existimauit pars, quorum dicta ad longum transcribit Ascanius Martinengus Glossæ magnæ pag. 823. Paschatis autem, & Azymorum iucundissimam, maximéque solennem illis diebus peractam celebritatem sufficienter manifestant Exodi cap. 12. & Leuitici 23. multíque ostendit Ribera de templo agens lib. 5. cap. 3. Sed plura alia mensem Nisan, à quo anni, veríque initium, in paucis nominatum feciſſe demonstrat Salianus tom. 2. anno mundi 2544. à num. 161. Pererius disp. 1. in cap. 12. Exodi: Burgensis additione 1. ad cap. 12. Exodi. Neque posterior honos floridorum dierum, exorsum esse tunc potentissimum Salomonem fabricam admirandæ basilicæ; sic nanque attestatur Regum liber 3. cap. 6. *Factum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio* (*ipse est mensis secundus*) *regni Salomonis super Israël, ædificari cœpit domus Domino*; Quo tempore, & à Zorobabele restauratum templum existimat Lyranus ad cap. 2. Haggæi finem, cuius est etiam sententiæ Vatablus ibidem; Porrò cùm non nisi post captiuitatem Babylonicam menses propriis nominibus dicti sint inter Hebræos, sed numerali ordine solùm appellati sint, Primus, Secundus, Tertius, &c. quòd antè inueniamus hoc Regum loco nuncupatum aliquem *Zio*, epithetum tantùm fuisse temporis proprietatem denotans, vult Pererius disp. prima, in cap. Exodi 12. numero 3. nam, quoniam secundo mense terra sinus aperiret, floréque emitteret, dictus est *Zio*, quasi apertionis mensis, quæ latiùs explicat Pineda libr. 5. de rebus Salomonis, cap. 5. §. 17. & ambobus multò vetustior Paulus de Sancta Maria, loco nuper repræsentato; Equidem Paralipomen. secundus liber cap. 4. hæc eadem enarrans: *Cœpit* (inquit) *ædificare mense secundo regni sui*; Quibus ex verbis clari aliquot Scriptores colligunt (quorum meminit Salianus tom. 3. anno mundi 3023. num. 10.) regnasse Salomonem annos tres, vnúmque mensem; nam altero post inchoatum dominatus quartum annum mense, fundamenta templi posuisse existimant; quæ si stabilia sunt, sequitur manifestè primo anni sacri mense, qui annus à vere auspicabatur, cùm sæcularis ab autumno inceptaret, ad quem proinde mensis Zio referendus, Monarcham declaratum fuisse; siue, quòd tum Dauide sublato, imperij habenas arriperet; siue, quòd inaugurationis pompam ex consilio distulisset in veris amœnitates; idque propterea, quoniam vel vsus inaugurandi Reges ita postulasset ex Hebræorum ritu; vel, vt optima anni temperies inuitaret ex peregrinis, domesticíque ingentes populorum concursus; Sanè cùm volumine Canticorum comprehensa, vere contigisse certior existat sententia: ad coronam regni verbis illis capitis tertij: *Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua*, respectum arbitrantur nonnulli; Lege eum ad locum Sotomaior, & Delrium, vt non futilis sit omninò coniectura de vncto in Regem cum celebritate, & publica acclamatione, Salomone, non alio tempore, quàm cùm, hieme depulsa, Zephyri spirarent.

Mundi initium vere.

Martineng. Gloss.

Exod. 12. Leu. 23. Ribera.

Salian. Perer.

Salomonici Templi structio vere in choata.

3. Reg 6. 1.

Lyran.

Vatabl.

Menses sine nominibus ante captiuitatem Babylonicam.

Pereira.

Pineda. Burgens.

Paral 2. 4.

Salian.

Salomon veris exordio Rex coronatus.

Cant. 3. Sotomaior. Delrius.

Denique, cùm Naturæ æquissimus Rector varia dispertiret anni temporibus ornamenta, fœcunditatem veri in primis tribuit; quare cùm prolis legitima, honestáque susceptio ex matrimonij finibus sit, nuptias peculiari iure sibi vendicat tempestas illa partubus fortunata; Sed lubet Titum Calphurnum audire ecloga quinta accinentem:

48. *Veri fœcunditas specialiter cõcessa.*

Calpurn.

Tunc etenim toto vernanti gramine sylua
Pullat, & astiuas reparabilis inchoat vmbras:
Tunc florent sylua, viridíque renascitur annus:
Tunc Venus, & calidi scintillat feruor amoris,
Lasciuúmque pecus salientes accipit hircos.

Columell.

Nec omittam Collumellæ versus, qui libro decimo de cultu hortorum fusiùs, atque distinctiùs cantauit, inquiens:

Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus.
Ver agit: hinc hominum, pecudum, volucrúmque cupido,
Atque amor igneſcit menti, sauítque medullis,
Dum satiata Venus fœcundos compleat æstus,
Vt generet varias soboles, sempérque frequentet
Prole noua mundum, vacuo ne torpeat æuo.

Tot igitur, tantísque concurrentibus coniecturis, cæteris probabilius axioma videatur, si non alio quàm verno tempore adstruamus Canticorũ modulatum fuisse Epithalamium, sub eandemque periodum gesta, quæ Hymenæo enarrantur.

SVBSECTIO I.

Præfatis obsistentia loca ex Cant. cap. 2. & 5. enucleata; nonnihil de tempore putationis vitis, ficuum, Myrrhæ; Messem triticeam intra veris ambitum in Palestina colligi ex professo declaratũ; Exodi & Numerorum versibus quibusdam facula: anni duplicis Hebræorum examinatio aliqua: Periodus ex versione Pagnini castigata.

EX capite 2. Canticorum, vbi maxima veris indicia illa: *Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt, vox turturis audita est*, &c. inde nobis manifestior pugna; nam, postquàm dictum de vitibus vtique, *Tempus putationis aduenit*, de iisdem subiunctum citò, *Vineæ florentes dederunt odorem suum:* At repugnant in eadem tempora incidere, vt & sarmenta amputentur, & florem emittant reuirescentes palmites: Eodem quoque capite cùm spiritus, & virium amissionem passa fuisset sponsa, subsidij aliquid postulauit à floribus & malis; sed mala quidem autumnus, ver flores præbet; Denique capite quinto gloriabundus sponsus, *Messui* (ait) *myrrham meam cum aromatibus meis*; Verùm non demetitur myrrha statim à principio anni; sed postquàm adoleuit; Cùm igitur ex his quædam veri congruant, alia ad autumnum spectent, & fortasse ad æstatem quidpiam, satius fuerit docuisse, Salomonis Canticum tria hæc complecti tempore, vt quædam vere peracta sint, alia per æstatem, nonnulla per vindemiam, quàm omnia coniecisse in vnam anni partem;

49. *Canticorum loca ex c 2. & 5. enucleata.*

Sanè

Ioan. Leon. Sanè Ioannes Leo Africanus descriptionis Africæ libro primo: *Martio* (inquit) *mense summo impetu flant Boreas, atque Zephyri, efficiúntque, vt totæ arbores floribus vestiantur; Aprilis omnibus propemodum fructibus dat formam; medio Maio ficus ex arbore colligunt; medióque Iunio vuas quibusdam locis maturas inuenire licet:* Quòd si hoc Africa propter calidum clima, aut soli vbertatem, cùm & Palæstinos Phœbus vehementer adurat, & præter natiuam glebæ bonitatem, Deus specialem indidisse videatur feracitatem, verosimile est citiùs apud eos prouenisse fructus, quàm apud Pœnos; quare mirum non est, si vere non exhausto dicantur vineæ floruisse; Quid? nónne ita, cùm referat, qui propriis luminibus contemplatus est, Brochardus Monachus libro de terra sancta, parte 2. cap. 1. *His oculis vidi* (ait) *quanta fertilitate terra benedicta fructificat: frumentum enim terra vix exculta, sine stercore, & fimo mirabiliter crescit, & multiplicatur: agri sunt velut horti, in quibus fœniculum, saluia, ruta, rosa passim crescunt,* Multáque alia huius generis longa oratione enarrat: Atque hæc tellus illa post millesimum à Christi morte annum; nam in deterius abiisse post occisum Seruatorem, alibi præmonstraturi sumus; At si vitis (aies) florebat vere aut incipiente, aut progresso, quorsum amputata ita serò? Nam sanè Columella lib. 4. de re rustica, cap. 23. eiusmodi præcepta tradit: *Placet ergo, si mitis, ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, cœli clementia facta vindemia, secundum Idus Octobris auspicari putationem; sin autem cœli status frigidus, & pruinosus hyemis violentiam denunciat, in Idus Februarij hanc curam differemus;* Cùm ergo ver à mense Nisan inciperet; hic autem mensis nostro Martio, aut etiam parti Aprilis responderet, vt fert communis Auctorum existimatio, deducitur vinearum putationem hyeme, & non post primum æquionoctium factam; Aduerto tamen ex eodem Brochardo loco superiùs nuncupato, vites apud Palæstinos triferas esse; *Vinum* (inquit) *terræ sanctæ valdè pretiosum est, & suaue, præcipuè circa Bethlehem: & non nullibi eadem vitis, ter in anno fert vuas, & maturat omnes suo tempore;* Quod ego stupère desij, cùm legerem apud nostrum Acostam lib. 4. de natura noui Orbis, cap. 32. prope Cuzcum occiduæ Indiæ præcipuum Municipium, vallem conspici, qua per anni circulum vniuersum botrum esu amabilem vites producant; Refert & de nostris Ioannes Petrus Maffæus ad initium lib. 2. rerum Oriente gestarum per Lusitanos, illatas ad Brasilos ab Europæis vites, biferas, triferásque euasisse, vt minimè fabulosus iudicandus sit Athenæus similia lib. 14. de Samo Insula scribens; Statuo igitur Maio, Iunio, atque autumno eosdem palmites botrum ferre maturum; Equidem vt præbeamus, putationem fieri comparatione primitiuorum fructuum per Idus Ianuarias, at, cùm posteà florere incipiunt iidem primi fructus, quod contingit veris ingressu, tum putatio fiat, siue caudicis, siue sarculorum per ordinem ad botrum cæteris posteriorem; Itaque non de iisdem verum sit vnà florere, & inutilia resecari; sed respectu diuersorum, vt quæ vitis ferat primos botros, ea florere dicatur; putationem autem adhibere tum, quando hæc floret viti per autumnum onustæ.

Fructus omnes præcoces & citi in Africa.

Brocard. *Palæstina quanta & quàm iucunda fertilitas?*

Putatio vinearum aut cita, aut sera pro regionũ diuersitate. Columella.

Vites bifera, & trifera. Brocardus. Acosta.

Maffæus.

Athen.

50. Affirmare præterea quisquam valeat, non detruncari postquàm vineæ florere cœperunt, aridam illam, & nullis vsibus aptam prolem deficatorum palmitum solius ignis fomentum, sed nimiùm luxuriantes nouos pampinos demeti; nam, si modum excedat frondescens palmes, hoc quoque torcularibus damnosú est: fortasse enim in vitibus eiusmodi putatio, qualis in ficubus, de quibus Columella libro de arboribus, capit. 21. *Nonnunquam enim cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest sic firmiores arbores, & feraciores fiunt:* Quod documentum Palladius Rutilius tradit quoque in Martio, titulo decimo, loquens de ficu, *Cùm folia* (ait) *incipiunt producere fici, vt fructum multum & pinguem ferant, in principio germinis cacumina summa decutimus*, &c. De myrrha autem adstrui queat, vere quidem non fieri corticis incisionem, nec stacten colligi, sed decuti surculos aliquos, quòd his odor, pretiúmque sit etiam vti balsami ramusculis, vt scribit Ioannes Renodæus lib. 1. de materia medica, sectione 3. cap. 16. Profectò de nouellis frondibus sertum illud sponsæ fuit, de quo Canticorum 1. cap. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*; Attamen à Plinio docemur, duplicem esse myrrhæ vindemiam lib. 12. cap. 15. *Incidúntur bis & ipsa, iisdémque temporibus; sed à radice vsque ad ramos, qui valent*; Æquiparat autem thuri myrrhæ naturam quoad varias proprietates, atque in hoc conuenire affirmat, cùm paulò anteà cap. 14. prodidisset, alteram vindemiam vere peragi, *ad eam hyeme corticibus incisis*; alteram, *circa Canis ortum flagrantissimo æstu:* Potuit igitur vere messis, siue vindemia esse myrrhæ; hæc siquidem vocabula aliis præter frumentum, & vina accomodari à peritis Scriptoribus, docet Sanchez ad cap. 2. Canticorum; nam de mellifico loquens Maro Georgic. 4. messis nomine vsus fuit:

Bis grauidos cogunt fœtus duo tempora messis.

Et cùm de vinearum putatione diceret, eadem nec renuit vocabula Georg. 2.

——*Primus deuecta cremato*
Sarmenta, & primus vallos sub tecta referto,
Postremus metito,

Sed & Amos cap. 4. cùm messem expressisset vulgatus, inquiens vers. 7. *Ego quoque prohibui à vobis imbrem cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem.* Septuaginta vindemiam posuêre: *Et ego repressi* (aiunt) *a vobis pluuiam ante tres menses vindemiæ*, &c. Postremò, quòd malis constipari aueat sponsa, eiusmodi poma sunt, quæ verna etiam temperies ostendat, nempe, illa quæ selectiori vocabulo nominantur *mala medica*; vulgus, *aurantia* appellat: de quibus agit Guillielmus Rouillius historia generali plantarum ad longum, lib. 3 cap. 2. Renodæus lib. 1. de materia medica, sectione 6. cap. 3. docéntque id, quod experientia passim confirmat, arbores perpetuò virentes esse, perpetuóque pomiferas, quibusdam malorum erumpentibus, aliis crescentibus, nonnullis perfectam ætatem consequutis, putredinem arcere, cor recreare, venenis obsistere, halitum corrigere, denique tam salutares esse fructus, floréque, vt inde potiùs *medica* nuncupata sint poma, quàm quòd originem ex Medorum regionibus traherent: Hæc igitur languens sponsa desiderauit mala, hos concupiuit flores, quibus afflicto cordi mederetur: nan Palæstinorum glebam istorum fœcundam extitisse matrem declarat Brochardus loco numero antecedenti assignato:

Ficuum putatio dempto cacumine. Columella. Palladius.

Mirrhæ surculi odorati.

Renodæus.

Cantic. 1.

Myrrhæ duplex vindemia. Plinius.

Messis, & vindemia pro iisdem sumpta, & aliis, quàm vino & frumentis accommodata. Sanchez. Virgil.

Amos 4.

Septuag.

Rouillius. Renodæus.

Mali aurei, & medici natura, atq; virtus.

Malum medicum in Palæstina plurimum.

assignato: *Sunt ibi* (inquit) *cedri, citri, limones, anarangi suauissimi, & optimi odoris; sunt & quædam poma citrina ex quibus electuaria pretiosa valdè conficiuntur*; Sed & Hebræos, cùm Scenopegiæ lætissimos agerent dies, portare solitos à ramis pendentia chrysomela, probat Ribera lib. 5. de templo, cap. 13. atque hanc esse speciosissimam illam inter arbusta, de qua Leuitici cap. 23. *Sumetísque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulásque palmarum, & ramos densarum frondium*; Pro quo Pronunciato vide etiam apud Lorinum ad præfatum Leuitici locum: nos enim exactum horum examen reiicimus ad c. 2. Canticorum; sanè cùm multifaria fronde conuestita essent omnia ad nuptias pertinentia loca, præ reliquis desiderauit medica poma deficiens sponsæ anima; quoniam horum, aut potentior esset ad medendum virtus, aut decore superassent cætera.

Mali aurei lignum arbor speciosissima dicta. Brocardus. Ribera.

Lenit. 23. 40.

§ 1. *Cantic. locus ex cap. 7. de corticatus.* Genes. 30.

Alter ex Canticorum volumine, idque potissimus nodus est, quoniam cap. 7. v. 13. *Mandragoræ referuntur dedisse odorem suum*; Sed huiusmodi plantam Gen. c. 30. v. 13. tempore messis triticeæ reperisse legitur Ruben; hoc autem tempus in æstatis fines, autumníque ingressus consueuit incidere: quare tum inuentas à Ruben mandragoras arbitratur noster Delrius ad citatum Geneseos locum, neque extra autumni initia reperiri potuisse confirmat ex Ramberto Dodonæo; Equidem verno tempore mandragoram, & odorem emittere, & poma ostentare, disertis verbis edocet Gisserius in c. 7. Canticorum explanatione 1. Genebrardus vernæ amœnitatis pignora esse, notásque: Salianus tom. 1. anno mundi 2287. n. 7. sub finem veris à puero inuentam; quibus exploratis, si messem triticeam in æstatis terga, autumníque priora reiicere opportunum sit, dicemus ex duobus aliquod; nempe, aut vere florere mandragoram, æstate fructus dare, quemadmodum plurimis aliis è terra enascentibus contigit: quare verba Canticorum intelligenda de flore, aut foliis, nam hæc quoque odorifera esse scribit Plinius lib. 25. c. 13. dederat autem genitrici Ruben, non florē, quo gaudere Auctor est Columella lib. 10. sed poma, quemadmodum tradidêre Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 19. Augustinus lib 22. contra Faustum, c. 56 aut affirmandum duplices fructus mandragoram ferre: alios paulò post vernum æquinoctium, alios ante autumnale solstitium, vti de hyacintho generalis plantarum Historia loquitur lib. 15. cap. 4. quem duplici partu natura edit; alterum ostendens Aprili; alterum sub anni exitum, quando autumno colliguntur fructus; At, quia incerta hæc omnia esse quispiam contendat, & meras hallucinationes, asserimus tandem id, quod constans esse probabimus, apud Palæstinos messem triticeam veris saltem extrema periodo fieri; Quare quòd inuentæ legantur mandragoræ à Ruben, cùm in messem triticeam falx mitteretur, non euincit intra veris ambitum ab eo non repertas fuisse; quibus probandis si prolixior euasero, conabimur tamen dicendorum varietate, atque in primis commodo Lectoris mentem fallere, ne si fieri possit, nauseæ succumbat; certè fastidium discendi appetens facilè superet.

Quo tempore mandragora & flores, & poma ostendat? Delrius. Dodonæus. Gisserius. Genebrad. Salian.

Folia mandragoræ odorata. Plin.

Iosephus. August.

Hist. plant. *Hyacinthus anno bis enascitur.*

§ 2. *Messis triticea in Palæstina intra veris ambitum.*

Proferam opinionis patronos; Augustinus præcedit quæst. 3. in Iosuë, inquiens de Chananæorum tractu: *Ibi autem, sicut perhibent, qui nouerunt, in initio veris est messis tritici*: Qua sententia vtitur Glossæ ordinariæ Collector, vt, quid ipse iudicet, ostendat: Eandem fuisse Hieronymo mentem præmonstrabo inferiùs num. 55. Cyrillus lib. 2. in Ioannem, Rupertus lib. 4. in eundem, id: ipsum docuêre: Abulensis in cap. 12 libri 1. Regum, quæst. 15. §. *Dicendum*. messem hordeaceam Martio confici adstruit, triticeam Aprili, aut, vt seriùs, ad Maij introitum: atque anteriùs consentientia pronunciauit quæstione 5. in cap. 13. Numerorum; & quæstione 35. in cap. 3. Iosuë: Lippomanus ad versum 22. cap. 34. Exodi, mensem nouarum frugum in Palæstina dicit esse Martium, aut inchoatum Aprilem: Sed accuratè discussit argumentum istud ex nostris, P. Serarius quæst. 5. in cap. 3. Iosuë: probat à quæstiuncula 3. ante exitum veris absolui consuetam tritici falcem. Ægyptiexemplo confirmat, quod apud Syros accideret: quos ante finem Maij spicas omnes deiicere ostendit ex Cassiano, Plinio, Ioanne Leone Africano quin & antè extremos Aprilis dies perfici sæpiùs affirmat Rodziuillus Peregrinationis Ierosolymitanæ pag. 159. quibus corrigenda erunt, quæ idem de messe per Iunium, Iuliúmque scripserat in c. 5. canonicæ Iacobi Epistolæ: Masius in idem Iosuë c. 3. Lorinus ad versum 21. cap. 3. Numerorum: Gisserius ad versum 3. c. 7. Canticorum: Salianus tom. 1. anno mundi 2287. n. 7 & tom. 2. anno 2584. num. 41. Ribera ad cap. 6. Oseæ, n. 11. ad cap. 10. Zachariæ, num. 1. Torniellus anno mundi 2544. n. 2. & 10. & anno 2584. num 1. Maldonatus ad versum 35. cap. 4. Ioannis Salmeron tom. 4. in Euangelia, parte 1. tract. 22. Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 30. sect 3. §. *Secunda expositio*. Pereira disput. 1. in cap. 12. Exodi, & manifesta declaratione tom. 4. selectarum quæstionum, disput. 9. ad versum 35. c. 4. Ioannis: Iansenius Concordiæ cap. 23. Pineda ad versum 15. cap. 1. Iob, num. 4 Mendoça tom. 2. in lib. 1. Regum, litterali expositione versus primi ex capite sexto: Claudius Rangolius ad versum 17. cap. 12. lib. 1. Regum: Bonfrerius ad vers. 14. c. 30. Geneseos, & ad vers. 32. cap. 9. Exodi: Menochius ad cap. 3. Iosuë: Atque hi sunt, quos hactenus comperimus testes, palàm, & sine ambagibus definientes de messe triticea: Iam quantis moueantur causis, declarare aggrediamur, si priùs pro his, aliísque in posterum resoluendis monuerimus duplicis apud Hebræos anni: alter, sacer & ecclesiasticus dicebatur, quòd iuxta eius computum festa nominarentur: eius ortus sub vernale æquinoctium, & primus Mensis Nisan vocatus, incidens in nostrum Martium, & partem Aprilis communiter, & aliquādo in partem Maij protensus: alter ciuilis, atque sæcularis appellatus, quòd forensia negotia, nundinationes aliáque id genus regeret. Communissima hæc sunt apud Scripturarum Explanatores: Sed, quoniam omnia perpendere hic non sinit locus, adeat pleniora flumina cupidus apud Nicolaum ad caput Geneseos septimum: ad cap. 12. Exodi: atque ibi doctum Burgensis additamentum; Riberam ad cap. 2. Haggæi, num. 5 & lib. 5. de Templo, cap. 2. Pereiram disp. 1. in c. 12. Exodi: Salianum tom. 2. anno mundi 2544. num. 93. Pinedam in Ecclesiasten. ad vers. 2. cap. 11. num. 5. Petauium tom. 2. de doctrina temporum, lib. 9. cap. 6. docet Iosephus lib 1. Antiquit. cap. 4. *Moyses autem* (inquit) *Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis Fastis ordinauit, quòd per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset; eundem etiam omnium, quæ ad rem diuinam*

August. Glossa. Hieron. Cyrill. Rupert. Abul. Lippom. Serarius. *Ægyptij ante finem Maij triticum dejciunt.* Masius. Lorinus. Gisserius. Salianus. Ribera. Torniellus. Maldonat. Salmeron. Suarez. Pereira. Iansen. Pineda Mendoça. Rangol. Bonfrer. Menoch. *Duplex annus apud Hebræos sacer, & profanus, & quando incipierent?* Nicol. Burgensis. Ribera. Pereira. Salianus. Pineda. Petauius. Ioseph.

diuinam pertinerent, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu innouauit: Sed potissimum fulcimentum à verbis
Exod 34. Exodi, cap. 34. vers. 22. *Solennitatem hebdomadarum facies in primitijs frugum messis tuæ triticeæ: & solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur:* Translatio septuaginta virorum: *Et solennitatem collectionis mediante anno:* Significatur autem celebritas Scenopegiæ, seu Tabernaculorum, cùm incipit quidem mediare annus inchoante Septembre, ducto initio à mense Nisan nostro Martio respondente; Sed hoc ipsum erat finire annum sæcularem, qui à Septembri auspi-
Exod. 23. cabatur, vnde eiusdem Exodi cap. 23. vers. 16. *In exitu anni,* (ait,) *quando congregaueris omnes fruges*
Chaldæus. *tuas de agro*; Septuaginta & Chaldæus eodem
Pagnin. more: Pagninus; *Quando egreditur annus*; Esse autem hunc mensem septimum, qui vocatur Thisri, & nobis September nuncupatur, expressêre Leuitici cap. 23. & Deuteronomij 16. vbi,
Leu. 23. Deut. 16. & qualis esset solemnitas, declaratur; Fit igitur apertè duos extitisse annos: alterum, cuius initium esset September, cuius comparatione Augustus exitus anni nunciatur à vulgato: alterum, cuius centrum esset idem mensis, quoniam à Martio inciperet: & ideò septuaginta Seniores vertêre eodem sensu, *Mediante anno*; Ab hac regula excipit Pererius lib. 1. in Genesim, disp.
Perer. *Anni Sabbathici & Iubilei exordium num autumno, aut vere?* Burgens. *An mundus verè fuerit conditus?* & disput. 1. in cap. 12. Exodi & antè Burgensis Additione 1. ad relatũ Exodi caput anni septimi, siue Sabbathici exordium pariter cum Iubilei anno: necessarium enim esse probant, vt horum initia reiiciantur in autumnum, alioquin fore, vt sexti anni fruges penitùs intereant; cùm, quod anno post autumnum seminatum est non possit colligi; incipiebat enim septimus annus à mense Martio; videlicet, à Nisan, quo incepta falx in segetes mitti non poterat; sed neque ante id temporis, si mitteretur profuisset quoniam spica nondum maturauerat; Quam rationem vrget luculentissimus Scriptor
Salian. Salianus noster tom. 2. anno mundi 2544. nu-
Ribet. mero 682. At, si verum illud est, quod Ribera definit ad cap. 2. Haggæi, à num. 5. sacri Instrumenti Scriptores, cùm siue de festis agant, siue de profanis, anni ecclesiastici mensibus vti solùm in numerando, quæ tamen opinio egregium habere robur videatur; suspicio mihi est, abolitum veteris anni vsum, qui ab autumno inchoabat;
Annus sæcularis ex fastis Hebræorũ abolitus. nam, cùm potissimus finis eius instituendi anni esset, rerum ciuilium numeratio vt inde duceretur, hoc non obseruato, ad nihilum deseruierit talis annorum distinctio; Quod autem suprà proferebamus relato Exodi textu, autumno exitum anni esse, significatio est: Cùm tempus sementis esset September, vt scribit Ribera ad cap. 6.
Ribera. Serar. Salian. Oseæ, num. 11. Serarius in Epistolam Iacobi ad cap. 5. Salianus loco nuperrimè citato: ab hoc tempore in Augustum, quo fruges colligunt, annuum spatium consumi, cuius meta sit Augustus; vel quod tantundem est colligendorum fructuum tempus: variis enim modis annum intelligi solitum inter Hebræos, aduertit Paulus
Burgens. Burgensis; additione 1. ad calcem Vaticinij Haggæi Prophetæ, & hanc nostram suspicionem eius dicta roborant.

53. Quando igitur constat annum à Martio exordii, quo etiam tempore ver inciperet: ecce quid
Exod. 34. Exodi cap. 34. vers. 18. *Septem diebus vescêris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto.* Deuteronomij cap. 16. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primùm temporis, vt facias Phase Domino*; Ac quamuis de hordeacea messe hæc intelligenda, vt vidit Ribera lib. 5. de Templo, cap. 5. Sed hoc ipsum probat, priusquàm desineret verna iucunditas, triticeam segetem albam fuisse; nam hordei decussio veris ingressu peragebatur, *Septem hebdomadas numerabis tibi* (Deuterom. cap. 16. vers. 9.) *ab ea die, qua falcem in segetem miseris*; Quibus peractis; *Solennitatem hebdomadarum* (id est, Pentecostes) *facies tibi* (inquit Exodus cap. 34. vers. 22.) *in primitijs frugum messis tuæ triticeæ*; Deducit autem peritè Ribera lib. 5. de Templo, cap. 7. hæc cadere in mensem Maium; quippe illa hordeorum oblatio contingebat mense primo, qui communiter nostro Martio, quoad partem eius saltem non modicam respondebat, atque huius cùm dies aliquot vindicaret, deglutito toto Aprili, extra Maium non ferebatur: his autem contenti erimus, si ante clausum Maium spicæ tritutarentur, quod quidem præfata verba suadere arbitreris: Iosuë versum illum cap. 3. vers. 15. *Iordanis au-* Iosuë 3.
temripas aluei sui tempore messis impleuerat, multi de messe triticea declararunt, vide posita exordio numeri antecedentis; nobis sufficiat cum Abulensi quæst. 15. in cap. 12. lib. 1. Reg. intel- Abul.
lexisse de messe hordeacea; quod versio Septuagintaduorum insinuat, *Iordanis* (aiunt) *plenus erat per totam crepidinem, sicut dies messis tritici*, indicans similem inundationem, qualis esse soleat, cùm triticum demetitur; nam cùm etiam ante celebratum Pascha ista euenissent, vt denotat versus decimus capitis quinti, infantili adhuc vere, verosimile in primis est ante consummatum ver adoleuisse segetem triticeam: Iuuat & Numerorum insigniter locus cap. 13. vers. 21. lo- Num. 13.
quens nanque eo de tempore, quo exploratum Chananæorum regiones quidam missi sunt, *Erat autem tempus* (ait) *quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt:* Chaldæus, *Dies autem erant, quando primæ vuæ matureſcunt*; At, quales essent hi dies, manifestarunt Septuaginta; *Et dies erant dies veris, præcursores vuæ*; Quod etiam indicat quadraginta dies moratos fuisse perlustrando Prouinciam nondum collectis frugibus; ergo, cùm vere non exacto botri perfectionem consequuti fuissent, & palato dulces essent; credi possit, triticum falci aptum extitisse; cùm etiam apud nos triticeæ segetes messorem desiderent cùm botri vesci queant; His adiungere placet, quæ ex Brochar- Brochard.
do transcripsimus numero 49. *Frumentum terra vix culta, sine stercore & fimo mirabiliter crescere, & multiplicari*; Cùm itaque quibus nostræ glebæ indigent adiumentis, solo illo carente, lætæ enascantur segetes; fiet quoque breuiori interuallo maturare easdem segetes iis locis, quàm apud nos; ac proinde cùm æstas nobis triticum præbeat præbere id ipsum Syris vernam temperiem: Quid, si his subnectamus peculiarem Numinis beneuolentiam erga Hebræos? Certè promissum illis Leuit. cap. 26. vers. 9. & 10. *Respiciam* Leuit 26.
vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum, comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis; Sanè terrarum nulla Chanaanitidi fertilitate comparanda esse videatur, & tamen aliæ nationes, vt etiam procrastinentur; ad finem Maij

triticum

Messem intra veris circulum cadere in Palæstina, varia Scriptura probatum. Deut. 16. Ribera.

Palæstinæ fertilitas.

triticum in horrea trudunt; De Ægypto teſtatur Plinius lib. 18. cap. 7. & 18. quod mirandum non eſt, cùm eodem cap. 7. dicat, in Hiſpanienſi Carthagine colligi hordeum Aprili, & ſequenti mẽſe triticum decumbere: Quid apud Africam, apud Samos, in Peruana regione, inter Braſilos eueniat, perſpeximus num. 49. prolatis approbatiſſimis teſtibus, præſertim quod ad noui Orbis qualitates attinet.

Plin.

Quibus regionibus fruges citò proueniant?

54. Sed, cùm ad hæc confirmanda duo attulerimus loca: Primum ex c. 34. Exodi, v. 18. vbi vulgatus: *Meuſe enim verni temporis egreſſus es de Ægypto*; Secundum ex Deuteronomij cap. 16. verſ. 1. *Obſerua menſem nouarum frugum, & verni primùm temporis, vt facias Phaſe*: admiratio cœpit me tranſlationis Sanctis Pagnini; nam priora verba vertit, *Septem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi tempore menſis Iulij? quia in menſe Iulij egreſſus es de terra Ægypti*: Poſteriorem ſententiam interpretatur, *Obſerua menſem Iulij, & fac Peſach Domino Deo tuo, quia in menſe Iulij eduxit te Dominus Deus tuus ex Ægypto nocte*, Sic ille, menſem nouarum frugum, apud vulgatam menſem veris, menſem primum anni, (nam hoc eductus eſt Hebræorum populus ex Ægypto,) menſem denique Paſchatis Iulium conſtituens; Quis autem Scripturarum adeò rudis verſator, qui ignoret, Paſchæ feſtiuitatem, & Azymorum, menſe Niſan concelebrari ſolitum, qui omnium calculis noſtrum ſaltem Aprilem, & Maij (vt longiſſimè excurrat) tantillum excedat? Legantur paſſim in Exodi cap. 12. ſcribentes, & Euangeliorum Commentarij; conferantur nominati per nos Auctores numero 42. atque illis copulentur quoad hanc ſpecialem litem, Suarez tom. 2 in. 3. part. diſp. 30. ſect. 3. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 33. Baſilius Legionenſis prima variarum parte, diſp. de Agno typico; Sed, cui dubium eſt euoluenti eos, qui de climatum natura & conditionibus tradidêre certiora, apud Syriam. & Orientales vniuerſim, priùs oſtendere tellurem diuitias, quàm apud nos? Adeò veris initium ad decimumquintum Februarij diem conſtituere Numidas, ſcriptum reliquit Ioannes Leo libro primo delineationis Africæ, Quid ergo fruges illæ nouæ Pagnini ad Iulium? Denique, ſiue annus à primo Hebræorum menſe, ſiue ordiatur à ſeptimo, vtcunque adaptaueris noſtros Judæorum menſibus, quæ norma transferendi Paſcha in Iulium; quem dierum aſſignabimus ſeptem hebdomadarum ſequuturo feſto? & erit vt Pentecoſten Septembri celebremus ex nupero vtique Sanctis Kalendario, quod neque vetus, neque noua Eccleſia hactenus agnouit? Quare huiuſmodi Pagnini lapſum pudendum ſanè in tali viro, meritò cenſuit noſter Ribera ad cap. 2. Haggæi, numero 2. cùm & vulgati Interpretis ſenſui manifeſtè repugnet, & falſitatis arguatur propter ſequuta varia abſurda; at in huiuſmodi ſcopulos non rarò impingunt, qui inoffenſas vulgati textus ſemitas declinant.

Pagnini verſio notata ad c. 34. Exodi & ad c. 16. Deuteron.

Paſcha celebratio nunquam menſem Iulium ingreditur.

Suarez. Azor. Baſil. Leg.

Ioan. Leo.

Ribera.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SVBSECTIO II.

Hieronymi emaculatus Textus; Duplex in Paleſtina imber, temporaneus & ſerotinus quando? Amos interpretatus, Lucas, & Marcus; Quo anni tempore fatigatus ex itinere Ieſus ſedit ſuprà fontem ex cap. 4. Ioannis: Matthæi de ficu arefacta Narratio excuſſa; Micheæ ſenſus decorticatus.

QVoniam Hieronymi in his, quæ ad terræ ſanctæ cognitionem ſpectant, ſumma eſt auctoritas, vt qui præter abſolutum ſcientiam Scripturarum, illorum locorum longus fuerit incola; placet examinare eius, quæ ſunt verba ad illud cap. 4. Amos: *Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menſes ſupereſſent vſque ad meſſem.* &c. *Non ſolùm* (inquit Hieronymi Commentarius) *ſtuporem dedi dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: ſed prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc ſupereſſent tres menſes vſque ad meſſem, quæ appellatur pluuia ſerotina, & agris Paleſtinæ, aruiſque ſitientibus maximè neceſſaria eſt: vt quando herba turgeret in meſſem, & triticum parturiret, nimia ſiccitate areſceret: ſignificat autem vernum tempus extremi menſis Aprilis, à quo vſque ad meſſem frumenti tres menſes ſuperſunt.* Cùm igitur ex Hieronymi computo ab Aprilis fine ad meſſis tempora trimeſtre ſuperſit ſpatium, fit abſque periculo Iulium aruis metendis ſcopum ponere, idque ad minimum: non itaque vera eſt noſtra cogitatio, qui affirmamus vel triticeam meſſem Maium non tranſcendere. Reſpondeo, Hieronymi textum proculdubio mendoſum eſſe, quod mirum eſt præterfugiſſe ſollicitam Victorij Reatini Præſulis, in corrigendis Hieronymianis Operibus induſtriam; ſed vidit, & reſtituit noſter Serarius quæſt. 5. ad cap. 3. Ioſuë, nam ibi: *Vt quando herba turgeret in meſſem, & triticum parturiret, nimia ſiccitate areſceret*; ſupplendum, *ne nimia ſiccitate areſceret*, hoc enim præſtaret imber; Deinde illud: *Prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc ſupereſſent tres menſes vſque ad meſſem, quæ appellatur pluuia ſerotina*; *qui* potiùs dicendum, nam relatiuum *imbrem* non *meſſem* reſpectat, imber quippe pluuia nominatur, non meſſis Non eſſe ipſius Hieronymi textum, ſed alicuius gloſſema ad marginem, quod poſtea irrepſit textui docet noſter Bonfrerius ad cap. 3. Ioſue. verſ. 15. Sed, quò hæc pateant, aduerto, duplicem à Palæſtinis ſemper omnibus votis deſideratam pluuiam; alteram, quam Ribera ad c. 6. Oſeæ, num. 11. ad c. 10. Zachariæ, num. 1. aſſerit deſcendere ſolitam Octobri iactis in terram ſeminibus; hæc temporanea, & primitiua dicebatur: alteram, quam æther mittere conſueuerat maturis iam aruis ſub exitu Aprilis, aut per Maium; nominabatur iſta ſerotina; Sic ferè Prophetarum minorum Interpretes ad ea ipſa loca, atque ad hunc, quem diſcutimus, Amos verſum: quibus non leuiter fauere viſus Hieronymus ad cap. 6. Oſeæ: ibidem Gloſſæ ordinariæ Aceruator, ab

55.

Amos 4.

Hieronymi textus emaculatus.

Mar. Vict.

Serar.

Ribera. *Duplex in Paleſtina imber, temporaneus & ſerotinus: & quæ eius tempora?*

Hieron. Gloſſa.

Theophy. eóque relatus Thophylactus, vt omittam existimasse plures, Hieronymum huius fuisse sententiæ in hæc verba Amos. Consentio quidem quoad priorem assertionem de matutino, & temporaneo imbre: cæterùm velle alium imbrem Maïo labi solitum, aut extremo Aprili, cùm segetes ad messem albæ fuissent, approbare nequeam. Primùm, quoniam, vt optimè animaduertit Hieronymus ad hanc Amos sententiam; in Regum libris pro signo magno, atque portento diebus æstatis, & messis orante Samuële pluuiæ concitatæ sunt: atque equidem prodigij instar fuisse impetratas à Samuële pluuias, Reg. 1. cap. 12. cùm tritica caderent à falce messorum. docuit ibi Nicolaüs, Abulensis quæst. 15. Ribera ad cap. 6. Oseæ, num. 11. Salianus tom. 3. anno mundi 2963. num. 72. qui aduertit concinnè, euenisse miraculum, Israëlitis cum Samuële celebrantibus hebdomadarum, siuè Pentecostes festa: docuimus autem numero 53. huiusmodi solennitatem in Maium incidere: sed & probauimus ibidem latè, atque eo, qui præcesserat, numero, tritici demessionem nunquam superare Maij extrema: nequit igitur verum esse, vt Maïo serotinus imber madefaceret; Et sanè apud Salianum loco nuperè memorato Hebræi, quorum recordatur Vatablus, negant pluere à decimoseptimo Martij vsque ad Octobrem. Secundò, quoniam correctissimis Bibliis legimus Zachariæ cap. 10. vers. 1. *Petite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet nues, & pluuiam imbris dabit eis:* At ipse Ribera eo loco facilè concedit, Aprili, aut Maïo nues euanescere, cùm & apud nos; qui sub frigidiori cœlo viuimus monstri penè loco sit, niuibus operiri campos post Aprilis dulcissimos Zephyros: non igitur serotinæ pluuiæ tempestas est Aprilis, aut Maïus; Tertiò, quòd hoc Canticorum Epithalamio legamus, cùm primum terra sinus expandit & florum infinita varietate, seu polymita cyclade amicitur, tum depulsam pluuiarum memoriam: *Iam hyems transiit* (Canticorum cap. 2.) *imber abiit, recessit, flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est*, &c. At de veris exortu verba intellexêre Explanatores omnes: & quid aliud proclament illa: *Iam hyems transiit*? Sed apud Chanaan etiam ante Martium ver auspicatur, vt statim ostendero: igitur & ante hoc tempus desiit omninò pluere, alioquin non probè argumentatum à pluuiis non imminere periculum, quoniam flores se ostenderent, imò iuxta hanc sententiam mense florum, qui Aprilis est, potissimùm imber de supernis venit.

Neque Aprili, neq; Maio imber in Palæstina.

Prodigij instar, quòd pluuiæ caderent tempore messis in Chanaam.

Lyra. Abul. Ribera. Salian.

Vatabl.

Zach. 10.

Cantic. c. 2. verba declarata.

56. Ergo de connexo labentes serotinas aquas, si in principia Februarij coniiciamus, sapientiùs fortasse sensserimus. Probo sufficienter ex Amos cap. 4. *Ego prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses supererent vsque ad messem:* Cuius Pronunciati significatio est: Tribus ante messis collectionem mensibus imber sitientibus aruis maximè necessarius erat, ne, cùm herba turgeret, & triticum parturiret, (vt loquitur Hieronymus,) nimia siccitate arescret; tunc ego, quo fame vestra scelera compescerem, cohibui, ne stillarent nubes; At mensis Februarius is fuit, nam messis triticea in Pentecosten incidebat, quemadmodum ostendi num. 53. Pentecostes autem celebritas, quoniam post festa Paschatis, quinquaginta elapsis diebus, agebatur, cùm Pascha frequentissimè bonam Martis partem sibi vendicaret, fit vt ad Maij vigesimum conderentur in horrea frumentorũ acerui: igitur, vt communiter ad Maij vigesimũ numeremus messis triticeæ laborem, oportet auspicemur à Februarij decimoseptimo, à quo tempore incipere apud Africanos ver retulimus num. 54. cùm igitur tribus ante maturas segetes dãdus esset serotinus imber mensibus, sequitur vt daretur sub initiis Februarij. Confirmo hoc primò: quoniã duabus tantùm pluuiis gaudebant Palæstinorum sata, vt & Hebræi, & nostri Interpretes supponunt, temporaneo, videlicet, & serotino imbre; ex his, ante prostratas segetes mensibus tribus labebatur aliquis, at non temporaneus, quoniam hunc vniuersi Octobri tribuunt pro nuper iactorum seminum crementis, nemo autem asseruit messem ab Octobri trimestri solùm interuallo distare; igitur serotinus: falsum itaque erit dicere tum datas serotinas pluuias, cùm propè matura essent arua, Aprili extremo, aut Maïo inchoato, Confirmo secundò quoniam Zacharias cap. 10. v. 1. nos docet, cum serotino imbre simul descendere niues; at niuibus opportunum tempus hyemis vltima periodus incidens in Februarij primos dies: Septuaginta quoque eodem loco cadere pluuiam hyemalem dicunt; quod etiam congruum est, quoniam nondum bruma desiit.

Amos cap. 4. vers. 7. explanatus.

Veris initiũ apud Chananæos & Africanos ad 17. Februarij diem.

His itaque confirmatis, puto, Hieronymum explanantem Amos verba cap. 4. pari modo loquutum cum Nicolao Lyrensi; nempe prohibitas serotinas aquas tribus ante messem triticeam mensibus, quæ messis incipit quidem colligi sub Aprilis extrema; perficitur autem ad Maij vt plurimùm vigesimum diem: quare verba illa, *Significat autem vernum tempus extremi mensis Aprilis*, integrum sensum faciunt; quæ sequitur autem sententia denotans à consummato Aprili numerandum trimestre spatium vsque ad messis inceptionem, Hieronymi opinio non est, sed aliorum, qui, quòd legerent, apud septuagintaduos Interpretes, *vindemiam*, pro *messe*, substitui, Augusto putarunt segetem triticeam demeti, quos multis confutat Scripturarum lima Stridonensis; Sic quoque ab eodem maximo Doctore tradita ad cap. 6. Oseæ, de pluuia labente post maturas, dealbatásque spicas, intelligenda velut aliorum nomine prolata; quod neque refellit, nec approbat tamen; quippe id ipsum, quod attentè inculcat Ribera prolusione in Zachariam, numero 11. nos allatis non paucis testibus obseruandum monuimus suprà Anteloquio 1. numero 58. Hieronymum requirere vigilem, & accuratum Lectorem; nempe, cùm de more habeat suis intermiscere definitionibus aliorum placita, quæ absurdum contineant, & sæpè errores non ostendat aut, vt patefaciat, difficile sit diiudicare, vbi incipiat reiicere, opus est cautum esse; & perspicacem qui legat, cui sit expeditum dignoscere, quando alij loquuntur, quando Hieronymus ipse: Atque ex hac regula corrigenda erunt illa tom. 8. ad cap. 16. Prouerbiorum *Et clementia eius quasi imber serotinus.* vbi inquit: *Imber in Iudæa iam maturis messibus vsque hodie venire consueuit*: Quanquam Commentarios illos Hieronymo tribuendos, neque Marianus Victorius; neque Bellarminus, aut alij volunt.

57.

Lyra.

Ribera.

Hieronymus quorsum vigilantem Lectorem postulet?

Mar. Vict. Bellarm.

Verùm præfatis obsistit multùm Ioannis rextus cap. 4. narrat nanque *fatigatum IESVM ex itinere sedisse sic supra fontem ad horam sextam:* Cùm autem adeò lassaretur ambulando, vt quiescendum

56. *Ioannis sententia ad lõgum examinata ex c. 4.*

quiescendum fuerit diei spatio medio solùm transacto, verosimile est à nimiis caloribus tam citò fractum; quòd si adeò vehemens fuit solare iubar, quis dubitet, non tantùm incepta veris tempora, sed & creuisse etiam non modicum? Tum sic: At eo tempore ad messem quatuor supererant menses, dicit enim palàm Christus vers. 35. *Nónne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* Neminem autem se Scriptorum legisse attestatur Maldonatus, qui non de corporea messe hæc intellexerit verba; ergo, vt concedamus, ver à decimosexto aut septimo Februarij inchoare, Christum autem ista protulisse adulto aliquantulum vere, id, est post Martij exordia, cùm à Martio quatuor intercedant, necesse est dicere, messem triticeam totum Iunium sibi vendicare; falsum erit igitur statuisse extra Maium nunquam vagari: Respondeo, hunc omnem discursum subitò corruere, si contendamus, hyeme lassatum Seruatorem; At sanè Cyrillus lib. 2. in Ioannem, in eundémque Rupertus libro 4. autumant, veris ingressu fatigatum, idque Februario mense; atque idem concedere non grauabuntur, qui iudicauerint plagam grandinum, de qua Exodi cap. 9. vers. 24. Februario immissam, cuius opinionis sunt cum Saliano tom. 2. anno mundi 2544. numero 3. Abulensis, & Cornelius noster, quippe narrantur illæsa triticum, & far, quia *serotina erant*, cùm læderentur hordeum, *eò quòd essent virens*; & linum, *quia folliculos germinabat:* Septuaginta legunt: *Hordeum autem ad vigorem venerat*; quippe in culmum processerat, & spicam habebat, virentem tamen adhuc, Sed hoc ipsum veris certam esse notam, multis probat doctè Ribera ad cap. 2. Haggæi, à numero 1. Expensa hac Exodi sententia; hordeum itaque per Februarium in spicas surgebat, cùm in herba esset triticum: Asserimus ergo cum Cyrillo, atque Ruperto, lassatum IESVM Februario ex dimidia parte elapso, vere non quidem adulto, sed exordiente: tum verò ex accidenti quodam, & præter annorum, regionisque communem vsum, accensos acriùs solares radios, viatoribus solito grauiores extitisse: aut, si peregrinos calores arcessere displicet, asseramus à non vehementi admodum flamma, & quam alij homines tolerassent, fatigatum Christum, eò quòd mortalium delicatissimus esset: Denique alij pronunciauerint, allatam sponte à Christo molestiam illam, quòd præuideret Samaritanæ salutem, modò illic subsisteret; sed debuisse causam idoneam exhibere discipulis, quoniam apud fontem manere tantisper decreuisset; Sic Matthæi c. 21. quòd summo mane esuriret, & ficus perquireret, excitam ex industria præter tempus esuriem dixêre apud Maldonatum ex Patribus aliqui, dixit Abulensis, dixit ipse, qui & opinatur propter mysterium excitatam mari tempestatem à Domino, somnúmque vocatum, de quibus Matth. cap. 8. Iam à dimidiato Februario ver auspicantes, & Christi ponentis quatuor menses, & Hieronymi assignantis tres, computus cohæret; nam Christi sermo absolutam messem, & collecta in cellarium grana respicit; hoc autem contingit sub exitu Maij: Neque obest mensis requiri dimidium; nam à decimosexto Februarij, aut decimoseptimo numeramus, cui adiungimus tres sequentes menses:

Maldon.

Quo anni tẽpore fatigatus IESVS sedit super fontem?
Cyrill.
Rupert.

Exod. 9.
Salianus.
Abulens.

Cornel.

Septuag.

Ribera.

Matth. 21.

Maldonat.

Matth 8.

notum enim est, quod Augustinus monet tom. 4. lib. 2. quæstionum in Exodum, quæst. 47. ex Scripturarum vsu, *Tempora ita numerari, vt quod de summa perfectione numeri paululum excreuerit, aut infra est, non computetur*; Quin & Exodi 12. cùm asseratur, agnum debere esse anniculum, Pereira tamen disputatione 5. in cap. 12. num. 24. peritè aduertit, non desiderari, vt duodecim mensium esset ante sacrificium, sed ab expletis septem diebus potuisse hostiam offerri iuxta Leuitico præsignata c. 22. Ergo inceptus Februarij mensis pro completo habetur, atque ita vsque ad consummatum Maium quatuor existunt menses; Hieronymus autem sermonem instituit, non de collecto tritico, sed de inchoato decuti; id autem agitur per vltimos Aprilis dies; Rectè igitur à Februario ad Aprilem, id est, ad messem non absolutam, sed colligi cœptam, tres sunt menses, eodémque modo ab imbre serotino ad messem in dicto significatu; Restat solùm, affirmaturum quempiam, tribuere nos veri quatuor menses, Februarium, nempe, cum tribus sequentibus; hoc autem contra gentium morem est, distribuentium anni circulum in quatuor partes, quarum vnaquæque tribus constet mensibus; Respondeo, non esse similem apud omnes nationes anni diuidendi rationem: nam Romani à Martio auspicabantur vernam bonitatem, vt scribit Varro lib. 1. de re rustica, cap. 28. Seruius ad illud Georgicorum 2. *Vere nouo.* Africanis initium veris decimus quintus Februarij dies, vt docet Ioannes Leo lib. 1. descriptionis Africæ: & de Ægypto æqualia prodit Plinius lib. 18. cap. 7. & 18. de Palæstinis Rupertus, atque Cyrillus supra nominati: Porrò ostendunt iidem non pares omninò dies fuisse omnibus anni patribus; quare his satisfaceremus; præterea tamen asserimus, trimestre spatium non excedere nos; quoniam ver exordimur à decimosexto Februarij, & metam ponimus Festum Pentecostes, siue absolutum triticeam messem; incidebat autem vtrunque vt plurimùm in decimumoctauum, aut vigesimum Maij.

Sed oboritur hinc altera controuersia; nam, si Fauonius spirare incipit à Februario, eáque est solarium radiorum vis, vt non multis diu horis transactis cogat viatores sedere, & requiescere, aut sub vmbrosis, aut prope fontes; quorsum nos doceat Matthæus cap. 21. vers. 19. paulò ante Paschatis Festa, ad vndecimum putà Martij, quæsitas à Christo ficus, & non inuentas, eámque perhibeat causam Marcus pro non repertis cap. 11. *Quoniam* (ait) *non erat tempus ficorum*; Nam, si tum hordeaceæ demetebantur segetes, vt omnes fatentur, & triticeæ, vt plures coniectantur; quamobrem, qui sufficiebat calor ad maturandas segetes, non idem ficubus perfectionem daret? Confirmatur: nam simul ac ver incipit apparere, progerminat ficulnea, & florem reuelat; Sic Hieronymus arbitratus ad illud Matthæi, cap. 24. *Ab arbore autem fici discite Parabolam: cùm eius ramus tener fuerit, & folia nata, scitis, quia propè est æstas. Quando* (inquit) *teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florẽ cortéxque folia protulerit, intelligitis Fauonij, ac veris introitum.* At flores ficus sunt grossi, qui & fructus sunt, vt docet Ambrosius lib. 7. in Lucam, cap. 13. Nyssenus homilia quinta in Cantica: in eadem Bernardus sermone 59. & 60. hos autem

Sherlogi Antelòq. in Cant.

Augusti.

Regula: In tempore computãdo, quod paululũ excreuit, aut deficit, non computatur.
Pereira.

Anni varia distributio apud nationes.
Varro.
Seruius.

Ioan. Leo.
Plinius.

59.

Matthæi sermo de ficu arefacta c. 21. v. 19. elucidatus.

Marc. 11.

Hieron.

Ficulneæ fructus quando esui idonei?

Ambros.
Nyssen.
Bernard.
Luc. 21.

fructus ſtatim producit, quemadmodum Lucas adſignificat cap. 21. *Videte* (ait) *ficulneam, & alias arbores, cùm producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas*; Cur igitur vno menſe à percuſſione ardentium radiorum eſui non reddantur idoneæ? Reſpondeo, eius eſſe naturæ, vt quanquam celerrimè prodeant, tamen niſi ſub finem veris; Maij elapſa multa parte, palato gratæ non ſint: Nam, cùm apud Mauritaniam ver quoque Februario incipiat, & æſtus maximus ſit, non tamen colligi ficus ante decimumquintum Maij adſtruit memoratus ſæpè Ioannes Leo libro 1. deſcriptionis Africæ; & progerminare quidem ſtatim ad introïtum veris, ſed niſi eo ſatis adulto ſtomacho vtiles eſſe tradiderunt Theophraſtus lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 13. cap. 7. & lib. 16. cap. 25. quare cùm ante Paſchatis ſolennia ficus quæſiuiſſet Chriſtus, aptè retulit Euangeliſta Marcus, ficorum non eſſe tempus; Deinde intelligere poſſemus, loquutum illum non comparatione totius Palæſtinæ, ſed reſpectu Hieroſolymitani tractus, vbi Chriſtus tunc agebat, nimirùm, in Bethania, non longè à metropoli; nam, vt ſcribit Hieronymus de hac vrbe, in cap. 49. Iſaïæ, ad illud: *Et dixit Sion: Dereliquit me, &c. Totius Prouinciæ deterrima eſt, & ſaxoſis montibus aſperatur, & penuriam patitur ſitis, ita vt cœleſtibus vtatur pluuis, & raritatem fontiũ ciſternarum cõſtructione ſoletur*; Porrò ficum, quoniam admodum calida, aquarum fomenta deſiderare, rectè notauit homilia 5. in Cantica Nyſſenus, quin & commune eſt id pleriſque arborum; Minimè ergo ſuſpiciendum eſt, cùm Hieroſolymitanus tractus, aquarum egeſtate laboret, non tam citò maturare ibi ficum, atque in aliis Iudææ partibus; Faciunt in huius diſcurſus robur quæ Princeps Radziuillus in Ieroſolymitana ſua peregrinatione memorat pag. 98. nempe *Fructus* (ait) *omnes, & ſegetes, Herichũte duabus antè hebdomadis proueniunt, quàm Hieroſolymis: Nec mirum: ſunt enim hîc adeò immenſi calores, vt hinc petentibus Hieroſolimam, cœlum longè frigidius videatur:* Et ſanè hanc differentiam locorum, qui etiam eiuſdem Prouinciæ limitibus circunſcribuntur, non adeò ſtupebit, qui animaduerteret prodita à noſtro Acoſta de regionibus ſub eodem polo æqualiter poſitis; ex quibus aſſerit lib. 2. de natura noui Orbis, cap. 9. aliquas vno, eodémque tempore ſummis affligi æſtibus; alias frigora occupare maxima; quaſdam verò nec multùm frigidas, nec nimiùm calidas eſſe; vt hinc incredibile nemo putet, cùm nos intra æſtuantes regiones Palæſtinam annumeremus, Ægyptóque, atque Africæ aſſimilemus, aſſeramúſque ibi ver citiùs enaſci vix finitis Idibus Februarij; tamen ad decimumquintum Martij, aut infra fortaſſe, cùm Paſchæ inſtaret celebritas, ſignificet Euangeliſta frigora dominata fuiſſe; *Petrus autem* (ait eius diſcipulus Marcus cap. 14. verſ. 54.) *à longè ſecutus eſt eum vſque intrò in atrium Summi Sacerdotis, & ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe*; Niſi arbitremur præter ſolitos rerum curſus commota ex deliberato à Redemptore hominum elementa, quò acerbior eſſet paſſio, quale etiam ſimile quidpiam operatum fuiſſe exiſtimemus, qua natus eſt Decembris nocte, modò perſuaſum nobis velimus æqualia fuiſſe noſtris frigoribus vt pij communiter contemplantur; alioquin de Ægypto Iudeæ contermina, & ferè

Ioan. Leo.

Theoph. Plin.

Hieron. *Hyeroſolymitanus tractus petricoſus, & aquarũ indigens.*

Hieroſolymitanus tractus frigidior. Serarius.

Diuerſa tẽperatura regionum ſub eodem polo æqualiter poſitarum. Acoſta.

Marci verba illuſtrata ex c. 14.

proprietatum earundem nouimus vix hyemem experiri; Nam Athenæus lib. 5. Dipnoſophiſt. deſcribens Ptolomei Philadelphi tentorium; *Ægyptus* (inquit) *ob circunfuſi aëris temperiem, & olitorum induſtriam, quæ parciùs etiam tempore ſuo alibi proueniunt, copioſiſsima gignit, & perenni fœcunditate, vt nunquam roſæ, violæ, aliúſve quiuis flos facilè non ſuppetat: quamobrem media hyeme, cùm apparatum id conuiuium eſſet; quæ ad vnius coronæ in alia ciuitate vix reperta fuiſſent, ea largiſsimè ad conuiuarum ſingulorum coronas abundabant, atque adeò tam cumulatè effuſa tabernaculi ſolum obtegebant, vt prati cuiuſdam diuini prorſus imaginem oſtentarent*; Quibus ſcribit cognata Ioannes Leo lib. 8. deſcriptionis Africæ & allegatus ſuprà Radziuillus, Sed maxima auctoritas à Philone lib. 1. de vita Moyſis, qui rem dilucidè narrat, cladem grandinis Ægyptiis immiſſam depingens; Et hac fortaſſe de cauſa apud Lucam cap. 2. verſ. 8. *Paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum*; Sub dio enim etiam per Decembrem agebant, alioquin ſub tecto manentes non erat, cur ſomno non indulgerent, ſaluo grege per tectorum munimenta à luporum inſidiis; ſed in regione calida hyems erat tolerabilis, & poterant à monte & ſaltibus non diſcedere, vt indicauit breuiter Maldonatus ad citatum Lucæ verſum; quæ ex diuinatione tantùm aliqua prolata volumus; nam, quamuis Ægypto coniuncta Syria; alias tamen pati leges potetat, tum propter ſuperiùs de æſtuantibus regionibus citata ex Acoſta: tum, quia Iacob non minùs de frigoribus conqueritur, quàm de caloris præpotenti vi, Geneſ. cap. 31. verſ. 40. *Die, noctúque æſtu vrebar, & gelu; fugiebátque ſomnus ab oculis meis:* vtpote vigilias agens ſub aperto & pruinoſo æthere: tum, quòd brumæ temperies, atque ſerenitas Ægypto ſingulariter conceſſa, vt Philo præfato loco adnotat: *Nam Ægyptus* (inquit) *penè ſola inter regiones in meridiano tractu ſitas vnam ex quatuor anni temporibus ignorat hyemem* Tum denique, quia idem Philo lib. de Abraham, propterea conceſſiſſe in Ægyptum aſſerit Patriarcham (cuius peregrinationis meminit Geneſ. c. 12.) *quoniam propter nimios imbres vrbes Syriæ continua fame oppreſſæ, deſertæ fuerant ab habitatoribus, aliis alio diſperſis quærendi victus gratia.*

Athen. *Ægyptus vix hyemem experitur.*

Ioan. Leo. Philo.

Luc. verſus ex c. 2. declaratus.

Maldon.

Paleſtina frigida. Gen. 31.

Philo. *Ægyptus inter meridianas ſola ignorat hyemem.*

At, ſi ferendarum non erat tempus ficuum quorſum maledixit arbori Chriſtus? quorſum arefacta eſt? Sanè propoſitum nobis hactenus inſtitutum his non cogit reſpondere; ſufficit enim monſtraſſe, tantum ad veris exitum eſui habilem eſſe ficum; Sed tamen in gratiam ſtudioſorum, quoniam ſemel exponendum ſuſcepimus Matthæi locum, perficiamus interpretamentum; Myſterij igitur ſolius cauſa vt velimus factum, ſignificabat; vti de via deflectens ad illam arborem poſt ſúſque déque verſa folia, quemadmodum laborum nullum ſolamen reperit, ita à ſummis cœlorum deſilientem, à ſuis non admiſſum, ſui enim non receperunt, in quibus præter folia & ſpeciem tantùm probitatis non inueniſſet aliud, poſthabita Synagoga, deletiſque legalibus, deſponſauit ſibi Eccleſiam ex gentibus non habentem rugam, neque maculam, aut eiuſmodi aliquid: Hinc & eſuriem arceſſiuit, & ſummo mane velut manducaturus declinauit à ſociis, alioquin virum grauem illa

60.

non

nõn decuerint; sed optabat appropinquare discentes suos, vt cùm arefactam arborem contemplati fuissent, cuius tamen vindicta culpæ fuisset illa penetrare non valentes, contremiscerent ad diuinorum iudiciorum abyssum obstupefacti; quare & contritos discipulos notat Euangelista; At, si omissis spiritalibus arcanis historicam aliquam causam inuestigare cupiamus, dicerem ex coniectura, hanc ex infœcundis fuisse ficubus, & germanam alteri, de qua apud Lucam quispiam conqueritur cap. 13. vers. 7. *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* Ignorabant Apostoli hoc, & cùm foliatam viderent ad mortem aliarum arborum, cogitarunt à culpa liberam esse: verùm Christus supereminenti scientia penetrauerat naturam infructiferi ligni, & cùm nosset, quantus à colono labor non profuturo opere positus fuisset, damnauit pessimum germen, non, quia fructus tum esurienti non præstaret, (nam neque fructuosæ id potuissent ficus) sed, quoniam elapsis annis toties stercorata, ingrata semper extitisset, & domini lusisset beneficia.

Luc. 13.

61. Verùm non priùs absoluemus de ficubus tractatum, quàm Michææ dictum expendamus: *Væ mihi* (inquit cap. 7. vers. 1.) *quia factus sum, sicut qui colligit in autummo racemos: non est botrus ad comedendum; præcoquas ficus desideranit anima mea*; Huius loci tota sententia vindemiam respicit, vt interpretatur Ribera, cæterorúmque commune iudicium est: nam post quæsitos, & non repertos derelinqui à colligentibus solitos botros, conuersum se ad ficus inuestigandas asserit; certè, quæ coaptatio est autumnum cum verna coniungere tempestate? Quæ si vera sunt, ecce argumentor: Si quas daret ver ficus, maximè primitiuas, quæ sunt præcoquæ, id nullus dubitauerit: nam secundas ficus autumnus habet; at Michæas nec etiam primam ficum veri concedit, cùm per vindemiam quæsierit; vere igitur nullæ sunt ficus; ergo Canticorum 2. verba illa: *Ficus protulit grossos suos.* non ad principium anni, sed ad tertiam eius ætatem, cùm torcularibus instat labor, referenda sunt: hoc autem stare nequeat cum pronunciatis hucusque tota hac Sectione, At, vt respondeam: noto, ficus bifereras esse, atque alios proferre fructus ante conclusum ver, alios per autumnum; Sic Ambrosius attestatur lib. 7. in Lucam, cap. 13. Hilarius Canone 26. in Matthæum: Theophrastus de causis plantarum, lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 13. cap. 7. & lib. 16. cap. 25. Ioannes Leo descriptionis Africę lib. 1. Rhenodæus lib. 1. de matera medica, sect. 6. cap. 16. Maffæus noster initio lib. 2. historiæ rerum apud Indos Orientis gestarum, etiam triferas ficus refert; quibus approbatis, existimo facilè concessuros omnes præcoquas dicendas propriori loquutione ficus vere productas; nam, cùm eo vocabulo, quæ primæ in lucem exierunt ficus, indicantur, (aliæ nanque translationes præcoquas vertunt primitiuas,) apertum est vere editas, natiuitate priores extitisse; hæ igitur erunt, siue primitiuæ, siue præcoquæ: Sed, quid moramur, cùm habeamus Patronos, vulgatum, & Septuaginta? Nam de vitibus, aut biferis, aut triferis, (de quibus propterea eadem ratio est, ac de ficubus,) cùm loquatur editio communis Num. cap. 13. vers. 21. *Erat autem tempus, quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt:* cùm reddidisset Chaldæa Paraphrasis *vuas primas*, & Pagninus nominasset *primitiuas*; Septuaginta seniores explicarunt: *Et dies erant dies veris præcursoris vuæ:* nimirum, denotans, quas appellat vulgatus præcoquas vuas ante absolutum ver prodire, atque de ficubus erit vt idipsum iudicemus; ratiocinatur equidem Delrius ad vers. 13. cap. 2. Cant. *Ficus protulit grossos suos*; non aliud esse, quàm præcoquas ficus, eos, qui ad maturitatem veniunt grossos; Gisserius idipsum sentit; atque ex his quidem, non dico dulcibus grossis, sed acidis & immaturis, ferè omnes ventorum motu decidunt; Nahum cap. 3. vers. 12. *Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis; si concussæ fuerint, cadent in os comedentis*; Pagninus, *vt ficus cum primitiuis*; quibus tria significantur, & grossos esse idem cum primitiua ficu, & esui idoneos esse, & postremum, de quo actitamus, facilè labi, & decidere; Apoc. cap. 6. vers. 13. *Et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cùm à vento magno mouetur*; Quare Ambrosius aliàs relatus numero 59. paucos admodum in arbore manere, comparatione eorum, quos ventorum flabris decidere affirmat: Michæas igitur cùm iustorum pusillum nimis ploraret gregem, vt, quàm raros inuenisset, indicaret, à duobus anni temporibus similitudinem mutuatur: nam, quam infrequentes post vindemiam absolutam apparent botri in amplissima vinea: aut, si vere, postquàm ficulnea grossos extulit, iracundior strideat Boreas, quàm pauci relinquuntur grossi post validam quassationem arboris, tam exiguum à se repertum proborum numerum, & qui ex iustitiæ institutis regerentur: Denique, si quis contendat, præcoquas reputandas ficus primum ficulneæ partum, amari cuiusdam atque ingrati saporis, vt concedamus autumno reperiri, verùm nunquam probabit, non etiam cerni sub verno æquinoctio, quando id palam testantur Columella lib. 5. de re rustica, cap. 1. Plinius lib. 15. cap. 19. & lib. 16. cap. 25. ex Patribus Nyssenus homil. 5. in Cantica: Hieronymus principio cap. 7. Michææ: Ambros. libro 7. in Luc. ad cap. 13. Chrysologus serm 106.

Michæa dictum ex c. 7. excussum.

Ribera.

Ficus an autumnus solum ostendat.

Cant. 2.

Ficus bifera, & trifera. Ambros. Hilar.

Theophr. Plin. Ioan Leo. Rhenod. Maffæus.

Num. 13.

Paraphr. Papin. Delrius. Gisser. Nah. 1. 3. Apoc. c. 6. Grossi quouis ventorum flatu decidunt. Columell. Plin. Hieron. Ambr. Chrysol.

SVBSECTIO III.

Iordanis cur per messem intumescat? ex Ieremiæ & Paræmiastæ sententia difficultas sublata: De Nilo fusior disceptatio 5 restagnationis magnorum amnium physicæ vestigatæ causæ.

62. SEd (inquis) si tam feruida est illa plaga, tantúmque adurit Phœbus, quamobrem niuosus semper apparet montium Rex Palæstinorum Libanus? Nota est Hieremiæ quæstio cap. 18. vers. 4. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes?* Quo loco Declaratores omnes continuas eo monte, perennésque supponunt niues: quin & inde Libanum, id est, candidum à perpetua niuium dealbatione dictum plerique autumant. Tacitum enim colunt, etsi peregrinum testem, & Iudæorum describendis ritibus hallucinantem,

Libanus mõs niuosus, an inde nomen? Hierem. 18. Tacit.

cinantem; cùm pronunciat Annalium quinto lib. cap. 2. *Præcipuum montium Libanum erigit, mirum dictu tantos inter ardores opacum, fidúmque niuibus;* Si tam igneos regit Sol equos, quorum flamma duplo, quàm apud nos, celeriùs messem, vindemiámque perficit; quamobrem non eadem fornax potens fuerit ad niues liquescendas? Confirmatur: nam, vt constat ex Iosuë cap. 3. Iordanis sacer amnis, cùm segetes procumbunt à falce metentium, sic inundat & excrescit, vt ripas longè, latéque prætergrediatur per campos vagatus; at huius exuberantiæ non alia possit esse causa, quàm imbrium præter modum copia: ergo eiusmodi regiones pluuiosæ sunt, potiùs quàm ficcæ & arescentes à nimiis æstibus. Respondeo, Palæstina quidem niues cadere; legimus namque Prouerb. vltimo cap. vers. 31. domesticos illius, quæcunque fuit, matrumfamiliàs perfectissima idea, non timuisse à frigoribus niuis, quoniam vestiti erant duplicibus; Nouimus quoque Machabæor. 1. cap. 13. vers. 22. Tryphonis equitatum Galaatidem venire prohibitum, *quia nix erat multa valdè*; Sed puto iis solùm temporibus defluere solitas, quibus matutinus, & serotinus decidebat imber, nempe, per Octobrem, & Februarij initia; Inuenimus apud Zachariam nanque cap. 10. vers. 1. sociatas niues cum serotinis aquis; *Petite* (ait) *à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis.* Isaïas quoque cap. 55. vers. 10. *Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illic vltrà non reuertitur; sed inebriat terram, & infundit eam: & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem manducanti*; Atque certè cùm harum niuium scopus glebæ fœcunditas, quando ad hoc niuis descensus maximè vtilis, vt docet Isaïas, Plinius adsentit lib. 17. cap. 2. *Alioqui vota arborum, frugúmque communia sunt, niues diutinas sedere; non solùm, quia animam terræ euanescentem exhalatione includunt, & comprimunt, retróque agunt in vires frugum, atque radices; verùm quòd & liquorum sensim præbent, purum prætereà, leuissimúmque, quando nix aquarum cœlestium spuma est*; oportet cum serotinis, & temporaneis pluuiis vnà delabi niues; Cùm autem ad Aquilonem vergeret Libanus, densior montem hunc occupabat nix: qui cùm vastissimus sit, atque arbustorum condensitate opacus, suprà quàm credi possit; Ezechiel loquens de cedro Libanitica, cap. 31. vers. 3. *Et inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.* vers. 9. *Quoniam speciosum feci eum, & multis, condensísque frondibus.* vers. 10. *Et dedit summitatem suam virentem, atque condensam*; Ob has causas non penetrabant solares radij, antepositis velut aheneo muro arborum densissimis cacuminibus; quare nunquam congestarum niuium immensi acerui liquescebant penitùs, quæ est sententia Lyrani ad cap. 24. Ecclesiastici: Abulensis quæstione 36. & 37. in cap. 3. Iosuë: Serarij ibidem quæst. 5. quæstiuncula 7. Magallanis sect. 2. annot. 8. non ergo probant indeficientes Libani niues, inter calidiores Prouincias minimè numerandam Syriam, sed monent frondium tantam extitisse spissitarem, quæ Phœbi radiis prohibuerit, ne vim exercere possint aduersùs niuium cumulos.

Palæstina niues decidunt. Pro. 31.

1. Mach. 13.

Zach. 10.

Isaïæ 55.

Plin. *Nix vtilis ad fœcundandam terram.*

Libanus cõdensam syluam gignit. Ezech. 31.

Libano cur nunquã deessent niues? Lyra. Ambulens. Serarius. Magall.

63. At ille Iordanis cataclysmus vnde, & per camporum æquora diffusi vndequaque vortices? Auctores, quos nuper memoraui, atque iisdem cap. vers. 15. arbitrantur à dissolutis Libani niuibus prouenire: etenim sub huius editissimi montis radicibus ortum ducere amnem prodigiis, & Christi ablutione memorabilem iidem tradidêre Scriptores, quibus duces Iosephus lib. 3. de bello, cap. 18. Brochardus apud Serarium quæst. 3. in cap. 3. Iosuë: Tacitus Annalium lib. 5. cap. 2. Plinius lib. 5. cap. 15. & 20; Non longè namque super Cęsaream ad vastissimi collis primum ascensum duo fontes, quibus nomina *Jor*, & *Dan*, conuenientes, fluuium iustæ magnitudinis procreant; in hos delati aquarum torrentes, dum metendo tritico incumbitur, quoniam tum grauior est æstus (nam etiam cùm hordeorum manipuli colligerentur, Sole nondum explicante ardentiores radios, scimus Iudithæ virum Manassen, quòd instaret super alligantes manipulos in campo mortuum, Iudith 8. vers. 2.) alueum onerant, & superuenientibus aquarum copiis, cùm pro tantis capiendis laticibus cauernæ non sint, supergreditur ripas adauctum flumen, & rigat propinquam planitiem omnem: existimo autem hanc quotannis contingere inundationem, quoniam eædem substant perpetuùm causæ; At non esse hoc Nili incrementis æquale diluuium, de quo Ioannes Leo lib. 8. descriptionis Africæ; *Nili* (ait) *inundatio Idibus Iunij incipit, diebus excrescit quadraginta, totidémque decrescit; quo tempore Ægypti ciuitates, & vici Insulas repræsentant, ad quas accedere non licet nisi nauigio*; Nam, si Iordanis illuuione paria contingerent, cùm Scripturæ Iosuë cap. 3. & Ecclesiastici cap. 24. vers. 35. indicent apertè, euenire ipso tempore, quo spicæ resecantur, actum esset de omni agricolarum opere: obruissent enim, computruissentque segetes aquarum moles: hoc autem, nè Ægypto quidem, pessimarum superstitionum nationi, accidere permittebat Creator: nam sub Aprilis initium (vt idem Leo testatur,) *segetes succidunt, succisas confestim triturant, neque spicam ad vigesimam Maij secandam relinquunt*; Messe autem plenè absoluta, sub Iunij primordiis incipit Nilus tumescere; non igitur minùs propitium Numen erga fidelem Hebræorum populum, vt non sinat eiusmodi Iordanis incrementa, quæ famen afferat vniuersæ Palæstinæ: Moderata igitur erat aquarum protuberantia, & quæ infructuosa solùm agrorum quædam occupabat spatia; Atque de hoc niuali latice intellexerim Prouerb. illud cap. 25. vers. 13. *Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei, qui misit eum*; Non enim significatio est, sub messem æthera niues iaculari, cùm proximo subiiciat capite, vers. 1. *Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe: sic indecens est stulto gloria.* Deniqne monstrauimus numero 55. neque niues conspici, neque pluuias à Februario in Octobrem; quare non à delapsis cœlo niuibus frigus, sed, cùm Iordanis fluentis commiscerentur de Libani cacuminibus resolutæ in valles vndæ, frigidissimum amnem faciebant, & quoniam id eueniebat, dum messis perageretur, vexabat autem sitis sub ingenti æstu laborantes, nunquam suauior frigida potatio, quàm tum: proinde asserit, fidum internuncium tam fore optabilem, quàm suaue messoribus est de Iordanis bibere lymphis tum quidem, cùm Libani niues dissoluuntur, quoniam eo quidem tempore aquæ, vt sunt frigidissimæ, ita nunquam amabiliores.

Iordanis initia ad radices Libani: & cur intumescat amnis? Ioseph. Brochard. Tacitus. Plinius.

Iudith 8.

Nili inũdatio ingens: Iordanis mediocris. Ioan. Leo.

Iosuë 3. Eccli. 24.

Prouerbiorũ locus exc 25. explanatus.

Masius.

Neque supra hæc apud Bibliorum interpretes alia probabiliora de Iordanis excrescentia: nam, 34.

quod

quod aliqui dixerunt, à verno pluuia ortum trahere; aut quidem ſentiunt, eiuſmodi cadere imbres ante maturas ſegetes, quæ ſi afferant, diſquirimus, quamobrem non tum ſtatim amplificatur amnis? quaſi verò Æolus aliquis, vt Poëta de ventis fabulatur, etiam aquas has ſubterraneis meatibus claudat, & repagula non anteà laxet, quàm meſſis peragatur? Sin autem dicant, (quod quidem ipſorum verba denotant,) ſub meſſem cadere; nam tum certè prouinciale hoc diluuium terrefacit mortales, hæc à nobis ſuperiùs confutata ſunt num. 55. vbi oſtendimus, peculiariter hoc conceſſum Chanaanitidi, vt pluuias ignoret, quo tempore grana in hyemem coaceruat, quo ſpicam deiicit: rectè dixit vnus:

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imber.

Columella. Qua de re Columella libro 2. cap. 21. Ergo fuerint regiones illæ beatæ nimis, & campi ſuperexcelſa agrorum, in quos introducturum ſe Creator polliceatur gentem ſingulariter dilectam; illa, inquam: infelicia arua, quæ imbres ſub meſſem labentes quoquo depopulantur anno: hæc ſcilicet, gleba illa incomparabilis à fructu frumenti, vini, & olei abundans, dequa vaticinatum: *Apprehendet meſſiũ tritura vindemiam* (Leuit. cap. 26. Leuit. 26. verſ. 5.) *& vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis*; Sed hac reiecta de imbribus commentatione, illud quoque de niuium liquefactis globis, offendiculis ſcatet; Nam, ſi denſitate frondium prohibentur ſolares radij, quorum in penetrando ſubtilis eſt virtus, ne ſubſtratas verberent niues, quamobrem non eadem, ſiue ramorum, ſiue foliorum condenſitas obſtiterit, quominùs niues deſcenderent? Sin autem cedrorum, aliarúmque arborum cacuminibus iacebant niues, cùm Phœbi paterent flammiuomo vultui, debuerant ante meſſem reſolui; Vltra hæc, Iſaïæ vaticinatio cum Zachariæ prædictionibus num. 63. productæ ſignificant, ſimul de cœlo miſſam cum niuibus pluuiam; euenisebat igitur, vt terram vix attingerent niues, cùm ſubitò reſoluerentur à ſociis pluuiarum guttis; non itaq; in longum concreta perſtabat nix, ſed quàm citò cadebat, tam citò vaneſcebat; Supponunt ergo, quod minimè certum eſt, Libanum perpetuò ſub niuibus eſſe; Neque Hieremiæ verba conuincunt cap. 18. verſ. 14. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani*? Primùm quippe obuerſantur palam his, quæ ipſi ſtatuunt; ſupponunt nanque ſi quæ ſunt in aprico niues, & arborum opacitate liberæ ad primos ſolares radios in aquas fluere; at locus Prophetæ de camporum niuibus ſermocinatur, non de his, quæ nemora, & ſaltus occludunt; Deinde Vates minimè indicat, toto anno perſeuerare niues, ſed, ne pluribus quidem hebdomadarum; tantùm velit pronunciare, vt quidem accidat aliquo anno Palæſtinæ quædam ſpatia non operiri niuibus, tamen nunquam euenire, vt Libani arua nullas excipiant niues, quoniam quidem Syriæ aquilonaris pars eſt, & montium ſublimiſſimus; an verò quæ labuntur niues, in longa aut breuia durent interualla, Propheta non definit: quare & cùm firmum non ſit niuibus conueſtiri, neque inde candidi nomen deriuatum, vt hoc ſignificet Hebræa vox, *Leuan*, ſed forſan, ab albo lapide, propterea quòd illum ſubminiſtraſſet hic mons templi ſtructuræ; ſic enim Regum textus innuere viſus lib. 3. cap. 5. à verſ. 14. nam cùm de Libano locutus eſſet, ſubiungit; *Fueruntque Salomoni octoginta millia latomorum in monte*, vtique Libano, quem intellexiſſe neceſſe ſit, ſi ad antecedentia referas; ſin verò abſolutè poſitum nomen aſſeras, pro famoſiori ſtabit, Libanus autem inter Syriæ montes nobiliſſimus eſt; vnde mons montium appellatus, quemadmodum Sotomaior animaduertit ad illud Cantic. 4 *Veni de Libano*, &c. ideò templum ipſum Libani vocabulo non infrequenter appellatum in ſacro Inſtrumento; qua de nuncupatione Ribera ad cap. 11. Zachariæ, num. 2. Certè *extructum ad lacunar vſque ex candido lapide*, prodit Ioſephus lib. 8. Antiq. cap. 3. Sed à niuibus deriuatam appellationem, quoniam multis ita placet, concedamus; poſtremo loco id edoceri cupimus, ſi in perpetuum niuoſus eſt altiſſimus collis, cur non etiam poſt meſſem innauigabilis eſt fluuius, & vſque ad abſolutam vindemiam? nam augentur calores meſſe perfecta per Maium, Iunio, Iulio, atque Auguſto: ſunt etiam quæ liqueſcere poſſint tum niues.

Libanus mõs ſic nuncupatus à candido lapide. 3. Reg. 5.

Sotomaior. *Regula: Templum Hieroſolymitanũ Libanus nũcupatur in Scriptura.* Zachar. 11. Ribera. Ioſeph.

Noſtri ſanè Conimbricenſes, cùm Nili exceſſus diligentiùs perſcrutati fuiſſent, dixere Meteor. tractatu nono cap. 10. ortum eius prioribus incognitum ſæculis, & ab ignorantia notiſſimum, hac noſtra ætate compertum ex quodam Africæ lacu in regno Congenſi: cùm autem experientia conſtans ſit, tum hyemem regnare ea Africæ parte, cùm Ægyptus torretur Sole æſtiuo, euenit maximos cadere imbres ad caput Nili, qui delati in Ægyptum efficiunt flumen tumeſcere; ſic & ex quorundam opinione noſter Acoſta libro ſecundo de natura noui Orbis, cap. 4. In Æthiopiam puto Africanam tranſtulit noſter Ioan. Bapt. Scortia lib. 2. de Nili natura & incremento, cap. 17. illuſtriſſimus Dux Nicolaus Radziuillus in peregrinatione Ieroſolymitana pagina 159. à montibus lunæ vltrà æquatorem ob maximos ibimet imbres principium ducere aſſeuerat; quam fuiſſe Hieronymo Fracaſtorio opinionem refert Goropius Becanus in Originibus Antuerpianis, quem refutat lib. 3. Niloſcopij; ſanè Ptolomæo falſo adſcriptam contendit Iohannes Philoponus lib. 4. de creatione mundi cap. 5. Equidem in hoc diſcurſu multa plauſum captantia narrantur, præſertim cùm probatio ducatur ab his qui viderant; tamen mirandum apparet, vt ſemper decidant pluuiæ Congenſi tractu definitis anni temporibus; nemo enim puto cum Europæis certis Prouinciis, ſi pro pluuiis concertatio ſit, aduſtam Africam contulerit, quam tariſſimos imbres madefacere Auctor eſt Ioannes Leo in eis deſcriptione regionis; at nullibi fixæ leges, vt ſtatis menſibus bruma præter dubium pluuias deferat, ſed Decembri, verbi cauſa, hyemis meditullio frequentiùs humoris plurimum eſt: nonnunquam tamen etiam aquoſis nationibus December ſerenam oſtentat frontem; Quin & eædem alibi cauſæ & à vaporibus & à ſole ad pluuiarum abundantiam, cùm tamen moderatus ſæpè humor cadat, quandóque nullus: etiam & à Ianuario in exitum aprilis flere ſatis idem cælum nuper allegatus Becanus Goropius rectè aduertit, licet tùm Nilus haud quaquam excreſcat. Sed præter Nilum alia quoque multa flumina æſtate cùm imminui oporteret, & decreſcere, exundant, & effractis (ſi quibus coërcebantur,) repagulis, ripas ſuperant; Enumerat Eccleſiaſtici Scriptor cap. 24. verſ. 25. *Qui implet quaſi*

65. *Nili ortus Congenſi in regno.* Conimbr. Acoſta.

Scortia.

Ioan. Leo.

Hieremiæ verba ex cap. 18. enodata.

Fluuij, qui æstate restagnant. Eccli. 24.

quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum; qui adimplet quasi Euphrates sensum; qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis; qui mittit disciplinam, sicut lucem; & assistens quasi Gehon in die vindemiæ: Quibus verbis Iesus Sirach, cùm plenissimam Salomonis scientiam indicare vellet, ab iis fluminibus mutuatus est exemplum, qui, quòd æstate, præ aquarum copia intra claustra contineri nequirent, significantiùs declararent abundantem notitiam, vt probè annotauit Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 3. num. 63. & 68. & imprimis Christi supra Apostolos eminentem scientiam, vt loquitur Nicolaüs Lyrensis; quinque igitur habemus amnes huius formæ, Paradisiacos, nempe, quatuor, Gangem, scilicet, Phisonis nomine adumbratum; Gehonem, qui Nilum repræsentat; Euphratem, atque Tigrim cum Iordanis vndis, de quorum tribus, Nilo simul cum Tigri, & Euphrate meminit Plinius lib. 18. cap. 18. confirmátque dicta ab Ecclesiastico, de Euphrate Lucanus lib. 3.

Salian.

Lyran.

Plinius.

Lucanus.

——*sed sparsus in agros*
Fertilis Euphrates, Pharia vice fungitur vnda;

Iordanis incrementa omnes diuinorum librorum Interpretes celebrant; Quòd si ea verior est sententia, quam non futili argumentatione suadere nituntur Pererius lib. 3. in Genes. disceptatione de tertio, & quarto flumine Paradisi; Salianus loco nuper memorato, nempe neque Phisonem Gangem esse, neque Gehonem Ægyptiorum fluuium Nilum; sed hæc nomina indicare fluuios duos exortos ex Euphrate, & Tigre, eo, quo admistis vorticibus conueniunt loco, quorum alter currat in terram Heuilath, alter præceps feratur in Æthiopiam, eámque alluat; iam habebimus sex restagnantia flumina; præter quatuor, nimirum, ex loco voluptatis prodeuntes amnes, insuper Nilum, atque Iordanem, quid si etiam Gangem? Nam id supponunt, qui locum Ecclesiastici explanantes Phisonem declarant Gangem esse; Adde & Peruano regno vastissimum, cui ab argento nomen, amnem, de quo æqualia testatur Acosta nominato libro, capite quoque memorato; Quæro igitur tandem, quales afferemus causas, ob quas hæc tot flumina inundationes pariant, atque alia quidem ante veris conclusionem, alia æstate, alia per autumnum? Si imbri, & niuibus tribuamus, iam hæc sunt à nobis confutata numero antecedenti; si ventorum conflictibus, & Etesiæ, siue Subsolano imprimis, quod dixêre Thales, & alij apud Conimbricenses de Nilo, nuncupato iam capite, lib. 1. de vita Moysis, pagina 480. Heliodorus Æthiopicorum lib. 2. Ammianus Marcellinus lib. 22. ex Physicorum sententia commonstrat ipse vanidum esse assertamentum; superest igitur solùm, quod pronunciatum est de Pelusiaco amne, hoc affirmemus de reliquis; nempe, eo, quo incipiunt oriri climate, brumam instare, quando æstas est, quibus ipsi turgent regionibus; at quis nobis hoc adstruentibus, vel leuissimam fidem habiturus sit, quando neque ex Historiis, neque ex Cosmographia, neque ex rerum naturis id depromere valeamus? Quin si hoc propugnare necessum sit, non minores inde salebræ, quàm ex Nili restagnatione, cùm æquè difficile sit demonstrare, quorsum pluuiæ quasi certa & inuiolanda lege statis anni mensibus, statis quin etiam diebus, cadant?

Amnis argẽti in Peruano regno Nilo similis. Acosta.

Pererius.

Salianus.

Conimbric. Philo.

66.

Vt in ancipiti controuersia aliquid tandem statuamus veri saltem lineamenta habens, suppono tria extra quæstionem profectò, quoniam eius generis sunt, quæ oculis, cæterisque sensibus hauriuntur; Primum, fieri nonnunquam, vt campestria, & montium cauata, dicamus valles, Solis intolerando penè iubare arescant, cùm tamen circuniacentes montium apices, siue à nondum liquefactis niuibus, siue à gelidissimis ventorum flabris hyemen asperimam scandentibus repræsentent; Secundum, calidissimis regionibus, etiam sub ardenti zona, vel tum quando appropinquat Planetarum Rex, magísque incalescit, pruinas cadere, imbres, & quicquid tempestuosum aduehit bruma; Tertium, euenire prouinciis oppositos respicientibus polos, vt vno, eodemque interuallo contraria dominentur anni tempora; nempe, hîc æstas est, cœlúmque sudum, & absque nubilo; ibi apertis Olympi cataractis, hyeme iam regnante, diluuiorum terror accolas occupat; Horum omnium & exempla, quæ ipse contemplatus fuerat, & causas naturales diligens Historicus, idémque doctus Philosophus præbebit noster Acosta lib. 2. de natura noui Orbis, à cap. 3. & ex eo, aliísque testibus Conimbricenses quæst. 1. art. 3. ad cap. 14. lib. 2. de cœlo; Quibus animaduersis, asserimus, insueta fluminum incrementa his emanare ex capitibus; quoniam vel montium soluuntur niues; vel de cœlo importuni imbres cadunt, vel alio distanti climate hybema sunt tempora, quo intumescentis amnis natiuitas cernitur esse; Si tamen generalem omnibus causam præstat exhibuisse, dicemus, Naturæ Ducem sic dispensare occulta potentia aquarum motus, postulante hoc, & communis fabricæ, & particularium substantiarum exigentia, vt definitis, certísque mensibus sine lege ferantur hæc illáue flumina; & subita irruptione, & deserta, & ab hominibus occupata conuertant in stagna; Declarationis gratia; Ægyptus ne hyeme quidem pluuiarum, imbriúmve aliquid experitur, vt audiebamus ex Philone numero 59. à veris exitu calore vritur intolerando, vt scribit Ioannes Leo octauo descriptionis Africę libro & Radziuillus pagina 155. forsan & aliæ similes existant regiones adhuc inexploratæ; Certè quarundam apud occiduos Indos meminit Acosta cap. 5. quibus per brumam nulli labuntur imbres, Quid his terrarum partibus fecissent mortales, si aduersùs æstum nullum lenimen præberetur? Quid semina, quid fruges vniuersæ absque humectantibus aquis, quæ fœcundant? Exigebat igitur gleba illa, quò partutire possit, vndarum beneficium; si negasset Opifex, fecisset quasi aduersùs naturæ statuta cui debitum, vt Artifex summus ad gignendum necessaria subministret: aqua autem telluri opus est; quam si desursum Creator non mittit, ex subterraneis proferat, oportet Quarè & nuper relatus Dux Radziuillus in peregrinatione Ierosolymitana monet pag. 160. Ægypti locis quos fluuius non irrigat, pluuias ab æthere labi, qui agros competenter ad frugum generationem humectat; Sed & communis opificij venustatem hæc adaugent: nam, quàm pulchra varietas est, hîc temperari æstus ab æthere defluxis pruinis? ibi excrescere amnes, qui leniant immoderatos ardores? illic ventos flare? Solem alibi imbres fugare, alibi procreare? has segetes ab æstiuis aquis lędi, illas surgere & lætari? Harum primam causam,

Naturalis causa quamobrẽ flumina æstate exundent. Philo. Ioan. Leo.

Acosta.

Acosta. Conimbric.

quæ

quæ hominum, telluriſque ſolatia reſpicit, Lucanus attigit lib. 10.

Lucan. ——*Dare iuſſus iniquo*
Temperiem cœlo, mediis æſtatibus exit,
Sub torrente plaga, ne terras diſſipet ignis,
Nilus adeſt mundo.

Alterum fundamentum vniuerſi pulchritudinem complectens Philoni debetur libro 1. de vita Moyſis, pag. 480. *Eſt & alia cauſa*, (ait,) *cur Ægypto hyems ſit ſuperuacanea; nam, quod imbres alibi, hoc reſtagnationes fluminis efficiunt, arua fœcundantes ad prouentus frugum annuos; natura autem non ſolet ita in vanum operari, vt pluuias terræ non indigenti largiatur, ſimúlque gaudet varietate ſui artificij, concentum è contrarijs qualitatibus temperans; & ideò alijs ſupernè è cœlo, alijs infernè è fontibus, ac fluuijs præbet aquarum commoda.* Philo. Quibus affinia Theodoretus lib. 4. de curatione Græcor. affectuum diuinæ ſingulariter prouidentiæ adſcribens.

Sed elucido poſtremum iſtud theorema;

67. Quanti ſtuporis, Oceanum fluctibus Olympum verberare, & decumanis excandeſcere procellis; iras tamen cohibere, & arenarum vile prætergredi vallum non auſum? quid dixerim, & algas reuereri? Demiratur Ieremias cap. 5. verſ. 22. *Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit; & commouebuntur, & non poterunt; & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud:* Deprædicat ſæpè Iobus; portenti inſtar Patrum non paucis viſum, quorum loca notat Pineda ad verſum 7. cap. 1. Eccleſiaſtæ; hoc tamen naturæ opus eſſe demonſtrat Valleſius de ſacra Philoſophia, c. 52. P. Suarez tractatu de opere ſex dierum, lib. 2. cap. 6. At, quomodo natura operatur? Taceo diſputare, an marí ſuperior ſit terra; ſuppono eleuationem cum Pererio lib. 1. in Geneſim ad opus tertiæ diei; probauerit quidem hoc, non poſſe naturaliter totam orbis machinam vndis obrui, quemadmodum euincunt Coninbricenſes tract. 8. Meteororum, cap. 10 non pro his concertatio; ſed pro arenarum fortiſſimis; ſi Deo lubet, propugnaculis; vnde illa Ieremiæ, *Poſui arenam terminum mari, & intume cent fluctus eius, & non tranſibunt*; Sanè neceſſarium eſt, dicamus cum P. Suarez. ſic ab initio diſpoſitas naturas, vt non niſi harum effractis legibus maria ſignatos limites tranſire valeant, poſtulante hoc opificij vniuerſalis conſeruatione; igitur, quemadmodum aquis præcepit ab exordio, ne ſcripto circulo exirent, quod cùm illæ faciunt, naturaliter, & abſque miraculo obtemperant; ita iiſdem à primordio imperatum, Ægyptum vt alluerent peracta meſſe, aut alias glebas aquarum rigationibus fœcundandas; quæ dum exequuntur iuſſa, ex naturæ motibus obediunt, & ſine prodigiis: Hæc illa iuſtiſſima trutina, quam Parœmiaſtes laudauit Prouerb. cap. 8. verſ. 28. *Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum; quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos*; Tum enim, prout cuiuſque exigebat regionis neceſſitas, quaſi ex diſtributione iuſtitiæ regulis, ſeruata proportione diuiſit aquarum varia & admiranda officia, & has deſuper cadere iuſſit, illas ab imo prodire, hyeme pleráſque defluere; vere, atque æſtate rariores; ſyderibúſque vim impreſſit, ventíſque, qua ſecretè impellerent vndas, cohiberent etiam: Et potuit quidem aliter decreuiſſe; ſed, quemadmodum, cùm poſſit aquis repagula arenarum non ponere; ex ſuppoſitione tamen imperij, naturaliter nequeant præfinitos tranſire cancellos: ſic etſi poſſit ſtatuere, ne hæc, aut illa flumina per æſtatem excreſcerent, ex ſuppoſitione tamen primæ iuſſionis, quam debitus rerum ordo extorſerat, niſi contempta naturæ auctoritate, non poſſunt eiuſmodi amnes determinata anni periodo non reſtagnare, & in camporum patentia diffundi.

Ierem. 5. *Naturaliter quo pacto accidat, ne aquæ præſcriptos à Creatore limites prætergrediantur.* Pineda. Valleſ. Suarez.

Perer.

Conimb.

Suarez.

Prou 8. *Deus quo pacto elementa quaſi in ſtatera menſuratus eſt.*

Sed difficile fore, vt credamus, natura mouente, flumina reſtagnare, aſſeres; quoniam, ſi naturæ is eſſet motus, cederet in emolumentum creaturæ, magis quàm in deſtructionem, & nocumentum; at euenit eiuſmodi fluminum irreptionibus peſſundari omnia, & innumeris affici homines, atque alia animantia, ipsámque tellurem malis; nanque Tigris, cùm effluat & expandatur in diebus nouorum, vt loquitur Eccleſiaſticus cap. 24. v. 35. hoc eſt, cùm hordacea eſt meſſis, cùm ver incipit theſauros effundere, quis dubitet ab aquarum impetu proſterni ſegetes flores, atque olera lædi, pecudes torrentis vi in profundum attrahi? qualia, & damna Iordanis affert, cùm ipſe quoque ſub meſſem, ſiue triticeam, ſiue hordeorum intumeſcat; ſed Gehon meſſe quidem abſoluta excreſcit: Verùm cùm ad decem & octo cubita augeatur nonnunquam, vt ſcribit Plinius lib. 5. c. 9. (Gehonem quippe Nilum intelligimus) vinitorum labores eludit: ſequitur quippe poſt granum botri collectio: quin & cellariis recondita frumenta, aut diſſipat effractis valuis, reliquíſque munimentis, aut putreſcere facit; hæc igitur ſunt ab illis diluuiis egregia beneficia: Sanè vel hoc ipſum nobis perſuadet, illuuiones, quæ fixo, perennique ordine contingunt, naturæ opera eſſe, quoniam incredibile pariunt emolumentum: *Nam inter Tigrim, & Euphratem iacentia* (ait Curtius initio libri quinti) *tam vberi, & pingui ſolo ſunt, vt à paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat.* Cauſa fertilitatis eſt humor: quid autem tam celebre apud antiquitatem, atque Ægypti feracitas, præſertim quoties frumentorum memoratio incidit? Deprædicat Ioſephus lib. 1. Antiquit. cap. 8. Philo libro de Abraham: Plinius lib. 18. cap. 10. & clariſſimus teſtis Moyſes Geneſis cap. 41. v. 49. *Tantáque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet*; *Porrò Ægyptum* (inquit Nazianzenus oratione 24.) *fluuius ditat è terra fluens, ac tempeſtiuè maris inſtar exundans.* Refert Pierius ex veterum narratione, lib. 46. de ſacris Ægyptiorum characteribus. Plinius & ab Euphrate, & à Tigri paria emanare lucra teſtatur lib. nominato, cap. 8. Sed quem in modum hæc conciliabimus? Equidem, de quibus diſputamus, aut ſobriè tantùm intumeſcunt flumina, aut modum prætergrediuntur. Prioris generis cataclyſmi, vt moderati ſunt, & extra crepidines temperatè feruntur, ſic vt nocerent, modica intulíſſent damna, qualem fuiſſe Iordanis excreſcentiam putamus, de qua Ioſuë cap. 3. *Iordanis* (inquit) *ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat.* Septuaginta: *Iordanis autem plenus erat per totam crepidinem ſuam, ſicut dies meſſis tritici*; Quibus ſignificatur, vſque ad ſummitatem euectum tunc amnem, cùm aliàs decurreret infra margines: Poſterioris formæ diluuia non modicam generant difficultatem: nam maria æmulari Nilum, dixêre ex Patribus Nazianzenus nuper memorata oratione: Baſilius lib. 1.

68.

Eccli. 24.

Plin.

Tigris, & Euphrates glebæ quàm benefici. Curt.

Ægypti in frumentis copia. Ioſeph. Philo. Plin. Gen. 41.

Nazianz.

Pier. Val.

Ioſuë 3.

Nilus, maris inſtar, cùm inundat. Nazianz. Baſil.

Anast. Sin. Cassian. Ælian. Plin. Ioan. Leo.

lib. 1. Hexameri: Anastasius Sinaïta sui quoque Hexameri lib. 1. Cassianus collatione 15. cap. 3. Exteri testantur Scriptores, Ælianus lib. 10. de animal. cap. 43. Plinius lib. 5. cap. 9. Ioannes Leo Africæ descriptionis lib. 8. Nili autem simiam esse Euphratem prodit Lucanus allatus suprà num. 64. Pereira lib. 3. in Genesim, disp. de 3. & 4. flumine Paradisi: & vtriusque imitator, argenti apud Peruanos dictus Amnis, quemadmodum eius contemplator noster retulit Acosta lib. 2. noui Orbis, cap. 4. & lib. 3. cap. 20. De his igitur omnibus fluminibus idem dictum esto, quod de Nilo.

Lucan. Pereira. Acosta.

69.

Incipit autem Ægyptiorum amnis augeri *sensim, modicéque Cancrum Sole transeunte* (ait Plinius lib. 5. cap. 9.) *abundantissimè autem Leonem eodem percurrente*; Anastasius Sinaïta expressit magis lib. 1. mundani opificij: *Incipit* (inquit) *Nilus fluere mense Iunio, & per eum totum, & post ipsum crescit, nempe Iulio; in Augusto autem, & toto Septembri instar maris exundans Ægyptum facit nauigabilem, quæ prius erat arabilis*; *incipit autem decrescere Octobri, & Nouembri*; *in mense autem Decembri, & toto Ianuario redditur priori alueo*; Ioannes Leo eo, quem nominauimus, octauo libro, ad Idus Iunij quidem turgere ait; sed dies quadraginta consumere antequàm perfecta assequatur incrementa, totidémque rursus diebus decrescere; quæ à nobis eum in scopum prolata sunt, vt cùm intelligatur Nilum non subitò, & tanquà ex abrupto inundare, facile quoque sit capere, spatium dari terræ habitatoribus, vt & animantium, & cæterarum rerum incolumitati prospiciant; Hoc autem multifariam contingit; nam, vt vindemiæ consulant, cuius illud tempus est; (quare de hoc fluuio sub Gehonis titulo, vt communis velit interpretatio, Ecclesiasticus cap. 24. tumescere inquiebat diebus vindemiæ) opinabile est vitibus loca conuexa, & tuta ab vndarum incrementis eligere, montes, scilicet, & in his editissimos tumulos, quando, vt pangit Vates, *Bacchus amat colles*: si quas autem plana nutriunt vites, his suas maritant arbores, quas dum scandunt, sæpè in eam altitudinem feruntur, vt quemadmodum Plinius lib. 14. cap. 1. tradidit, vindemiatorem si de cacumine feratur præcipitio, interitus & sepulcrum excipiant: Adigunt & in sublimia greges cum armentis, viuúntque ipsi per scopulos: Sed quod Babylonij inuenerunt propter Euphratis restagnationes, vt ex cocto latere, bitumine arena pice interstrato (inquit Iustinus de Semiramide lib. 1. exordio) muros insuperabiles redderent aduersùs aquarum violentos impetus, fortasse Ægyptij idipsum mutuati: Quanta verò contra subtilem penetrandi vim in bitumine sit virtus, declarat sufficienter Noëticæ magnæ arcæ fabrica, quæ ne periclitaretur, iussit Numen Genes. cap. 6. vers. 14. *Facito tibi arcam de lignis lænigatis, mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecùs, & extrinsecùs*; Vide eum in locum Pererium de bituminis potestate, & natura differentem, lib. 10. in Genes. num. 12. Porrò tantam murorum firmitatem, quorum & altitudo fuit quingentorum cubitorum, teste Suida, in gratiam publicæ incolumitatis meditatam contra illuuiones, Alphæus narrat apud Eusebium lib. 9. de præparatione euangelica, capite postremo: Cùm autem ab Assyriis digressi sint, qui Niniuen amplissimam vrbem condiderunt, quemadmodum Geneseos affirmat Historia cap. 10. vers. 11. quando hæc Tigri, qui ex fluminibus quæ restagnant, est, imposita fuerit, assertore Plinio lib. 6. cap. 13. quod etiam Tobiæ cap. 6. indicat, credibile est ædificata murorum propugnacula parem in modum: sed, quòd ciuitas tanti ambitus fuisset, vt trium dierum itinere vix circumiri potuerit secundùm Hieronymi asseuerationem ad cap. 3. Ionæ, propterea existimari valeat factum, vt si quando vrgeret amnis fortior tempestas, haberet ferè vniuersa Prouincia, quo non solùm habitatores, sed etiam iumenta, & pecora reciperentur; & forsan, quoniam ob hanc causam abundabat animalibus, voluit Monarcha, vt & animalium irrationalium infinitus numerus commune lamentum augerent; *Et operiantur saccis homines* (Ionæ cap. 3.) *& iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine*; Sed præter hæc vrbium, atque oppidorum certissima munimenta, campis quoque prouisum; nam in planitie aggeres in hunc finem à Semiramide constructos refert Herodotus in Clio; quorum etiam meminit Strabo lib. 16. quibus & detinentur aquæ, si quando opus terram satis bibere, & eædem defluere permittebantur apertis *molibus*, (vt inquit Plinius lib. 5. cap. 9. loquens de Nilo,) Fossarum quoque per quas idem amnis deducebatur, vt glebam feraciorem redderet, & per quas in Oceanum decurreret, mentionem facit Suetonius in Augusto, cap. 33. Sed nemo tam distinctè proposuit, quibus modis communi bono consuleretur, atque Diodorus Siculus lib. 1. de fabulosis antiquorum gestis, prope metam narrationis; *Aqua* (ait) *lenter fluente, facilè eam paruis aggeribus arcent, inducúntque pro commodo terræ*; Mox addit, *Est Ægyptus plana, & campestris, cúmque vrbes, vici, agricolarum mapalia aggeribus munita aquæ inundationem deuitent, tanquam Cyclades apparent aspicientibus: Terrestres belluæ omnes, quæ in campis remanent, suffocantur aqua, quæ euadunt, ad altiora confugiunt loca: pecora inundationis tempore in stabulis recluſa nutriuntur à colonis, ad id anteà præparato pastu: vulgus, remissis operibus rusticis, ocioſum epulis indulget, ac voluptati:* At quemadmodum & hodierna etiam tempestate quæ Diodorus refert. Ægyptij obseruant, declarat in Nilioscopio Goropius, Becanus, & oculatus testis Dux Radziuillus in Ierosolymitana peregrinatione pag. 156. Verùm redimendis à diluuio corporibus defunctorum quemadmodum Pelusiaca inuigilet natio, delineat Cassiani decima & quinta collatio, cap. 3. *Hunc autem* (dicit) *Ægyptijs morem Nili fluminis inuexit alueus, vt quoniam vniuersa illius latitudo terræ instar immensi pelagi non paruo anni tempore, solita aquarum eruptione contegitur, ita vt nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis tribuatur, nisi post transuectionem decursam: corpora mortuorum pigmentis condita redolentibus in editioribus cellulis recondantur*; Taceo à cymbis opitulamen, atque intra nauigiorum compages vrbium pulcherrimas ideas, quod ciuium vniuersa exercerentur munia, nedum priuatarum ædium: atque his fiebat artibus, vt cùm & homines, & animantia, quicquidve aliud in diuitiis numeratur, sarta tecta essent, nullibi terrarum facies iucundior, nullibi plenior, quàm apud has Prouincias.

Nilus quando intumescit, quando decrescit? Plin. Sinaïta. Ioan. Leo. *Ægyptij, vt sibi, pecoribúsque consulunt Nilo exundante.* Eccli. 24. *Vitis quàm altè scandat.* Plin. *Bituminis contra aquas robur.* Iustin. Gen 6. Pereira. Suidas. Euseb. *Niniue Tigri fluuio sue. perimposita.* Plin. Tob. 6. *Niniue cur trium dierũ circuitũ habuerit.* Hieron. Ionæ 3. *Aggeres, & fossæ, vt Nilus, aut staret, aut decurreret.* Herodot. Strabo. Plinius. Sueton. Diod Sic. Cassian. *Ægyptij vt cadaueribus defunctorum prospiciunt ob diluuia.*

70.

Dicam pro coronide sermonis: neque enim subticere animus est, quando huc vsque deuecti sumus, siue ex genio nostro, siue ex institutæ tractationis necessitate: Mihi equidem acriùs

contenti,

contuenti, quo pacto Ieſus Sirach cap. 24. fluuiorum alluuiones ſuis ſecernat temporibus, & Euphratem aſſerat ſe maiorem fieri diebus nouorum, id eſt, veris non abſoluta læta temperie: Iordanem excreſcere, dum ſegetes defalcantur; Gehonem inundare peracta meſſe, cùm torcularia calcantur; quoniam video hæc ab Auctoribus Nilo, atque Euphrati tribui; (nam de Iordanis intumeſcentia apud Bibliorum Interpretes tantùm reperio;) cogitabam ex hoc Eccleſiaſtici dicto non ſegniter corroborari, Nilum ex Paradiſi profluentibus vnum eſſe; nam, qui de ſitu orbis exactiſſimam ſcripſit Geographiam Strabo lib. 18. manifeſta ſententia affirmat ante clauſum ver Euphratis incipere incrementum; Nilum verò terminata meſſe, cui vindemia ſtatim ſuccedit, neque priùs augeri atteſtatur apertis verbis Plinius lib. 5. cap 9. & lib 18. cap. 18. atque à quo ipſe deſumpſerat Herodotus lib. 2. Anaſtaſius Sinaïta lib. 1. Hexameri, Ioannes Leo octauo de moribus Africanorum libro; Hæc igitur cùm Gehoni ad amuſſim adaptentur, atque eundem per Æthiopum tractus ferri quemadmodum pronunciauit Moyſes Geneſeos cap. 2. ita etiam de Nilo veteres & noui Hiſtorici declararunt, vt vix ſit, qui de Ægyptij amnis natiuitate diſputet, qui non probet; quamobrem difficiles erimus, vt arbitremur cum Patrum vniuerſo ferè concilio (adi Cornelium, atque Delrium ad cap. 2. Geneſis) Nilum Gehonem eſſe. & conſequenter ex fluuiorum Paradiſi quaternione? Scilicet, arduum eſt credere, tam diſſitas origines habere, ſi ex vno naſcantur capite recenſiti à Moyſe quatuor amnes; Premunt hoc argumentum diſertè pro more ſuo Pererius lib 3. in Geneſim, tractatione de Paradiſi fluminibus: Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 3. num. 62 At viderunt hoc, ac conſiderarunt attentè ingeniorum apices, & per tot ſæcula nemo impoſſibile iudicauit vſque ad Eugubini Coſmopœiam; Dicebant quidem, ex gurgite illo, qui locum voluptatis madefaciebat, nominatos vndarum decurſus manare; ſed ab arenoſa aliqua vaſtitate excipi, atque mergi ſubterraneis ampliſſimis cauernis, exilire tandem remotiſſimis locis quoniam per varias & diſunctiſſimas inferorum diriguntur venas; id ſic dicam phyſicè, & abſolute abſque ſuperatis naturæ legibus euenire potuiſſe, negari non poſſe; moraliter autem an contigerit, omnis quæſtio erit; Sed hoc etiam ſuadibile reddunt amnium plures admirandi caſus, quorum magnam partem aut admittere oporteat, aut omnem Hiſtoriæ fidem eleuare; Saluta loco præfato Salianum num. 67. Conimbricenſes tract 8. & 9. Meteororum: atque inter antiquos diligentiſſimam narrationem Nicephori lib 9. cap. 19. An non hæc ſatius docuiſſe, quàm Phiſonem, atque Gehonem duo brachia eſſe exorientia, quo loco Euphrates, atque Tigris commiſcentur, quando de iſtiuſmodi membris neque præſci, neque recentes Coſmographi meminerunt, cùm certè meminiſſe debuiſſent ſaltem propter reſtagnationem, vt concedamus copioſa non fuiſſe flumina; quod tamen fateri ſine crimine aliquo Eccleſiaſtici non ſinat comparatio? Ad hæc, à nouæ opinionis fautoribus ſi requiramus de protoparentum habitatione, vbi nunc ille deliciarum hortus, & amœni nemoris iucunditas? Reſpondebunt quidem, aut cum Pereri o lib. 3. in Geneſim, quæſt. 5. de Paradiſo non extare omninò, ſed generali cataclyſmo loca illa altiſſimè eſſe demerſa, atque eo vſque obtura, vt ne veſtigia quidem remanſerint: aut cum Saliano die, annoque orbis memoratis, numero 39. manere quidem glebam, at omnibus ornamentis ſpoliatam, ſiue id Noëna diluuia effecerint, ſiue tempus edax rerum, ſiue Numinis inacceſſa cogitatio ob ſpeciales fines: atque eo.idem indelerum adhuc viridarium, Patrum ſolennis fuit exiſtimatio, quemadmodum & Pererius lubens admittit; Facta igitur Paradiſi tanta immutatione, atque eam in formam reducto celeberrimo pomœrio, vt ne vmbræ quidem appareant priſtini ſplendoris, quid obſtupeſcimus fluminum inde prodeuntium diuerſiſſimos fuiſſe vultus poſterioribus ſæculis à primæua figura?

Nilus, vnum de quatuor Paradiſi fluminibus. Strabo. Plin. Herodot. Anaſt. Sin. Ioan. Afric. Cornel. Delrius. Perer. Salian. Eugub. Salian. Conimbric. Niceph. *Paradiſus num modò extet?* Perer.

Sed, inquis, vt tribuant Nili latices ex Paradiſo deriuari, Phiſonem nunquam admittent Gangem vocandum, quoniam terra Heuilath, quam alluit, India eſſe non poteſt; conſtat verò Gangem apud Indos eſſe; conceſſo autem Gangem Paradiſi fluminibus haud ortu & naſcentia coniunctum, nihil vetat id ipſum de Nilo aſſeruiſſe, quoniam vnius Pronunciati defenſores, alterius quoque indiuulſi propugnatores ſunt; Sanè, ſi quod eſt apud Pererium Ariæ, atque Vatabli iudicium, regionem Heuilath apud occiduos Indos quærendam regnis præſertim Peruanis, ſpecioſa ſaltem niteretur coniectatione; dixiſſem Phiſonem illum eſſe argenti nomine clariſſimum amnem, cuius ſæpè ex Acoſta lib. 2. de nouo orbe, cap. 4. in ſuperioribus meminimus; nam, cùm per trimeſtre ſpatium exundet, profundiſſimíque gurgitis ſit, aptè repræſentaret apud Eccleſiaſticum cap. 24. Salomonis abundantiſſimam rerum diuinarum, humanarúmque cognitionem; At, neque ille fluuius ex eorum genere eſt, qui abſque pluuiarum, aut liqueſcentium niuium adminiculis, velut ſuapte natura in magnas aquarum moles exurgunt; neque Gangis ei aut nomen, aut curſus, aut proprietates adaptari valeant; Gangem igitur & regionem Heuilath in orientem transferamus, neceſſe eſt; Et quidem Nicephorus citatus numero antecedenti ad Tropabanam vſque Inſulam decurrere affirmat; Sed, quæ fuerit hæc regio, & quam occupauerit apud Eoos Indos telluris partem, an Ophiris aurifer tractus Salomonis claſſe nobilis diffuſam, implicitámque poſtulat diſcurſionem; Erit vt ex profeſſo diſputemus ad cap. 5. Canticorum, ſi Numen indulſerit; Interim fruere eleganti Scriptore Pineda noſtro lib. 4. de rebus Salomonis, cap. 16. num 9. Nos iam faſtidientis metus Lectoris terret, ne longiores ſimus: ſi æquo prolixiores fuimus, meſſis in culpa fuit, cuius gratia tantùm ſuſcepimus operis per tres Subſectiones; nempe quòd hæc multa, nos operarij pauci, & imbecilles; Rogate Dominum meſſis, & mittet operarios, quibus comparati nos locuſtæ iudicabimur, qui breui abſoluant trituram vniuerſam, & ſtudioſum compendio docentes nauſea liberent.

71. *Heuilath regio an apud occiduos an apud orientales Indos?* Montan Vatabius. Acoſta. Pereira. Eccli 24. *Peruanus argenti amnis an Ganges?* Nicephor. Pineda.

SECTIO V.

Quis Iudæam regebat, cùm hoc contenta Epithalamio gesta sunt? Salomon quam magnificus, & elegans in ædificationibus, satellitio, lecticis? Turris de qua Cantic. cap. 4. an Dauidis, an Salomonis opus? eiusdem Cantici versus ex cap. 6. & 7. cum labore perpensi; Piscinarum quæ celebriora stagna in Palestina? Thersa qualis vrbs, & ad quam tribum spectans? Pharaonis filia vbi habitauerit donec ei constructa regia à Salomone?

72. *Salomone Dauidis filio regnante per acta quæ hoc pangantur Hymenæo. Cant. verba ex cap. 1 illustrata.*

MVltæ coniectationes sunt, ne dicam aperta argumenta, quæ planè edocent huius Epithalamij acta Salomonis, eius. qui Reges cæteros maiestate, opulentia, cognitione superauit, dominatum respicere; Huius nominis sunt illa Cant. 1. v. 4. *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem, sicut pelles Salomonis*; Rectè, vt exquisitam imprimis, & pauciſſimis feminarum conceſſam pulchritudinē ſponſæ exprimeret, curuli Salomonis gloriæ, atq; pompæ venuſtatem comparauit; Nam, vt admittamus, ante Salomonem duos Hebræorum Reges Saülem, atque Dauidem, atque hos qui præceſſerunt Iudices quadrigis etiam ad oſtentationem inuectos, cùm legamus Reg. 1. & de carrucis memoriam, & luxus non mediocris argumenta; capite quippe octauo de Monarcha prædicit Samuël: *Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciétque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas*; Et audiamus de multitudine eſſedorum eiuſdem primi Regum libri c. 13. verſ. 5. *Et Philiſthim congregati ſunt ad prælíandum contra Iſraël, triginta millia curruum, & ſex millia equitum*; tamen cùm aſſiduis bellorum tempeſtatibus iactata fuerint omnia illa tempora ad obitum penè Dauidis, veroſimile eſt currus illos, equorúmque ornamenta ad robur, & ſuſtinendam armorum vim potiùs compoſita, quàm ad decorem, & ſpectaculum; verùm, vt præbeamus politiori opificio elaboratas ſuperioris ætatis rhedas, & pilenta, at longiſſimo interuallo ſuperata omnia vehicula priorum temporum à Salomonis ſuperbiſſimis lectis plurima atteſtantur; nempe, in primis conſtat de eo throno, quem feciſſe legitur Salomon Reg. 3. c. 10. v. 18. ex ebore ſuperinducto auro fuluo nimis, non eſſe factum tale opus in vniuerſis regnis; hunc conſtitiſſe iudicio aſſignatis ædibus, de quibus eodem libro, c. 7. v. 7. *Porticum quoque Solis, in qua eſt tribunal, fecit, & texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem, & domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum, erat in media porticu ſimili opere*; Indicat Pineda lib. 6. de Salomone, c. 8. Sanchez ad nominatum c. 10. tertij Regum, Salianus tom. 3. ad annum mundi 3033. n. 12. Certè Ioſephus lib. 8. Antiquit. c. 5. Baſilicam condidiſſe Salomonem affirmat magnam, & pulchram multis ſuffultam columnis ad cauſas forenſes agitandas, & lites decernendas; Cùm igitur ad ſeria tractanda deſtinatum locum tanto decorandum pulimento æquum iudicauerit Salomon; quid arbitramur operatum fuiſſe in his, quæ ſoli pompæ, & iucunditati ſubſeruirent? Sed quali apparatu prodiret in publicum Salomon deſcribere non omiſit præfato libro Flauius, capite nanque ſeptimo, poſtquàm equorum compoſitionem & formam laudaſſet, *His* (ait) *decus addebant equites, flos iuuentutis, procera ſtatura, promiſſóque capillitio conſpicui, & tunicas è Sarrana purpura induti; ad hæc ramentis auri capillum quotidie ſpargebant, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum reflecteretur; Hi armati & pharetris ſuccincti regium currum ſtipabant, quo ſublimis inuectus, & amictus veſte candida, manè ſolebat vrbem egredi*; Tanta cùm eſſet ſatellitum elegantia, quibuſnam ornatum, ſeu ingenij, ſeu naturæ inuentis regium vehiculum æſtimabimus? Vt iam illa ſtupori non ſint, quæ huius c. 3. Hymenæi legimus, columnas fuiſſe argenteas, reclinatorium aureum, aulæa ex meliori purpura, intimum eius (vt loquuntur Septuaginta) lapidibus conſtratum proculdubio pretioſiorum lectiſſimis quibuſque: probant quoque curruum eximiam fabricam, quòd horum cura non niſi ingenuis commiſſa; *De filijs enim Iſraël non conſtituit Salomon ſeruire quenquam:* (Regum 3 c. 9. v. 22.) *Sed erant viri bellatores, & miniſtri eius, & Principes, & Duces, & Præfecti curruum, & equorum.* Denique euincit allatas nominatim ex Ægypto quadrigas, ibidē c. 10. v. 29. atque hoc illa tangunt c. 1. Canticor. v. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea*; Qualis verò, & quàm magnificus; ſiue quadrigarum, ſeu tabernaculorum ornatus Ægyptiorum conſueuit eſſe Toparcharum, facilè animaduertet, non tamen abſque ſummo ſtupore, qui Athenæi lector extiterit, præſertim lib. 10. vbi ad longum depingit Ptolomæi Philadelphi tentorium; De multis vnam ſententiam tranſcribendam duximus, quoniam pro Salomonis pellibus facit, & cuius eſſent voluptatis, pulchritudiniſque demonſtrant: *Interior* (inquit) *eius ſtationis pars Phœniceis tapetibus circunuelabatur: interuallo medio, quod hunc locum à tentorio ſeparabat animantium pelles incredibilis varietatis, & magnitudinis pendebant*; Cùm igitur quo tempore hic decantatus eſt Hymenæus, omnium linguis, & narrationibus commendarentur Salomonis tentoria, rhedæ, equitatus, duxit ab ea re ſimilitudinem ſponſa, quæ ob maximam celebritatem nullius cognitionem latere poſſet.

Salomonis quàm ſplendidum ſatellitium. Ioſeph.

Curruū Præfecti ex honoratis & ingenuis. Cant. 3.

3 Reg 9.

3. Reg. 10. Cant. 1.

Nobiliſſimæ carruca Salomonis.

Athen.

1. Reg. 13.

Curruum multus vſus Paleſtinis.

Thronus Salomonis iudicando deſtinatus.

3 Reg. 10.

Ioſeph.

Pineda. Sanchez, Salian.

Alterum fundamentum ſuppeditant verba Cātic. c. 6. v. 3. *Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem*; Nam, quod aliàs diximus ex Hieronymo ad illud cap. 49. Iſaiæ: *Dixit Sion, Dereliquit*, &c. modò ex Strabone eadem promimus lib. 16. qui Hieroſolymitani ſoli formam delineans; *Eſt enim* (ait) *petroſum, circuniacentem regionem ſterilem ac ſiccam habens, & intra ſexaginta ſtadia petroſam*; Hunc ergo tam infauſtum ſitū ad venuſtatem reduxiſſe quanti operis fuerit? Fateor extruſo Iebuſæo Dauidem edificaſſe per gyrum à Mello, & intrinſecùs; ſed, quod decoris plurimùm conciliare poſſit, regiā ab eo ex nobilibus conſtructam lignis, Reg. 2. c. 5. v. 9. At ſemipolita adhuc ciuitas, cùm & muri rudis eſſent operis, & plateæ incompoſitæ, & extra murorum ambitus informia vniuerſa; denique diuinis mancipata cultibus adhuc Baſilica non cerneretur: Sed per Salomonem

73. *Cant. verſus ex c. 6. declaratus.*

Hieroſolymitanus tractus horridus Strabo.

2. Reg 5. *Salomō Hieroſolymorum vrbem formoſam & comptā reddidit.*

Salomonem redintegrata hæc omnia, docebit Ioseph. Iosephi oratio lib. 8. Antiquit. cap. 5. *Caterùm Rex, cùm videret mœnia Hierosolymorum turribus, & propugnaculis ad securitatem egere, nec ea dignitati vrbis satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit*; Atque septimo capite: *Diuina autem quadam diligentia, ac prouidentia in rebus omnibus vtebatur: & cùm esset elegantiarum amator, ne viarum quidem curam prætermisit, sed silice constrauit, tum vt vltrò, citróque commeantibus esset facilis, tum ad ostendendam hac quoque parte principatus sui magnificentiam*; Superfluum est referre de templi fabrica, & regiarum ædium, quibus præficiendis operibus cùm ad structionem necessaria, cuncta in promptu essent, ipsos viginti annos consumpsit, sileo hortorum, nemorum, vinearum delicias incomparabiles, quoniam de his abundè tractat ipse ad cap. 2. Ecclesiastæ. Igitur, cùm ante Salomonis imperium, Sion venusta dici non potuerit; aut certè nullatenus summam eam venustatem consequuta sit, quę Virginis speciem exprimeret, cuius forma decentissimos quosque feminarum vultus obnubilaret, sequitur post absoluta Hierosolymitanæ vrbis, quæ audaci mente conceperat opera admiranda Salomon, hæc de sponsa prolata fuisse; Eiusdem roboris argumentatio ab aliis nominati c. 6. verbis, nempe; *Sexaginta sunt Regina, & octoginta concubinæ*, &c. Sed, quoniam de his alibique Epithalamij locis, quorum allusio est ad Salomonem egimus superiùs Anteloquio 1 Sect. 9. num 69 supersedemus diffusiori probationi.

74. Ex c. 4. Canticorum perperam discussa.

Sed labefactari statuta à nobis per versum 4. cap. 4. Canticorum asseras: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*; Nam expulso ab arce Sionis Iebusæo, regni difficilioribus compositis rebus, cùm misisset Tyriorum Dynasta Hiram ad Dauidem, & peritissimos Architectos, & cedrinæ copiam syluæ; regiam extruxit operosa magnificentia, Reg. 2. c. 5. variæ, & ad ostentationem, & ad munimen diuersis basilicæ partibus fabricatæ turres, ex quibus illa, quę armamentario designata ostentabat iucundissimum bellicosis spiritibus pabulum, clypeorum ingentem multitudinem, quemadmodum & huius tribus, diuino profinóque ædificio absoluto; *Ducentas hastas aureas*, Paralip. 2. c. 9 vers. 15.) *trecenta quoq; scuta aurea posuit in armamentario, quod erat constitum nemore*, hoc est æde à saltu Libani nomẽ vt autumat Pineda lib. 5. de Salomone, c. 5 n. 5 quam domum inter Salomonis plurima miracula præcipuè obseruasse Sabæorũ Reginam, Auctor est Iosephus lib. 8 Antiq. c. 6. Igitur, cùm ad hoc Dauidis venustissimum opus respiciant Canticorum verba, oportet concedamus in eius incidisse tempora Epithalamium Respondeo, esto quidem turris eius facta sit mentio quam à fundamentis duxerit ad fastigium Dauid, verùm, cùm describitur à sponsæ laudatoribus, defunctum iampridem fuisse Dauidem; quippe repręsentat nobis hoc Epithalamium Salomonem cum eo quadrigarum apparatu, quem depinximus numero 70 cum sexaginta Reginis, & octoginta concubinis, præter adolescentularum absque numero mandras; denique repræsentat, vt disputabamus numero elapso, Hierosolymam decoris vltima lineamenta consequutam; Vt autem concedamus, etiam superstite Dauide regnasse Salomonem, quod mauult Pineda lib. 2. de Salomone, cap. 10. Salianus tom. 3. anno mundi 3020 num. 4. at imperij consociatio vix biennium explicauit; quo interuallo adhuc Salomoni tanti fastus vix pictura, quem moderata pompa, regia, scilicet, mula vectum, Principatus & consortem & hæredem scimus declaratum Reg. 3. cap. 1. vers. 33. sed & viginti annos perficiendo templo, ædibúsque suis extruendis absumptos scribit Iosephus lib. 8. Antiquit. cap. 2. denotátque satis Palip. 1. caput octauum, vers. 1. Denique illæ tot Reginæ, tot secundariæ vxores, tanta iuuencularum caterua, non nisi adulto iam dominatu; alludunt itaque Canticorum verba ad Dauidis sepulti, non autem viuentis opera.

Salian. 3. Reg. 1. Ioseph. 2. Paral. 8.

Armamẽtarij Salomonici splendida, & venusta fabrica. 2. Paral. 9. Pineda. Ioseph. Pineda.

Fortasse etiam turris ista, quamuis à Dauide appellationem mutuaretur, sed eius non erat tamen opus; nescimus enim ab homine militari, atque voluptatum osore, tantarum elegantiarum molem aliquam constructam, quæ virginis mulierum pulcherrimæ collum, cuius erant multæ, & subtiles dotes, aptè repræsentaret; At, quibus nixi rationibus hæc coniectamur? Equidem Salomon cùm statim à parentis exitu Pharaonis filiam duxisset, *Adduxit eam in ciuitatem Dauid* (Reg. 3. cap. 3. vers. 1.) *donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini*; Phariæ autem puellæ quo gratum faceret sponsus, quoniam sciebat deliciis enutritam, (Ægyptiorũ enim plurimus est luxus) regiæ, quam genitor firmiùs magis, quàm excultùs erigendam curauit, elegantias addidit; eminebat autem inter cæteros ædificij labores turris aliqua, artis præcipuum opus, cuius è fastigiis cùm armati (vt probabile est) penderent clypei, dignum magnificentia Salomonis ostentum, gratiam conciliabant incredibilem, præsertim quoties à solarium radiorum illustratione quasi fulgura emittebant, quod frequens erat sub Palæstino non multùm nubilo cœlo.

75. *Turris Dauid, de qua Cant. 4. Salomonis opus.* 3. Reg. 3.

Video contra hæc allaturum aliquem id, quod insinuat Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 7. n. 2. non habitasse quidem mulierem alienigenam intra ipsius Dauidicæ Basilicæ circulum, quoniam hæc, eò quòd Arcam fœderis recepisset, sanctificata habebatur; constructam nihilominùs Reginæ habitationem intra Sionis ambitum vocatum communiter *Dauidis vrbem*; non enim tota ciuitas sacrata dicebatur, sed regia Principis tantùm, quam Arca intrauerat; Scriptura autem solùm perhibet delatam Pharaonis gnatam in ciuitatem Dauid ex Ægypto, & ex hac traductam ad ædes, quas consummata templi fabrica Princeps sibi, Reginæque erexerat: Sanè mihi tutum hæc omnia admisisse, quod ad præsens attinet institutum; sit ita: dicam equidem huius structuræ partem fuisse illam turrim, quam etsi iusserit Salomon erigi, quoniam tamen ædificauit intra ciuitatem Dauid, vocata est Dauidis non Salomonis turris: Sed veritas est, nequaquam in arce Sion, præter Dauidis regiam, aliam compositam domum, qua habitaret Pharaonis filia: tum, quoniam huius constructionis labor impedimento fuisset templi fabricæ, à qua velut à potiori opere incepit Monarcha: tum maximè, quòd 2. Paral. cap. 8. vers. 11. reperiamus expressum, intra Dauidis penates moratam fuisse Ægyptiam quoadvsque Palatij ingentem architecturam absoluit Salomon: tunc nanque *Filiam Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei; dixit enim Rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid Regis Israël, eò*

76. Pineda. *Pharaonis filia vbi habitauit, donec ei constructa regia à Salomone?* 2 Paral. 8.

quòd sanctificata sit; quia ingressa est in eam Arca Domini; Ac quamuis tali loco habitare feminam aliquam interdictum fuisset; aut specialiter prohibitæ mulieres alienigenæ, licèt Iudaïsmum amplexæ, qualis erat Pharaonis filia; tamen, quia indecorum erat Reginam alio, quàm magnifico vixisse loco; non decebat autem templi constructionem differri, vt humanæ personæ pararetur hospitium, potuit absque noxa in domo sanctificata Dauidis per integros viginti annos habitare, quoniam non erat hæc statio fixa, sed ad tempus solùm, vt probè obseruauit Lyranus ad cap. 9. lib. 3. Regum, cuius moræ iustæ suppetebant causæ; Quem ego articulum vno, alteróve exemplo declaraturus sim, quoniam prætermissum animaduerto ab Interpretibus; Eum quidem ensem, quo Dauid superbi gigantis abscíderat verticem tabernaculo ipse suspenderat trophæum victori Deo; ab inde iam sacer ille gladius, & profanis vsibus negatus; postulauit deinceps idem qui dono dederat Dauid Reg. 1. cap. 21. quoniam quidem properanter per fenestram demissus à Michol, arma secum portare nequierat; inermem autem viam capere non decebat; Sed & inhonorum erat, virum nobilem strenuissimúmque Ducem inaccinctum se ostendere; Has ob rationes excusant à leuissimo etiam scelere Abulensis quæst. 21. ad nominatum cap. 21. lib. 2. Regum: Sanchez ibidem: Pineda lib. 1. de Salomone, cap. 3. num. 7. Salianus tom. 3. anno mundi 2973. num. 110. Alterum est; Ethnicis vetitum fuerat Hierosolymitarum ingredi templum; nam Actor. cap. 21. vers. 28. Paulo culpæ vertitur, quòd Gentiles induxisset in templum, & sic violasset locum sanctum attamen si ob iustas causas intrare vellent, id est, orandi gratia, poterant quidem, & fortasse in atrium Israëlitarum; sic enim verba illa Reg. 3. cap. 8. vers. 41. indicare dixeris; *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum, & orauerit in hoc loco; tu exaudies in cœlo*, &c. Quod iudicarunt Forerius ad illud Isaiæ cap 56. vers 7. *Domus mea, domus orationis vocabitur*, &c. Maldonatus ad versiculum 20. cap. 12. Ioannis. Quemadmodum igitur Ethnicis permittebatur loco consecrato ad tempus subsistere, quin pollueretur hac de causa Dei fanum, quoniam, honestis concitabantur rationibus; & vti poterat Dauid lateri accomodare ensem piis vsibus consignatum, postulante hoc, aut salutis, aut honoris cura; sic poterat per viginti annos Pharaonis filia Dauidis habitare sub tectis, quamuis ab Arcæ ingressu sanctificatis; quoniam alij nulli penates, quibus pro dignitate stare posset: neque vt de nouo construerentur, opportunitas erat vlla.

Pharaonis filia absque noxa habitauit sanctificata domo viginti annis.

Lyran.

Dauid consecrato gladio vtens nõ peccauit 1. Reg. 21.

Abul Sanct. Salian.

Ethnici, quã partem templi ingredi poterant? Act. 21

3. Reg 8.

Isaiæ 56. Forer. Maldon.

77.

Canticorum sententia ex cap 7. enucleata. Hesebon vbinam? & an lacubus nobilis? Num. 32.

At caput septimum Canticorum molestiam nobis plurimam generat: comparantur quippe vers. 4. oculi sponsæ piscinis in Hesebon; Porrò fuit Hesebon metropolis Regum Amorrhæorum, quam quidem illic expulso Moabitarum tyranno occuparunt, & posteà sortè obuenit filiis Gad, & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse, Numerorum cap. 32. vers. 33. at ignoramus, Salomonis ætate huiusmodi extitisse vrbem; Cùm igitur eo tempore congruum est, hanc desumptam à stagnis comparationem, quo lacus ipsi extitissent, (neque enim conueniens est ab his, quæ perierant, desumi parallelum,) necesse est affirmemus, Epithalamij huius ætatem Salomone multò antiquiorem fuisse; Respondeo, forsan dubio verti posse, an Hesebon lacubus, & piscinis abundauerit: situm nanque fuit regnorum hoc caput monte, ac proinde loco stagnis, & profluentibus non nimiùm opportuno: Audiamus super his Commentarij de Hebraïcis locis censionem: *Hesebon* (ait) *ciuitas Sehonis Regis Amorrhæorum in Galaatide; quæ, cùm fuisset anteà Moabitarum, ab Amorrhæis belli iure possessa est; Meminit eius Hieremias, & Isaïas in visione contra Moab; Porrò nunc vocatur Esbus, vrbs insignis Arabiæ in montibus, qui sunt contra Hiericho, viginti à Iordane millibus passuum distans*; Et quidem ab aquis hæc non laudat descriptio; & cùm frequentissima in veteri Instrumento Hesebon memoratio reperiatur, aquarum multum est silentium: Legi poterit Numerorum cap. 21. & 32. Deuteron. 2. & 3. Iosuë 9. & 12. Iudic. 11. Isaïæ 15. & 16. Hieremiæ 48. & 49. Quòd si Hesebonem semel statuamus piscinis & lacubus caruisse, oportet meditemur, huiusmodi nomen stagno alicui impositum, quod ipse Salomon, dum reliqua perficeret opera, parietibus clausérit visendæ iucunditatis: nam extructas à se piscinas deprædicat Ecclesiastæ cap. 2. vers. 6. & Iosephus lib. 6. de bello, vestibulo cap. 6. stagni Salomonici meminerat: Cùm verò dixerimus Hesebonem principem sedem extitisse Regum Amorrhorum, si fortè à capitali vrbe (quod non infrequenter euenit) tota prouincia nomen acceperit: sanè cogemur fateri Toparchiam aquis abundasse, nisi nos decipit Iosephus 4. Antiquit. *Situm esse* (inquiens) *regnum Sehonis inter tria flumina, quasi insulam; nam à Meridie cingitur Arnone, à Septentrione Iabor, & Occidentem ripa Iordanis terminat:* Aquis igitur cùm vndequaque cingeretur, præbebat facilem copiam piscinarum extructionibus, quas veteres Amorrhæorum Dynastæ cùm in præcipuis deliciis haberent, magnis sumptibus, summáque industria id adepti sunt, vt intra Palæstinorum fines, ab aquarum contemplatione nullibi maiores voluptates capi potuissent; Salomon autem cùm se non satis glorioſum arbitraretur, nisi quicquid rarum & eminens intra vniuersam fuisset Iudæam, id operibus suis Hierosolymitanis æmularetur, atque naturam ipsam, quoad fieri posset, artis inuentionibus superaret: quemadmodum hortum sibi composuit quem, eò quòd Libanum ad viuum referret, *saltum Libani* nuncupauit, vti Abulensi, Comestori, Nicolao, & Richelio visum apud Pinedam, lib. 5. de Salomone, cap. 7. num. 2. atque intra hoc nemus tumulos erexit, qui iuga Libani imitarentur, Amanam, Sanir, & Hermon, Iudicibus Delrio, atque Gisserio ad vers. 8. cap. 4. Canticorum: sic quoque fluuios & lacus meditatus est, qui exprimerent pulcherrimos quosque Chanaanitidis amnes, & piscinas: & cùm inter fluenta vniuersa palmam reliquis præriperent Hesebonis stagna, hæc sibi imitanda proposuit: & cùm illorum spirantem ideam assecutum se vidisset, vocauit germanos fontes iisdem nominibus: Si tamen diuinare nos in his omnibus potiùs, quàm solidi quidpiam afferre aliquis conqueratur, pronunciemus ad eum modum, quo Cassiodorus, Beda, Ambrosius, Rupertus, Lyra, quos citat expositione 1. Gisserius, putant verba illa cap. 6. Cantic. *Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Animadab*, sic intelligenda, vt comparatio fiat inter sponsum, & Aminadab

Traditiones Hebraïcæ.

Num. 21. & 32. Deuter. 2. & 3. Ios. 9. & 12. Iudic. 11. Is. 15. & 16. Ier. 48. & 49.

Salomõ piscinarum structor. Eccles. 1. Ioseph.

Hesebonis regio aquis abundans.

Ioseph.

Saltus Libani quidnã inter Salomonis opera.

Pineda.

Libani mõtis qualem imitationem finxerit Salomon? Delrius. Gisser.

Gisser. Cant. 6.

Iudæ

Iudæ Patriarchæ abnepotem, vt qua ille velocitate post Moysen primus rubri æquoris vada ingressus sit, eo ferantur alatu sponsi currum trahentes equi; itaque similitudo desumpta sit ex prouerbiali formula ab eo, quod multis præcessisset sæculis; sic cùm alia multa fuissent stagna, quibuscum sponsæ lumina comparari possent; quoniam tamen à vetustissimis temporibus mansit fama piscinarum Hesebonis, quæ laudatissimæ fuerunt, stante Amorrhæorum regno, ab his ductum exemplar & typus; Atque his ostenditur minimè firmum esse, quod obiectio supponebat; nempe, similitudinem non deriuari ab iis, quæ periissent; sed necessariò tum extare, cùm fit comparatio: nam, vt in aliis hæc valeant; tamen in prouerbiali loquutione robur amittunt, quæ perpetuò ferè à præteritis ducuntur.

Currus Aminabab prouerbialis loquutio.

78. Restant adhuc nobis illa ipsa verba, ex quibus robur conclusioni nostræ afferre conati sumus; nimirum, cap. 6. Cantic. *Pulchra es, amica mea suauis, & decora sicut Hierusalem*; Nam pro eo, quod vulgatus *suauem* interpretatus est; Hebræa habent, *Thersa*: quod vocabulum Hebraïzantes non appellatiuè, sed propriè sumendum esse putant pro vrbe nempe amœna eius nominis, de qua Reg. 3. cap. 14. & 15. qua Reges Israël sedem Imperij collocarunt ante conditam Samariam; at hæc vrbs nullius famæ fuisse videtur dominante Salomone; neque enim celebris eius aliqua inuenitur mentio, nisi elapsis post tribuum defectionem plurimis annis; ergo comparatio cum *Thersa* facta, Salomonis æuum non respicit. Dico primùm Hebræum *Thersa* appellatiuè constituendum, quoniam præter Vulgatum (cuius tamen sola auctoritas sufficiens extitisset) ita transtulêre Græcæ editiones Septuaginta virorum Aquilæ, Symmachi, quintæ versionis: nam verbo vtuntur omnes, εὐδοκία, quod aut beneplacentiam, vel suauitatem denotat; Fauet Chaldæa Paraphrasis, & inter Hebræorum Magistros Rabbi Salomon, quemadmodum latiùs explicatur ad vers. 3. cap. 6. Cantic. à Genebrardo, Sotomaior, Delrio, atque Gisserio; quo stabilito, argumenti nulla est virtus: Dico deinceps, concedere nos, vrbis nomen esse; quam vrbem Sotomaior loco iam iam nominato asserit ad tribum Iuda pertinuisse; Verùm fieri non potuit, quando ibi decem tribuum Principes aulam per aliquot annos constituerint; remansêre autem cum Roboamo Benjamin, & Iuda suis cum possessionibus; quare Adrichomius 1. Manasse, num. 60. ad huius appellationis tribum spectasse definit: Magallanes tom. 1. in Iosuë cap. 12. annotatione 3. sectione 3. mauult Ephraïm tribuere quam esse veriorem omnino sententiam euincit Bonfrerius in Onomastico verbo *Thersa*, & adspectu comprimis amœnam vrbem adstruit: cuius fuêre opinationis ad eum Canticorum, quem allegaui, locum Aloysius Legionensis, & Almonacyrius: cuius quidem portionem soli bonitate singulariter donatam euincit Magallanius tom. 2. in Iosuë Epitome Isagogicæ sect. 6. numero 18. quippe in hac, atque Manassæa tribu, vtpote filiis Ioseph adimpleta quæ semper Iacob moribundus prædixit Genes. 49. vers. 25. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ*, sicut annotauit Pererius ad eam Prophetiam; Cùm ergo tam felicem glebam accepissent Manasses, & Ephraïm, quando in huius, aut Manasse tribu *Thersam* ponant Interpretes, verosimile est id, quod ad præfatum Canticorum locum Explanatores communiter affirmant, & ad quartum decimum cap. lib. 3. Regum noster Sanchez, iucundo in primis & desiderabili loco sitam hanc vrbem, vt suauissima planè, & benè supra modum placens esset illius habitatio termini; Concedimus igitur, Salomone imperante, quod ad ciuitatis venustatem attineret, quam & ædificia, & plateæ, & murorum affert maiestas, his catuisse ornamentis; sed cùm à natura haberet gleba, vt amœna atque delicioſa esset, his etiam dotibus tunc præditam fuisse; Concinnè itaque quicunque sponsam laudabit, pulchram sanè ad instar Solymorum pronunciabit: sed suauem in modum *Thersæ* nimirum, sub id temporis ad vmbilicum perductis à Salomone omnibus domesticis operibus, vrbéque suis numeris absoluta, nihil erat, quod perfectam venustatem meliùs repræsentaret, cùm & elapsis temporibus marcescente ab annis pulchritudine, de ea Hieremias testatus sit Thren. c. 2. v. 15. *Hæccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?* At *Thersa* cùm penè eremus tunc esset, aut villula ignoti nominis, laus eius vniuersa à floribus à naturæ cumulatis muneribus, quæ vt suauissimi erant & tactus, & odoris, sic ab iis ad sponsæ declarandam suauitatem aptissima depromi potuerunt exempla.

Canticorum modus ex cap. 6.

Thersa, quænam ciuitas, & quam ad tribum spectans? 3. Reg. 14.

Septuag. Aquila. Symmach.

Paraphrast. Chald. Rabbi Salomon. Genebr. Sotomaior. Delrius. Gisserius.

Thersa vrbs iucunda ad tribum Ephraim spectans.

Adrichom.

Magall.

Ephraim, & Manasse sors opulenta & felix.

Genes. 49.

Magall.

Sanchez.

Thren. 2.

SVBSECTIO I.

Libani descriptio: num genialis pompæ locus? ex cap. 3. & 6. Canticorum versuum duorum interpretatio: sub Salomonis imperio quantus optimatum fastus? in Libanum quoties, & quas ob causas profectus? verba ex Paralip. 2. dilucidata: Sponsæ patria Tyrus; duplex ei nomen: Genitor de classe nobilium.

79. SAnè, quacunque tādem Chanaanitidis regione genialibus indultum est epulis, cæterisque nubentium plausibus, id præter dubium est, fuisse situm amœnitate summoperè commendabilem, cùm vbique personent & nemora, & Tempe, & saltus, nunc vallium profunda, nunc montium inaccessi vertices audiantur, iam & perstrepunt viuentium lympharum inter Paradisos malorum punicorum deducti loquaces riuuli, & vineæ conspiciuntur, & detonsarum ouium balatus, & turturis cæterarúmque auium ad aures defertur Musica: Sed apud Solymorum inclytam aulam hæc vniuersa, inquies, cùm huiusmodi nihil à se prætermissum potentissimus declaret Salomon Ecclesiastæ c. 2. Nam & domos æstiuas fabricauit sibi, & hortos fecit, atque pomœria, quæ cuncti generis arboribus conseuit: & extruxit piscinas aquarum, vt irrigaret syluam lignorum germinantium: Obseruo, Libanum inter Syriæ montes celebertimum ad Palæstinæ Septentrionem surgentem, quíque regionem à cæteris nationibus per Aquilonem diuidit, cùm longissimè protendatur, pluráque sub vno colle continentur iuga, Galaad, Hermon, Sanir, Amana, (fortè & Carmelus aliquis,) in duo tamen membra potissimùm

Ecclesi. 2.

Libani diuisio, & vbi eius celeberrima iuga incipiat, desinántque?

Sherlogi Anteloq. in Cant.

potissimùm dissecari; alterum ipsius Libani nomen integrè retinens; alterum Antilibani voce
Plinius. significatum; Libani exorsum Plinius libro 5. cap. 20. à tergo Sidonis collocat, in quem excurrere docent Gueuara ad cap. 2. Habacuc, n. 317.
Gueuara. Galarza. Galarza euangelicarum Institutionum lib. 6. c. 2.
Strabo. At meliùs describere Strabonem lib. 16. affirmat
Masius. Masius, quem & sequitur ad vers. 4. cap. 1. Iosuë: dicit vterque Libanum incipere apud Tripolim eique vicinum suburbium Θεοῦ πρόσωπον, id est, Dei faciem vocatum: Antilibanum autem prope Sidonem; Acquiescunt huic Pronunciato ad
Salmeron. vers. 8. cap. 4. Canticorum Sotomaior, Salmeron prologo 41. Adrichomius in Aser, num. 14. Ma-
Magall. gallanius tom. 2. in Iosuë, sectione 4. annot. vnica
Adrichom. hanc sententiam optimè declarat Bonfrerius in Onomastico, verbo Antilibanus, & Annotationibus ad tabulam suam Geographicam: De huius montis dulcissima temperie, vineis, aromatibus, sylua imputribili, & odorata, venationibus, scire cupientem amandamus ad tabulas Adri-
Libanus antiqua vbertate & gloria nunc denudatus. chomij; legat in tribu Nepthalim num. 63. neque enim intentio est transcribere, quæ apud plurimos reperias, nisi quantùm instituti sermonis necessitas exigat: illud tamen omittere non præstat, quoniam Dei honor est; quanquam si cum antiqua gloria præsentem Libani statum conferas, infelix censendus sit, nimirum & cedrorum copia, & cætera vbertate spoliatum cernas, quemadmodum diligentissimi nobis testantur Scriptores
Genebrard. Ribera. Genebrardus ad annum Christi 71. & mundi 4160. Ribera in c. 7. Amos, num. 19. & Dux Radziuillus in Peregrinatione sua Ierosolymitana pag. 26. ex tanta Cedrorum copia, hodie solùm viginti superstites affirmat: Sed eo titulo beatissimum esse, quòd inter Mahumetanorum execrandam rabiem, diráque supplicia Moranitæ eius incolæ Romanæ Sedis fidem profiteantur: qua de re idem Radziuillus pag. eadem, & pag. 149. noster Posseuinus in Apparatu, verbo,
Maronitæ Libani montis incolæ Catholici. Posseuin. *Moranitæ:* idémque Bibliothecæ lib. 9. in argumento operis quos sub Gregorij XIII. fausto Pontificatu erroribus quibusdam liberatos, deinceps regulas integrè sanas obseruasse memorat.

80. Existimo ergo, locum nuptialibus spectaculis
Libanus genialis pompæ locus. dicatum Libanum fuisse; Primùm, quoniam huius montis quidpiam omnes Epithalamij istius anguli perstrepunt; siue Galaad conscendere intuemur caprigenum pecus; seu odoramur iuga aromatum, thuris & myrrhæ colles, aut immurmurant viuentium aquarum fontes, quos impetuose emittit Libanus; Secundò, quia huius effati clarissimos tutelares ex Patrum, recentiorúmque potiori corona dedimus Anteloquio 1. Sectione 7. num. 51. Tertiò, quoniam id manifestè
Cant. 4. euincunt verba illa cap. 4. Canticor. *Veni de Libano, sponsa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Samir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum:* Nam, vt concedamus id, quod non pauci volunt, Libani montis repræsentationem à Salomone exhibitam nemore, quod Libani saltus appellatum, aut intra metropolim, aut prope illam: sed, cùm hæc figura, & symbolum veri Libani tantùm extiterit, Canon ille vocandus in memoriam, quem nos satis stabiliuimus nominata dudum Isagoge 1. sectione 4. num. 26. nempe, sacra Instrumenti verba construenda de eo, quod propriè, & absque translatione significant, modò ex tali Interpretatione non resultet implicantia; at ex eo, quòd intelligamus præfatas Canticorum sententias esse commonitorium, vt veri Libani eremum sponsa deserat, & ruri præferat delicias metropolitarum, velítque vnà cum dilecto aulam inuisere, nullum deriuatur inconueniens: igitur in hunc sensum præstat verba illa exposuisse: iis autem sic explanatis deducitur facilè, quod proponebamus: nempe, Libano concelebratam genialem pompam: nam certè ibi & sponsus & Hymenæus, cæteráque connubiorum gaudia, vbi sponsa aderat: sponsam autem cùm hortarentur, vt Libanum non inuita desereret, necesse est ipsam tenuerit tunc Libanus: apud Libanum igitur genialis pompa.

Hæc firma existimari possint, ni obstaret ver- 81.
Ex Cant c. 3. versus discussus ad lũgum. sus 7. cap. 3. Canticorum: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël:* Atque reliqua sequentia de ferculi incomparabili opere, quæ omnia maiora videntur, quàm vt conuenire possint in alium præter Salomonem Dauidici imperij hæredem: Vt autem semel statuamus Salomoni hæc esse tribuenda, quorsum asseramus, Hierosolymam relinquere voluisse, & optasse insignis triumphi spectatores potiùs Libani agreste vulgus, quàm nobilitatem Solymitanam? Sed vocantur ad pompam Sionides: *Egredimini* (inquit) *& videte, filiæ Sion, Regem Salomonem;* Vt omne dubium tollatur, traductum celebri spectaculo Monarcham per Solymitanas plateas, quando ad visendum non aliæ personæ, quàm metropolitanæ inuitantur, siue heroïnæ, seu honestæ quæque nurus: Respondeo, hæc sanè grauia esse, & terrere quidem, sed componi tamen; Dicere quippe valeamus, relata, quanquam præstantia & magna, non tamen desiderare summum Monarcham, vt in neminem excepto hoc conueniant: Nam Salomonis tempora, cùm & diuitiis, & maiestate, atque fastu præcedentium sæculorum ætates superassent, mirum non est eiusmodi habuisse sub se Dynastas, quorum saltem pauci aliqui eum gloriæ apicem attigerint, vt & haberent ex robustissimis, qui lectícam obseruarent sexaginta, essedum quoque auro, purpura, gemmis micantissimum: Plúsne hoc, quàm vt tantus Monarcha filiam daret, non quidem vni
Salomonis filiæ quibus maritis datæ? 3. Reg. 4. Lyran. Sanch. de summis Principibus, sed duobus rei frumentariæ præfectis, de quibus Reg. 3. cap. 4. vers. 11. & 15. ex Lyrani, nostríque Sanchez eius loci interpretatione? Atque, vt omittam externa, quibus probare valeamus parem cum dominis maiestatem penè assecuros seruos (sic enim leges de pluribus Magni Alexandri amicis apud Plutarchum, quorum nimium fastum cohibere Imperatori fuerit necessarium, & de Pompeij liberto Demetrio apud eundem, qui etiam domini sui gloriam vicerit) sacra nobis monumenta Iosephum repræsentant, Genes. cap. 41. vers. 40. quem Pharao vno tantùm regni solio anteceserit; in in comitatu, in lectícis, in cæteris ornamentis pares; Sed & Amanum cùm super omnes, quos habebat Principes, exaltasset Assuerus Esth. c. 3. vers. 1. iussit, vt eo transeunte genibus omnes procumberent, quem honorem non nisi imperatoriæ Maiestati exhibendum meritò æstimemus, quando eo maiorem creatura vindicare non possit; Itaque inauditum non est, subditorum aliquos ad regiam pompam proximè accedere? atque Salomon, cùm maiestate anteiret cæteris Dominatoribus, faciebat ad hanc gloriæ

Plutarch. *Optimates, qui Imperatorum fastũ attigerint.*

Gen. 41.

Esth. 3.

ostenta

ostentationem magnoperè eos vt sub potestate sua numeraret Optimates, quorum prædia & incredibiles thesauri, domus, supellex, ministrantium cateruæ aliarum prouinciarum summos Monarchas vincerent; Denique verissimè ab illo dictum.

Regis ad exemplum totum componier orbem.

Sub imperio Salomonis quantus Optimatum fastus?

Salomoni autem quadrigarum ingens fuit amor, & æquales amori sumptus, quod ostendimus à num. 70. Sed & elegans, atque copiosum satellitium, cùm inter ea, quæ Sabæorum Regina cum stupore profundo contemplata sit, numerentur

3. Reg. 10. Reg. 3. cap. 10. vers. 5. habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestésque eorum; eius igitur ad figuram regni proceres & ipsi curribus, quibus & artificium, & pretia exquisita, delectati; atque hos, qui ambirent, alebant valentissimorum maximas turmas; Asseri etiam queat id, quod ingeniosè cogitauit noster Sanchez ad Canticor.

Sanch. cap. 3. illa verba: *Propter filias Hierusalem* & ad versiculum 24. cap. 1. lib. 2. Regum, morem fuisse Iudæorum Regibus, vt benè meritis de republica

Monarcha Optimatum nuptijs commodabat regiam supellectilem. Athen. præsertim Monarcha supellectilem ad genialem apparatum necessariam, aut donaret omninò, aut saltem commodaret: cuius in rei stabilimen arbitror facere, quod apud Athenæum legamus Dipnosoph. lib. 12. Alexandrum suas, amicorúmque nuptias post Darij obitum celebrantem, eodem loco, pari etiam magnificentia, qua suas, nuptias quoque sodalium prosequutum fuisse, exceptis solùm aureis fulcris, quibus regis innitebatur thalamus; quo pariter volumine refert, quod aliàs à nobis insinuatum, Polycratem, Samiorum tyrannum, sumptuosos lectos, & pocula affabrè composita habuisse, quæ vtenda dabat, si quis per nuptias epularetur; Concedamus igitur, & lectum, & satellitium, & ferculum ex lignis Libani, cuius de argento columnæ, reclinatorium aureum, pauimentum gemmeum, omnia ad summum Monarcham spectasse: at, cùm sponsus Canticorum de numero illorum esset, qui optimè meriti fuissent, & de Imperatore, & de republica; vtendum huic tribuisse Salomonem, quicquid in regia supellectile optimum, & fulgentissimum habebat: Sed de his redibit iterum sermo Sectione 6.

82. At præbeamus nihil horum accidisse; sed eum, qui lectica vehebatur militiæ flore stipatum Salomonem summum Monarcham fuisse; sed is vt

Salomon Rex num in Libanum profectus, & quando? in Libanum peruenerit, cùm nostri sponsi genialis exerceretur celebritas, iam aggredior patefacere; Sanè Eupolemus Auctor est apud Eusebium lib. 9. præparationis euangelicæ, cap. 4. Salomonem, antequàm templi fabricam inchoaret, profectum fuisse cum patriis amicis ad montem Libani, cum Sidoniis & Tyris, ac cæsa priùs iussu patris ligna per mare in Ioppen transtulisse; inde vero terrestri itinere Hierosolymam: hæc autem

Euseb. Pineda. vt contigisse existimemus cum Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 13. num. 3. oportet, referamus in annum tertium Salomonici Imperij, cùm anno quarto posuerit fundamenta operis, vt Regum testatur apertè liber tertius, cap. 6. vers. 1. Sic igitur per Libani deserta pergentem ad Hirami regnum, vbi cædebantur ligna, cùm militari custodia vallatum ex his, qui in sponsæ comitatu erant, contemplati fuissent nonnulli, & cognouissent illicò Regem, sponsam, quæ *ascendebat per eremum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.* Monent quantocyùs de aduentu insperato Monarchæ; *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt*, &c. Atque illa continuò nuncium remisit ad Hierosolymitanas Heroïnas, quæ simul cum sponso ex metropoli venerant; *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem*, &c. Hæ igitur causæ, vt & Salomon apud Libanum videretur, & vt Hierosolymitanæ nurus extra Solymos eum contemplatæ fuissent. Atque hæc iuxta affirmabimus incidisse contenta hoc Epithalamio ad quartum regni Salomonis annum. Verùm Salianus tom. 3. anno mundi 3044. num. 5. dubiam satis arbitratur hanc Salomonis peregrinationem: multis enim impeditum negotiis pro componenda reipublicæ pace, cùm & in genitorem, inque ipsum contumaces plectendi essent, & ducenda ex Ægypto vxor, & sine mora inchoandum sacrum ædificium, haud facile est credere, voluisse tum, quasi otio maximo frueretur, voluptatis potiùs, quàm necessitatis gratia, iter suscipere: nam, quæ necessitas, cùm datis ad Hiramum litteris eadem, quæ sua præsentia, perficisset: Sed nec tum tanta illa diuitiarum copia, vt ferculum tam operosum, quale Canticorum cap. 3. describit, extruxerit; quoniam nondum classis in Ophiritam soluerat regionem, & vt plurimo abundaret auro, vix totum sufficere arbitraretur ingenti, quam animo conceperat, ædificiorum moli. Alia nihilominus sub idem tempus proficiscendi ratio; nimirum vt ascendenti ex Ægypto Pharaonis filiæ obuius progrederetur: Nam & modò etiam ad radices Libani antiqua vestigia magnificentissimi palatij conspici, quod Salomon filiæ Pharaonis sub nuptiarum auspiciis ædificarit, auctor est Nicolaus Radziuillus in Peregrinatione Ierosolymitana, pagina 27. certè gloriosus, si quando vnquam, processit tunc, vtpotè in die lætitiæ cordis sui: Hæc apta prorsus nisi docuissemus Prolegomeno 1. Sectione 8. num. 60. Salomonem, postquàm & Dei domum, suámque pariter absoluit, cecinisse diuinum hunc Hymenæum: probabile autem est ea modulatum esse, quæ tunc acciderant: Numquid & tunc abeundi in Libanum occasio? planè quidem; Nam sub his temporibus, cùm regnasset per aut quinque aut sex, & viginti annos, domesticis omnibus rebus compositis, ad extera animum conuertit; & cùm aduersùs eum Chananæorum scintilla, quæ montem Libani incolebat, absumptis cum tempore reliquis, rebellis extitisset, quemadmodum prodit Iosephus lib. 8. cap. 3. aduersùs eos cum bellica expeditione processit: erant autem hi Emathæi, quos iuxta Libanum in confiniis Damasci collocat Adrichomius in Nephtalim, num. 45. Ziglerus etiam apud Pererium libr. 15. in Genesim, num. 123. de qua belli victoria illa Paralip. 2. cap. 8. vers. 3. *Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eam* intelligunt Abulensis quæst. 1. in dictum cap. Torniellus anno mundi 3043. Genebrardus lib. 1. Chronographiæ, anno mundi 3150. Magallanius in cap. 19. Iosuë, sect. 5. annot. 2. Pineda, atque Salianus locis anteà memoratis. Bonfrerius in Onomastico, verbo Æmath, quam subiugatam dicit à Salomone: Superatis igitur, qui illius dominatum auersabantur, cùm velut ouans pergeret, vt veterem socium Hiramum, Tyri Toparcham, viseret: fortasse enim tum viginti ciuitates illas, de quibus Reg. 3. cap. 9. vers. 12. in terra Galilææ ei

Salian.

Salomon Canticorum nuptijs qua occasione interfuerit?

Ioseph. *Emath vbi sita, & quãdo à Salomone subiugata?* Adrichom. Zigler. Pereira. 2. Paral. 8. Abul. Genebr. Magallan.

Reg 9. concesserit: quæ quoniam displicuerant, cùm

obuiam habuisset Salomonem, de non benè compensata amicitia sua conquestus; *Haccine* (inquit) *sunt ciuitates, quas dedisti mihi, frater?* Hiramum igitur cùm adiret, diadematus ferculo ostendebatur: siue, quòd moris fuisset. Reges vbique conspici cum coronis, alioqui præliaturus Saül capite deposuisset principatus insigne quod tamen gestasse monet lib. 1. Reg. cap. 2. vers. 10. aut quoniam in magna lætitia is extitisset vsus, sic epulans Assuerus, ministrantibus eunuchis, imperauit (Esther cap. 1. vers. 11.) vt introducerent Reginam Vasthi posito super caput eius diademate; Vel demum quòd recens de hostibus reportatus triumphus sic postulasset; vtcunque tum cingebat tempora aut idem, aut simile omninò diademati, quo eum genitrix Bethsabea condecorauerat, quo die lætissimo Pharaonis filiæ coniunctus est: Cùm autem prope Tyrum, vt sequentibus numeris demonstraturi sumus, Canticorum sponsus genialia ageret gaudia sociante eum Solymitanæ nobilitatis iusta parte; cùm præterueheretur Monarcha, eius intuendi gratia totus se nuptiarum effudit comitatus, atque euenêre quæcunque Canticorum volumen pangit à versu 6. cap. 3. Fortasse & hospes, atque conuiua sponsi fuit Salomon; neque enim hoc eius dedecebat maiestatem, cùm sponsus ex primi regni Dynastis esset: Sed & hæc vniuersa cùm, vt dicebamus, acciderint ab anno, aut vigesimoquinto, aut sexto regni Salomonis; in hunc etiam præstat transcribamus nuptias eas; de quibus toto hoc Epithalamio canitur.

Reges feliti diadema sëper gestare.

Quo regni Salomonis anno peracta nuptiæ Canticorum?

Quòd si Salomonis triumphum in hanc incidisse & temporum, & nuptiarum periodum asseramus, erit tum vt affirmemus, rumorem bellorum, de quo Canticorum cap. 6. in verba illa: *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* commentitium, inanémque fuisse; nempe, sparserant per vulgus rerum nouarum auidi, superesse adhuc alias Salomoni pugnas; quo nuncio pertertita sponsa, metuens, ne recens maritus castra Principis sequeretur, mœstissimos subitò induit vultus inter geniales Fescenninos: aut certè bellum illud fuit, quod Iromus, Tyriorum, Phœniciæque Toparcha, gessit; cui sponsum non solùm suppetias laturum, missis auxiliaribus copiis, eò quòd Hebræorum socius esset; sed etiam, qua erat animi magnanimitate simul & in amicos inuiolabili fide, oblaturum se Regi comitem, verebatur puellæ afflicta cogitatio: Sanè nomen *Aminadab*, id est, Ducis populi, Iromo quadrat cum proprietate, cùm ipse supremo imperio Phœnices regeret, alteri, quod sciamus nemini tributarius; Itaque erat dux capútque populi, cuius militares quadrigæ sponsam terruerant ob causas, quas nominauimus; Porrò Iromum expeditionem aggressum aduersùs Eucheos, quoniam debita tributa non persoluerent, illisque subactis domum victorem reuersum fuisse, tradit ex Menandro Iosephus lib. 8. Antiquit. cap. 5. Quando autem constat, apud Libanum initas nuptias, & peractos connubiales ludos, suspicio multa est, hanc fuisse sponsæ patriam; Coniecturæ fundamenta sunt; quoniam frequentior vsus, quantùm sacra attestatur pagina, vt in sponsæ laribus nuptialia exhiberentur sympo sia: sic Genes. 29. v. 22. in Labanis domo, qui virginis genitor erat, instruitur conuiuium: sic Iudic. cap. 14. vers. 10. descendit pater Samsonis ad mulierem, & fecit filio suo epulum: quem vt intelligeremus morem fuisse regionis, protinus additur; *Sic enim iuuenes facere consueuerant*; Sic Tobiæ cap. 9. apud Raguelem, qui puellam dabat, mensa sternitur; Verosimile igitur est, hoc & ab huius Canticisponso obseruatum, alioquin satius fuisset apud Hierosolymam gaudere, quàm apud Libanum; Deinde perquàm similia videntur illa Canticorum verba: *Veni de Libano, sponsa,* &c. alteri sententiæ ex Psalmo 44. vers. 11. *Audi, filia, & vide: obliuiscere populum tuum, & domum patris tui:* Nam vttobique Epithalamium est, & ad sponsam fit hortatio; Igitur, quemadmodum Psalmi dictione omnes fatentur scopum esse, vt non grauatè ferat sponsa paternos lares deserere, quò sponso fruatur omnibus fortunæ, atque animi dotibus conspicuo: ita & Canticorum verbis suasio est in idipsum collimans, ac proinde Libanus sponsæ patria est, quam patriam vt deserat, hortantur: Vide quæ addimus tom. 2. vestigatione 8. numero 11.

Hiramus supremus Phœniciæ Monarcha.

Ioseph. Libanus sponsæ natale solum.

Gen. 29. In sponsæ domo sueta celebrari nuptialis pompa.

Tob 9.

Psal. 44. Iud. 14.

84. *Libani qua speciali parte edita in lucem sponsa?*

Verùm, cùm longissimè excurrat Libanus, quam eius certam, definitámque partem sponsæ natale fuisse solum affirmabimus? Equidem difficile est de hoc speciosum quidpiam, nedum solidum pronunciare; si tamen statuamus id, quod optimè annotauit noster Villalpandus ad illud cap. 27. Ezechielis: *Abietibus de Sanir.* & indicauit Gueuara ad cap. 2. Habacuc, num. 317. versum cap. 4. Canticor. eum, *Veni de Libano, sponsa: de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*; continere quicquid inhospitale & monstruosum reperitur in eo monte, prætermissa multiplici eius iucunditate; atque artificiosè id à sponso factum, quò horroris, & vastitatis plenum locum sponsa lubentiùs desereret; cùm animaduertisset dilectus, contristatam virginem, quòd eius patria tam malè audiret apud Hierosolymitanos Proceres, matronarúmque nobilissimas; sponsus, quò inflictum præter intentionem vulnus, quoad fieri posset, sanaret; cùm intelligeret, auditores de patria sponsæ latissimè sumpta priora accepisse verba, mox eius regionis, quæ singulariter & ex proprietate sponsæ debeat nominari patria, cumulatissimas laudes modulatur inquiens: *Hortus conclusus, soror mea, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus malorum,* &c. Itaque primus ille sermo est eiusmodi, vt si quis de Italia loquatur, ac solas Alpes in medium afferat, quarum sola descriptione audita, quis non prouinciam, qua alia non beatior, fastidiret? Secundus sermo est, tanquam si Neapolis, aut Florentiæ hortos delicioso s in medium producas; Sponsæ igitur patria cum restrictione *fons hortorum, puteus aquarum viuentium:* sed, vbi hæc lympharum conditoria? Sanè Adrichomius in Aser, num. 67. Magallanius tom. 2. in Iosuë, sectione 4. in cap. 19. annotatione vnica, aiunt, paruo vno milliario à Tyro distare; Wilhelmus Tyrius lib. 13. belli sacri cap. 3. prope Tyrum statuit; & quanquam vnus fons reliquos longè superet, quatuor tamen esse verè fontes, ex quibus puteus ille, qui firmissimis muris ambitur, & cuius aquæ in Tyri planities deriuatæ veris quasi æternam faciem pariunt, nunquam non iuuenescente, nunquam non olitoribus fructuosa gleba; Distat autem Tyrus à Libano per sex mille passus, vt vult Salmeron prolegom. 41. in 5. Syriæ delineatione; *fons* autem *hortorum* ex Libano oritur seno à Tripoli milliario, vt idem Adrichomius tradit in Nephtalim, num. 48. & Magallanius,

Villalp.

Gueuara. Cant. 4.

Cantic. verba ex cap. 4. expensa.

Fons hortorũ, & puteus aquarum viuentium, vbi sit? Adrichom. Magall.

Salmeron.

83. *Canticorum locus ex c. 6. explanatus.*

nius, qui eius legit vestigia sectione 5. in cap. 19. Iosuë, annotatione 2. quanquam in locis externis Adrichomius num. 30. dicat; Tripolim à Libano ter mille passibus distare; quam vrbem Tyrum, & Sidonem respicere asserit, eúndémque pati Dominum, cuius campo fons ille eadem beneficia præstat, quæ viuentium aquarum putens Tyri aruis & pomeriis; Tyriam igitur virginem sponsam fuisse appareat: & propterea toties à columba ducta comparatio, quòd has aleret pulcherrimas Tripolis quæ Tyro affinis & subdita & ideò Psalmo 44 cuius esse carminis idem argumentum cum nostri Epithalamij materia ostendimus ex classicis Præceptoribus Prælusione 1. Sectione 9. num. 72. accinit Poëta vers. 13. *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis:* nimirum, cùm à tanto Dynasta adamatam cernerent non solùm proletaria multitudo, sed etiam opulentiores ciues suspicerent, donáque offerrent nuptialia, gauisi tanto honore patriam condecorari, vt ex hac quærendam sibi sponsam iudicauerit homo diuitiis, amplitudine, ingenio, viribus supra coætaneos, auorum gloria nemini (excepto summo Monarcha) inferior: atque hoc eo tempore, quo maximè florerent Iudæorum res, quo generum optabant quicunque per vniuersam Palæstinam maiori auctoritate, & honore pollebant. Tyriæ verò Prouinciæ singularem designasse ciuitatem, quæ sponsæ antiquam aluerit stirpem difficile est: dubium itáque nam ex Tyri vrbe vel ex coniunctissimis Sidone, aut Sarepta, an etiam de Tripoli: solùm speciosior coniectura, quæ in locum refert Libano situm, aut quàm proximè ad radices.

Psalm. 44.

85. Huius effati duæ aliæ nobis supersunt diuinationes, Prima, quòd diximus huius, quo versamur, Præludij num. 27. hoc dramate inter alias personas introduci virgines venatrices; nimirùm, istud denotari cap. 6. Canticorum, cùm dicitur sponsa terribilis apparere tanquam castrorum acies: atque cap. 7. vers. 1. cùm pronunciatur in Sulamitide non aliud conspiciendum præter choros castrorum: hæc autem posita sunt, eò quòd sponsa, sociæque puellæ pharetras accinctæ, & spicula protendentes, ex venantium norma belli speciem ostenderent, vt Amazonarum peltatas turmas potiùs iudicares, quàm molles nubentium cohortes; apud Tyrum venationibus assuescunt virgines. Scitum est Virgilianum illud Æneid. 1.

Cant. 6. & 7.

Virgil. *Tyria puella venationibus assueta.*

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureóque altè suras vincire cothurno:

Origen.

Quare & Origenes homilia 14. in Iosuë, loquens de Sidone Tyri confœderata vrbe, & eorundem morum: *Sed si interpretationem nominis reddam* (inquit) *quod significat venatricem, vel venatores:* Alia diuinatio est à nomine sponsæ translata: nam, etsi certior appellatio *Sulamitis*: quoniam correcta Biblia sic legunt Canticorum 6. & 7. capite; quoniam tamen septuaginta Seniorum emendatior textus, nempe, Romana editio *Sunamitem* affert, atque eadem placuit lectio veterum plurimis; huic etiam versioni honor deferendus est, cùm vtroque vocabulo nominari sponsa potuerit, quemadmodum Sunam vrbem ad latus australe Hermonis sitam ex aduerso montis Gelboë, Sulam quoque vocatam esse affirmat Adrichomius in Isachar, numero 57. à qua oriundam velit nostri Epithalamij sponsam & propterea Sulamitem, siue Sunamitem nuncupari; quæ est etiam Magallanij cogitatio ad cap. 19. Iosuë, sectione 3. annotatione vnica; equidem & vtroque modo appellatam Bonfrerius quoque adsentit in Onomastico, verbo Sulem, Verùm, cùm extra Libanum ciuitas hæc locetur, eiúsque Hermon; sponsam ibi natam si concederemus, falsa essent, quæ à numero 81. disputauimus, Tyriam cùm fecerimus: hoc quoque *Sunamitis* verbum probare arbitramur, & fatemur sanè ex sanctis Doctoribus plerósque interpretatos dictionem illam, quæ significaret *captiuam*, atque *despectam*, siue vt Symmachus vertit, ἠχμαλώτον, id est, *spoliatam*; Sed aliqui tamen fuerunt inter posteriores Magistros, qui *coccineam* explicarent, quales quidem Honorius Augustodunensis, Ioannes Halgrinius, Philippus Abbas ad illud cap. 6. *Reuertere. Sunamitis*, quorum me paucitas terreret, si defuisset clarissimus Patronus, atque in declarando arcani sermonis etymo præcipuus Hieronymus, qui sanè epistola ad Nepotianum: *Porrò Sunamitis* (inquit) *in lingua nostra coccinea dicitur;* Iam de cocco, atque purpura superuacaneum sit agere, cùm nemo ignoret, summam laudem præreptam à Tyriis; Lege Plinium lib. 9. cap. 41. Adrichomium in Aser: Commentarios ad vers. 18. cap. 1. Isaiæ; & vers 16. cap 27. Ezechielis; Ergo, vt ex Tyro oriundam, saltem quoad genitricem, ibi educatam insinuarent, *Sunamitem*, id est, coccineam vocarunt; Fortasse & esse ex officio innuebant vermiculariam: nam, quòd non purpurariam, sed coccineam dixerint haud mysterio carere dicendum est: quippe purpura conchyliorum opus est, & ad littora maris reperitur, sicut Plinius memorato capite perhibet, coccum autem granum est ilicis, gratissimus fructus, vt idem scribit lib. 16. cap. 8. nec minori impendio quæsitum, quàm purpura, vtpote imperatoriis dicatum paludamentis eodem Assertore lib. 22. cap. 2. sponsa autem nostra in syluis nata, nemora habitauit, proinde cocco, non purpura tingere didicit, aut certè cocci tinctúram præstantiùs didicit Cùm autem officium eius quondam fuisse statuerimus, vermiculo vestes, & stragula inficere; non significamus his solùm occupatam semper; nam etsi, quando opus, vineas tuebatur, & caprarum, ouiúmque genus ad pastum abigebat; verùm præter hæc etiam complura alia didicit, quoniam ingenio erat, quod multarum artium societatem admitteret, atque in omnibus sciret excellere.

Magall.

Sunamitis vocabulum quid significet?

Honorius, Halgrin. Philip. Abb

Hieron.

Tyrus à purpura nobilis.

Plinius. Adrichom. Isaiæ 1. Ezech. 17.

Purpura & cocci discrimen.

Plinius.

Sponsa ex officio purpuraria.

Sponsa aut Sulamitis, aut Sunamitis dicta?

Adrichom.

86. Sed Bedam nobis obiicies ad cap. 6. Canticorum, explanantem illud: *Reuertere, Sunamitis*, &c. *Nomen autem Sunamitis nusquam me alias legisse memini: & quidem videtur esse vocabulum alicuius feminarum nobilium, siue proprium, siue à loco derivatum. quæ plurima sapientiæ, vel speciei, vel virtutis gloria tempore illo fuerit insignis:* At, si sponsæ officia greges ductare, vermiculo tingere aptam quamque materiam, hæc quonam modo cum nobilitate maritabimus? quin potiùs ista confirmant datam à cæteris Patribus etymologiam, quæ mancipiorum, viliúmque conditionem denotant; quid enim præterea innuere iudicemus, cùm *despectam*, *captiuam*, *spoliatam* audimus? Respondeo, Bedam satis declarare, quam spectarit nobilitatem; eam quippe, quam sapientia, virtus, pulchritudo generat, quibus dotibus abundè cumulata fuerat sponsa; Taceo

Beda textus emaculatus.

vix

vix credi posse sententiam illam à Bedæ officina profectam esse, cùm eius Auctor profiteatur alibi, à se non lectum Sunamitis nomen; cùm Bedam, neque Abisag Sunamitis latuerit, nec altera etiam, quæ à Propheta beneficium retulit Sunamitis; Postremò, diuinatio mihi est, nec generis claritate destitutam fuisse sponsam; & hoc altera eius appellatione, qua Sulamitis dicebatur, adumbratum; Sanè ego nunc etiam in ea sum persistens sententia, quam docui superiùs Anteloquio 1. num. 51. posteà Prælocutione 3. num. 83. nactam sponsam hoc decantatam Epithalamio genitricem inter syluestres mediocrem, deinceps sine gloria aliqua illiberaliter educatam fuisse; verùm genitorem ex primo generosorum cœtu, quoniam & Beda facem præfert; & multi patrem dederint Pharaonem, de quibus 1. Disceptatione, num. 68. alij Hiramum quorum nomina tacet Sotomaior ad illud Cantic. cap. 4. *Veni de Libano*, &c. & adigunt cap. 7. illa verba initialia: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Nam ad altũ stemma alludere hunc versum comperiet, qui per otiũ Patres adire valeat; aduertit, & exposuit in eum modum probè Sotomaior: quis autem hic extiterit Princeps, incognitum; fortasse ipse Rex Tyri Hiramus; aut etiam Israëlitarum aliquis; nam reperies quidem 3. Regum, cap. 4. duos amicorum ordines sub Salomone, alios Principum nomine insignitos, quorum potestas quanta fuisset, declarat Pineda lib. 5. cap. 13. num. 2. alios Præfectorum dictos vocabulo; De Principibus igitur quispiam, aut paris auctoritatis, cùm à Salomone Monarcha in Libanum mitteretur, vt aut Tyri inuiseret Dynastam; aut referret de operariis, qui vel ligna cædebant, vel lapides extrahebant, cùm sponsæ genitricem deperiisset, grauidam reliquit: sed, quòd eius thalamis nimiùm impar esset, despexit in posterum, nulla aut matris, aut prolis cura habita. Sanè spõsæ genitorem Salomonem nuncupatum, (quod nomen Israëlitis proprium fuisse, & illius nationis peculiare apparet,) affirmat Matth. Cantacuz. ad illud c. 6 Canticorum: *Reuertere, Sulamitis.* Ex semine Abraham ortam dicit Agathius Guidacerius, & probabilia ab eo adstrui iudicat Sotomaior: vterque ad vers. 1. cap. 7. Canticorum; ibidémque ex semine Aaron, & sacerdotali linea deriuat Petrus Nannius; Hæc si ita euenisse concedamus, in promptu est, cur Sulamitis vocetur; nempe, à genitore Salomone; aut certè, vt indicetur Solymitana esse ex parte, quoniam pater illius ex aula Palæstinæ fuerat; Itaque binomia cùm sit, ex appellationibus altera paternum genus demonstrat, cùm *Sulamitis* nuncupatur; altera maternum, cùm vocatur *Sunamitis*.

Sponsæ genitor de Optimatibus, & quis fuerit?

Sotomaior. Cantic. 7.

3. Reg. 4.

Pineda.

Sponsæ genitor Hebræus.

Cantacuz.

Guidac. Sotomaior.

Nannius. *Sponsa cur Sulamitis dicta?*

SVBSECTIO II.

Sponsam cũ cæteris patriæ incolis nimirùm Tyriis, ethnicam fuisse? Chananæi strictè dicti quinam? & eos quamobrem delere omiserint Dauid & Salomon? Biblicis aliquibus nodis auxilium.

87. SPonsam, quam hoc celebrat Epithalamium, Libano ortam, & nutritam, ex solidioribus fundamentis stabiliuimus; coniectabamur etiam natale solùm non longè à Tyro distare: Vtrunque Pronunciatum ethnicam fuisse confirmat: nam certè, quicquid Tyri occupabat Dynasta, falso Deorum cultu contaminatum fuerat; possidebat autem Tyrum, Sidonem, Tripolim, Sareptam, aliáque maritima loca: Libani quoque partem cedrorum fertilem, alioquin sanè, vt quid misisset (Reg. 2. cap. 5. vers. 11.) ad Dauidem cedrina ligna externus Toparcha, ab eiusque tributis liber, si Dauid cedrini nemoris possessor? Quorsum etiam Salomon Paralip. 2. cap. 2. vers. 8. petisset mitti arceuthina, & pinea ex Libano, cùm his non opus fuisset, quando syluæ esset dominus? Postulasset quidem artifices, quoniam his carebat; at non tabulata, quibus non indigebat vasti saltus dominator; cuius sententiæ sunt, nempe, quæ asserit Sidoni, Tyro, & Libano imperasse Hiramum, Tostatus quæstione 10. in caput 5. libri 2. Regum, quæst. 20. in cap. 2. libri 2. Paralip. & in idem cap. quæst. 23. Salmeron tom. 1. prolog. 41. §. *Ex his habemus*, Gaspar Sanctius ad cap. 5. lib. 3. Regum, num. 4. Sed ostendamus, paganos fuisse Tyrios, atque Sidonios; nam Phœnicia, quamuis cùm diuideretur tellus promissa Aseritis destinata fuerit, Scriptoribus plerisque visum, nunquam ab illis expugnatam, vt monet Serarius quæst. 8. in cap. 19. Iosuë: Magallanius sect. 4. annotatione vnica in idem cap. Salmeron nominato prolegom. 41. Pererius lib. 15. in Genes. num. 113. Ribera in cap. Oseæ 9. num. 26. Masius ad illud cap. 19. Iosuë: *Et redibat terminus*, &c. Galarza euangelicarum Institutionum lib. 6. cap. 7. Iacobus Boulduc lib. 2. de Ecclesia ante legem, cap. 10. Denique, à quo omnes hausere-unt, Hieronymus in locis Hebraïcis, verbo, *Sidon*; Cùm igitur in Hebræorum potestatem nunquam venerit, probabile est, in antiqua superstitione semper mansisse: Sed, nisi nos decipit Iosephi narratio, id, quod præcipuè coniectamur, constat sub Salomonis imperio Tyrios fana otiosis, euanidisque Numinibus dicasse. Eius oratio de Iromo sic habet Antiq. lib. 8. capit. 5. *Defuncto Abibalo successit in regnum filius Iromus, qui vixit annos quinquagintatres, & regnauit annos trigintaquatuor*; *Hic aggessit ad Insulam agrum, qui dicitur Amplus, & auream columnam in Iouis delubro dedicauit*; *& demolitus antiqua templa; Herculi, & Astarta noua instaurauit; primúsque Herculi statuam erexit mense Peritio*; Sed & coluisse Salomonem, postquàm voluptatibus obscœnis succubuit, Astarten Sidoniorum Deam cognitum est ex vndecimo capite lib. 3. Reg. vt indubium videatur Salomonis temporibus Tyrios, atque Sidonios falsis Diis sacrificasse; Certè, vt si eadem materia huius Epithalamij atque eius Hymenæi, qui Psalmi 44. titulum obtinet, quemadmodum insinuabamus n. 82. planè ethnicas fuisse filias Tyri, de quibus ibi Psalmodus, attestatur Augustinus: *Filiæ* (inquit,) *Tyri, filiæ gentium*: Quin & pessimè superstitiosi fuisse videntur, cùm Achab singulari vitio vertatur Reg. 3. cap. 16. vers. 31. quòd vxorem duxisset Iezabel, filiam Ethbaal, Regis Sidoniorum: simulauerunt quidem, (vt Hæretici, infidelitatis progenies, sed matre peior soboles, consueuerũt,) amicitias cum Dauide, & eius germine, quòd timerent potentiã; at vbi metuere desierunt, fœdus contempserunt, malorúmque

Tyri, Sidonis, Libani Toparcha Hiramus.

2. Reg. 5.

2. Par. 2.

Tostat.

Salmeron. Sanctuus.

Phœnicia nũquam expugnata à tribu Aser.

Serarius Magall. Salmeron. Pereira. Ribera. Masius.

Galarza. Boulduc.

Hieron. *Tyrij ethnicismum nũquam vsque ad Christum abiicientes.*

Ioseph.

Tyriorũ Dij Hercules & Astarta.

3. Reg. 11.

Augustin.

3 Reg. 16.

Iliadem contra Hebræos machinati sunt: pro quibus grauiter conqueritur Amos Propheta cap. 1. vers. 9. *Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sunt recordati fœderis fratrum:* Dolet quoque, minatur Ioël cap. 3. Isaïas cap. 23. Ezechiel ad longum à cap. 26. Verum & prædixerat Dauidis Lyra Psal. 82. vers. 6. nec alibi in superstitione maior pertinacia; nam Machabæorum sæculo Herculem adorabant, 2. Machabæorum cap. 4. vers. 19. Quare vsque ad Euangelij lucem idolatria occupatos scribunt Adrichomius in Aser, num. 84. Magallanius ad cap. 19. Iosuë, sectione 4. annotatione vnica: de Hirami dominatu testatur Abulensis quæst. 6. in cap. 5. lib. 3. Regum: noster Sanctius num. 7. ad idem quintum caput: Hieronymus & Maldonatus ad illud cap. 11. Matth. *Væ tibi, Corozain,* &c. de reliquis autem Libani incolis, qui Salomonis imperium recusabant, & bello subactos ostendimus numero 80. meliora opinari non datur; quoniam & perpetuum rebelles extiterant in Israëlem, (nempe de Philisthæorum semine,) vt omnis Regum Historia proclamat; & ideircò pacifico Monarchæ obedire noluerant, vt superstitiones liberiùs exercerent; denique & contra hos non mitioti buccina intonat Amos relato cap. 1. quàm aduersùs Tyrios, quòd omnes ex eadem iniquitatis essent massa: ergo demum, siue inter Sydonias, & Tyrias virgines numeremus Canticorum sponsam, seu de alia Libani prouincia faciamus, ethnicam fuisse, oportet, statuamus, Deorúmque eorum cultricem, quos aut Libanus, aut Phœnicia sollicito studio venerabatur.

Amos 1. *Tyrij pertinaces idololatræ, Hebræis infestissimi.* Ioël. 3. Isaïæ 23. Ezech. 26. Psal. 82. 2. Mach. 4. Adrichom. Magall. Tostat. Sanct. Hieron. Maldonat.

88. *Phœnicij Chananæi stricte dicti, mercatura & nautica fameſi.* Num. 13. Masius. Homer. Pineda. *Regula: Chananæus idem quod mercator ex sacro idiomate.* Ribera. Lorin. Philo. Pereira. Salian. Pineda.

At supponamus id, quod doctissimi Viri obseruarunt; vt quidem Chananæorum nomine vniuersi Palæstinæ habitatores comprehendantur sæpè huius tamen nominis proprietatem maximè spectare ad Phœnices; Probationem suppeditat Numerorum c. 13. vers. 30. *Chananæus verò moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis;* Hi autem re nautica, & mercatura clarissimi Tyrij sunt, atque Sidonij, quorum est Phœnicia, vt probat Masius ex Homero ad cap. 5. Iosuë: Pineda de rebus Salomonis, lib. 4. cap. 14. num 4. vnde & in sacro sermone Chananæus idipsum, quod institor & mercator, vt ostendit Ribera num. 53. ad cap. 14. Zachariæ, Lorinus ad vers. 11. cap. 2. Actuum apostolicorum; Quare & illa sedula negotiatrix Prouerb. cap. vltimo, vers. 24. tradidisse cingulum, atque sindonem Chananæo venditisse dicitur; Denique huius sententiæ sunt Philo inter Antiquos lib. 1. de vita Moysis: ex nouis Pererius disput. 10. in cap. 3. Exodi, num. 47. Salianus tom. 2. anno mundi 2544. num. 167. Pineda ad vers. 1. cap. 1. Iob, numero 31. Iam ergo, si Phœnices Chananæorum nomine in primis significari constat: vt demus quidem à Iosuë, & tribu Aser, cui regiones illæ distributæ, superari non potuisse, quoniam viribus impares erant; quorsum Dauid, qui alias etiam extra Chanaanitidem subiugauerat nationes, non in hos gladium euaginauit, quando lege cautum fuerit, (Deuteron. cap. 7. vers. 2.) vt ad internecionem vsque deleret? Quòd si Dauid plurimis impedito bellis omnia exequi non concessum, quibus Salomonem modis ab omni crimine liberabimus, otio, diuitiis, potestate summa fruentem? Erit igitur vt asseramus, (quoniam tales Viros condemnare absonum fuerit,) Phœnicios sponte Iudaïsmum complexos esse, atque ob hoc ad Hebræorum societatem, & fœdera admissos, dum Iudæorum res floruissent sub Dauid, & gnato illius. Atque in hanc incumbit opinionem respectu Chananæorum, quos Salomon coërcuit Reg. 3. cap. 9. vers. 20. Dionysius in eum locum; & Nicolaüs ibidem non aliter excusat. Conuersis itaque ad veri Numinis obedientiam Tyriis, atque Sidoniis, reliqua etiam Chananæorum multitudine, imprudenter videmur dixisse adhuc perstitisse sponsam in antiquo errore: igitur falsum erit, quod supponimus impiorum Numinum cultibus addictam eam fuisse.

Deut. 7. *Cur Dauid, & Salomon Chananæos non extinxerint?* 3. Reg. 9. Dionys. Nicol.

Hac de re Abulensis varios sermones habuit; nempe, quæst. 2. ad cap. 5. lib. 3. Reg. quæst. 13. in cap. 9. quæst. 10. in cap. 8. lib. 2. Paralip. quibus locis affirmat, præcepto de enecandis Chananæis non adstrictum Salomonem, (de quo potior est difficultas, quoniam potentia, & opibus valebat supra reliquos,) eò quòd mandati finis, & vt haberent sufficientes possessiones Hebræi, & Chananæorum sic frangerentur vires, ne si maximè cuperent, potuissent fidelem populum opprimere, & ad superstitionem, metu vel opulentia cogere; itaque pauci cùm essent regnante Salomone, & præsidiis destituti, poterant facilè coërceri, si quando praua dogmata spargere ausi fuissent, quare in tuto posita erant, quæ lex præcauebat; His subscripsit rationibus Caietanus ad cap. 9. lib. 3. Regum: Torniellus anno mundi 3043. num. 3. Sed etiam quid nos meditati simus, non grauetur patienter audire Lector; munitissimas fuisse Phœnicum vrbes: præsertim postquàm Hiramus imperij habenas capescere cœpit, ostendunt Adrichomius in Aser, numero 84. Magallanius in cap. 19. Iosuë, sectione 4. annotatione vnica; Villalpandus ad cap. 27. & 28. Ezechielis: Plutarchus in Alexandro: & cùm ad maritimam oram Chananæus staret, vt dicebamus ex Numerorum libro, numero elapso; nauali prælio vincendi erant: Porrò Phœnices cùm armis clarissimi extitissent, (nam & domesticis terminis non contenti in Africam, & Hispaniam colonias transtulerunt: adi Pinedam lib. 4. de Salomone, cap. 14. num. 4. & 5.) mari tamen in primis strenuissimi bellatores euaserant, quemadmodum prodidêre Iustinus lib. 18. Tacitus Annalium volumine 11. cap. 4. Plutarchus in Marco Antonio: adeò Alexandrum orbis Domitorem penè in desperationem adipiscendæ victoriæ adegerunt, vt multis eloquenter enarrat Quintus Curtius lib. 4. Tantæ igitur potentiæ metu perculsi Dauid, atque Salomon, insuper quòd Hebræi maria ignorassent; nam Ophirinæ classi viros nauticos, & æquoris gnaros subministrauit Hiram Reg. 3. cap. 9. vers. 27. maluêre Phœniciæ Tyrannos amicos experiri potiùs, quàm hostes: fieri enim poterat, vt veram religionem propagare nisi importunè, ruinam, aut ingentia peperisset dispendia: conniuendum igitur erat ad tempus, donec Israëlitæ ab ipsis Phœnicibus naualem pugnam edocti, idololatriam exuere compulissent: nam infideles tolerandos esse, cùm si non sufferas, maiora immineant damna, aut vnà cum zizaniis, & tritica peritura sint, docuêre Patres ad vers. 25. cap. 13. Matthæi, dum loliorum parabolam tractant, & ad scholæ normam discussit Angelicus Doctor 2. quæst. 10. art. 11. in corpore.

89. Abul. Caiet. Torniell. *Phœnicia vrbes munitissimæ; terra, marique fortes incolæ.* Adrichom. Magall. Villalp. Plutarch. Pineda. Iustin. Hist. Tacit. Plutarch. Curt. 3. Reg. 9. *Infideles, aut Hæretici quatenus tolerandi?* Matth. 13. S. Thom.

Verùm,

90. Verùm, inquis, vt concedamus, iusta extitisse causarum momenta, ob quæ Phœnicios sufferre necessarium fuerit, quoniam maris ostia seruabant, & opibus, & bellica peritia, & finitimarum gentium auxiliis polhebant; at Libani accolas Chananæos his destitutos propugnaculis, quamobrem non extinxerint penitùs? Sanè fortasse Dauidi non licuerat per alia grauiora bella Chananæos Libanum habitantes persequi, aut vt expugnauerit, quemadmodum velit Salianus tom. 3. anno mundi 3043. num. 4. vltra tributi impositionem aliud tum non poterat, quoniam si extrema experiri coëgisset, desperatione fortiores effecti, nec vectigal pendere voluissent; quinimò aduersùs victorem conuersi, stragem aliquam edidissent insignem; nam Dauidis exercitus non vndequaque munitus erat, quoniam frequentissimæ pugnæ militiæ robur lassauerant: verùm Salomoni cùm omnia adessent, thesauri incomparabiles, Ducum & prouinciarum amicitiæ, miles & copiosus, & valentissimus, quibusdam placuit auaritiæ studio peperciisse eum, vt haberet, vnde fiscus crescceret; Mitiùs tamen cum eo agendum, idque affirmandum, quod docuêre Auctores numero antecedenti relati, indulsisse, quia à paucis quibusdam timor non erat idololatricæ contagionis; Addimus nos, & ipsum, & genitorem eius spe adductos trahendi ad fidem clementia, & mansuetudine, Principúmque benignitate allectos Chananæos sponte abiuraturos superstitionem; & hac ex causa posse ad tempus sustinere Christianos Toparchas hæreticam luem, tradidit S. Thomas loco memorato calce præcedentis numeri; Sed ô videant Principes, ne clementiæ speciosis titulis obpallient, aut ignauiam, aut lucri cupiditatem; vos ô (quoniam inter Principes vix millesimus aliquis huiusmodi Scripturas legit, quibus Rectores mundi huius conscientiarum latebras pandunt, ite per antiquas semitas, & euoluite temporum Historias; cogitate per Deum immortalem, quid datæ profuerint Ario moræ aliisque Hereſiarcharum? Sed præstat ab huius furfuris fortissimo malleo Hieronymo audire, qui in illud 5. ad Galatas, *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, &c. *Doctrina* (inquit) *peruersa ab vno incipiens, vix duos, aut tres primùm in exordio reperit auditores, sed paulatim vt cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium; Vnius pecudis scabies totum commaculat gregem; Igitur & scintilla statim vbi apparuerit, extinguenda est; & fermentum à massa vicina semouendum: secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat; Arius in Alexandria vna scintilla fuit; sed, quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata*; Nihil posteriori hac clausula venustius; quòd Occidentem, aut potiùs Septentrionem pari iure comprehendat; Heu lentam vindictam aduersùs Lutherum! quanta ab vnius excucullati vaporibus Ætna? *Vna scintilla fuit; sed, quia non statim oppressa est*, florentissimas Europæ prouincias multas depopulata est: & nisi Deus Sabaoth reliquisset nobis semen, essemus sicut Sodoma & Gomorrha: & iam nunc quidem parcunt delere Chananæos Dauid, & Salomon: atque illi fingunt pacem, & amicitias cum Israël, quoniam dominatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; Veniet tempus, cùm discissa domus Iacob, & diuisis imperiis non alios grauiores experietur hostes Hebræorum populus: *Verùm, quid mihi, & vobis, Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum?* (Ioëlis 3. cap. vers. 4.) *Nunquid vltionem vos reddetis mihi?* Reddent sanè, & cùm cogitauerint vnanimiter, & simul aduersùm te testamentum disposuerint gentes, quæ non nouerunt Deum; ibi erunt alienigenæ, id est, Palæstini cum habitantibus Tyrum. Sed hæc longiorem threnum desiderant, quàm hic patiatur locus.

Salian.

Hæresis continuò opprimenda.

Hieron.

Ioël 3.

SVBSECTIO III.

Solis & Lunæ nominibus contenti Dij, deæque veterum: Qui superstitionum Auctores? explicata quæ falsa numina essent Baal, Astharte, Beelphegoc, Beelzebub, Dagon, Molor; ritus adorandi tacti nonnulli; locis Bibliorum non paucis accessio enodationis; Amos verba longiori donata explanatione.

91. SPonsam igitur paganam fuisse commonstrauimus, cuius Pronunciati adstipulatores recentes & veteres primo Anteloquiorum produximus num. 51. operæ erit pretium, & Lectori fortasse non iniucundum, qualia inter Deorum myriades adorauerit Numina examinare; interest enim, an spurcum & vile aliquid, qualia multa portenta Ægyptus adorat, cuius & allium Deus; an nobile quidpiam, & excellens coluerit; nam, cùm acerbè ferret Tertullianus, Christianitatis initia Asinaria dici, quòd stolidissimi animantis capiti litare Gentiles finxissent, de Solis tamen reuerentia Apologetici cap. 16. *Alij planè humaniùs* (inquit) *& verisimiliùs, Solem credunt Deum nostrum; Denique inde suspicio, quòd innotuerit nos ad Orientis regionem precari æquè si diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione, quàm religione Solis*; Sed & sapientiæ Auctor cap. 13. cùm omnes condemnet à veri Creatoris aberrantes notitia, mitiùs agit cum Solis, stellarúmque adoratoribus; *In his* (inquit) *minor est querela, & hi enim fortasse errant, Deum quærentes & volentes inuenire*; Hunc igitur, quem minùs puduit adorasse, si colendus quispiam fuisset, Canticorum sponsa venerata est; quod vt definiamus, oportet de Diis gentium præfari aliquid; Solem igitur nationes colere solitas docet Tertullianus eodem loco; Septima synodus Actione 6. Leo Magnus sermone de Epiphania; Chrysologus sermone 5. de duobus filijs: Arnobius lib. 1. contra Gentes, Sozomenus lib. 2. Historiæ, cap. 8. & 9. & fortè vetustissimi eius adoratores Chaldæi, atque Persæ, quem & in vexillis gestant: *At Persas si fortè deputabimur* (ait Tertullianus vbi suprà) *licèt Solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum vbique in suo clypeo.* Et Darij castra describens Curtius lib. 3. *Super tabernaculum*, (ait,) *vnde ab omnibus conspici posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat:* Ad memoranda

Tertull. *Christiani Asinarij dicti.*

Sol inter Deorum farraginem præstantius Numen.

Sap. 3. *Sol plurimarum nationū Deus.*

Tertull. VII Synod. Leo Magn. Chrysol. Arnob. Sozom.

in

Perſæ Solem Mithræ ſub vocabulo celebrant. Curt. Tertul. Luctat.

in primis facta illa Perſarum Apollini ſub Mithræ nomine dicata in ſpecubus, atque ſubterraneis, de quibus Tertullianus ſæpiùs, nempe, libro de Baptiſmo; de præſcriptionibus aduersùs Hæreticos, lib. de corona militis, prope finem, lib. 1. contra Marcionem, Luctatius Placidius ad poſtrema carmina lib. 1. Theb. & ex iuniorum numero Lilius Giraldus libro de Diis Gentium, ſyntagm. 7. de Chaldæis acturi ſumus numeris duobus ſequuturis, quos Solem veneratos eſſe Beli nominibus commonſtrabimus; Adeat ſtudioſus Pradum noſtrum commentario c. 8. Ezechielis; Ab his didicerint Ægyptij, quos Solem adoraſſe ſcribit Marcus Tullius lib. 3. de natura Deorũ, Seuerianus in catena Græca Pentatheuci, ad cap. 1. Geneſ. & indicat Helipoleos vrbs, id eſt, Apollini dicata, quemadmodum opinantur plerique explanatorũ ad c. Gen. 41. v. 45. & ad c. 19. Iſaïæ, v. 18. vnde Heliogabalo inditum nomen putat Lampridius, cuius hæc verba ſunt, *Et hic quidem priùs dictus eſt Varius, poſt Heliogabalus à ſacerdotio Dei Heliogabali, cui templũ Romæ in eo loco conſtituit, in quo priùs ædes Horci fuit, quem è Syria ſecum adduxit*; Porrò, cùm Tyri, atque Sidonis, aliarúmque in Phœnicia vrbium, quemadmodum tradit Abulenſis quæſt. 2. in cap. 5. lib 3. Reg. & exactiùs ex Hiſtoricorum relatione Adrichomius in Aſer, num. 71. Villalpandus ad cap. 27 Ezechielis, Ægyptij, aut conditores, aut amplificatores extiterint, ab his credibile eſt Solis adorationem in nouam coloniam vnà cum Ægyptiorum ritibus fuiſſe tranſlatam, quòd apertè teſtatur lib. 3. de Græcarum affectionum curatione Theodoretus; quo volumine tamen Ægyptios, non quidem Perſas, aut Aſſyrios, mortalium primos fuiſſe affirmat, qui Solem, Lunámque venerati ſint, quibuſcum germana plurima apud Euſebium lib. 1. de præparatione euangel. cap. 6 atque apud Epiphanium Anacephaleoſeos initio; Sed abſoluamus inceptum de Phœnicibus ſermonem; quos ſanè fulgentiſſimi Planetæ veneratores facit Herodianus lib. 5. Apollinem coluiſſe Tyrios eximia quadam religione teſtatur Curtius lib. 4. déque Phœnicibus æquè, atque Ægyptiis memorat Valerianus Hieroglyphicorum lib. 44. ſed ſiue à Peluſiacis, quibuſcum diu commorati ſunt, ſiue à maritima Chananæa hauſerint Iſraëlitæ, imò ab vtriſque, vt num. 93. referemus, in eundem frequenter prolapſi errorem; & monuerat Creator Deuteronom. cap. 17. verſ. 3. ſed ſpreuerunt iuſſa Reg. 4. cap. 17. verſ. 16. cap. 21. verſ. 5 c. 23. verſ. 11. Sophoniæ c. 1. verſ. 5. neque apud illos ſuperſtitionum aliquarum profundiores radices.

Ægyptij Solis Cultores. Tull. Seuerian.

Geneſ 41. Iſaïæ 19. Lamprid. *Heliogabali nomen vnde deriuatum?*

Ægyptij conditores Cyri, atq; Sidonis Abul.

Adrichom. Villalp. *Phœnicij Solem adorare ab Ægyptijs didicêre.*

Theodoret.

Euſeb. Epiphan.

Herodian.

Curt.

Pier. Valer.

Hebræi Solis veneratores.

Deuter. 17. 4. Reg 17. 21 & 23. Soph. c. 1.

92. *Phœnicum quinam Dij.* Ioſeph.

At, cùm in veteri Inſtrumento multa recenſeantur Deorum nomina, qualis hic tandem Sidoniorum, Tyriorúmve Deus? Nam, neque Ioſephus lib. 8. Antiquit. cùm de Numinibus meminit, quæ coluerit Iromus, Tyriorum Dynaſta Phœbi memoriam ingerit, nec Adrichomius, cùm de tribu Aſer ageret, quales fuiſſent Sidoniorum Dij, refert: Denique & Aſtarten Phœnicibus Deam tantùm fuiſſe, Salomonis idololatria indicat Regum 3. cap. 11. verſ. 5. Attamen etiam Baal à Phœnicibus cultum manifeſtis verbis declarat Ioſephus Antiquit. lib. 9. cap. 6 Hieronymus in cap. 2. Oſeæ, eiuſdémque octauum caput ad illud, *Proiectus eſt vitulus*, &c. quorum ſententias quoniam aceruat Ribera ad Oſeæ cap. 2. num. 61. omitto referre; Sed quid tandem

Adrichom.

3. Reg. 11.

Hieron.

Ribera.

Baal, aut Beel, ſiue iuxta propriorem ſignificationem Bal, aut Bel, vt demonſtrat Ribera ad cap. 1. Sophoniæ, num. 18. Sanè Bel Solem ſignificatum veriſimilius reor: etenim plerique recentiorum Theodoretum ſequuti in cap. 32. Ieremiæ, exiſtimarunt, huiuſmodi vocem communem eſſe Numinibus omnibus, quoniam Dominum ſignificat, Vide Serarium q. 1. c. 2. Iudic. Magallanium in Commentario eiuſdem capitis: Maſium ad verſ. 15. cap. 13. Ioſuë, Boulduc lib. 2. de Eccleſia ante legem, cap. 11. & 12. Delrium Adagio 54. Sanctium, & Mendoçam ad verſum 3. cap. 7. lib. 1. Regum: Salianum tom. 2. ſcholio 7. ad annum mundi 2583. ſic *Beelzebub*, & *Beelphegor*, & ſimiles dictiones; At Solis vocabulo aptiſſimè quadrat dictio, quæ ſola omnium Deorum munia ſignificationis latitudine demonſtret nam Euſebiũ ſi conſulmus, qui euolutis veterũ monumentis doctiſſimas edidit elucubrationes de gentium Diis, reperiemus lib 1. de præpar. Solẽ, quem Phœnicia cœli Dominũ arbitrabatur, ac proinde *Beelſemen* vocabat, eundem à Græcis Iouem nuncupatum, quem lib. 3. cap. 3. Plutonem exiſtimatum aſſerit, quoniam hyemis tempore velut abſens, regnorum quoque partem, ſubterranea luſtrat, & quod ignea vi fructus maturet, Dionyſium, hoc eſt Bacchum appellarum, Herculem autem dictum, duodecim triumphis clarum, quoniam per duodena ſigna pertranſeat, atque eodem libro cap. 2. primi quoque libri cap. 6. Oſirim ab Ægyptiis nuncupari: Porrò eundem cum Mercurio eſſe adnititur ſuadere Macrobius lib. 1. Saturn. c. 19. *Pleraque* (ait) *ſimulacra Mercurij ſtatu quadrato figurantur, quæ figura ſignificat Solem mundi eſſe caput, & rerum ſatorem*: Idémq; libro nominato c. 21. Adonidem Solẽ exponit, quem cæteri Mythologi ſequuntur, vti affirmat Pierius lib. 9. Hieroglyphicorum, pagina 82. Ægyptios verò, Deos omnes retuliſſe ad Solem pronuntiat Gueuara ad cap. 1. Habacuc. num. 164. Sed Auguſt. maximè legendus lib 7. de ciuitate, c. 11. pro hoc argumento: at quot indueret formas elegãtiùs declarãt Martiani Capel. verſus de nuptiis Mercurij, & Philologiæ.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Oſirim,
Diſſona ſacra Mithram, Ditémque, ferúntque Typhonem:
Atys pulcher item, curui & puer almus aratri,
Ammon & arentis Lybies, ac Biblius Adon:
Sic vario cunctus te nomine conuocat Orbis.

Quibus & Plutonem eum fuiſſe memorat, cùm Ditem faciat; & Iouem, cùm Ammonem dicat; & Triptolemum, cùm aratrum ei aſſignat, & charũ Cybele Diuorum magnæ genitrici adoleſcentem Atym nominans, & Adonidem, illum ſanè, cui delubrum in Biblo Phœniciæ vrbe conſtructum, vt notat Adrichomius in Aſer, numero 6.

Baal an Solẽ denotaret?

Theodoret. *Baal idem quod Dominus.*

Serar. Magall. Maſius. Boulduc. Delrius. Sanct. Mendoça. Salian.

Sol vnus omniũ Deorum muneribus functus, Euſeb.

Macrob.

Pierius.

Gueuara. Auguſt.

Mart. Capel.

Adrichom.

93. *Sol, & Luna Deorum antiquiſſimi.*

Cauſa horum: nam primi inter mortales, qui à veri Numinis aberrarunt cognitione, non alios putárunt Deos, quàm Solem, atque Lunam, cæteráſque ſydereas virtutes, quod de Phœnicibus, Ægyptiis, atque Græcis (à quibus orrum habuêre ſuperſtitiones ex quorundam opinione) ex Platone, Porphyrio, Philone, Biblio, Diodoro, aliiſque probat Euſebius lib. 1. de præparatione, cap 6. & 7. lib. 2. cap. 4 lib 3. cap. 3. Theodoretus lib. 3. Græcarũ affectionum, Quòd ſi his antiquiores Deorum quæramus inuentores Perſas, Aſſyrios, Chaldæos; inueniemus omnes velut conſpiraſſe in eundem cultum:

Euſeb.

Theodor. *Quando gentes idol olatria inuenerint?*

Hieron.

nam Assyrij (apud quos idololatriæ initia, referente Hieronymo ad illud Oseæ 2. *Et erit in die illa*,&c.)cùm rerum potirentur,ex Nini hortatu parentem ipsius Belum apotheosi donarunt: ac hunc,quem Nemrodum fuisse communis existimatio fert apud Salianum tom.1. anno mundi 1931. Seruius Honoratus Solem dici testatur ad illud Æneid.1. *A Belo soliti*, &c. *Primus*(inquit) *Assyriorum Rex, vt suprà diximus : quo constat, Saturnum, quem & Solem dicunt, Iunonémque coluisse, quæ Numina, & apud Afros postea culta sunt, vnde & lingua Punica Bal dicitur Deus, apud Assyrios autem Bal dicitur quadam sacrorum ratione, & Saturnus, & Sol*;Porrò hunc idem esse Numen, quod diuina Historia Bal, aut Baal nominat, quod & Phœnices venerati sint, Hieronymus commonstrat loco recèns citato; Ergo hi Astrorum contemplatores, cùm mitis laudibus Apollinem extollerent, dicerèntque id, quod Plinius testatur lib. 2. cap. 6. *Hunc mundi esse totius animum, ac planiùs mentem : hunc principalem naturæ regimen : nec temporum modo, terrarúmque, sed syderum etiam ipsorum, cœlíque Rectorem*, sanè hunc Deum absolutè constituerunt, & cætera posteà Numina, velut ab eius diuinitate pullulantia attributa; & cùm in fabularum sexcenta monstra prolapsi essent, Rempublicam quandam apud Superos commenti sunt, cuius proceres septem Planetæ, *Horum omniũ Rex, vt plerique iocantur* (ait noster Clauius ad cap. 1. sphæræ Sacroboscianæ,) *Sol; Saturnũ autem ob senectam eius Consiliarius: Iupiter ob magnanimitatem Iudex omnium : Mars dux militiæ: Venus dispensatrix omnium bonorum instar matrisfamiliâs: Mercurius eius Scriba ac Cancellarius: Luna denique nuncij officio fungitur:* Sed cùm in ea essent opinione, vt effectricem cœlestium corporum vim luci adscriberent, vti ex Astrologorum Principibus narrant Conimbricenses ad 2. lib.2.de cœlo, quæst. 3. art.1. lucem autem, claritatémque à Sole cætera mutuarentur sydera, quemadmodum vulgata Philosophorum, Astroperitorúmque fert doctrina apud eundem Clauium, certè fiebat, vt reliqua Deorum turba causæ (vt cum scholæ vsu loquar) instrumentalis vice fungerèntur, Sol autem principalis esset agens; quare, quemadmodum anima id agere asseritur, quicquid intellectus, quicquid voluntas, aliæque actitant potentiæ: quoniam hæ quidem(nunc attendo ad eorum placitum, qui potentias realiter ab anima separatas volunt) tanquam menti; instrumenta operantur; sic cùm & Mercurius & Iupiter aliæque stellæ effectricem virtutem, lucem vtpote ab Apolline recipiant,quicquid Saturnus, quicquid Venus, aut Mars agunt, Sol eadem efficere opinabatur; ac proinde mirum non est aliquando cum Ioue, nonnunquam cum Saturno, aliisque confundi Numinibus; Omnes igitur Dij, aut Sol ipse, erant sub variis nominibus; & cùm ignes producebat, Vulcanus habebatur; cùm messem iuuabat, Triptolemus nuncupabatur; cùm vitibus opitularetur, Bacchus asserebatur; aut, si realiter distincta ab Apolline alia Numina, quemadmodum Planetæ; cùm tamen ab eo in hos etiam Deo virtus deriuaretur, lux, scilicet: meritò etiã quicquid ab his, aut terroris, aut solatij, à Sole id ipsum dimanare persuasum habebant; quod verò Iouem, aut Saturnum Phœbo maiorem fecerit antiquitas, ex ignorantia illud perpetratum, quòd Planetarum naturas satis non penetrarent; aut ex mentiendi nimio œstro? aut denique,quoniam accidisset nonnunquam fanis Saturno, vel Ioui dicatis à Dæmone præstigiatore eludi vulgus prodigiorum laruis quibusdam superantibus ostenta, quæ Apollinis delubro fierent. Cæterum, quem delectat longum, & accuratum huiusce penitus argumenti discursum peruoluere, adeat Macrobij Saturnalia lib.1. c.17.Geuaram in c. 1.Habacuc, num. 166. & nos iterum pertractamus tom.2. Vestigatione 7. primæ explanationis sect.3. Macrob.

Salian. Seruius

Plin.

Apollo syderum Rex.

Clauius Dy præter Solem, ipsius Solis quasi attributa.

Conimb.

94. *Omnes Dea veterum sub Luna comprehensa.*

Atque hoc, quod de Pœbo statuimus cum Diis assimilato,idipsum de Latona Dearum comparatione definimus siue potius de ipso sole cum Dianæ nomine nã scitè admonent Conimbricenses in cap.3.lib.2.de Cœlo, quæst.2.art.2.Lunã ab Aristotele lib.4.de generatione animaliũ, capite vltimo, minorem Solem appellatam, quòd eius in orbem nostrum maxima, & Solem penè æmulatura sint beneficia,ex quorum connotatione(sic placet sermocinari) varios sortita fuerit titulos;satis commune est Triuiam nominari Deã, quòd & apud Superos, & in terris, Infernóque etiam haberet dominatum,Vnius Prudentij Musam audisse sufficiat lib.1.in Symmachum. Conimbric. Arist. *Luna cur Triuia dicta?* Prudent.

Denique cùm Luna est sublustri splendet amictu:
Cùm succincta iacit calamo, Latonia virgo est:
Cùm subnixa sedet solio, Plutonia coniux.

Sed Opis cognomento insignitum meminit Seruius ad illud Virgilianum Æneid.11.*Velocem interea superis in sedibus opim. Opis terra vxor Saturni*, (inquit.)*quam Græci Rheam vocant.* Sanè & hoc nomen ipsius Dianæ fuit; at& Veneris,quæ Murcia dicebatur, appellatione celebratam ostendit Dempsterus Paralipomenis ad c.19. lib.2.Antiquit. Roman.Ioan. Rosini: neque iniuria,nam ob pulchritudinem existimatam à quibusdam Venerem esse fulgentissimũ illud sydus, quod Solis antecedit exortum,sequitur occasum, prodit Euseb.lib.3. de præparatione Euang. c.3. ostendit Serar.q.2.in c.2.Iudicum;Quidni Lunã dixissent, cuius splendor Bosphori maior est claritate? Sed cùm Rosin. lib.2. Antiquit. Roman. cap.10. referat, cœlo, & die natam, an quippiam valeat esse, quod Lunam præstantiùs denotet quæ diei succedit ab ea quasi progenita,& Olympi sinu recepta? Verùm, quòd Cytherea maris nuncupetur domina, spuma vtpote æquorea fatà, Lunam hoc manifestè denunciat, cuius in humida præcipuum imperium est, quemadmodum disertissimè commonstrant Basilius homil. 6.Hexameri: Ambrosius lib.4.cap.7. Anastasius Sinaïta lib.4. de sex dierum artificio, atque Medicorum calculis deducunt Conimbricenses tractatu 8. in libros Meteororum, cap.6. Denique existimasse veteres eamdem esse Lunæ,Veneríque commentitiam diuinitatem, enarrat Augustinus lib.7. de Ciuitate, cap. 15. Atque de his Deabus qualia dicta sunt, eadem de Cerere, Theti, Iunone, aliisque intelligenda: omnes enim eadem sunt Luna pro diuersis officiis multipliciter significata. Dempster. Euseb. Serar. Rosin. *Lunæ specialis dominatus in humida.* Basil. Ambr. Sinaïta. Conimbr.

95. *Baal Phœbus, Astarte Luna.*

Veniamus iam ad Hebræorũ ementita Numina,hunc nanq; sibi præfixit scopum potissimùm noster labor;Dicimus igitur Baal Solẽ esse,Astartes nomine Lunam adumbrari;ita Boulduc lib.2. de Ecclesia ante legem c.11.& 12.Primum,quoniam Baal nomen commune est, Numina velut masculini sexus referẽs, vt docebamus n.90.atq;

ibidem

ibidem nominati Auctores de Astartis vocabulo paria testantur Dearum præsertim comparatione: quibus adde Pinedam lib. 7. de Salomone, c. 11. n. 2. at probauimus ab eodem loco Solem cum Luna Deos esse, sub quibus cætera omnia, quibus diuinitatis quidpiam insit, continentur; Deinde eosdem Superos colebant Hebræi, quos circumpositæ adorabant nationes, Phœnicij, videlicet, Ægyptij, Assyrij; Constat planè ex Iudic. cap. 2. v. 12. & c. 8. n. 6. Tradit Hieronymus in c. 8. Oseæ: Seuerianus in Catena Græca Pentateuchica, ad c. 1. Genes. monstrauimus autem, exterarum gentium mortales, atque in primis quarum nominauimus prouinciarum homines thura, & victimas Phœbo, eiúsque sorori obtulisse; nunc quidem sub nominibus Solis & Lunæ, id est, supremorum Numinum; nunc sub Herculis, aut Bacchi, aut Saturni vocabulis: Ad hæc potissima cura Scripturæ interdicendi Solis, astrorúmque latriam, quemadmodum Deuteronomij cap. 17. vers. 3. instruit, quin Deos alienos aliud nihil fuisse, *Vt vadant, & seruiant Dijs alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem militiam cœli*; Neque præterea memorat peregrinum Numen aliquod Iudic. 2. v. 12. *Concitauerunt Dominum seruientes Baal & Astaroth:* Et eadem cap. 3. vers. 7. & c. 10. vers. 6. Sub æquali verborum formula: Reg. 1. cap. 7. vers. 3. cùm iubentur Deos alienos abiicere, solùm præcipitur, vt Baalim, & Astaroth dimittant, Paria eodem lib. cap. 12. vers. 10. Reg. 4. c. 17. v. 16. *Et adorauerunt vniuersam militiam cœli, seruierúntque Baal*; nempe, cœlestium acierum Imperatori Apollini, cap. 21. vers. 3. *Et erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam cœli*, cap. 23. vers. 5. *Et eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli*: Quo in loco arbitror coniunctionem, &, non denotare Solem, aut Lunam, aut Zodiaci stellas esse diuersa Numina; verùm construendum, &, pro, *id est*, nempe, Baal idem esse, ac sunt Olympica sydera, ornatúsque polorum reliquus, quo pacto accipi sæpè eiusmodi particulam apud diuinos Scriptores, docebit Cantapretensis hypotyposeon lib. 8. cap 9 §. *Interdum*, &c. Isaias cap. 7. vers. 8. *Vt faciant placentas Reginæ cœli, & libent Dijs alienis.* Sophonias c. 1. v. 5. *Disperdam de loco hoc reliquias Baal, & eos, qui adorant super tecta militiam cœli:* Cùm igitur semper ferè coniungantur hæc tria, velut vnum, idémque; Baal, & Astaroth; Dij alieni; militia cœli; argumentum suppeditat efficax opinandi, & Deos peregrinos, & Baal cum Astaroth, & Solem cum noctis præside, astrorúmque clarissimis legionibus non distingui.

Pineda.

Hebræi vicinorum nationum Deos coluerunt.

Iudic. 2. Hieron. Seuer.

Scriptura Solis cultum specialiter interdixit. Deut. 17.

Iud. 2. & 3 & 10. 1. Reg. 7. & 10.

4. Reg. 17.

4 Reg. 21.

Regula: &, pro, id est, positum.

Cantapr. Isaiæ 7.

Sophon. 1.

Nec postrema fides huic sententiæ, quòd Bibliorum effata non inuenustè conciliet; hinc enim factum Reg. 3. c. 18. v. 26. vt decertantibus iniquissimis Mystis pro vera religione cum Elia, cùm è supernis mittendi fuissent ignes, non alium deprecati sunt auxiliatorem, quàm Phœbum, Baal, nempe, quòd hic cœlestis custos sit flammæ, quam & in terras iaculatur definitis temporibus, & torret omnia; verùm quòd Baalis Sacerdotes vers. 28. dicantur *incidere se cultris & lanceolis iuxta ritum suum, donec perfunderentur sanguine:* Quanquam Lactantius lib. 1. Instit. cap. 21. asserat, Bellonæ esse Sacerdotes, qui *exertis gladijs humeros vulnerant, & suo litant cruore*; Puto etiam æqualia sustinere Mithræ, id est, Soli initiatos, vt erubescendum Christiano militi, quid Dæmonum Martyres sufferrent, meritò dixerit Tertullianus ad calcem voluminis de corona militis, atque breuiori comprehendit periodo lib. de præscript. aduersùs Hæreticos: *A Diabolo*, (inquit,) *qui ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur; tangit & ipse quosdam, vtique credentes, & fideles suos: expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ: signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam:* Ad hos Mithræ Velites alludere Paulum arbitror potiùs c. 6. ad Galatas v. 18. *Ego enim stigmata Domini* IESV *in corpore meo porto*, quàm ad castrensem cohortem; Sed cùm occiduos Indiæ habitatores, Solem, cœlíque dispositas turmas præcipuo honore coluisse noster refert Acosta lib. 5. qui moralem Indorum complectitur Historiam, cap. 4. tum, vt hæc ipsa facere soliti fuissent, quæ Baalis Flamines agerent, commonstrat c. 14. & 17. Hoc præterea illud Reg. 4. c. 23. v. 11. quòd Iosias pietissimus Rex, & Catholicorum Principium subillustre exemplar, *abstulit equos, quos dederunt Reges Iuda Soli in introitu templi Domini, currus autem Solis combussit igni.* Nam, cùm scirent Eliam igneo curru raptatum ad æthera, inde occasionem sumpsêre Soli tensam fingendi, quoniam ignes apud eum esse; ignibus ambiri semper, animo conceperant; Nam & primum enascentis vagitum, ignem fuisse pulcherrimè cecinit Claudianus initio lib. 2. de raptu:

Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubescentibus altè
Cristatum radijs, primo clementior æuo
Fingitur: & tenerum vagitu despuit ignem.

Probant ex Chrysostomo, & Beda ab Eliæ rheda desumptam superstitionem Iosephus Stephanus ad c. 4. lib. 1. Machab. n. 48. noster Roa singularium lib. 5. cap. 6. vt credibile sit, quod disputabamus à Sole postulatum ignem per Sacerdotes Baal, quando ignis ei thronus, & vehiculum. Iam illa Reg. lib. 3. c. 19. v. 18. *Et derelinquam mihi in Israël septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os, quod non adorauit eum osculans manus*? Sed hæc palmæ ad os admotio modum adorationis complectitur, quo gentes Phœbum salutabant, quemadmodum Interpretibus communiter persuasum est ad v. 26. Iobi, c. 31. *Si vidi Solem, cùm fulgeret & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo:* Atque Ezechielis cap. 8. vers. 16. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum Solis:* Quo capite agi de Baalis cultu, omnes fermè Interpretes consentiunt, Hieronymus, Nicolaus, & apud eum Hebræi, Pintus, Maldonatus, Pradus, Sanchez, Cornelius. Neque obstat Reg. 4. cap. 17. vers. 17. inhumana fuisse sacrificia colentium Baal, nempe, consecrantium filios suos, & filias suas per ignem; nam mactatos Apollini non vno loco pueros Eusebius assertor est lib. 4. de præparatione euangelica, c. 7. docet ex Porphyrio similia Iosephus Stephanus. Opere de vnica religione, c. 15. de Peruanis, Mexicanísque Acosta lib. antea relato, c. 20. Aperiebant autem Indorum Sacrificuli primo vulnere pectus humanæ victimæ, & palpitante adhuc corde cruto, eo lætissimi

Tertull.

Pauli verba ex cap. 6. ad Galatas, enodata.

Acosta.

4. Reg. 23.

Fabula de Solis curru ex raptu Eliæ conflata.

Claud.

Chrysost. Beda. Stephan. Roa.

Solem Gentes manu deosculatæ, & ori admota salutabant.

3. Reg. 19.

Iob 31.

Ezech. 8.

Hieron. Lyra. Rabbin. Pint. Maldon. Prad. Sanch. Cornel.

Apollini humana victima mactata.

4. Reg. 17. Eusch. Stephan. Acosta.

3. Reg. 18.

Phœbi sacerdotes, cultris se vulnerãt.

consalutabant Solem, quòd eius in honorem caderet hostia.

97. *Beelphegor quódnam Numen?* Num.21. Masius. Delrio. Salian.

Transeamus ad vnum, alterúmve ex Baal compositum nomen; atque illud in primis Numerorum cap.25. vers.3. dicitur enim initiatus fuisse Israël *Beelphegor*, quod idolum Priapum existimauêre Masius ad vers.15.cap.13. Iosuë Delrius Adagio 54. & passim omnes, inquit Salianus tom.2.anno mundi 2585.num.87. nec operosum est inuestigare rationem nominis; *Pheor* quippe, vel *Phegor* פְּעוֹר detectum, apertúmque denotat: sufficiat nunc Tibulli distichon, qui de hoc Deo lib.1. elegia 4.

Nudus & hybernæ producis frigora brumæ,
Nudus & æstini tempora sicca Canis.

Priapus cur nudus pingeratur? Tibull.

Verùm ego contentus fuero, vt hortorum Patronus, siue Priapus, siue *Beelphegor*, ideſt, apertionis vocetur Deus, dummodo non aliquod ab Apolline distinctum faciamus Numen, sed ex multis illius cognominibus hoc vnum esse: Porrò apertionis Deum Phœbum dicere valeamus ob duas potissimùm causas; alteram quidem, eò quòd Persæ Solis præstantissimi cultores sine fanis loco manifesto eum adorassent, qui irruptione in Græciam facta, omnes Diuorum Basilicas destruxerint, quemadmodum ex variis Scriptorum monumentis ostendit Dempsterus Paralipomenis ad lib.2. Antiquit. Ioannis Rosini, cap.2. meminit & Delrius vbi suprà. Apollinem à Romanis olim Apertam nuncupatum; Sed potior vocis altera, quam nunc subiiciam, ratio: ostendimus quippe numero ex antecedentibus 47. secundum inter Hebræorum menses Zio vocatum, quasi apertionis mensem, quoniam tum abeunte hyeme telluris aperiuntur sinus, & florum varietate beat campos: hanc autem glebæ apertionem, qua & horti & pomœria ditantur, cùm à Solis accessu proueniat, idémque & incrementa & perfectionem posteà tribuat, propterea non inuenustè apertionis est appellatus Deus: quare & plurimo cum acumine aduertit Caietanus ad Numerorum cap.25. singulare supplicij genus, quo plecti iussit verus Creator Beelphegoris capitales adoratores: mandauit, nempe, tolli cunctos Principes, atque vt contra Solem suspenderentur, scilicet, vt ad ignominiam falsi Dei, quem venerati fuerant, eius coram oculis perfidiæ meritas darent pœnas: Coniungamus cum *Beelphegor* alium ex compositis vocibus, nimirum, *Beelzebub*, de quo Regum ● cap.1. Matth. cap.10. vers.25. atque Lucæ cap.11. vbi nuncupatur *Princeps Dæmoniorum*; communissimum dictionis etymon, *Dominum muscarum*, interpretari; Dicamus vtriusque nominationis fundamenta: Sanè ostendimus numero 90. præter cæteras Solis appellationes, Plutonem etiam vocatum, huius autem ex multis titulus vnus erat, quo *Summanus* audiebatur, id est, Manium Summus, quemadmodum interpretatur Rosinus lib.2. Antiquit. cap.15. hoc autem aliud non est, quàm suprema inter subterraneos spiritus, qui sunt Manes, obtinere auctoritatem, ad quam omninò normam *Beelzebub* quid significet explanat Porphyrius apud Eusebium lib.4. de præparat. euangelica, cap.12. Quoniam verò mortis, & sepulcri arbiter habebatur *Pluton*, ideò ad eius fanum in Accaron ægrotans Ochozias misit Reg.4.cap.1. vers.2. ne tam citò ad Inferos admitteretur: certè mortis prohiberet spicula, cui præerat, quando sub Tartaro habitaret; Difficilius ostendisse, cur muscarum Deus? equidem non absurdè, quia figura idoli, quæ muscam referebat; nam & Babylonios scimus Draconi tribuisse diuinitatem ex Danielis cap.14. Ægyptios Crocodilo, Hebræos vitulino capiti, Romanos Epidaurico angui, teste Valerio lib.1.cap.8. *Persæ autem* (vt inquit Luctatius ad vltimum versum lib.1. Theb.) *in spelæis Solem colunt, & hic Sol proprio nomine vocatur Mithra, est autem ipse Sol leonis vultu cum tiara Persico habitu, & vtrisque manibus bonis cornua comprimens*; A quo & Mystæ ipsius leones nuncupati apud Tertullianum lib.1. contra Marcionem, *Sicut* (inquit) *aridæ, & ardentis naturæ sacramenta, leones Mithræ philosophantur*, Quando igitur & Flamines à monstri imagine nominantur, quid mirum sit, figmentum ipsum cognosci, aut à muscæ, aut à leonis delineatione, vt Deus muscarum habeatur, quem artifex in muscæ similitudinem effinxit? Libet tamen subtilius quidpiam si modò valeamus, comminisci; Sanè considerati Danielis cap.14. narrationem de Chaldæorum Belo (quem eundem cum nostro Beel docuimus à num.90.) patebit, cùm idolo quotidie escarum ingens apponeretur copia, (quippe, quantùm saturandis septuaginta Sacerdotibus sufficiebat, excepta feminarum, puerorúmque non exigua turba,) nihil tamen ab ipsa muta effigie deuorandum, ni Flamines furti ingeniosum inuenissent modum: *Et ait Daniel* (inquit Textus) *arridens; Ne erres, Rex iste est enim intrinsecùs luteus, & forinsecùs æreus, neque comedit aliquando:* Cùm igitur appositos cibos non consumeret Belus, & non vbique Sacerdotum technis daretur satis opportuna occasio, vt omnia consumerent, fiebat, vt ædulia computrescerent ex illis autem iam tabidis, & malè olentibus enascebantur muscæ, quarum generationi accommoda est putrefactio: Hæc igitur fortasse causa, ob quam Belus, qui & Baal, & Phœbus est, muscarum nominetur Deus; Sed & Belo initiati, vt dolum tegerent præter ossa, si quando displicebant quæ apponerentur, semesa relinquebant, & Diuum tutelarem exosum ingratos cibos asserebant; ergo aut ex relictis obsoniorum frustulis generabantur muscæ, quemadmodum ex iuuencorum examinato corpore apes reparantur, vt ex Marone recenset Plin. lib.11. cap.20. ex equorum cadaueribus vespæ, atque crabrones, ab asinis scarabæi: aut conuolabant ad loca esculentorum, & compotationis, vt euenire quotidie facilè comperimus.

Sol Aperta, seu apertionis Deus cur nuncupatus? Dempst. Delrius.

Cur Principes Israëlitarum contra Solem suspendi iussit Deus? Num.25. Caiet.

Beelzebub, cur Princeps Dæmoniorũ, & Deus muscarum dictus? 4.Reg.1. Matth.10. Luc.11.

Pluto idem qui Beelzebub. Rosin.

Euseb. *Beelzebub cur pro morte deprecatus Ochoziæ.* 4.Reg.1.

Daniel.14. *Sub animalium figuris Deos venerati ethnici.* Valer. Max. Luctat.

Tertull. *Solis Sacerdotes leones nuncupati.*

98. *Phœnicij Lunã præcipuè colebant, & quare?* Plin. Isaïæ 23. Anast.Sin.

Sed vocat nos iam Astarta Dea; atque huius memoriam ingerit Scriptura, cùm Sidoniorum Numina refert, Baalis suppressa fama; non quòd Phœnices Solem impensè non colerent, sed quoniam potior apud eos Lunæ, seu Veneris marinæ Deæ auctoritas; quippe Tyrij, atque Sidonij, omnísque ad Oceani littora adiacens Chananæa spem vniuersam, quæstúmque in nauigationibus posuêre, vnde Tyrus apud Isaïam cap.23. *filia maris nuncupatur*; Porrò ventorum, hyemísque sæuitia sub Lunæ imperio, Phœbus æstati dominatur, vti cum elegantia memorat Anastasius Sinaïta lib.4. Hexameri: *Dicunt enim, qui res Solis, atque Lunæ diligenter inuenerunt,* (inquit) *quòd ab his duobus luminaribus administratur, & gubernatur, ac dependet vniuersa, quæ est sub cœlis creatura, tam animatorum, quàm inanimatorũ corporum, Sole quidem dominante æstate, vt qui sit elementum siccum, Luna verò habente gubernationem, & administrationem auctoritatis*

aquæ,

aquæ, quòd autem Luna à Deo acceperit aquæ potestatem, & gubernationem & ipsi quidem huius rei plurimam habemus experientiam, & testantur omnes qui in mare descendunt in nauibus; Ad hæc regio illa frumenti parum ferax, vt optimè probat noster Sanchez ad cap. 17. lib 3. Regum, num. 28. aut certè agricolandi artem contempserat, quoniam minora allatura fuisset lucra; Sed credo, glebæ culpam fuisse, neque enim opulentis defuissent seruitia, quæ terram vomere proscinderent; Sanè Iromus; cùm Salomoni excultos præbuisset opifices lapidum, gnarósque lignorum fabros, non pecuniam postulauit, sed frumenta & oleum, Regum 3. cap. 5. vers. 11. Putabant igitur, Apollinem parum in eos beneuolum hæc denegasse, quare animum ad naualia conuerterunt, cùm verò per mercaturam, aut magis piraticam violentiam in immensum creuissent eorum opes, acceptam referebant secundam fortunam marium dominatrici Latonæ; Phœbum igitur quamuis colerent, quia tamen erga Lunam excellens eorum adoratio, & huius fano præstantiora donaria naufragantium; ideò Astartæ potissima memoratio, cùm de Sidoniorum Numinibus sermo est.

Tyrus, & Sidon tritici indigentes. Sanchez. 3 Reg. 5.

99. Verùm, quæ huic forma Deæ? Sanè hominis, paritérque referre piscis imaginem, adeóque Numen illud esse, quod Dagon nominat liber primus Regum cap. 5. vers. 2. quódque adorauerint Azotij; autumant eum quidem in locum Sanctius num. 5. Mendoça num. 6. eruditissimè noster Serarius quæst. 23. in cap. 16. Iudicum, Gueuara ad cap. 1. Habacuc, num. 165. qui probat *Dercetem* ab externis appellatam Scriptoribus, & more, quo diximus, effigiatam fuisse; sed & apud Syros in gratiam Veneris pisces, quemadmodum & columbas, intactos, denique & *Dag*, à quo Dagon, piscem significat; Verùm; cùm Dagonem, aut Daganem frumentorum Deum nobis exhibeat Eusebius lib. 1. de præparatione euangelica, cap. 7. & Hebræa vox hanc etiam interpretationem non respuat, vt probat ex Aria, & Marino Mendoça num. 9. admittit Serarius loco præfato, putarem Dagone non inconuenienter significari Solem sub Osiris, aut Triptolemi titulis, alterúsve qui aratrum inuenit; sed Osirim esse in primis auguror; quæ vt stare valeat assertio, moneo ex Suida apud Luysium Viuem ad cap. 5. lib. 18. Augustini de ciuitate, hunc Deum à quibusdam existimatum Nilum esse propter modium, quod in capite habet, & cubitum, aquæ videlicet, mensuram; ab aliis verò Iosephum; At Ruffinus lib. 2. Historiæ eccles. cap. 23. *Serapidem* (inquit) *cuius capiti modius superimpositus, quidam in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulacrum, ob dimensionem frumenti, qui tempore famis subuenit Ægyptijs*: quam etiam dimensionem modio significari affirmat Iulius Firmicus Maternus libro de errore profanarum religionum; Iam verò docuimus ex Martiani Philologia, num. 90. Osirim, & Serapidem Apollinis esse nomina, monstrauimúsque non alios Ægyptum coluisse Deos; insuper ostendimus num. 93. ab Ægyptijs mutuatos fuisse Numina Syros, atque Phœnicios; sed & probauimus num. 66. cùm supra omnes ferè prouincias Pelusiaca gens frumento abundet, acceptam tamen referre soli Nilo diuitias tantas: Cùm igitur Iosephus, cuius beneficio famem depulerant, amœna, atque insigni esset facie, quippe *filius accrescens, & decorus aspectu.* Genes. cap. 49. vers. 22. huic, vtpote intellectuali creaturæ, superiorem statuæ partem tribuêre, vultum, membráque effingentes, quæ florentes annos repræsentarent; Nili quoque memoriam cùm celebrare cuperent vno, eodémque simulacro, infernas iconis partes piscis in similitudinem depinxêre, quoniam amnem significaturi erant; Hæ causæ de formis compositionis; quanquam longè ante Iosephi exortum haud dubium est, coluisse vanos Deos Nili populum, quorum superstitio ad Syros & Phœnicas translata; Nam primos in orbe Deos extitisse Solem, & Lunam, aduertit Theodoretus lib. 3. de Græcorum affectionibus: deinde posterioribus temporibus translata diuinitas ac homines, qui pace, aut bello, rerúmque præstanti aliqua inuentione excelluissent; Quare iucundioris æui illa simulacri facies Phœbum repræsentabat, quem veteres simul cum Baccho adolescentem, & vix cum prima lanugine effingere consueuissent, cuius exquisitam formam cùm Iosephi dignissima species ad vnum æmulata fuisset, apud nepotes veteris traditionis parum tenaces, in dubium vocari cœptum, an Apollinis, an Iosephi esset illa statua; quanquam autem Nili beneficia solis Ægypti incolis profuerunt, retinuerunt tamen aliæ nationes eandem idoli figuram; quemadmodum Romani eosdem ritus obseruarunt in Isidis Deæ sacris, vt refert Apuleius lib. vlt. Milesiar. quanquam ipsa proprium Alexandrinorum Numen, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 20 fuisset.

Gen. 49. Theodoret. Apuleius. Macrob.

Astarte, cuius forma esset Dea? & num idem quod Dagon? Sanctius. Mendoça. Serarius. Gueuara.

Dagon frumentarius Deus, quisnam? Euseb. Montan. Marinus.

Suidas. Viues.

Iosephi, & Nili vnum simulacrum. Ruffin.

Firmicus.

100. At, vt cupiamus Dagone quoque Astarten, Venerem nempe, aut Lunam adumbrari, oportet adnotasse, apud Gentes aliquando ex masculis atque femellis Diis vnum eandémque compingi statuam; exempli causa, eodem coniungebantur simulacro eloquentiæ Patroni, Mercurius, atque Minerua, quod genus iconis propterea *Hermathenam* appellabant, ac si vocares Mercurio Mineruam, quemadmodum post Turnebum lib. 8. Aduersar. cap. 14. Thomas admonuit Dempsterus sua ad Rosini lib. 2. cap. 9. Mantissa; Cùm autem tanquam dispertitis imperiis Phœbe pluuias sibi vendicet, Apollo calefacientem virtutem, vt ostendebamus num. 96. ex Sinaïta Anastasio horum verò opitulamentis indigeant fruges, & frumenta imprimis, coniunxêre in vnum duo Numina, quorum benignam indulgentiam agricolarum maxime respiciunt vota atque preces: Atque ab hac statuarum forma prodisse opinor, vt eadem Numina nunc masculina, nunc terminatione feminina efferantur, tum apud sacri Auctores sermonis, tum apud exteros: ita & Sol nonnunquam sub Deæ nuncupatione, Venus autem cum Dei nomine auditur, quorum suppeditabunt exempla Ribera ad cap. 2. Oseæ, num. 65 Gueuara ad cap. 1. Abacuc; num. 164. Sanchez ad cap. 5. lib. 1. Regum, num. 3. qui ex Horo, atque Ammonio aduertit, inter priscorum Deos extitisse, qui de vtroque participarent sexu, id est, qui credebantur simul esse viri, atque mulieres: Sanè Macrobius Saturnaliorum sæpiùs indicato primo volumine, non solùm Deos, sed etiam Diuas eadem esse cum Apolline Numina edocet: de Isde quidem & Salute, cap. 20. de Telluris diuinitate, c. 21. de Nemesi, cap. 21 Augustini autem sunt illa effata lib. 7. de Ciuitate, cap 11. *Cogito enim posse responderi, & ipsam Iunonem*

Idem simulacrum ex mare pariter & femina.

Turneb. Dempster.

Regula: Dij sub feminina nuncupatione, Dea sub masculina leguntur.

Ribera. Gueuara. Horus. Ammon.

Non tantùm Dij, sed etiam Deæ, indistincta à Sole Numina. Macrob. August.

nihil aliud esse, quàm Iouem, secundum illos Valerij Sorani versus, vbi dictum est.

Iuppiter omnipotens Regum, rerúmque, Deúmque
Progenitor, progenitrixque Deûm.

Quare ergo dictus est Ruminus, cùm diligentiùs fortasse quærentibus, ipse inueniatur esse etiam illa Diua Rumina? Quemadmodum igitur si fingeremus duas naturas, equi, videlicet, & leænæ eadem terminari subsistentia, (dixi fictionem, quoniam certiùs opinamur, neque de absoluta Dei potestate creatam subsistentiam duas posse afficere naturas, eò quòd essentialiter modus sit, & non res;) tunc sanè de eo complexo verum fuisset, & equum, & leænam nominari posse; ita cùm permiscerent Deorum naturas priscarum fabularum architecti, & quasi vnam personam ex duarum essentiarum glutino conflarent; absque incommodo nonnunquam Diuæ, aliquando & Diui vocibus exprimebatur quicquid illud erat.

101. *Amos locus elucidatus ex cap. 5.*

Hæc nobis aperuêre spem, vt Amos posse nos assequi sensum arbitraremur, qui cap. 5. vers. 26. *Et portastis* (ait) *tabernaculum Moloc vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus Dei vestri quæ fecistis vobis*; Quam & repetit sententiam Martyrum Antesignanus Actorum cap. 7. vers. 42. Quamuis igitur communi æstimatione idolo Moloc Saturnus censeatur adumbratus, de quo vide Pinedam de rebus Salomonis, lib. 7. cap. 11. num. 3. cogitamus tamen meliora esse, quæ noster Sanchez variis sparsit suorum Operum locis; nimirum, ad præfatas Amos, & Actorum sententias, ad cap. 21. lib. 3. Regum; nempe Solem esse; Nam, quòd passim Scripturæ dicant huic simulacro, & nationes, & Israëlitas solitos immolare filios suos; hoc etiam in Solem quadrare commonstrat Sanchez & nos ostendimus n 94. id autem, quod doctè comprobat Ribera ad c. 5. Amos, numero 68 Sanchez, & Pineda citatis locis, Salianus exactissimè demonstrat tom. 3. anno mundi 3999. à num 34. Moloc, siue Melchon (quæ sunt eadem nomina) Regem significare: ita vt idolum hoc sibi appropriaret appellatiuum, & commune verbum, quo Regem denoramus, velut qui per excellentiam, & absolutè Rex dici mereatur; Quare & Septuaginta ἀρχοντα, id est, regnantem; & ipse Vulgatus cùm Paralip. 1. cap. 20. vers. 2. Melchon retinuisset, Reg 2. c. 12. vers. 30. Regem transtulit, ab Hebræo, nempe, Malac מלך quod est regnare; hic (inquam) tam magnificus titulus Solem indicat; nimirum Planetarum quempiam fuisse omnes admittunt; Saturnus à plerisque habitus, Iouem, aut Mercurium aliqui putauere; at inter Planetas, intérque omnia astra Phœbus facilè Princeps, atque Dynasta; Diximus aliquid ex Plinio numero 91. probat summus Astronomus noster Clauius ad cap. 1. sphæræ Sacroboscí; sed disertissimè ex Patribus, Theologis, Astrologiæ ducibus Conimbricenses nostri ad cap. 5. lib. 2. de cœlo, quæst. 2. artic. 2. quare & in quarta sphæra residet, vt inde quasi è regni meditullio vim suam quaquauersum diffundat; & quanquam orbes ipsi, quò altiores sunt, eò nobiliores censeantur: tamen quarta sphæra cæteris præstantior est quoniam eam sibi vendicat syderum Monarcha Phœbus; quamobrem & de hoc Moloc simulacro, quoniam Apollinem referebat, legimus ornatissimo diademate (ex auro, nempe, vt flauum repræsentaret Numen, & micantibus lapillis, quo radiaret magis) insignitum Reg. nominato lib. 2. capite 12. vers. 30. quemadmodum validè probat Salianus vbi suprà: Quòd si fabularum constructores imitemur, & syderibus placeat regiam concessisse dignitatem, quòd iubar emittant, coronam repræsentans; cùm à Sole habeant, vt coruscent, & fulgeant, vti monstrauimus num. 91. eius quoque beneficio acceperunt, vt Reges viderentur: ipse igitur Regum Rex, à quo in cæteros manauit regia, vel similitudo, vel potestas: Hunc igitur, qui, cùm Rex absolutè profertur, concipitur, operoso vehiculo tabernaculi in similitudinem expolito, solenni pompa traducebant vanissimi cultores: nam diuinorum mysteriorum æmulatores cùm fuisse Cacodæmonas audierimus ex Tertulliano num. 94. publicos, solennésque processus, quemadmodum habet intaminata religio, habebat quoque præuaricatrix: mutuati Israëlitæ ab Ægyptiis, de quibus Claudian. lib. 4. de consulatu Honorij:

Processus vanorum Numinum in publicum.

Claud.

——*Sic Numina Memphis*
In vulgus proferre solet, penetralibus exit
Effigies, breuis illa quidem, sed plurimus infrà,
Liniger, imposita suspirans veste Sacerdos
Testatur sudore Deum, Nilotica sistris
Ripa sonat, variósque modos Ægyptia ducit
Tibia, submissis admugit cornibus Apis.

Actor. c 7. *Moloc num idem cũ Sole Numen?*

Sanchez.

Ribera. Pineda. Salian.

Septuag.

1. Paral. 20. 2. Reg. 12.

Phœbus Rex Planetarum.

Clauius.

Conimbr.

Describit eleganter longa oratione lib. 5. rerum Indicarum noster Acosta cap. 23. At Macrobij sententiam præteriisse non conuenit, qui Saturnal. 1. cap. 23. de Solis statua: *Vehitur* (inquit) *simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra, & subeunt plerunque prouinciæ Proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri*; Fortasse ne hos Phœbi baiulos imitati fuisse viderentur veræ religionis alumni, Ezechielis cap. 44. vers. 20. & alibi sæpè præceptum, ne caput raderent: Sic igitur coronatus, & tabernaculo (velut geniali lectica traducuntur nubentes cum nuptiarum diademate) vehebatur Solis statua: ad quæ fortè alluserit Psalmodus carmine 18. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, & ferebat secum comparem, Lunam nempe: Hoc equidem *sydus Dei vestri*, De quo in antecedentibus Amos, & cuius enarrandi gratia susceptus à nobis de Molocho sermo.

Acosta. Macrob.

Ezech. 44.

Versus ex Ps 18. declaratus.

102. *Molocho Phœbi simulacro quanã adiuncta stella?*

Atque equidem sydus hoc stellam matutinam, Luciferum videlicet, explanat Hieronymus ad cap. 5. Amos, in quam conspirauêre sententiam ad cap. 7. Actorum, Beda, interlinearis Glossa, Nicolaüs Lyrensis: eadémque interlinearis Glossa cum altera maiori ordinaria Glossa in dicta Amos verba: verùm hoc Luciferi astrum Venerem esse Hieronymus in vita Hilarionis planè declarat: Augustinus asserit lib. 7. de Ciuit. cap. 15. Eusebius lib. 3. de præparatione euangelica, cap. 3. Beda in cap. 7 apostolicorum Actuum: quemadmodum igitur dicebamus, consociatos vno, eodémque simulacro, cùm loqueremur de Dagone numero 97. Apollinem, atque Venerem, seu Lunam: sic nunc dicimus, copulatos statua Molochi, aut Melchi titulum præferente: quare Amos quasi appositiuè loquutus de Melcho: *Et imaginem* (inquit) *idolorum vestrorum, sydus Dei vestri*, id est, simulacrum, quod & Moloc, Apollo scilicet & simul Lucifer Venus nempe, est: vbi verò stella repræsentans Venerem sub Luciferi typo fixa esset, dubium, Probabile est corona

Hieron. Beda. Interlin. Nicol. Glossa. Euseb.

sed. isse,

ſediſſe,& gemmas eſſe pretioſiſſimas, quas Molochi diadema habuiſſe confirmat liber 1. Paralip.cap.20.in Hebræo,& Græco dicitur corona illa lapidem pretioſum oſtendiſſe, vt notauit Salianus tom.3. Scholio 6.ad annum mundi 2999. quaſi vna tantùm fuerit gemma; innuit etiam Ioſephus lib.7. Antiq.cap.7. Sed credo vnam ex multis lapillulis conflatam magnam gemmam, quæ lucidiſſimi ſyderis fulgores ſatis declararet; Certè Plinius lib.37. cap.10. dum per alphabetum gemmas diſtribuit, cuiuſdam meminit, cui Beli oculus nomen; *Hæc* (inquit) *propter ſuam ſpeciem ſacratiſſimo Aſſyriorum Deo dicatur:* Belum autem Aſſyriorum Numen Solem fuiſſe monſtrauimus num.90.Sed & poſteà Solis gemmam proponit; *Quæ candida eſt,* (ait,) *& ad ſpeciem ſyderis in orbem fulgentes ſpargit radios, verùm & Salenitem ex candido tranſlucere* (inquit) *melleo fulgore, imaginem Lunæ continentem*; Huius igitur generis lapillo aliquo exprimebatur, ſeu Venus,ſeu Diana: & ſupra verticem, id eſt, nobiliſſimo, optimóque oportebat loco,vt quanto eam honore, quæ Olympi Regina dicebatur, & ſceptri conſors, proſequeretur,teſtatum omnibus fieret, quemadmodum ſummus Hebræorum Pontifex auguſtiſſimum & ineffabile Dei nomen lamina geſtabat à mitra pendente, non humero, non pectore ferebat Exodi cap. 39. verſ. 29. Atque hæc fuit compoſitio, ex virili, femineóque ſexu, quam referebat Molocho dicata ſtatua.

1. Paral. 20 — Salian. — Ioſeph. — Plin. — *Gemma Beli oculus dicta.* — Exod. 39.

SVBSECTIO IV.

Sponſa Phœbi adoratrix, ſub qua forma? Canticorum ex cap. 1. Duorum verſuum interpretatio variór: celebris nodus ex Pſalm 67. verſ. 14. Si dormiatis inter medios cleros, &c. Triplici via diſſolutus; diuinatio ex ſomnijs: Gehennæ vnde nuncupatus ignis? Paulus declaratus: Veſtalium focus perennis: Priapi in ſacris an Magriſtra extiterit ſponſa?

103. EX antecedenti articulo diſputatis facile eſt definire, non alia venerari potuiſſe ſponſam Numina, quàm aut Solem, & Lunam; ſed cùm his etiam Diis inſani idololatræ pudendas ſæpè formas dederint, aut ob horrorem difficiles, aut contemnendas propter abiectam materiam; explorare iuuat, quo ſuperſtitionum genere delectata ſit ſponſa; Docebit nos cumulatè Sionidum erga nouam nuptam malignus liuor,dum enim dolebant virginem ex peregrinis allatam regionibus, cuius fama in id temporis extra patrios fines obſcura,ſibi præferri; quibus poſſunt, vellicant modis, & Paganiſmum in primis obiectant; Audiamus ab ipſius ſponſæ veraci lingua, quid effutiuerint, *Nigra ſum ſed formoſa filiæ Hieruſalem* (Cantic.1. verſ.4.) *ſicut tabernacula Cedar,ſicut pelles Salomonis; nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decoloranit me Sol*; Hanc quidem fuſcitatem metaphoricè capiendam, de Gentilitate,ſcilicet, reliquæ Epithalamij ſententiæ cogunt; Nam certè præd catur velut lilium candor illius eſſe cap.2. verſ.2.cuius cum albedine cæteræ virgines ſi audeant contendere, ferrugineæ apparebunt ſpinarum in morem; collum quandoque margaritis, quandoque eboris comparatur nitori,vt mirum ſit iuxta faciem tenebroſam poſitum euaſiſſe albidum, Nec iuuat dixiſſe per meridiem cum paſtoribus vagatam eſſe, quo diei articulo Sol maximè torret; nam velata prodibat in ſaltum & campos, vulnerauit enim amantem in vno oculorum, in vno colli crine, quoniam cætera,& honeſtatis & formæ diligentia celauerant. Denique *tota pulchra*, & abſque *macula* omni aſſeritur cap.4. quare & ſic maximi Interpretes expoſuêre; Adamantius imprimis homil.1. ex quatuor affirmans, ſponſam tale aliquid paſſam, quale Sephora Moyſis ſuſtinuit vxor, cùm Æthiopiſſa nominaretur à Legiſlatoris ſorore,id eſt,ſuperſtitionum & illegitimarum cæremòniarum obſeruatrix, vt probè declarat Salianus tom.2.anno mundi 2545. numero 184. Athanaſij exiſtimata Synopſis, Trium Patrum Commentarius, & cæteris diſtinctus Theodoretus, Hieronymus ad cap.9. Amos,capútque 2. Sophoniæ, Auguſtinus, Anaſtaſius Sinaïta, Petrus Damianus præludio 1. dati num. 51. éſtque hoc metaphorę genus conſanguineum Scripturarum vſibus quibus ſolenne eſt per Æthiopas, eò quòd atratos ſupponant: illos ſignificare Auctore Hieronymo in verba ea cap.2. Sophoniæ; *Sed & vos Æthiopes & qui penitùs in vitia ſunt demerſi ſecundum illud, quod in Hieremia legimus: Si mutabit Æthiops pellem ſuam*: Sed fuſcitie ethniciſmum in primis adumbrari, duce eodem Hieronymo, euincit noſter Ribera ad cap. 9. Amos,num.18 & cap.2.Sophoniæ,num 60. Nigram igitur & vmbroſam cùm ſponſam nominant,non oris, & faciei gratiam diminuunt; ſed animum perſtringunt, qui ſit vanorum Numinum irretitus ſuperſtitione turpi, atque indigna.

Canticorum verba ex c.1. enucleata.

Sponſa Canticorum pagana. — Origen. — Salian. — Athan. — 3. Pat. Com. — Theod. — Hieron. — *Regula: Æthiopes pro peccatoribus, & ſpecialiter pro ethnicis in Scriptura.* — Ribera.

Illa quidem admittit,verum eſſe, quod affirmant, ſed dum ſuum extenuat crimen, eas ingeniosè pungit; Fateor(ait)me commune Numen, Solem,nimirum,adoraſſe:indecens quidem hoc, & vituperabile: ſed ferendus vtcunque,veſtra ſi cum inſania conferatur, meus error: quid enim coluiſtis? Certè vitulinum occiput:atqui præceptores habuiſtis in paucis clariſſimos, quibus excelſum & immortale Numen arcana aperuerat, quotidie ante ora veſtra ſtupendi caſus, inſolita oſtenta, præpoſuiſtis Dominatori potentiſſimo Ægyptiorum infandas, ſpurcáſque Deitates: & qualia tandem idola? (Iuuenalis Satyr.15.)

104.

——— *Crocodilon adorat*
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibin.

Quàm ridēda gentilitatis Numina. Iuuen.

Quæ hæc religionis deriſio eſt? Nónne ſcurrilitati mimicæ magis, quàm diuinæ conſonant dignitati. (Auguſt.6. de Ciuit. cap.9.) *Hæccine ſunt Numina ſalubria vrbium, magis ridenda quem ludibria Poëtarum, & theatrorum*? Ego autem inter Pædagogos quidem multos:ſed, qui omnes cæcutirent,& infauſtos docerent ritus: non talpas, aut veſperiliones, non reptilia, aut vile allium adoraui: ſed Phœbum ſuo in decore, nempe, ſydus illud Aſtrorum ornamentum Mundi oculum,Planetarum Regem temporum metatorem: Quòd ſi vobis inhonorum non eſt fuiſſe aliquando tenebras, quoniam modò tranſlati eſtis

Auguſt.

Sponſa ad Iudaiſmum conuerſa.

ad lumen incomparabile, & filius non portabit iniquitarem patris sui; *Ego quoque laceris quondam*
Theodoret. *obsita pannis* (Theodoretus in illud cap. 1. Cant. *Nigra sum,*) *nunc in vestitu deaurato, regiam obtineo dignitatem; Æthiopissa quidem fui; sed oblita sum populum meum, & domum patris mei; itaque concupiuit Rex decorem meum*; Denique nigra sicut tabernacula Cedar; formosa, velut pelles Salomonis.

105. Sed, nisi vani augures simus, hæc sponsæ oratio Psalmum 67. tangit; ea nanque oda cùm per
Ps. 67. versus difficiles ad logiã enodati. Deum collata ingentia beneficia in Hebræorum nationem cecinisset Vates, celebrauit altiori Musa beneficentiæ apicem, nempe, quòd idololatriæ horrendam abstersisset lepram, & denigratos super carbonem, lacte candidiores, & super ebur, atque sapphirum nitidos reddidisset; *Rex virtutum* (inquit) *dilecti, dilecti*; hoc est, Deus ille populi sui amantissimus, vt speciosam exhiberet sibi, & non habentem maculam gentem acquisitionis, ciues sectatores bonorum, *spolia diuisit*; idola, nimirum, superauit, & quicquid Ægypti superstitio labis asperst, purgauit: quidni enim fecisset, cuius ob hoc nomen: *Accelera spolia detrahere*; (Isaiæ cap. 8. vers. 3.) *festina prædari*: Sed
Isaiæ 8. iuuat percepisse, quanta extiterit hæc medela: non enim leuiter deformatos emendauit; sed amissam penitùs speciem superbissimis auxit incrementis; *Si dormiatis* (ait) *inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*: Quem quidem versum cum sequenti, *Dum discernit cœlestis Reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon*, putat noster Sanctius prolegom. 6. in Cantica, num. 26. eadem sig-
Allusio ad librum Canticorũ Ps. 67. Pandico. Sanchez. nificare, quæ verba Canticorum, quorum inuestigationi insudamus; sed ille ad agrestia opera retulit, fuscatámque sponsam arbitratus est, dum ruris exercitationes sequitur: Nobis aliter explicasse necesse, nempe de superstitionibus gentium; quod vt persoluamus sufficienter, non pauca sunt, quo fieri possit compendio annotanda.
Hebræi in Ægypto Gentilium superstitionis didicêre. Salian. Primùm, Hebræos, cùm apud Ægyptios commorarentur, falsorum Deorum cultu oblectatos fuisse; Probat egregiè Salianus tom. 1. anno mundi 2451. num. 3. indicat apertè illud Iosuë c. 24. num. 14 *Auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, & seruite Domino*: Tradunt communiter Explanatores ad
Ezech. 23. Hieron. Theod. Gloss. Nicol. August. initium cap. 23. Ezechielis, Hieronymum, Theodoretum, vtranque Glossam cum Nicolao, sequentes; Secundum inter *medios cleros* idem haberi, atque inter medias sortes Augustino Oedipode, quem innumerabiles sequuti, quoniam Græcum κλῆρος, Latinis *sors* est; Porrò vaticinia & diuinationes sortium vocabulo exprimi à bonis
Liuius. Scriptoribus: Liuius 1. Decadum, lib. 1. *Delphos ad maximè inclytum in terris oracului mittere statuit, neque responsa sortium vlli alteri committere ausus*; Prudentius in Apotheosi:

Prudent. *Vaticinia sortium vocabulo significata.*

——— *Ex quo hominis Deus induit artus,*
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodes cortina tegit, non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.

Tertium, futurarum rerum prædictiones per somnia sæpè oblatas; Cornutus, si tamen verus
Cornut. *Vaticinationes per somnia,* ad 2. Persij Satyram: *Acron* (inquit) *tradit, quòd in porticu Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies: & contra eas sub Diuo totidem equestres filiorum Ægysthi, ex ijs autem statuis quædam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula:* Immittebantur hæc ab Inferis, sed diuersis itineribus vera, quàm falsa, quoniam & ex ianuis dissimilibus, quas Latinus Poëta lib. 8. Æneid. descripserat, inquiens:

Bona & mala vaticinia diuersis ostijs emissa. Virgil.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Hac falsa ad superos mittunt insomnia manes.

Notauit autem scitè Macrobius cap. 3. in lib. 1. somnij Scipionis, abiectioris materiæ, corneam, videlicet tribui portam veris somniis, quoniam cornu subfuscum, & obscurum est; Cacodæmones autem, Dij gentium, nempe, ne propter mendacia contemnerentur, inuolucris ambagibúsque vtebantur, vt cùm euenisset, alios fuisse exitus quàm pollicebatur vaticinium, non Deo tribueretur crimen, sed hominibus oraculum penetrare non valentibus; Quare Chrysippus apud
Tull. Romanum Demosthenem lib. 2. de diuinitate, *flexiloqua, & obscura vocat Oracula.* Lucan. lib. 6.
Lucan. cantat:

Macrob. *Ethnicorum vaticinia ambigua.*

——*Tripodes, fortésque Deorum*
Sors obscura tenet.

Verùm, quòd Dæmones per somniorum præsagia mortales decipere in more haberent, fidelissimus testis Gregorius Papa affirmat lib. 8. Mora-
Veræ etiam prædictiones in somnijs. Greg. Papa. lium, lib. 13. *Nisi enim somnia* (inquit) *plerunque ab occulto hoste per illusionem fierent: nequaquam Scriptura dixisset Ecclesiast. 34. Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vanæ: vel certè in Leuitico cap. 19. non esset scriptum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia: cuius verbis, cuius sint detestationis, ostenditur, quæ auguriis coniunguntur.* Quo loco pergit declarare, & æternum atque indubitabile Numen per somnia reuelasse Abrahamo, Iacob, Iosepho, Salomoni, aliísque: vnde
1. Reg. 28. Regum 1. cap. 28. vers. 6. de Saüle dictum: *Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas:* Quamuis autem cubationis peculiaris aliqua forma superstitiosis somniatoribus, vti Maro innuit lib. 7. Æneid.

——— *Huc dona Sacerdos*
Virgil. *Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti*
Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit.

At quòuis modo sopore vincente, id est, siue extra stratum, aut in thalamo loquebatur cum suis verum Numen; Iobi autem liber lecti sæpiùs me-
Iob 7. & 33. minit, quoniam ad quiescendum, thorum conscendere vsus est cap. 7. vers. 13. *Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties*: Cap. 33. vers. 15. *Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo.* Sed de sacrorum arcanis somniorum scire desiderans, adeat Iacobum Boulduc lib. 3 Ecclesiæ ante legem, cap. 13.
Boulduc. Pereira. Castro. & 14. & ex nostris Pererium lib. 1. in Danielem, disputatione de somniis; Castrium tractatu Isagogico de Vaticiniis ante minorum Prophetarum explanationem, lib. 2. cap. 10. Antonium Fernan-
Fernand. dez prælud. 7. in veteris Instrumenti visiones Theophilum Raynaudum Theologiæ naturalis dist. 4. n. 44. Ludouicum Vellugam de vita duorum præludio 1. cap. 10. & 11.

106. Ergo his statutis: Dauidica verba respicere affirmauerimus eam, quæ per somnia est, diuinationem; aut potiùs dixerimus idololatriæ speciem vnam pro multis, seu etiam vniuersis poni, vt sensus euadat: Quamuis in medio clerorum

(ita

Ianſen. (ita conſtruit Ianſenius) accumbatis, hoc eſt, in ſummam idolo latriam exceſſeritis, medio nanque id ſignificatur, velut mediis tenebris tenebrarum profundiſſima, vt Prouerb. cap. 20. v. 20. *Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris*, Signanter *medias*, dixit, quo innueret, Auctore Caietano, quod obſcuriſſimum eſt, & lucis fulgoribus maximè indigens; ex hac igitur tam enormi ſcelerum voragine, & ſpurcitie turpiſſima eruam ad tantam nitelam, vt ſi veſtra cum pulchritudine, & elegantia certare audeant columbarum ſpecioſiſſimæ, illæ ſcilicet tam niueæ, quæ argenti ſplendorem æmulentur, quibus ad maiorem gratiam demorientis auri ad dorſi metas fulgetra aut vincantur aut quidem ſuperiores non euadant; At hæ quæ fuerint columbæ, quoniam pro dignitate tractauit Gueuara ad c. 1. Habacuc, n. 154 dicere ſuperſedeo; ſed his non fieri ſatis propoſito à nobis inſtituto decertabit curioſus Lector: Nam, cùm ſponſam à nigredine ad candorem tranſlatam aſſeramus, oportebat attuliſſe quidpiam extrema hæc complectens; præfatis autem quamuis columbarum appareat argentum, ſed aliud quod fuſcum eſſet, atque vmbroſum non produximus; verùm ad hæc etiam accingamur.

Regula: Medium pro eo quod ſummũ eſt adſumptum: & quod profundiſſimum Prouerb. 20. Caiet.

Gueuara.

107. Suppono igitur id, quod in huius explanatione Pſalmi aduertit Ianſenius, Gueuara loco nuperrimè indicato, Boulduc vbi ſuprà ad calcem numeri 103. petendum horum verborum ſenſum ex ſimillimis aliis Geneſ. c. 49. v. 14. *Iſachar aſinus fortis, accubans inter terminos*, Græca tenent, ἀναμέσων τῶν κλήρων, hoc eſt, *in medio clerorum*; cuius verſionis ſeptuaginta Virorum meminit Hieronymus in Hebraïcis traditionibus; ſignificant autem huiuſmodi limites, & termini cancellos eos, quibus agri, poſſeſſionéſque diuiduntur; Porrò monuiſſe conuenit, maleficas incantationibus ſuis eligere hortos, agrorúmque loca munita, quæ terminis circunſcribuntur; quoniam autem manes Pythoniſſæ conſulere, cùm in has ſe conferunt partes, conſueuerunt, funeſta, atque atrata ſunt omnia, & victima, & coniurantis amictus, & apparatus reliquus: audiamus parumper hortorum tutelare Numen Priapum apud Horatium lib. 1. Sermonum, Satyra 8. quibus coloribus ſagas depingat dolens, quod vellet nollet pomœrium ingreſſæ fuiſſent:

Gen. 49.

Hieron.

Venefica in horis incantationes exercent.

Horat.

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, paſſóque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
Unguibus, & pullam diuellere mordicùs agnam
Cœperunt, cruor in foſſam confuſus; vt inde
Manes elicerent animas reſponſa daturas.

Incantatiũ habitus funeſtus, & atratus.

Sed quoniam à Seneca, quod eſt nigredinis, dum euocantur ab imo ſpiritus, proponitur, non omittam illius verſus ex Oedipo proferre:

Seneca.

Tunc foſſa tellus, & ſuper rapti rogis
Iaciuntur ignes, ipſe funeſto integit
Vates amictu corpus, & frontem quatit
Lugubris imos palla perfundit pedes,
Mortifera canam taxus adſtringit comam.
Nigro bidentes vellere, atque atra boues
Retrò trahuntur, flamma prædatur dapes,
Vtúmque trepidat igne ferali pecus,
Vocat inde manes:

Magia idololatria ſeminarium. Pereira. Magicis autem artibus excelluiſſe Ægyptios, atque fuiſſe peſſimum inuentum idololatriæ ſeminarium, oſtendit Pererius diſp. 2. in c. 7. Exodi; Ab his itaque nigredinis ſumere exempla operoſum non eſſet, quippe Hebræi Ægyptiorum imitati mores, in quos relapſi Saule regnante Reg. 1. c. 28. cùm euocare vellent ab Infero animas, accubabant inter terminos, id eſt, intra hortorum ſepta, ibíque & victima, & Sacerdos, totáque inuocationis præparatio mœſta erant, vtpote Tartaro, & æternæ nocti dicata omnia.

108. Sed, quoniam etiam celebris eſt illa huius ſententiæ tranſlatio, quæ cacabos, ollásque culinarias fuligine, & atrore tinctas meditatur; huius quoque in fauorem verſionis laboremus; fortaſſe autem alluſio eſt ad infandum ſacrificij genus, quo mortales in extremam prolapſi amentiam, chariſſima pignora, filios, gnatáſque Dæmoni immolabant, & Iſraëlitæ Molochi ſimulacro; Non potero, quantuncunque ſtomachetur breuitatem amans Lector, quin Lactantij tranſcribam verba lib. 1. diuinarum Inſtitutionum, cap. 21. *Tam barbaros*, (inquit,) *tam immanes fuiſſe homines, vt parricidium ſuum, id eſt, tetrum atque execrabile humano generi facinus, ſacrificium vocarent: cùm teneras, atque innocentes animas, quæ maximè eſt ætas parentibus dulcior, ſine vllo reſpectu pietatis extinguerent, immanitatémque omnium beſtiarum, quæ tamen fœtus ſuos amant, feritate ſuperarent: O dementiam inſanabilem! quid illis iſti Dij amplius facere poſſent, ſi eſſent iratiſſimi, quàm faciunt propitij? cum ſuos cultores parricidijs inquinant, orbitatibus mactant, humanis ſenſibus ſpoliant.* Qua de re ſcribit noſter Acoſta lib. 5. Hiſtoriarum noui Orbis, cap. 22. occiduæ habitatores Indiæ tam deteſtandam auerſatos Dæmonum tyrannidem, priuſquàm Euangelij affulſiſſet lux conſilia iniiſſe, ſi quo pacto mitiora inueniſſent Numina, quæ adorarent; Forſan, & propterea Moyſi vera apparuit Diuinitas flammam repræſentans Exodi cap. 3. vt cùm ne ſpinas quidem læſiſſet, mitiſſimi Numinis ſuauiſſimis delectati imperiis Iſraëlitæ facilè valedixiſſent tam atroci idolorum Deo, qui auulſos à matrum vberibus dulciſſimam voraret infantiam; ſed Iudæus ſupra Barbarorum immaniſſimos efferus, ſupra Indos ſtolidus, cùm eam nactus fuiſſet diuinitatem, *quæ circunduxit eum, & docuit* (Deuteronom. cap. 32. verſ. 10.) *& cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui, expandit alas ſicut aquila, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis*, maluit tamen Molocho infantes teneros cremare, durus ad puſionis lacrymulas, ad iniecta collo brachiola, ad imperfectas balbutientis, ſed quas genitor, ſi pietas vlla, facilè intellexiſſet, preces: ergo inter cacabos, & culinarij armamentarij præclariſſima inſtrumenta ſcelus peragebatur Thyeſthæa atrocius menſa; Deſcribit ad longum noſter Caſtro ad Hieremiæ cap. 44. Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 11. num. 3. vbi perhibet, Sacerdotes infamis ſtatuæ, *Chomerim* vocatos, aut à nigris veſtibus, vel quod certius fuerit, à fumo, à combuſtarum vapore carnium, à chytropodum, caldariorúmque attritu; ab his igitur impuriſſimis hoſtiis, quæ & mentem, mentúmque pariter fuliginant tranſlatos fuiſſe Hebræos gloriatur Pſalmographus ad veræ religionis tam puros ritus, támque mites, columbarum vt & nitelam, & manſuetudinem æquent.

Damonum immanitas cogentiũ homines, filios ſacrificare. Lactant.

Indi occidui Dæmonum ſeuitiam auerſati. Acoſta.

Cur rubo apparuerit Deus, Exod. cap. 3.

Deuter. 32.

Caſtro. Pineda.

109. Verùm, quo id fuerit modo perpetratum, ſequenti hemiſtichio declarat; *Dum diſcernit cœleſtis Reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon*; nempe, Sacerdotium inſtituit, & diſcreuit ſibi Leuitas,

Leuitas, quos à multitudine ſeparauit; *Status Leuitas in conſpectu Aaron* (Numer.c.3.) *& conſecrabis oblatos Domino, ac ſeparabis de medio filiorum Iſraël, vt ſint mei*; Hi Reges ſunt, quos cœleſtis Rex ſegregat; neque enim Regis titulus à ſacerdotio alienus; nempe Regum 2.c.8. percipimus v.18. filios Dauid Sacerdotes eſſe cùm Principes ſolùm eſſent, eo quemadmodum loco benè aduertit noſter Sanchez, Pereira diſput. 12. in c.2. Exodi, n.65. Salianus tom.2. anno mundi 2504. n.9. erant quippe de tribu Iuda, quæ tamen lineam ſacerdotalem non dabat, ſed Leuitica; quare Septuaginta ἀῤχὰς vocarunt, id eſt, Principes aulæ, eò quòd ſacerdotalis auctoritas Palatinæ comparabilis ſit; hoc autem dum præſtaret, contigit, vt quorum nigredo, atrórque Selmonis obſcuriſſimi montis vincebat tenebras, horum candor niues excederet: Iam vt ſponſæ applicemus; demus quidem Cedarenos nigros fuiſſe; ſic enim velit Vincentius Riccardus ad hûc, de quo tractamus verſum: *Nigra ſum*, &c. atque ob hanc cauſam, quo præteritam repræſentet fuſcitiem, à Cedarenis exempla deſumere ſponſam, fuerit illa ſortilega, fuerit præſtigiatrix, denique & ex Molochi infando ſatellitio, quid, nónne eodem quôdam volutabro demerſus Hebræorum populus? Sed exſurrexit beneficio clementiſſimi Numinis, euaſitque lucidus quale argentum, quale nix; ex deformi tam decoram vertit, cuius inæſtimabilis pulchritudo Salomonis exſuperet tentoria, pelles illas, quibus ad perfectam ambitionem nihil defuiſſet; ſibi igitur iniuriæ ſint, ſuáque condemnent, neceſſe eſt, ſponſam ſi deſpicere pergant.

Num.3. *Regula: Sacerdos pro Principe ponitur.*
2.Reg.8.
Sanchez. Pereira. Salian.
Septuag.
Selmon mons opacus.
Cedareni fuſci. Riccard.

Sed quoniam Molocho qui initiati eſſent, quàm ſubtriſtis & fuliginoſa eſſet plebs, oſtendimus, placet monuiſſe ab huius ignibus *gehennæ* nomen deſumptum; obſeruarunt id Ianſenius Concordiæ cap.40. ad illud: *Ego autem dico*, &c. Maldonatus ad Matthæi cap.5. verſ.22. Gabriel Aluarez ad Iſaiæ c.30. verſ.33. Dicebatur autem Gehennon, id eſt, vallis Ennon, Ioſuë 18 verſ.16. *Deſcenditque in Gehennon, (id eſt, vallem Ennon) iuxta latus Iebuſæi ad Auſtrum*: Locum ipſum quidem amœnum ſatis fuiſſe, vtpote quem ex Siloë fontibus deriuati latices irrigarent, ſcribit Hieronymus ad cap.7. Hieremiæ, verſ.31. *Ædificauerunt excelſa Topheth*, &c. prope Hieroſolymam extitiſſe eiuſdem Hieremiæ verba illa c.19. verſ.2. denotans: *Egredere ad vallem filij Ennon, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis; in ſuburbanis, nempe Hieruſalem*, vt idem aſſerit Doctor Topheth deſcribens in locis Hebraïcis; Porrò hîc immolatos ab Iſraëlitis pueros ſimulacro Moloch conſtat apertè ex nominato Hieremiæ c.7. atque ex Regum quarto volumine, cap.23. conſentiunt autem præfati Auctores, & dati n.106. Caſtrius, atque Pineda tympana pulſata dum crematentur puſiones, ne audito infantium vlulatu parentum commouerentur viſcera, & ab hoc nomen loco Topheth, quoniam tympanum Hebraïcè, *Toph* תֹּף, nominatur; ego tria coniungo; Primum, Sacerdotum pullos, atque funeſtos amictus, ſqualida membra, faciem à vaporibus, & fumo turpiter denigratam; Secundum, tympanorum inconditum ſonum, quem veroſimile eſt matrum à clamoribus auctum; vix enim credibile eſt, miſerabiles non dediſſe voces; at quàm feralis muſica? Tertium, ignem hunc inextinctum fuiſſe, & qui perpetuò arderet; hæc autem tria quis non facilè contempletur ad viuum exprimere Tartaream confuſionem, Chaóſque illud immane, & formidandum? Atque de primis duobus conſpirant nobiſcum, quos citauimus Patroni: perennium verò ignium illi quidem non meminêre, nos autem coniectura ducimur: eò quòd Veſtæ Numen in hunc finem commenti ſint, quibus Deos mentiri libuit; Sanè ab ipſis idololatriæ primordiis ſtatim cæptus à Perſis & Chaldæis venerari ignis, qui perpetuis aſſeruatur excubiis, vt tradit Clemens Romanus 4. recognit. Socrates lib.7. c.8. tranſiit ad Ægyptios ſuperſtitio, qui hoc ritu Iſidem, Veſtam nimirum ſeu Tellurem auctore Macrobio lib.1. Satur.cap.20. & Seruio ad 8. Æneid. ab his deriuata ad Phœnicios & Hebræos, deinceps ad Græcos & Romanos tractat eruditè Fortunatus Scacchus ſacror. Eçlochryſm. Myroth. 1. cap.8. & 9. Cùm igitur tot nationum portenta Hebræi adorauerint, veriſimile, neque hanc ab illis prætermiſſam ſuperſtitionem, & mandatum de loco perenni Leuit. c.6. verſ.12. Vitiaſſe paganiſmo: nam, ſi ignes peculiari non coluiſſent ritu, quid opus fuiſſet illa traducendi per flammas cæremonia, qua vſus Achaz Reg.lib.4. cap.16. v.3. qui fuiſſe dicitur gentium vſus: idémque cap.21. verſ.6. de Manaſſe; ſufficiebat vtcunque immolaſſe, ſi victima ſolùm requirebatur: Sed illud ſuſpicionem potiſſimùm generat, quòd Veſta cum tympano efformetur, quod manu teneat, vt tradidêre Auguſtinus lib.7. de ciuit.c.24. Rhodigin. lib.15.c.14. cui affine eſt, quòd Iſis, quam Veſtam meritò cenſeri diximus, cum ſiſtro depingatur. Pſeudocornutus ad illud Satyræ 5. Perſij, *cum ſiſtro luſca Sacerdos & Siſtrum* (ait) *Sacerdotes Iſidis portant; luſca autem ideò, quòd nobiles deformes cùm maritos non inuenerint ad miniſteria Deorum ſe conferant; forma eius oualis, & manubriata*: Dextra geſtari à Dea aſſerit Seruius ad 8. Æneid. ac quanquam lætitiæ deſeruierit, quemadmodum & tympanum, Reg.2.c.6.v.4. *Dauid autem, & omnis Iſraël ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis*: Luctui tamen accommodat Lucani libro octauo carmen:

Veſta, quæ & Iſis & Tellus, effigiata cum tympano.
Cornut.
Perſius.
Siſtrum & fletus, & lætitiæ inſtrumentum.
Seru.
2.Reg.6.
Lucan.

Semideóſque canes, & ſiſtra iubentia luctus;

Ergo Veſtæ, aut tympanum, aut ſiſtrum, quod & ipſa, & eius portant Sacerdotes, illud fuerit, quod crepitat, atque perſonat, dum pueri per flammas traducuntur; Denique & in huius rei confirmationem profecerit vallem Topheth ſitam eſſe prope fictilem vrbis Hieroſolymitanæ portam, vt dicebamus huius initio Numeri ex cap.19. Hieremiæ, nempe, vbi teſtacea efformarentur vaſa, vt ait Lyrenſis; nanque morem fuiſſe ignem illum, quem aliquando extingui piaculum erat eiuſmodi figulinis aſſeruati lagunculis indicant verba illa Valerij lib.4.cap.4.num.13. *Nanque per Romuli caſam, pérque veteris Capitolij humilia tecta, & æternos veſtæ focos fictilibus etiamnum vaſis contentos iuro, nullas diuitias talium virorum paupertati poſſe præferri*; Erat igitur iuxta Veſtæ fanum officina figulorum, vt in procinctu, & ad manum haberent id vaſorum genus, quo ſolùm aſſeruari focos Deæ licitum erat; Atque in hunc Valerij locum cùm incidiſſem, legerémque apud Liuium Decad.1.lib.5. huius ignis vigili conſeruatione Reipublicæ quaſi ſitam eſſe ſalutem: *Quid de æternis Veſtæ ignibus, ſignóque, quod imperij pignus, cuſtodia eius templi*

Ignis perennis figulen vaſe ſeruatus.
Lyr.
Val.Max.
Ignis perennis alimonia ſita Reip. ſalus.
Liuius
Dion.Hal.

Caſtro. Pineda.

Gehennaun-de dicta. Ianſen.
Maldonat. Aluarez.
Ioſuë 18.
Gehennon vallis amœna.
Hieron.
Hierem.19.

110.

templi tenetur? Ac quacunque de causa ignem extingui contigisset, id formidolosissimum Romanis fuisse, vtpote ciuitati ruinam certam portendens; Auctor est Halicarnassæus Dionysius lib. 2. Antiquit. Romanarum. qui & grauissima supplicia virgini inflicta asserit, cuius id incuria euenisset; Putabam sanè Pauli sententiam Corinth. 2. cap. 4. vers. 7 proculdubio ad hæc alludere; nam, cùm de luce sermonem instituisset, quam Christus nostris in cordibus accenderit; *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus*, (inquit,) vt hinc moneamur, quàm diligentes nos esse oporteat, quando frangi lucis incluſorium facillimum sit, quo omne incolumitatis nostræ præsidium gestamus; ac sanè thesauri etiam nomine ignes Tertullianus affecit lib. de Pœnit. ad finem; *Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, cùm fumariola quædam eius, tales flammarum ictus suscitent, vt proxima vrbes, aut iam nulla extent, aut idem sibi de die sperent?* Vt hoc posito nihil ad cumulatam Pauli intelligentiam deesse videatur.

Pauli Hemistichium ex cap. 4. 2. Corinth. peculiariter denotatum.

Tertull.

III. Sed prosequamur sponsæ superstitionem, & exploremus, an, cùm Solem sub ea forma coluerit, qua se æthere ostendit fulgentem, & auricomum, etiam sub diuersa imagine venerata sit? Arbitror ergo, etsi versus, qui hactenus à nobis discussos immediatè sequuntur, nimirum, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui*; probabiliter explanentur de fratrum acerba inhumanitate, qui, cùm ipsi viri essent proindéque aptiores vineam defendere, coëgerint sororculam, quam domi latuisse & formæ & pudicitiæ vtilius foret, vigilem agere; attamen his Priapeia sacra innui; Priapum nanque hortorum, agrorúmque Deum fuisse nouerint elementarij Grammatici; Horatij Satyra 8. ex primo libro Sermonum:

Cant. corum vers. ex c. 1 Illustratus.

Priapus hortorum custos. Horat.

——— *Deus inde ego furum, auiúmque*
Maxima formido; nam fures dextra coërcet?
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetátque nouis considere in hortis.

Priapi Sacerdotissa femina. Num. 25.

Hunc autem Beelphegorem esse demonstrauimus superiùs num. 95. cuius Sacerdotissas fuisse virgines, aut cuiuscunque generis feminas cap. 25. libri Numerorum, indicare visum, quando ab his pertractos Israëlitas docet, vt de sacrificatis Priapo escis comederent, deinceps & colerent; 3. Reg. 15. Verùm clarissimè prodit Reg. 3. liber, cap. 15. vers. 13. dum memorat, Asam Regem Maacham matrem suam amouisse, ne esset Princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat; *subuertitque specum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron.* Atque Adonidis, quem Priapi genitorem, & hortorum nemorúmque Præsidem depingit Natalis Mythologiæ lib. 5. cap. 16. planctum, quem mulieres fecissent, nouimus ex Ezechiele cap 8. vers. 14. hunc autem luctum Phœnicios primùm inuenisse, asserror est Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 21. & de eo quantùm sufficit, nostri Sanchez, atque Cornelius, Pradus in Commentario; Cùm igitur iuxta Sareptam (quæ inter Sidonem, & Tyrum posita est ciuitas) luci conspicerentur, quin & iuxtà sylua, à qua nomen vrbi datum, vult Adrichomius in Aser num. 71. Vineæ quoque essent laudatissimæ: Fulgentius nanque lib. 2. Mytholog. Sareptanum vinum esse affirmat, *cuius tanta virtus sit, quo vix quilibet ebriosus sexta-*

Priapi Sacerdotissa femina. Num. 25.

3. Reg. 15.

Nat. Com. *Adonidis planctus.* Ezech. 8.

Macrob. Sanch. Cornel. Prad.

rium toto mense bibat, Corippus quoque Africanus lib. 3. dum generosa recensét vina, Tyrum, & Sareptam commendat, inquiens:

Corip. *Tyrus, & Sarepta vinum ferunt generosum.*

——— *Dulcia Bacchi*
Munera, quæ Sareptaferax, quæ Gaza crearat,
Ascalon, & latis dederat quæ Græca colonis,
Quæve antiqua Tyros, quæ fertilis Africa mittit.

Euehit & à Bacchi liquoribus Adrichomius memorato loco, Magallanius in cap. 19. Iosuë, sect. 4. annotatione vnica; His itaque in vineis, atque nemoribus sponsa sacrorum, quæ Priapæia dicebantur, Præses constituta; hoc enim aliquando significat custodis nomen, vt cùm Genes. cap. 2. vers. 15. dicitur Protoplastus positus fuisse in loco voluptatis, *vt custodiret eum*, id est, dominaretur in illo, capútque, & Antistes esset; quæ dum imprudens virgo peragit, *vineam suam*, id est, mentem, animúmque non custodiuit; solet enim Scriptura vno, eodémque vocabulo, & in propria, atque etiam allegorica significatione, antequàm absoluat periodum, vti, quale illud Ioan. cap. 4. *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum*, Lymphæ hîc propriè constituuntur, Sed in sequentibus per metaphoram, nempè. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Vide hypotyposeon Martini lib. 5. cap. 7. §. *Solent verba*, &c. Riberam in cap. 4. Michææ, num. 28, & in Zachariæ cap. 2. num. 16. ita hîc vineæ clausulæ initio propriè significant, sub finem ex translatione pro sponsæ anima, pro qua illa segniter vigilauerat; non enim debuerat fratribus auscultasse; attenuat tamen crimen, quòd non femina aduersùs feminam, sed vir, non vnus, sed plures, non exteri, sed coniunctissimi, fratres, videlicet, pugnauerint, atque non nisi per vim, & concertationem Priapi mysteriis operata sit; Quid faceret; Genitor, quem ex Hebræorum semine fuisse diximus num. 84. & qui veram docere posset religionem, obliuioni commisit gnatam: mansit sub potestate matris Phœniciæ, quæ idola semper impensè coluit; fratres, qui non ex eodem sati genitore, sed ex viro idololatra, tacti superstitionum zelo, cùm timerent, ne pater abripere vellet, postquàm creuissent, & Mosaïcis imbueret dogmatis, properarunt inficere sectarum suarum venenis, neque discipulam esse contenti, fecerunt, vt Magistra euaderet pessimarum disciplinarum, atque cùm prope Sareptam habitarent, voluerunt, vt non longè ab vibe sua scholam Priapi soror regeret; In vineis igitur custodem posuerant eam filij matris eius.

Cornel. Prad.

Adrichom. Fulgent.

Sed aduersùs hoc ratiocinium quod diuinationem esse tantùm volumus, & quia futura sit vtilis ad repræsentandam Ecclesiam ex gentibus, antequam Christo desponderetur, subticeri non debuerit duo facere videntur. Primum quoniam, cùm turpissimum esset Priapi simulacrum, oportet, existimemus, non nimiùm castas fuisse, tale, quæ Numen coluissent, feminas; nam propter obscœni magnitudinem adorasse Auctor est Hieronymus ad illud Oseæ cap. 4. *Super capita montium*, &c. Quin & meretrices, scortáque fuisse Propheta eodem loco memorat; *Quoniam* (ait) *ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant*, vt præter Hieronymum, ex Cyrillo, & Theophylacto exponit Ribera num. 26. Regum, c. 23. abundè confirmat, vti quibusdam visum, existimátibus lupanaria fuisse domunculas luci, quas mulieres texebant, de quibus versu. 7. Ergo prostibulum faciamus sponsam necesse est,

112. *Priapi sacra turpissima.*

Hieron. Oseæ 4.

Cyrill Theophil. Ribera.

si

si Priapi cultricem extitisse concedamus; hanccine autem publicis libidinibus fœdatam duxerit Princeps Israëlita, quem toties statuimus ob modestiam, grauitatem, pudicitiam, virginem alienigenam patriis antepositisse puellis? Secundus nodus à verbis Canticorum; nam custodem, vinearúmque Præsidem factam illam significant; vineæ autem non ad Priapi curam, sed ad Liberum Patrem spectant; quare apud eum & vitis, & cantharus, quidquidve ebrietatem iuuat; hæc insignia Numinis, his à Deorum turba discriminatur notis; Rectè delineauit Sidonius Apollinaris Carmine quinto,

Bacchus vinearum Præses.

——— *Sagittiferas Euan populatus Erythras*
Vite capistratas eogebat ad esseda tygres
Cantharus, & thyrsus dextra, laudque feruntur.

Sidon. Apol.

Non itaque Priapum, sed Bacchum venerabatur puella; Sed neque cùm eius sacra etiam scortis ipsis, & prostitutis indigna extiterint, vt loquitur grauissimè Augustinus lib. 7. de Ciuitate, cap. 21.

Augustin.

113. *Ex Paganis etiam sapientissimi in quantam prolapsi amentiam.*

Ad priorem inter duas has obiectiones respondemus, veræ, sempiternæque Deitatis speciali permissione factum, quò mortales, quale esset idololatriæ monstrum, facilè discerent, vt hominum sapientissimi (eorum dico, qui naturæ, rationisque ducatu agebantur solius absque fidei splendoribus) in ea prolapsi sint absurda, quæ stuporem maximum considerantibus pariant; quid enim populo Romano maius, siue belli, siue pacis artes consideremus? quid eius sapientia, quid consilio, quid grauitate præstantius? Et tamen hæc illa tanta Respublica Lupercalia approbauit, quorum tempore festorum, *Nobiles iuuenes frequentes* (inquit in Caio Cæsare Plutarchus,) *& Magistratus nudi per vrbem discurrunt, hirsutis scuticis obuios per ludum, & iocum cædentes; multæ quoque Principes feminæ ex composito se offerunt illis, ac manus ferientibus, sicut in ludo litterario offerunt; creduntque id ad facile puerperium prægnantibus, & infœcundis proficere ad conceptum*; Quæ possit hanc amentiam vincere insania, cùm non scurræ, sed Consules, & Senatores turpissimo ludibrio fuerint? Meritò irrisit amplissimam Patritiorum ordinis auctoritatem Aurelius Prudentius in Romano Martyre:

Plutarch. *Lupercaliorũ festa indecora.*

Quid illa turpis pompa? nempe, ignobiles
Vos esse monstrat, cùm Luperci curritis;
Quem seruulorum non rear vilissimum,
Nudus plateas si per omnes cursitans,
Pulset puellas verbere ictas ludicro?

Prudent.

Iam verò cum Ægyptiorum encyclopedica cognitione quæ possit certare gens, aut natio? à quibus manauit quidquid doctissimæ tulêre Athenæ, vniuersaque Græcia, vt ostendunt Pererius disputatione 7. & 8. in cap. 2. Exodi, Salianus tom. 2. anno mundi 2470. num. 23. Tuffus in Prologum Ecclesiastici, ad illud, *Perueni in Ægyptum*, &c. Hæ illæ scientiæ, quibus imbutum Moysem deprædicat Martyrum Princeps Actorum cap. 7. hæ illæ, quibuscum Salomonis comparatur insignis notitia Regum 3. cap. 4. vers. 30. & tamen, Deum immortalem! qualia portenta tam sapiens protulit Schola, quæ coleret? Audiamus ex eodem Prudentio libro secundo contra Symmachum:

Ægyptus doctissima.

Pereira. Salian. Tuffus.

Act. 7.

3. Reg. 4.

Prudent.

Ægyptus quam vilia Numina coleret?

Vilia Niliacis venerantur holuscula in hortis,
Porrum, & cæpe Deos imponere nubibus ausi,
Alliáque, & Serapin cœli super astra locare.

Sed & septima Synodus Actione 6. §. *Palam dicendum est*, &c. *Nouerunt historicorum librorum peritissimi,* (inquit,) *quia Ægyptij olim boues colebant, & alia quadrupedia, & volatilia diuersa, & muscas, & crabronum habitacula, & viliora istis animantia; Colebant igitur* (ait Lactantius lib. 1. Institutionum, cap. 20.) *thure, ac summis digitis, quæ sensibus intimis horrere debuerunt; qui error omnis ex illius principalis, ac summi boni ignoratione descendit*; Verè euenit, quod Paulus memorat ad Romanos cap. 1. vers. 21. *Quia, cùm cognouerunt Deum, & non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt*; Quid enim tam stolidum, ac quod à nobis commemoratum est? Verùm, quemadmodum etsi absurdi plenissimum videbatur, aut Ægyptiorum Academicos allium colere, aut Romanorum grauissimum Magistratum per compita nudum, intectúmque ferri; non tamen ob hoc statuemus, aut non doctos, vel non prudentes fuisse, quippe exceptis huiuscemodi actis, cætera & scientiam, & prudentiam ostendebant; sic, quamuis sponsæ à turpibus alienissimum animum maculare videatur Antistitem fuisse impurissimorum sacrorum, nihilominùs & hæc facere poterat, & esse tamen pudica; temporum enim vitium erat, vt fœdissimis institutis etiam castissimæ matronæ subseruirent; non enim meretrices solæ intererant Priapæis, sed illæ quoque, quibus omni honestate nihil erat antiquius; Sed operæpretium est Augustini verba percepisse, ex 7. de Ciuitate cap. 21. *In oppido autem Libanio vnus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis vtebantur; cui matremfamiliàs honestissimam palàm coronam necesse erat imponere. Sic, videlicet, Liber Deus placandus fuerat pro euentibus seminum, vt matrona hoc facere cogeretur in publico quod nec meretrici, si matronæ spectarent, permitti debuit in theatro*; Sic Augustinus; Nec dedimus locum syncerum atque integrum, quoniam eius quædam satius est apud Augustinum, quàm apud nos legisse, quòd tanti Doctoris auctoritas in omnia sufficiens sit. Quibus æmula scribit lib. 6. cap. 9. Quando igitur matronarum gemmæ, quibus ætas sufficiens, consilium, probitas, cogebantur morem gerere sacris, ne belluino cœtu dignis; quid mirum feciſſe id ipsum teneram virginem, præsertim cùm qui reuocare debuerant fratres, potissimùm impulerint?

VII. Syn.

Lactant.

Augustin.

Verùm obiectionis secunda pars confundi à nobis Bacchi, atque Priapi Numina asserit; Sed rectè fecimus, nam ex Augustino recentissimè citato palàm deriuatur iisdem cæremoniis vtrunque à priscis veneratum; Legant Firmianum lib. 1. diuinarum Institutionum, cap. 21. Natalem Comitem Mythologum lib. 5. cap. 15. Accedit, Deum Chamos, quem plerique Bacchum autumant, eò quòd deriuari putent à Græco, κῶμος, significante comessationem, compotationémque, Hieronymus manifestè Priapum esse affirmet ad illud Isaiæ cap. 25. *Et dicent in illa die*; Neque iniuria; nam per ebrietatem, & conuiuia illecti Hebræi Numerorum cap. 25. hunc adorauerunt Deum; Sed Chamos, inquis, Liberum repræsentans, à radice *Camas* כמס, dimanat, quod *occultum*, & *latitans* denotat; quoniam Bromij sacra noctu, & per tenebras fierent; at verò Priapum suptà num. 95. *Deum apertionis*, nominari asseruimus,

114. *Bacchus, & Priapus idẽmet Dij.*

Augustin. Lactant. Nat. comes. Hieron.

Num. 25.

Bacchus absque vestibus quare pictus? Rosin.

ruimus, eò quòd reuelatus, intectúsque pingatur; Sed dicimus & Bacchum etiam sine vestibus præmonstrari, neque absque arcano, cùm vinum secretissima manifestet, vti aduertit Rosinus lib. 2. Antiquitatum, capite 11. Quemadmodum verò quædam Liberi sacra cum tenebris, & quasi clanculùm fiebant; sic & Priapum venerabatores illius in specubus adorabant; Quare Regum 3. cap. 15. vers. 13. Asa specum, antrúmque illius subuertisse narrauit, Regúmque 4. cap. 23. Iosias domunculas, quibus scortationes suas mulierculæ absque testibus exercebant, destruxit; Fortasse etiam hæ latebrosæ abominationes, de quibus Ezechielis cap. 8. vers. 12. *Et dixit ad me: Certè vides, fili hominis, quæ Seniores domus Israël faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui*; Denique, siue Priapum, siue Bacchum coluisse sponsa dicatur, parum refert; Solem quippe sub ea colebat figura.

3. Reg. 13.

4. Reg. 23.

Ezech. 8.

115. *Phœnices Bacchum, & Priapum venerati.*

Sed nescimus, inquies, an Phœnicij eiusmodi habuerint, quæ colerent, Numina, Bacchum, videlicet, aut Priapum; Respondeo, demonstrasse me superiùs numero 89. Phœnices cum Ægyptiis Deorum potissimos inuentores extitisse, à quibus ad Græcos, aliásque nationes tot Numinum plaustra deriuata sunt; Verosimile igitur est, coluisse ipsos ea, quæ alias gentes, vt adorarent, docuissent: cùm autem nemo dubitet inter multarum nationum tutelares Deos numeratos esse Bacchum, atque Priapum, par est existimasse Phœnicios etiam thura eis obtulisse; Accedit, ostendisse nos Sareptanum vinum inter laudatissima recensseri: monstrauimus numero 104. atque ibi productus Fulgentius Sareptanæ, Meroëticæque vitis lacryma primùm inebriatos mortales asserit; Sareptam autem intra Phœniciam esse, eodem probauimus loco; Adonidem verò fuisse Priapi genitorem, stabiliuimus ibidem, & eius sacris deditam Phœniciam; probabile est autem patrem cùm adorauerint, filium quoque honore prosequutos fuisse; Demum, neque obsistit Regum 3. cap. 11. vers. 7 Chamos appellari Moabitarum Patronum: hoc enim (vt eo nomine Priapum, Bacchúmve intelligamus) tantùm suadet, speciali quodam titulo, aut exquisita, multáque pompa adorasse Numen Moabitas; non tamen inde legitimè inferas alibi, neque altaria, nec statuam Chamo erectam; nam Isis Ægyptiorum notissima fuit Dea; & tamen eam Romani etiam venerati sunt, vt modulatur Lucanus lib. 8.

3. Reg 11.

Isis Ægyptiorum Dea.

Lucan.

Nos in templa tuam Romana recepimus Isim,
Semideósque canes.

Quemadmodum & eodem Regum loco Moloc Ammonitarum fuisse idolum declaratur; cui etiam Moabitas sacrificasse Ribera demonstrat in cap. 5. Hamos, num. 71. Sic igitur & Chamos Moab præcipua quadam religione colebat, Phœnicij etiam adorabant, etsi minori cum pompa atque gloria; quoniam apud eos principem inter tutelares Deos sedem non obtinebat.

Ribera.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SVBSECTIO V.

Quo Nubentium vitæ articulo celebratæ nuptiæ? pubertatis anni connubijs signati, & quinam in viro, fœminâque? Sponsus nouæ nuptæ quasi Pater effectus quamobrem? Ruth, Prouerbiorum, Ecclesiastici, Ezechielis, Ioëlis sensus patefactus; puberis ætatis quænam argumenta? Pauli declarata sententia; quo tempore filij robustiores generentur? Canticorum versus ex c. 8. intellectio.

HAnc vt definiamus expeditè controuersiam, adnoto primùm, pubertatis ætati finem in virginibus in plurimum duodecimo circunscribi anno: in masculis quarto, & decimo. Sic Philosophorum Princeps Aristoteles lib. 7. de historia animalium, cap. 1. Medicinæ oracula Hippocrates, tertio Aphorismorum: Galenus Commentario 27. in eum locum: idémque sexto de tuenda valetudine, quos sequuti ex schola Æsculapiana Franciscus Valesius controuersiarum Medicarum lib. 1. cap. 8 Petrus de Vega in 2. lib. Prognosticorum Hippocratis, Prognostico 33. Petrus Garcia in sent. 1. Auicennæ, lib. 1. doctrin. 3. cap. 3. disp. 6. c. 3. Ioannes autem Fernelius de Temperamentis, lib. 3. c. 9. Iacobus quoque Holerius Commentario 3 ad Aphoris. Hippocratis 27. à decimo anno pubertatem inchoant; Verùm communem opinationem Medicorum decimi, & quarti in viris, in femina duodecimi, extra eam scholam præferunt Macrobius lib. 1 in somnum Scipionis, c. 6. non longè à fine, & Saturnaliorum lib. 7. c. 7. Tiraquellus lib. 6. connub. n. 38. Brissonius libro singulari de connubiorum iure: Maldonatus ad cap. 16 Ezechielis, atque Theologorum Canonistarúmque vulgare placitum quoties de conuenienti nuptiarum agunt tempore: qui eum peritioribus Medicæ Philosophiæ Institutoribus sentientes, aliquando ob frigiditatis prædominium pubertatem seriùs venire asserunt: plenæ, absolutæque pubertatis notas fore certas in femina sub annum quartum supra decimum, in viro octauo & decimo ætatis anno: Lege vtriusque Facultatis multos apud Thomam Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 104. n. 18. Videndi locis indicatis nuperè, Galeni quos nouimus sequaces, qui in annum octodecimum pubertatis terminos proferunt, equidem virilis: nam mulieres, sicut à pariendo multò anteà desinunt, quàm viri à generando: nempe, partubus feminarum metam ponit annus quinquagesimus, vt velit Aristoteles Politicor. lib. 7. c. 16. cùm vir generet vsque ad septuagesimum annum: sic & ante viros aptæ sunt parere: quoniam generandi virtus, quæ fortior est, vt diutiùs perseuerat, sic vt perficiatur, longiores moras postulat: quæ fragiliora sunt, maturitionem pariter, & interitum citiùs consequuntur.

116. *Pubertatis in viro, in femina, quinâ annt?* Aristot. Hippocr. Galen. Valesius. Vega. Garcia. Fernel. Holerius. Macrob. Tiraq. Brisson. Maldon. Sanch.

Fœmina citiùs pubescit virus, generationi ab anno quinquagesimo inepta. Aristot.

Adnoto secundò: Etsi solius naturæ considerato iure ante puberes annos, quia ratione, & iudicio præstant, matrimonia validè contrahe-

117. *Pubertatis tempora matrimonij signata.*

rent; per ciuiles tamen & eccleſiaſticos Canones pubertatis tempora nuptiis præſtituta fuiſſe; adeundi, quos numero antecedenti protuli, Macrobius, Tiraquellus, Briſſonius, Sanctius, illiſque copulandus Baſilius Legionenſis lib. 7. de Matrimonio, cap. 45. hoc illud Ruth, cap. 1. verſ. 13. *Etiamſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios, ſi expectare velitis, donec creſcant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ, quàm nubatis:* nempe, quoniam ante pubertatis annos connubia inire, aut non liceret, aut non expediret; Hoc Ioëlis cap. 1. verſ. 8. *Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis ſuæ*; Septuaginta; *Super virum ſuum virgineum*; Vocant enim παρθενικὸν, id eſt, qui virgineam eius ſoluit zonam, qui florem pudoris rapuit; Huius autem fletum pro inſigni luctu prouerbialiter Vates poſuit, quoniam ſanè, cùm ad pubertatem venerunt, nubiléſque euadunt, tunc amare incipiunt adoleſcentulæ, quare Ezechielis cap. 16. *Et grandis effecta es, & peruenisti ad mundum muliebrem: & ecce tempus tuum tempus amantium*; vbi ſermonem inſtitui de pubertatis articulo oſtendam venturo numero: Amor igitur ille, quemadmodum primus eſt, & inexpertus, ſic ardentiſſimus, dulciſſimúſque pariter eſt; Quamobrem Prouerbiorum cap. 2. verſ. 17. exaggeratio maxima eſt contra adulteram feminam, quoniam *pubertatis ducem reliquerit*, id eſt, tam effræ̨nato libidinis œſtro correpta fuerit, vt etiam primos amores exoſos habuerit; Sed elegans eſt in primis Hieremiæ ſententia cap. 3. verſ. 4. *Ergo ſaltem amodò voca me*; *Pater meus Dux virginitatis meæ tu es:* Nam nouæ nuptæ quaſi in familiam mariti tranſibant, eum loco parentum ſortitæ, monet nanque eas Hymenæus; *Obliuiſcere populum tuum*, (Pſalm. 44.) *& domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Monet & Euripides in Danaë apud Stobæum ſermone 71.

Mulier enim egreſſa paternam domum,
Non amplius parentum eſt, ſed mariti,

Quare Lypſius ad illud lib. 4. Annalium Taciti: *Patritios confarreatis parentibus genitos*, &c. refert ex Seruij fragmento, *nuptijs, quæ per coëmptionem fiunt, vxorem in filiæ locum, maritum in patris ſuccedere*; Patrem igitur virginitatis ſuæ appellat ſponſum, quòd quæ in eum diem pater commodare ſolitus fuiſſet, victum, ornatum aliáque, in poſterum ſponſus daturus ſit omnia; ſed ob ſpecialem prætereà cauſam, nempe ad genitorem pertinebat, vt quàm honeſtiſſima eſſet de filiarum pudore fama, docente Eccleſiaſtico cap. 42. verſ. 9. *Filia patris abſcondita eſt vigilia, & ſollicitudo eius aufert ſomnum, ne fortè in adoleſcentia ſua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat*, Et alibi ſuaſerat idem c. 7. v. 27. *Trade filiam, & grande opus feceris*; Ob hæc igitur genitor pubertatis certæ, & quaſi indubitatæ tempora ſollicitè obſeruabat, qua adimpleta, filiam quàm citò foras mittebat, nimirum, deſpondebat viro, ſub cuius manebat cura in nuptiarum diem, quemadmodum prodit Bernardus ſerm. 2. ſuper *Miſſus eſt. Mos ſiquidem Iudæorum erat* (inquit) *vt à die deſponſationis ſuæ vſque ad tempus nuptiarum ſponſis ſponſæ traderentur cuſtodiendæ, quatenus earum ipſi eò ſibi pudicitiam curioſius ſeruarent, quò ſibi ipſi fideliores exiſterent*; Sponſo itaque cùm incumberet de puellæ illibato honore in poſterum labor probè pater, & dux virginitatis nuncupatur.

Legion. Ruth 1.
Ioël. 1.
Septuag.
Ezech 16. 7.
Prou. 2.
Sponſus nouæ nuptæ quaſi pater.
Verſus ex Hieremiæ cap 3. declaratus.
Pſalm. 44. Euripides. Stobæus.
Lypſius. Seruius.
Eccli. 42. & 7.
Sponſis ſponſæ cuſtodiendæ traditæ. Bernard.

Adnoto poſtremùm, ſigna eſſe quoſdámque à natura effectus, quibus puberes cognoſcantur anni; Hippocrates lib. de pueri natura, quòd excepta verticis coma, alibi etiam pili enaſcantur; lanuginem prodire Iacobus aſſerit Holerius datus num. 114. ſed Macrobius lib. 1. in ſomnium Scipionis, cap. 6. mentum poſt ter ſeptem annos veſtiri ſentit; Philo Hebræus id ipſum tradit libro de mundi fabrica: quæ tamen incerta regula eſt, experientia Magiſtra. Ariſtoteles lib. 7. de Hiſtoria animalium, cap. 1. notas virilis pubertatis dicit, ſi mammæ excreſcant, ſi vocis aſperetur metallum; in femineo ſexu, cùm turgent vbera, & in duos exurgunt digitos, gracilior ille puellarum ſonus mutationem admittit, & menſtrua erumpunt; Videndus Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, diſput. 104. cùm Auctoribus, quos refert num. 34. His verò, quæ ex Philoſophorum deprompſimus penu, conſentientia profert Ezechielis cap. 16. Nam illa verſ. 7. *Grandis effecta & ingreſſa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit*; honeſtè ſignificare pubertatem in femina pronunciauit Hieronymus eum in locum, & poſteriores Interpretes, Lyranus, Pintus, Pradus, Maldonatus, Sanchez, Cornelius; atque id, quod de vberum excreſcentia diximus, confirmat D. Ambroſius ſerm. 22. in Pſalm. 118. & huius Cantici plerique Explanatores ad illud cap. 8. *Soror noſtra parua, & vbera non habet*, &c. Iam ergo, quantùm Textus indicat Canticorum, ſponſa, cùm Epithalamium ſonaret, perfectam aſſequuta fuiſſe pubertatem videtur, annum vtique decimumquintum ingreſſa; ſponſus decem & octo numerabat annos; aut forſan quatuor luſtra exegerat; De ſponſa probatio eſt, quoniam vberum intumeſcentia multoties ſignificatur, nempe, cap. 4. verſ. 5. & cap. 7. verſ. etiam 5. comparantur hinnulorum gemellis; & verſ. 8. eiuſdem 7. capitis, aſſimilantur botris vuæ, Staturæ quoque granditas commendatur, cùm velut erecta palma, & quæ in Olympum fertur, eſſe perhibetur; corporis autem magnitudinem, pariter atque vbera turgentia pubertatis certa indicia iudicari monſtrauimus ex Ezechiele: Porrò validam pubertatem feminarum in annum quartum & decimum excurrere oſtendimus num. 114. Fit itaque poſt expectata pubertatis integra tempora traditam marito virginem, id eſt, anno à natiuitate quintò, & decimo, quam fuiſſe, vt diutiùs producerentur nuptiæ, legitimam, ſolemnémque connubiorum periodum definiuimus num. 114. & 115. In viris autem conſummatam pubertatem, eam, nempe, quæ decimumoctauum indicat annum, aut, vt Philoni, & Macrobio iam relatis placet, vigeſimum, aliquídque ampliùs barbæ primus flos: Porrò ſponſi mentum barba incepiſſe operiri docent ex illis Canticorum verbis cap. 5. verſ. 13. *Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs*, Petrus, Nannius, Giſlerius, atque optimè Sotomaior cum noſtro Sanchez: Corporis quoque proceritas in adoleſcentibus pubertatis eſſe conſueuit argumentum, qua præditum ſponſum nonnulli deriuant ex verſ. 16. eiuſdem cap. *Species eius vt Libani, electus vt cedri*, id eſt, inquiunt, procerus, quemadmodum cedri: nam Reg. 1. cap. 9. verſ. 2. vbi noſter: *Et erat ei filius, vocabulo Saül, electus, & bonus.* Septuaginta tranſtulêre: *Nomen ei Saül, procerus, vir bonus,*

118. *Virilis, femineaque pubertatis, quænam indicia?*
Hippocr. Holerius. Macrob. Philo.
Ariſt.
Sanchez.
Ezech. 16.
Lyran. Pint. Pradus. Maldonat. Sanch. Cornel.
Cant. 8. Ambr.
Cant 4. & 7
Cant. 5.
Nannius. Giſler. Sotomaior. Sanch.
1. Reg. 9. Septuag.

bonus, Cedros autem altissimas fuisse, & in sublime protractas Ezechielis docet vaticinatio c. 31. vers. 3. commendant quoque corporis iustam æquè magnitudinem, ac firmitatem illa eiusdem cap. 5. *Crura illius columnæ marmoreæ.*

Ezech. 31.

119. *Iudæi filias viris tradebant, simul ac pubertatis annos attingebant.*

Sed hac potissimùm ætate, nimirum, cùm ad integram pubertatem venêre amantes, concelebratam genialem pompam, non pauca sunt, quæ insinuant; Primum, quoniam is fuisse Iudæorum mos appareat, vt exacta pubertate virgines domo pellerentur, quòd in virorum transirent potestatem; Persuadent non leuiter, quæ num. 114. & 115. ex Ezechiele protulimus; nam ibi cùm pubertatis tempora clarè distinxisset, subintulit, *Tempus amantium esse, & ad mundum muliebrem venisse*, id est, exornasse se nuptiarum & amoris honesti gratia; quemadmodum sequuti Hieronymum cæteri declarant Commentatores; Illud etiam commonet, quod apud Hebræos publicum fiebat experimentum, an quæ marito tradebatur, virgo fuisset; quippe seruabatur linteum, quo primùm concubuisset puella ab eius parentibus, quòd in hoc cruor flueret, corruptionem virginis denotans; quo delato coram populi Senioribus, arguebatur improbus maritus, si quando dimittere cogitasset, quòd pro virgine tradidissent, cuius pudor læsus fuisset: Lege Deuteronomij capit. 22. vers. 14. & si placet eius facti causas philosophicas apud Vallesij sacram Philosophiam, cap. 25. Atque ob hunc finem, vti docebamus num. 115. genitor filiæ castimoniæ vigili & indefesso labore attendebat; erat enim turpissima labes familiæ, cùm à marito accusabatur puella ad eum modum, quo Deuteronomij citatus perhibet locus; Quare properabant viro tradere statim, atque intelligebant thoro aptam esse; neque vel in diem nuptiarum apud se retinebant, sed sponsaliorum peractis ritibus adolescenti ipsi custodiendam dabant continuò; ad quæ Paulus fortasse alluserit. 1. Corinth. cap. 7. vers. 36. *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, quod vult faciat, non peccat, si nubat*; nempe, si quando intuerentur post ephebiam adhuc domi seruatam virginem, metus incesserat procorum turbam, si fortè puellæ violasset claustra quispiam, abstinebantque à connubiis, atque parentibus è longinquo arcessendus erat gener populo ignotus; verùm & hoc inter vicinos dedecus, & suspicionum fomes atque nutrimentum; quare Ecclesiasticus cap. 42. vers. 9. satis aperit, quantùm cauerent patres, ne gnata adulta appareret, priusquam viro commissa fuisset: *Filia* (inquit) *patris abscondita est vigilia, & solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur*; Igitur priùs quàm creseceret, absoluta pubertate sine interposita mora maritum quærebant filiabus; Neque solus Iudææ ille vsus, quem Græcos obseruasse Sophoclis indicant versus:

Experimentum de rupto virginali claustro apud Hebræos.

Hieron.

Deuter. 22. Vallesi.

Pauli verba declarata ex c. 7. 1. Cor.

Eccli. 42.

Vbi ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atque diuendimur
Procul à Diis patriis, & parentibus.

Sophocl.

Diuendi asserit, quoniam per coëmptionem fiebant nuptiæ; marito autem vendebatur sponsa, quam ille redimebat. Confirmo isthæc, Nam Virgo beata ideò templi aditis extracta quarto supra decimum ætatis anno, & Iosepho desponsata, quoniam per id temporis maturam pubertatem assequuta fuisse iudicabatur, & Hebræorum consuetudo fuisset matrimonio locare statim, atque eum annorum attigissent articulum; docet noster Castro Marianæ Historiæ capit. 4. testes Pronunciati adhibens Germanum Constantinopolitanum Archiepiscopum, Euodium, Cedrenum & Auctorem (quisquis ille sit,) ortus MARIÆ inter Hieronymi monumenta; Communem sententiam nominauit Suarez tom. 2. in 3. partem, disp. 7. sect. 3. P. Vasquez tom. 2. in 3. partem, disp. 125. cap. 11. num. 121.

Castro. Ger. Const. Euod. Cedren. Hieron. Suarez. Vasquez.

120. *Polygamia, cur Hebræis permissa?*

Non leuis coniectura statim inita connubia, simul ac parturire fœminæ poterant, viri generare; quoniam multus amor prolis in illa natione Sanè quòd polygamia illis licuerit temporibus, ex diuina quidem dispensatione secundùm cõmune Scholarum placitum, sobolis causa factum velit planè Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12. lib. 16. de Ciuit. c. 38. lib 22. contra Faustum, cap. 47. Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 4. quos Bellarminus producit tom. 2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 11. atque alij præterea apud Pererium ad cap. 25. Geneseos: Mendoçam tom. 1. in cap. 1. lib. 1. annotat, 5 circa litteram 2. versus, sect. 2. Cùm igitur tanta posteritatis cupiditas regnaret, atque huius stabiliendæ causa, multiplicarentur vxores, adhibitis etiam concubinis; verosimile est quamprimùm duxisse sponsas; nam, vt multa habuisse simul coniugia laudabile erat; sic nec in longum distulisse matrimonium commendabatur; Vltra isthæc, inter connubiorum fines ille numeratur, si quis in medelam concupiscentiæ, atque ne in fornicationem incidat, vxorem ducat, Auctore Apostolo priori ad Corinthios Epist. cap. 7. vers. 2. *Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorẽ habeat, & vnaquæque suum virum*; Ac sanè, quanquam huius solius scopi gratia matrimonio coniungi nonnulli veniale delictum faciant; ab omni tamen noxa liberat Basilius Legionensis libr. 1. de Matrimonio, cap. 21. num. 4. cum plurimis aliis doctissimis Theologis; quòd si id tam illæsum post Euangelij doctrinam, quid putamus, quando nondum se homines propter regnum cœlorum castrauissent? At verò, si quod totius vitæ periodo à fornicatione iustum periculum est, certè id consummata pubertate, tunc nanque amantium tempus est, vt inquit Ezechiel cap. 16. tunc hircire incipiunt adolescentes, vt loquitur Iacobus Hollerius Commentario 3. ad Aphorismum Hippocratis 27. tum igitur decebat maximè matrimonio copulari lasciuientem ætatem; Denique, cùm ad prolis donum conducat summoperè valetudo corporis, eiúsque optimum temperamentum; certè vtrumque adolescentiæ dos est, vt monstrauero inferiùs num. 121. proxima autem pubertati adolescentia ex omnium calculis, qui vtranque ætatem separant: hoc igitur vitæ interuallum generationi ante reliquum spatium, commodum est: fit igitur nuptiarum tempestiuam occasionem esse, cùm de pubertate constat; hæc autem in femina ad quartumdecimum annum, etiam cùm serior, venit; vnde apud Stobæum serm. 69. Hesiodus: *Virgo autem pubescens anno decimoquarto, nubat decimoquinto*; In viro etiam tardanti pubertati finem ponit octauus plusquàm decimus annus; Atque hoc tam vtili connubiis articulo, dicimus modulatum, quod cecinit Salomon Cantici Canticorum Epithalamium.

1. Cor. 7.

Legion.

Ezech. 16.

Holler.

Hesiod.

121. *Quæ ætate B. Virgo templo extracta?*

Sed cum his quæ definiuimus, bellum gerunt paribus

paribus muniti armis; decertant nanque primùm ex Canticorum volumine capit. 8. vers. 8. *Soror nostra parua, & vbera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Qua sententia communissima existimatio est Explanatorum significari nondum virginem ad ephebiam peruenisse, proinde nuptiis adhuc ineptam, quando puberes non attigerit annos; iacta igitur à nobis ex eodem Epithalamio probationis semina, aut nullius sunt ponderis, aut apertam contradictionem textus inuoluit. Secundò, ex Philosophia dimicant producta Stagiritæ auctoritate, Politicorum lib. 7. capit. 16. quo loco statuit, non ante duos de viginti annos tradendas viro puellas; iuuenes autem vxores accipere monet septem & triginta consumptis annis, aut paulò antè; Argumenta Aristotelica non pauca: Primùm, ait, liberi parentibus nec multò posteriores ætate debent esse, quoniam eueniet, vt senectam adolescentes contemnant, & ipsa senectus, laboribus, nempe, impar, filiis subuenire nequeat teneris adhuc, & victum sibi quærere insciis: verùm neque penè eorum annos, à quibus geniti fuerunt, æquare præstat; vix enim verecundi satis extiterint erga illos, quibus pares videantur: igitur hæc vitare extrema cupientibus medium iter capessendum; nimirum, oportet coniugia iniisse ætate nec nimiùm propera, nec sera tamen. Secundò, ex iunioribus nuptiis tria enascuntur incommoda consideratione digna: nimirum virgines tenellæ vehementiori cum dolore pariunt, pluréfque vitam finiunt; deinde editi in lucem nati parua, & non benè absoluta sortiuntur corpora: postremò (id, quod de Animalium Historia lib. 4. cap. 2. tradit pariter,) nouella & senescens ætas femineam sobolem vt plurimùm offert; ergo siue filiorum, siue parentum attendamus emolumenta, necessarium est condemnemus matrimonia, quæ ab ephebis fiunt: In hanc sententiam declinat Rhodiginus lib. 28. cap. 20. Respondeo, Canticorum propositum versum à plurimis de quadam sponsæ germana construi, quam iis versibus significant nondum attigisse annos nuptiis sufficientes: cætera verò Epithalamij carmina, quæ puellam thalamis aptam denotant, de sponsa loquuntur: Sed quoniam nobis opinio est, & ea quoque Patronis non sit destituta, sponsam ipsam nominatis comprehendi phrasibus; dicimus quidem veritos fuisse cognatos, si fortè partubus competentem ætatem vberum magnitudo satis promitteret: fieri enim poterat, (vt non ratò accidit,) si ante tempus maritalia gaudia experiretur, non modicam inde læsionem vuluæ traheret fœcunditas, atque vt tandem mater diceretur sed per annos tamen aliquot sterilis appareret; Princeps autem infructuosum exosus ventrem, de repudio cogitaret: Hæc igitur damna vt anteuerterent, volebant aliquandiu expectare sponsum, donec virgo ea esset corporis iusta granditate, quæ prolis minimè anxiam spem polliceretur; itaque vbera non habere puellam affines & consanguinei dicebant, non quòd illis careret; sed quoniam superabundans erga adolescentulam amor, & ab hoc amore enatus de repudio nimius timor, fascinaret oculos cognatorum, ne admitterent, verum id esse, quod cæteri mortales indubitatũ affirmabant; Nulla itaque in textu contradictio; quoniam ex timida solùm & falsa parentũ existimatione vbera negantur sponsæ.

Cant. 8.

Qua iusta matrimoniis ætas secundũ Aristotelem?

Aristotelica effata longiorem desiderant orationem: Nam, quod attinet, vt liberi morem gerant parentibus, & erga illos verecundi sint, hoc proba & conueniens disciplina præstiterit; opottet igitur, pueritiam ad omnem honestatem efformari; deinde exultantis nimiùm ephebiæ motus comprimi; quæ si fiant, quamuis gnatorum ætatem non longè superent parentum anni, gaudebit genitor aula tanquilla atque iucunda, sobole ad paterna signa, nutúíque auscultante promptè, atque diligenter; sin autem de pædagogia tenuis cura, & post trigesimum patris annum edita proles, bipedum nequissima euadat; Quòd verò adolescentulæ dicantur acerbiores in pariendo cruciatus tolerare, fœtum emittere imperfectiorem; fortasse id verissimum fuerit in virginibus, quæ ante pubertatem integram virum cognouêre: de illa autem, quæ inter ephebas non numeratur, sed iam adolescentiam ingressa fuerit, quòd huiusmodi in puerperiis torqueatur, feminam magis, quàm puerum concipiat, & vtero gestet, proléfque deterior sit quoad staturam & lineamenta; difficile erit vt credamus; quoniam sanè cùm minimè aduersetur experientia, fauet medicina; Nam Galenus planè docet lib. 3. Aphorism. cap. 158. ætatum omnium optimam esse adolescentiam; & sexto de tuenda valetudine, corpus per adolescentiam optimam nanciscì temperiem; Subscribit Vallesius lib. 1. Controuersiarum medicarum, cap. 8. At vulgata, Medicorum opinatio est apud Petrum Garciam in Fen. 1. lib. 1. Auicennæ, doctr. 3. cap. disput. 10. cap. 1 corpus temperatum habere omnes actiones collectiuè perfectiores; atque 2. cap. confirmat eandem ob causam, corpus temperatum resistere magis, collectiuè omnibus causis inducentibus ægritudines; Hæc igitur cùm sint adolescentiæ insignia beneficia, quamobrem non hanc potissimùm ætatem perfectissimæ generationi arbitrabimur conuenientem? Si enim natura ita comparatum est causam vt referant effectus; generantiúmque & nobilitatem, & dispositionum excellentiam testetur producto termino impressa similitudo; rectè nanque Lyricus Vates in Drusi laudem, libr. 4. Oda 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquila columbam.

quorsum contendemus eo vitæ articulo homines ad generandum non esse satis idoneos, quo egregiè temperati sunt, quæque ætas reliqua vitæ interualla superat? Quare, si quando sub his annis contingat ex enumeratis incommodis aliquod, non temporis vitium est, sed ab accidenti aliquo prouenit damnum, fortuitum vtpote; Ac sanè Iacob cùm discedens ab hominibus, filiis ventura prædiceret, Genes. cap. 49. vers. 3. Ruben primogenitum fortitudinem, & robur suum dixit; qua, arbitror, phrasi significauit, primos fœtus validiores censendos, alioquin octogenarios superabat tunc Iacob, vt docet Pererius ad 1, inter patriarchales benedictiones, num 11. Salianus tom. 1. Scholiis ad annum mundi 2283. neque enim placet Pererij commentatio vocantis illam Iacobi ætatem florentem, comparatione videlicet reliquæ vitæ, cùm totum peregrinationis spatium supra centum quadraginta septem annos complectatur; nam quidem natus illi est Ruben, cùm quinque & octoginta annos ageret

122. *Educationis puerorum summa cura habenda.*

Ætatum optima adolescentia. Galen. Vallesius. Pet. Garcia.

Horat.

Filij, qui in adolescentia generantur, fortiores. Genes. 49.

Pereira. Salian.

agerer; Iosephū genuit anno nonagesimo primo ex Saliani computo ibidem, atque anno mundi 2289. Sed Iosephum in senectute editum testatur Moyses cap. 37. vers. 3. Verùm inter Ruben, atque hunc non plùs sexennio; non igitur ea locutio annos respicit vigentes, & floridos, significat autem primam sobolem cæteris robustiorem euadere, quoniam potens est tunc generandi virtus, quæ posteà lassatur: ergo pubertatem subsequuta ætas in viris decimo saltem & octauo anno, cùm generationem auspicatur, non immaturam, languidámque prolem subministrat, sed valentiorem reliqua sobole; fortis autem cùm sit illa ætas, paritérque calida, aptissima fuerit ad masculinum concipiendum fœtum; num eas esse causas, cur potiùs mas, quàm femina concipiatur, docet Hippocrates lib. de Genitura; Fernelius lib. 7. de hominis procreatione, cap 12. Petrus Garcia in Fen. 1. Auicennæ, lib. 1. doctor. 7. sum. 1. cap. 2. disp. 37. cap. 1. §. *Ex quo fundamento*, &c. Ergo non adolescentiæ finis in virgine, iuuentutis in viro, matrimoniis conuenientior est ætas, quemadmodum tradebat Aristoteles; sed in vtroque ingressus adolescentiæ, qui pubertatem proximè consequitur.

Gen. 37.

Mas cur potius, quàm femina generetur. Hippocr. Fernel. Garcia.

SECTIO VI.

Canticorum sponsus regia num excelluerit potestate? quod illi nomen? quos habuerit maiores? qua editus vrbe? Regiam maiestatem an mechanica omnis dedecet exercitatio? Agriculturæ studium in honore olim: Salomon num alios ex Hebræis sub se reges habuerit? quam florens eius regnatus: allusio ad Salomonem Ecclesiastici c. 24. an inter sobolem filiæ quoque? Canticorum sponsi auus de quo Reg. 3. cap. 4. cuius splendoris? Sponsus Ierosolyma editus; num binæ appellationis; Canticorum verba ex cap. 6.

123. SANE tandem quicunque ille fuerit, cuius nuptias Salomonis concelebrauerit plectrum, ad magnã euectum fortunam, eximiáque, atque præstanti functum auctoritate, carmẽ non segniter variis indicat locis: nam, quantus ille comitatus est cap. 1. in curribus Pharaonis, allatis ex Ægypto quadrigis, quorum gloria currum, cæterarum prouinciarum esseda, atque tensas vincebat? qualis ædium maiestas eodem capite, ex suaueolenti materia fabricatis lacunaribus, cedrino nempe, cypressinóque lignis inconsumptibilibus? Iam illæ Principum excubiæ capite 3. robustissimorum flore lecticam circumagente, ad bella doctissimo propter timores nocturnos; atque ferculum, quòd ornarent, quæcunque pretium commendant, lapilli, coccinum; & melior argento associatus auri fulgor: Sed quàm diuitem nobis sponsa depingit cap. 5. nempe, totum verticem aurum abscondit, hyacinthi digitos occultant, thorax sapphiris distinctus emicat, crura byssus contegit, pedum ex auro ornamenta; Similiq; fastu, procedit etiam noua nupta; nam & margaritæ adsunt plurimæ, & vnguenta exquisitissima, & murænulæ ex auro stigmatibus argenti & in pedibus sandalia eiusmodi, quæ Principis esse filiam intuentibus persuadeãt; deniq; tantus à gemarũ luce, diuersitate, multitudine splendor, intermixta auri, atq; argẽti vibratione. vt stupefactæ Reginæ, adiuncta concubinarũ admiratione, non feminã se contemplari putarent; sed translatas in eam pulcherrimorum syderum faces omnes arbitrarentur, cùm peregrinum canerent encomium cap. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Super hæc & agrorum ampli sunt termini, & colles suo cum nemore, & horti cultissimi, & vinearum diffusa spatia, & caprarum, ouiúmque greges, & seruorum, ancillarúmque ingens numerus; hæc omnia diuitias, & potentiam spondent, hæc sceptro, & purpura dignam auctoritatem insinuant; Adde ipsum Regis vocabulũ sæpè resonare Epithalamio; Denique vix est inter Explanatores, qui regios honores sponso veter, cùm & non pauci Salomonem augustissimum Monarcham esse credant, de quibus egimus Anteloquio 1. Sect. 1. atque 9. quanquam aliquibus placuit velari plerunque sub pastoris larua à Poëta regium fastum, quemadmodum eodem Proloquio, Sect. 3 n. 21. obseruauimus.

Cant. 6.

Canticorum sponsus diues & potens.

124. Obiectant, inualidam esse hanc narrationem, quoniam non pauca leguntur, regiam quæ dedecent maiestatem; nam Canticorum primo capite, dum vbi cubat, vbi in meridie pascitur dilectus? sponsa interrogat, ad caulas & pastorum tabernacula mittitur, scilicet, Rege planè, & sceptris dignam stationem; cap. 2. ad columbaria & vineas nouam defert nuptam; cap. 5. ipse myrrham demetit, & opiparum quidem, delicatarúmve imprimis escarum apparat conuiuium, cibis, nempe, agrestibus, melle, atque lacte mensas onerat; cap. 6. descendit ad areolam aromatum, vt lilia colligat, quasi pomœrij non sit alius præter ipsummet custos; demùm cap 7. nondum expleta geniali pompa miseram puellam stratum summo mane deserere cogit, quò pergant ad vineas, & videant, *Si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica*; ergo tam proletariis occupatum officiis non est, quòd asseramus inter Reges numerandum, sed ne quidem inter honestos ciues. His respondere possimus, vti faciunt clarissimæ famæ Interprẽtes, de quibus memini, vt nuper dicebam Anteloquio 1. Sect. 3. num. 21. Sponsum aulæ semper intentum deliciis, & iocis, nunquam rusticanas exercuisse functiones aliquas; sed Carminis Auctorem, cùm ænigmata scriberet, Regem non infrequenter abscondisse, variásque sacra Comœdia tribuisse ei formas, iam gregibus præponere, iam vineis, iam hortulanum facere; itaq; eorum verè ne minimũ aliquid cõtigit; vmbræ tantùm sunt, & figuræ; At quoniam, nostra opinione, nimis impedita & cõtorta est huiusmodi Allegoriis innixa explanatio, & hæc propter à nobis alibi reiecta, ideò alias ingrediamur oportet semitas. Dicimus ergo per hæc significari, non quidem sponsũ ipsum ex instituto, & vitæ conditione pecorũ, vinearum, aut pomœrij curam habuisse; solitũ tamen aliquando pastorum tuguria inuisere, vineas, hortósque

adire, vt quid villici facerent, ipse lustraret; his autem exercitationibus ob voluptatem, otiúmque abigendum ità deditum, vt ne intermitteret quidem omninò etiam per geniales nuptiarum dies, quin & agraria re ita peritum, vt doceret sæpè nauos opifices, ipse quoque nonnunquam trabea deposita, & imperatorio paludamento terram foderet, arborem amputaret, florem corrigeret, non siluestria colloquia despiceret, non munera, qualia lac, fauúsque melleus ei oblatus aromatum hortos petenti, à simplici Principem amanti turba, de qua re initio capitis quinti Canticorum; itaque hæc omnia regiam posse sufferre maiestatem statuimus, & nunc properamus ostendere.

Regiam maiestatẽ quatenus mechanica non dedecent officia.

125. Ac primo loco, vt ab exteris sumamus exempla; (sic autem alios præter Iudæorum Dynastas appellamus,) audiendus Seneca de nobilissimorum veterum inter Romanos Ducum frugalitate & modestia, qui consolatione ad Heluiam; *Scilicet, minùs beatè viuebat Dictator noster, qui Samni Legatos audiit, cùm vilissimũ cibum in foro ipse manu sua verſaret; illa, qua iam sæpè hostem, percusserat, lanceámque in Capitolini Iouis gremio reposuerat; scilicet, maiores nostri, quorum virtus etiam vitia nostra nunc sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum, quorum templa nondum gemmis renitebant; itaque tunc per fideles Deos religiosè iurabatur; qui per illos iurauerãt, ad hostes, morituri, ne fallerent, redibant.* Nec Columellæ oporteat orationẽ quamuis longiorem, prætermittere. Is Præfat. in lib. 1. de rustica materia; *Verùm, cùm pluribus monumentis Scriptorũ monear, apud antiquos nostros fuisse gloriæ curã rusticationis: ex qua Quintus Cincinnatus obsessi Cõsulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad dictatura venerit; ac rursus fascibus depositis, quos festimantius victor reddiderat, quam sumpserat Imperator; ad eosdẽ iuuencos, & quatuor iugerum auitum hæreditolum, redierit: itémque C. Fabricius, & Curius Dentatus, alter Pyrro finibus Italiis pulso; domitis alter Sabinis, accepta, quæ viritim diuidebantur captiui agri septem iugera, non minùs industriè coluerit, quam fortiter armis quæsierat: at mehercle vera illa Romuli proles, assiduis venatibus, nec minùs agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus, ac militia belli, cùm res postulauit, facilè sustinuit durata pacis laboribus; sempérque rusticanam plebem præposuit vrbanæ;* Nec minor facundia apud Musam egregij Poëtæ. Silij igitur Italici lib. 1. tale est carmen de Romano Senatu:

Seneca.

Romanorum Ducum frugalitas.

Columell.

Agricultura studium in honore apud priscos.

Sil. Ital.

Concilium vocat Augustum, castáque beatos
Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, & æquantem superis virtute Senatum.
Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtæque comæ, neglectáque mensa:
Dexteráque à curuis capulo non segnis aratro,
Exiguo faciles, & opum non indiga corda
Ad paruos curru remeabant sæpè Penates.

Claud. Sed in his depingẽdis multus est Claudianus, cuius duo promã solùm loca; Ergo, dũ Honorij pergit celebrare Cõsulatũ lib. 4. intonat grãdiloquus:

Pauper erat Curius, Reges cùm vinceret armis;
Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm sperneret aurum;
Sordida Serranus flexit Dictator aratra,
Lustrata lictore casa, fascésque saligni
Postibus affixi, collecta Consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.

Verùm eiusdem non alij iucundiores versus carminibus illis, quibus Mallium Theodorum Consulatus supremam auctoritatem sedulò delinare voluisse pingit:

——— Nunquam mihi cura tot annis
Altera, quam duros sulcis mollire nouales,
Nosse soli vires, nemori quæ commoda rupes,
Quis felix olea tractus, quæ gleba faueret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles,
Terribiles rursum lituos veteranus adibo?

Atque vt erant hæ exercitationes illorum, qui Reipublicæ lumina censebantur; sic quoque matronarum primi ordinis cura, fusum gestare, lanas secernere, vestem suis ipsas manibus marito, filiis, domesticis texere, ab ancillis pensum diurnum, nocturnúmque exigere, vt notauit Lipsius Electorum lib. 1. cap. 17.

Lipsius.

126. Neque hanc sibi gloriam omnem tantùm prima rapuerunt sæcula; nam ille, quem diximus ex Claudiano, Mallius Consul posteriori vixit ætate; De Alexandro Seuero quantus didicisset artes Lamprídius enarrans: *Geometriam* (inquit) *fecit, pinxit mirè, cantauit nobiliter, vitas Principum bonorum versibus scripsit, tibia, organo cecinit, tuba etiam; Palæstres primus fuit*; Iulius Capitolinus laudat Antonium Pium Imperatorem, quòd *diligens agricultor extitisset*, eundémque & piscatione, & venatu oblectatum asserit; atque hic ipse Historicus Marcum Imperatorem, Philosophum nuncupatum celebrat, quòd operam pingendo sub Magistro Diogneto dedisset, qui pugillatum amauit, luctamina, & cursum, & aucupatus; pila luserit optimè; Sed & Dio Adrianum commẽdat *pingere venustissimè scientem, qui etiam effigies è cera, & creta formaret: gloriaretúrque præterea, se nihil eorum ignorare, quæ aut in pace, vel in bello, siue ad legem, siue ad priuatum pertinerent*; Nec apud solos Romanos hæc viguêre. *Quippe Eropus Macedo* (ait Plutarchus in Demetrio) *subtiles mensulas, ac lucernulas, vbi vacabat, fabricando, tempus traducebat; Attalus Philometer herbas venenosas colebat, non tantùm hyoscyamum, & helleborum, sed & cicutam, aconitum, dorycnion ipse in hortis regiis seminans; liquoréque, & semina, & fructus eorum elaborabat cognoscere, ac suo quoque tempore colligere; Parthorum Reges telorum cuspidibus ipsi formandis, vel acuendis distenti;* Atque idem de Philopœmene Achæorum dicit: *Prima luce* (inquit) *ad opus surgebat cum vinitoribus, aut aratoribus; inde remeabat ad vrbem, & negotia publica cum amicis, & Magistratibus tractabat*; Ponet finem Clementis Alexandrini vtile præceptum, qui lib. 3. de Pædag. cap. 10 *Quòd si etiam ligonem* (dicit) *tractauerint, non est hæc illiberalis & sordida mercatura œconomica ad agricolam pertinentis exercitij: cæterùm oblitus sum propemodum dicere, quod Pittacus ille Rex Mytelenæorum noluit, eo efficaci vtens exercitio; Pulchrum est autem, aquam etiam per se haurire, & ligna scindere, quibus sis vsurus; Iacob autem pascebat oues Laban, regale habens signum virgam styracinam:* Atque hi profanarum gentium mores fuêre; exploremus, quid etiam sacra Iudæorum natio facere non abnuerit.

Romanorum Ducum frugalitas. Lamprid.

Iul. Capitol. Dio Cass.

Plutarch.

Clem. Alex.

127. Atque, vt à minoribus auspicemur: Manasses Iudithæ in matrimonio socius, vir tantus apud Bethulienses, an non mortuus, eò quòd venisset æstus super caput illius, cùm instaret super alligantes manipulos in diebus messis hordeaceæ? Booz, quem non nemo de Iudicibus Israël fuisse existimauit: ipse messores visere, ipse hortari

ad

ad opus, ipse area cubare non dedignatus; Nabalis pecuarij, aut agricolæ sponsam Abigaïlem ducere Dauid non contempsit; Absalon superbissimus mortalium, cùm tonderentur oues eius, fecit conuiuium quasi conuiuium Regis; Sed ad coronâ illustres veniamus; Iobi, cùm esset vir magnus inter orientales, illiúsque supra multos insignis potentia, diuitiæ omnes, & armenta, & cameli, asinæque; De Saüle prædixit

1. Reg. 8. Samuël Reg. 1. capit. 8. vers. 11. quoniam Iudæorum tolleret filios, & constitueret sibi *aratores agrorum suorum, & messores segetum*; At Paralipom. lib. 1. cap. 27. à num. 26. longa texitur

1. Par. 27. syllabus eorum, qui Dauide regnante, aut vineis præerant, aut oliuetis, aut bobus, aut asinis, aut terræ aratoribus; Salomon quoque delicatus Monarcha, exquisitarúmque amator voluptatum, cùm in infinitùm excrescerent opes illius; lucrum tamen, quod & subacta tellus afferret, & armenta, ingentésque ouium greges, non spreuit; testatur diffusè Eccles. cap. 2. Verùm & mercaturam exercuisse, nonnullos suspicio tenuit:

Eccles. 2. neque enim alias ob causas classem instruxisse, quæ Ophirinam peteret regionem; Denique Ozias, Rex bello, & pace clarus Paralip. 2. cap.

2. Par. 26. 26. vers. 10. homo agriculturæ deditus laudatur, qui & in campestribus, & in eremo vinitores, & opiliones plurimos aleret; Ornan Iebusæus terit

1. Par. 21. in arca cum filiis triticum, Paralip. 1 capit. 21. vers. 20. quem Regem fuisse Emmanuel Sà, Serarius, & alij dixêre apud Salianum tom. 3. anno mundi 3017. numer. 33. Iromus, Tyriorum Monarcha, litteris, quas ad Salomonem dedit

Sà. Serarius. Salianus. Paralip. 2. cap. 2. vers. 3. loquens de Hiram artifice ærario: *Misi ergo tibi* (inquit) *virum prudentem, & scientissimum Hiram, patrem meum*; Vocat autem *patrem*, ex nostra coniectura; quoniam

2. Paral 2. *Regula: Pater, idè quòd præceptor.* in addiscenda eadem arte præceptorem habuisset: vti Genes. cap. 4. vers. 11. Iubal vocatur pater canentium cithara, & organo: id est, huius peritiæ primus Magister; Verùm & Assuerus,

Gen. 4. cuius imperij fines amplissimi, regnauit vtpote super centum viginti Prouincias, conuiuium populare præparari mandauit in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat, Esth. c. 1. vers 5 id est, quod ipse suo marte

Esth. c. 1. tam capax Monarcha ad eã pulchritudinis ideam composuisset. Sed & Patriarcharum antiquissimos, Abrahamum, Iacob, Iudam, regia functos

Abrahã Patriarcha Rex censendus. Bellarm. Gretserus. esse potestate velit Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice, capit 2. nec abnuit Gretserus, eum dum Cardinalis locum propugnat tom. 2. defensionum; quos tamen cum nepotibus agricolandi constat exercuisse artem, & imprimis sedulos pecorum custodes extitisse, Denique hæc illa disciplina est, qua Adamum otium fugere ab ipso rerum exordio, placuit Creatori; quippe cùm nobilissimo loco condidisset, Principem non vnius alicuius turbæ fecisset, sed quem caput, auctoremque mortales vniuersi colerent, is pariter adiecisset quicquid non solùm necessitatibus opportunum esset futurum, sed quod oblectamento, voluptatíque deseruiret; collocatum tamen inter amœnissima septa adstruit Moyses *Vt operaretur, & custodiret ea*, id est, agricolationem imitaretur, vt diximus superiùs Anteloquio 2. Sectione 8. numero 51. probántque largè Pererius libro 3. in Genes. pag. 433. Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 6. num. 88. Tusus ad vers. 16. cap. 7. Ecclesiastici:

Adam Protoplastus. agricola etiã in Paradiso. Pereir. Salian. Tusus.

Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo; vbi probè expendit, cùm aliarum artium humani referantur inuentores; huius tamen antesignanum Deum ipsum nominari, quam inter plurimas exercitationes delegit, quam charissimæ fabricæ suæ Adamo commendaret; At Patrum effata, quæ præfati Auctores transcribunt, facilè monent, réspque ipsa suadet, recreationis, plusquàm alicuius emolumenti gratia, & Adamum, & eius imitatos exemplar, seu meliori rationis ductu inspiratos Optimatum plurimos, pecuarium, agrorúmque scientiam amasse; Non igitur, modò ad iustam trutinam reuocemus, propterea iudicabimus, Canticorum sponsum regia minimùm gauisum esse auctoritate, quòd ad vineas exeat, pastorum requiescat specubus.

Hoc tamen sublato nodo, alio nos scrupulo 128. molestant: nescimus quippe, Salomone imperante, fuisse sub ipso tributarios Dynastas cum purpura, & diademate; atque, vt concedamus ex Gentilismo extitisse aliquos, quos genitor eius Dauid vectigal pendere coëgerit, sed Hebræi nominis aliquem, neque Biblia produnt, neque insignioris famæ Scriptor quisquam; at verò rem tanti momenti, & quæ Salomonis gloriam multùm eucheret, qui Salomonem nobis multa cum diligentia delinearunt, non occultassent; quòd si Regem fuisse concedamus, quamobrem genialem sponsæ traductionem Hierosolyma potiùs celebrandam maluerit, quàm apud sua regna? nam media ferculi traductorij charitate, constrauit propter filias Hierusalem; Respondeo, cùm Regem nominamus sponsum, Dynastam nos significare, qui ad imperatoriam auctoritatem propè accedat, quòd & purpuram gerere possit, & stipatores habeat, atque ciuitati prouinciæque alicui ius dicat; Nam huiusmodi fuisse plerosque veteris Monarchiæ Toparchas scribit Genebrardus in illud Psal. 34. *Qui percussit gentes multas*, &c. atque eo significatu Iosue cap. 12 proditum, superatos fuisse Reges vnum & triginta, nam si imperij fines distenti essent, quo pacto tot sceptris Chananæorum sufficerent spatia non ad modum ampla? Quare & annotauit idipsum ad præfatum Iosuë caput noster Serarius quæst. 2. probátque Plinij auctoritate lib. 6. cap. 9. Strabonis lib. 16. Masius ad 5. Iosuë: Gaspar Sanchez Prolog. 4. in Iob: Maldonatus ad illud cap. 2. Matth. *Magi ab Oriente venerunt*; Igitur, quamuis eiusmodi nulli fuissent Principes, Salomone dominante, ex Israëlitarum genere, qui eius potestate omninò absoluerentur, tamen feudatarios quosdam extitisse, creditu impossibile non est; nam super Reges habuisse imperium, planè testatur Regum 3. volumen, cap 4. vers. 24. Paral. 2. cap. 9. vers. 26. at dixerint plerique, paganorum gentium Rectores fuisse hos: verùm Hebræorum inter illos computari neminem, arduum fuerit probare: verisimiliora dicturi, qui asserant, ex Iudæis parem aliis cum Regibus fastum prætulisse aliquos, sed Regum non insignitos vocabulo; nam, qui apud Romanos Consules nominantur, eosdem Carthaginensium Respublica Reges dicebat, quemadmodum retulit Æmilius Probus in Vita Annibalis: Sic Herodem Matthæus cap. 14. vers. 1. & Lucas cap. 9. versic. 7. Tetrarcham nuncupant, quem Marcus cap. 6. versic. 14. Regem appellat: Genes. etiam cap. 36. Esaïi posteri nunc Ducum, nunc Regum titulis vocantur: Iudicum cap. 3. qui præerant

Reges antiquitùs, qui vni, vel alteri vrbi præessent. Eccl. 7. Genebrard. Serarius. Plin. Strabo. Masius. Sanch. Maldon.

3. Reg. 4. 2. Paral. 9.

Salomon Imperator fuit multos sub se Reges habùs. Æm. Prob. *Reges, & Duces, & Consules, & Tetrarchæ dicti.*

Matth. 14. Luc. 9. Geneſ. 36. Iudith 3. 1. Reg. 6. Zachar. 9. Pineda.

quinque celebratiſſimis vrbibus Philiſthæorum, quas numerat Regum lib. 1. cap. 6. verſ. 17. ſæpè dicuntur Satrapæ: Iudicúmque cap. 16. Principes; at Zachariæ cap. 9. verſ. 5. Gazæ dominator Rex effertur; Sic igitur fortaſſe illi, quos Salomonis hiſtoria, aut Principes, aut Duces primos, ſimilibúſve titulis exprimit, Reges extitêre. Accedit ex Pinedæ noſtri diuinatione Palæſtinos ſolitos Monarcham ſingularem habere, qui auctoritate emineret ſupra reliquos imperatoria poteſtate fungentes, qui inferiorũ Regum, & ius defenderet, & inſolentiam comprimeret, ſi quando res poſtulaſſet, & publicum emolumentum; qualis ſanè his temporibus gubernationis idea apud laponiorum inſulas; ſic ille n. 17. ad verſ. 1 c. 1. Iob; coniectatur autem venuſtè ob hanc cauſam, Melchiſedecum cap. 7. ad Hebræos verſ. 2. interpretatum à Paulo *Regem iuſtiçiæ*, quoniam is fuiſſet, qui minores Toparchias componeret, quoties in factiones diſtrahebantur; quo de argumento pulcherrimè tractât ad frontem cap. 10. Ioſuë. Montanus, Andreas Maſius noſtri, Serarius quæſt. 2. in eum locum; Magallanius in Commentario; qualem fuiſſe Adoniſedec Hieroſolymorum Regem, de quo ibi memoria, exiſtimant, ac pro ſuprema, qua fungebatur, auctoritate, conuocaſſe feudatarios Toparchas bello ingruente; Porrò huius tanti Imperatoris aulam ſuperbam, ipſam exſtitiſſe metropolim Solymorum fortiſſimam arcem, quam etiam habitaſſe Melchiſedecum multi grauiſſimi teſtes pronunciarunt apud Tenam difficult. 2. in cap. 7. ad Hebræos, propterea hanc dici ab Iſa. cap. 1. verſ. 21. *Ciuitatem iuſtitiæ*, de quo vrbis nomine citari paulò anteà Scriptores affabrè, præſertim Arias, atque Maſius; quo incomparabili titulo, tum demum condecoratâ vrbem noſter ad dictum Iſaiæ locum opinatur Gabriel Aluarez, cùm ſubactis hoſtibus Dauid de Republica ordinanda ſedulò cogitauit; tum quippe adimpleta illa, quæ de Sapientia prædicat Eccleſiaſticus c. 24. verſ. 15. *Et ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea; & radicaui in populo honorificato*; Sed mallem iſthæc ad Salomonis referri æuum; nam Dauidi quidem per bellorum irrequietos motus non licuit (vt demus ſanè incepiſſe) firmare, quæ ad iuſtitiæ, & pacis ſtabilimẽ facerent; id verò Salomon, & ob acceptam deſuper ſapientiam, qua Rempublicam gnauiter adminiſtraret, & propter longam regnorum malaciam, potuit conuenientiſſimè actitare; ergo illo, ſi quouis vnquam ſæculo, iuſtitia, atque pax ſe inuicem exoſculatæ ſunt, altiſſimáſque iecciſſe radices videbantur, cùm certè Sabæorum Regina exclamauerit Paralip. 2. cap. 9. verſ. 7. *Quia diligit Deus Iſraël, & vult ſeruare eum in æternum: idcircò poſuit te ſuper eum Regem, vt facias iudicia atque iuſtitiam*; Iuſtitiæ igitur Rex Salomon, vti Melchiſedech; quam non ſolùm in ciues priuatóſque homines exercuit; ſed etiam tanquam ſupremus Monarcha in Reges, prouinciarúmque Dynaſtas; auferens quidem acquiſita poſſeſſoribus iniquis, profuſus atque largitor erga optimè meritos, quibus purpuræ honorem facilè concedebat: vt de eius ſapientia in rerum publicarum ordinatione apta, iuſtitiáque incorrupta ipſe protulerit Prouerb. cap. 8 verſ. 15. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam:* Ad hunc quippe Prouerbiorum locum alludere Eccleſiaſticum verbis antecedenter relatis arbitratur Ianſenius; & cum relatione ad diuinam Sapientiam de creata poſſe conſtrui monuit Aluarez in memoratum Iſaïæ locum, & quidem vt Salomon proximiùs Chriſti referret dominationem, (eſt autem Seruatoris perfectiſſima imago, ſi qua alia inter veteris Inſtrumenti hieroglyphica,) debuit quemadmodum & generis noſtri reparator eſſe Rex Regum, atque Dominus Dominantium: habuit itaque ſub ſe regnorum Præſides multos non tantùm exterarum gentium, ſed Hebrææ pariter nationis.

Palæſtinis ſupremus Monarcha ſuper alios Reges, qui Rex iuſtitiæ dicebatur. Heb. 7.

Montanus Maſius. Serarius. Magall.

Hieroſolyma Imperatoris Palæſtinorũ ſedes. Tena.

ſa. 1.

Hieroſolyma vrbs iuſtitiæ quare dicta? Aluarez.

Eccleſ. 24. Verba elucidata.

Pax & iuſtitia temporibus Salomonis. 2. Paral. 9.

Prou. 8.

Ianſen. Aluarez.

Iam, quòd non huius (ſi tantus extitit Princeps) mentio facta regnorum voluminibus, aut iſtorum Paralipomenis, cauſas aſſignauimus ſuperiùs Prælocutione 3. Sect. 3. Subſect. 1. num. 84. nonnullam tamen lucem mutuari conabimur ex Regum tertio libro capit. 4. verſibus 11. & 15. illis nanque duæ Salomonis filiæ traditæ feruntur annonæ Præfectis; Taphet, videlicet, vxor fuit Benabinadab; Beſameth autem ſponſa nominatur Achimæ: ac ſanè Interpretes meritò iudicarunt, Salomonem hunc clariſſimum inter Iſraëlitas habitum, proindéque notata ſpeciatim horum coniugia Præfectorum, quoniam non indigni tanto fœdere viſi; Et quidem cum fuiſſe Salomonem, qui Dauidici imperij ſucceſſor extitit, qui non ſpreuit generum annonæ Præfectum, opinantur ad citatum 4. cap. Lyranus, Abulenſis quæſt. 6. Serrius, Gaſpar Sanctius, & leuiter indicat Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 11. num. 3. Sed omiſſo, quoniam vt has componant nuptias, coactos eſſe aſſerere nominatos Auctores, per anticipationem loqui eum, qui Regum diſpoſuit hiſtoriam; certè Præfectos illos ab initio dominatus habuit Salomon; non enim aulæ compoſitionem, quam tantoperè demirata eſt Sabæorum Regina in vltimam dimiſit ætatem; verùm à principio exorſus ſtatim venuſtiſſimum Reipublicæ exemplar exhibuit; credibile equidem eſt officia diſtributa viris, quos præter rerum exactam notitiam ætas præterea commendabat, vt non nimiùm exhauſta, & viribus deſtituta; ſed proprior tamen ſenectæ, quàm floridioribus annis tales autem cùm ſub imperij Salomonici prologo extiterint, quatuordecim præterea expectauerint annos, quo filiæ nubiles euaderent (vt concedamus natas Monarchiæ limine) fit albenti fuiſſe capite & barba, cùm virgunculas ducerent; At hoc moleſtum videtur, & alienum à prudentiſſimi Regis ſapientia, tam diſpares ætate coniunxiſſe: Inſuper, peregrinum apparet, quemadmodum de Michol Saülis filia crebra eſt memoria, deque Dauidis gnata Thamare, non paginas etiam implere Salomonis feminea pignora; Sed illud penitùs mirandum, cùm Paralip. lib. 1. cap. 3. quam reliquerit ſtirpem Dauid, quàm Salomon, aliíque Reges, ex profeſſo declaretur, inſertis etiam ſororibus, nullam legi Salomonis prolem, excepto vno Roboamo; Quare hæc nos coëgerunt, vt coniectaremur, potiùs alium, quàm Dauidis hæredem fuiſſe Salomonem eum, cuius duas filias rei frumentariæ acceperint Præfecti: & quoniam eius multa fuiſſet auctoritas, ob viri claritudinem, mentionem factam ab Hiſtorico; ſed nudum ipſius nomen, & præterea nihil, aut de maioribus, aut de loco, quem in Republica occuparet, poſitum; quoniam ob familiæ, poteſtatis, rerúmque geſtarum claritudinem notiſſimus

129.

3. Reg. 4.

An Salomon filias habuerit?

Lyra. Toſtat. Serarius. Sanct. Pineda.

1. Paral 3.